Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XX
G
10
NAPOLI

XX
G.
10

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JURISPRUDENTIA
ROMANA ET ATTICA:

Continens Varios

COMMENTATORES,

Qui Jus Romanum & Atticum:
Item Classicos aliosque Auctores Veteres
emendarunt, explicarunt, illustrarunt.

Cum Praefatione

PETRI WESSELINGII.

TOMUS III.

in Quo

SAMUELIS PETITI
LEGES ATTICAE
ET
COMMENTARIUS,

Cum Animadversionibus

JAC. PALMERII A GRENTEMESNIL, A. M. SALVINII,
C. A. DUKERI, & P. WESSELINGII.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud {ABRAHAMUM KALLEWIER, / JOHAN. ET HERMAN. VERBEEK.} Bibliop.

M. DCC. XLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

HUMANISSIMO LECTORI

S. D. P.

P. WESSELINGIUS.

SUmma ea Romano Juri felicitas divinitus obtigit, ut, dissipato aeternae urbis eversoque imperio, nihilo minus tota paene Europa suus illi honor, in foro auctoritas atque in scholis dignitas perennarit, aut certe revixerit. Athenis Atticis, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortae putabantur, contra ea evenit. Leges olim adeo ob vetustam originem & aequitatem celebratae, quibus omni Atticae, Chersoneso, Euboeae, ceterisque Aegaei maris insulis diutissime imperaverant, quaeque ad Romanorum Jurisprudentiam magnam attulerant accessionem, inminuta reipublicae majestate, paullatim eviluerunt, Romanisque mutatae negligi prorsus sunt coeptae. Cujus rei ordinem brevi expedire libet, ac de Legum Atticarum latoribus & collectoribus quaedam praefari.

Atque hic sine crimine CEREREM ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΝ, TRIPTOLEMUM, BUZYGEM, CECROPEM, THESEUM, de quorum constitutionibus multa honorifice praedicantur, praeterire possum: paucae enim admodum fuerunt, &, quatenus in rem videbantur, insequentium decretis sunt confirmatae. Princeps citra controversiam Attici juris conditor DRACON fuit, *vir* (1) *bonus multaque esse prudentia aestimatus, jurisque divini & humani peritus.* Leges rogavit Olympiade XXXIX, sed asperas & poenarum atrocitate inmites; unde & brevi tacito quodam consensu obliteratae perhibentur. Successit SOLON, Dracone annis XLVII., uti DIODORUS (2) refert, posterior, qui excellenti ingenio & utrique in republica factioni carus aegram seditionibus civitatem circa Olympiadem XLVI. constituit, sibique aeternum nomen perlatis legibus peperit. Ea in re cum praecepta, quae natura dictat, tum patriam consuetudinem & Draconis leges in consilium misit. Longe enim opinione falluntur, qui omnes ejus leges antiquatas fuisse autumant. Alias mitigavit, plures vero integras Axibus suis inseruit: quare

(1) GELLIUS N. Att. L. XI., 18.

(2) ULPIANUS ad DEMOSTHEN. Timocrat. p. 480.

Digitized by Google

quare DEMOSTHENES (3) utriusque *κοινὸν εὐεργέτημα* in civitatem Atticam laudat, *ὅτι συμφέροντας ἔθηκαν καὶ καλῶς ἔχοντας νόμους.* Addunt vetusti ſcriptores adjutum etiam ſententiis EPIMENIDIS atque Aegypti fuiſſe ſacerdotum; quin (4) ipſam in Aegyptum profectum multa aſportaſſe, quibus adhibitis Athenienſium mores emendaret. Quod tamen vero ſi conſentaneum fuerit, oportet ante Piſiſtrati tyrannidem in hoc iter ſit ingreſſus: ceteroquin ex conſociatione, quae Aegyptios inter & Athenienſes olim interceſſit, ea derivari debent, quae & in reipublicae forma & legibus utrique genti fuerunt conmunia. Abſolutis legum tabulis, quarum de ſacris *κύρβεις*, reliquae *ἄξονες* dicebantur, idem ille SOLON (5) certam in centum annos auctoritatem populi Senatusque univerſi conſenſu ſanxerat: ſed brevi procax libertas civitatem miſcuit, conſpiratisque factionum partibus tyrannidem PISISTRATUS invaſit: qui blandus admodum & gratioſus apud multitudinem, quoniam tollere periculoſum erat, leges (6) retinuit, paucisque additis dominationi accommodavit. Secuti ſunt callidum parentis inſtitutum HIPPARCHUS & HIPPIAS: at illo Harmodii atque Ariſtogitonis inſidiis interempto, hoc urbis poſſeſſione dejecto, priſtinam Athenae libertatem reciperaverunt & Solonis legibus vitam reddiderunt & vigorem, CLISTHENE, a quo latae quoque (7) leges, ſuaſore. Atque hi quidem Principes, quibus Attica Themis ſuam originem acceptam refert. SUIDAS alios excitat, Νομοθέται, inquiens, *παρ' Ἀθηναίοις πρῶτος ἐγένετο Δράκων, μεθ' αὐτὸν Σόλων, καὶ μετὰ τοῦτον* ΘΑΛΗΣ, *καὶ μετὰ τοῦτον* ΑΙΣΧΥΛΟΣ. Ubi ſane quam praeter opinionem accidit, in Atticarum legum auctoribus THALETEM & AESCHYLUM, de quo utroque nihil hujuſmodi veterum conmentarii, cenſeri: quod pulcre perſpectum cum haberet ſingulari vir eruditione R. BENTLEIUS, exturbato ex SUIDA Aeſchylo ſubſtituit *Ζάλευκον*, poſitaque poſt primam vocem majore interpunctione, Grammatici verba (8) vertit, *Legiſlatores. Primus apud Athenienſes fuit Dracon, poſt eum Solon: tum Thales, poſt quem Zaleucus.* Sic quidem legum latoribus THALES & ZALEUCUS aggregabuntur, etſi Athenis nullas dederint, ſicuti factum a Dracone & Solone fuerat, ſed utroque poſteriores. Zaleucus Locrenſibus dictavit leges, in Creta Thales floruit, Zaleuci, uti prodidit memoriae ARISTOTELES (9), praeceptor: antiquiſſimi ambo, verum errore quodam poſt Draconem & Solonem collocati, quod SUIDAS & is, quem exſcripſit, Thaletem eum domo Mileſium putarent. Haec vir doctiſſimus, Thaletem & Aeſchylum recte in ordinem cogens, de SUIDA tamen non optime meritus. Hauſit is ex iiſdem fontibus, unde haec CEDRENI (10) profluxerunt: *Ἐν τούτοις τοῖς ἄρχουσιν ἐνομοθέτει Ἀθηναίων πρῶτος Δράκων ὀνόματι. μετ' αὐτὸν δὲ Σόλων ὁ Δράκοντος τοὺς νόμους ἠτέθει. εἶτα* ΘΑΛΗΣ Ο ΜΙΛΗΣΙΟΣ *ἐθεσμοθέτει, καὶ πάλιν* ΑΙΣΧΥΛΟΣ. Hinc unicuivis apertum eſt, non poſſe

(3) Orat. in Timocrat. p. 480.
(4) DIODORUS SICULUS L. I. p. 62.
(5) PLUTARCHUS Solon. p. 92.
(6) HERODOTUS L. I., 59.
(7) PLUTARCHUS in Pericle. p. 153.
(8) Diſſert. de Phalaridis Epiſt. p. 372.
(9) Politic. L. II., 12.
(10) Compendii Hiſtor. p. 67. *Ed. Venet.*

Digitized by Google

e SUIDA Αἰσχύλον tolli. Designatur enim is Aeschylus, qui Archontum perpetuorum fuit penultimus, Alcmaeonis decessor, quod JO. MALALA (11), CEDRENO ea in re paria faciens, disertissime adfirmat. Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τῶν ἀρχόντων ἐνομοθέτει Ἀθηναίων πρῶτος ὀνόματι Δράκων, καὶ μετ' αὐτὸν Σόλων, ὃς ἔλυσε τοὺς νόμους Δράκοντος Σόλων. Καὶ πάλιν ἐνομοθέτησε ΘΑΛΗΣ Ο ΜΙΛΗΣΙΟΣ, καὶ πάλιν ἐβασίλευσε πρῶτος ΑΙΣΧΥΛΟΣ, καὶ μετ' Αἰσχύλον ἐβασίλευσεν αὐτῶν Ἀλκμαίων. Jam Aeschylo illo & Alcmaeone DRACON, SOLON & MILESIUS THALES plurimis annis cum sint seriores, liquidissime pellucet nugacissimorum scriptorum error, uberiore confutatione indignus. Praestiterit eum potius tangere, quo CHARONDAS in numerum legum latorum, qui Athenis illustri nominis fama floruerunt, additur. Ἀπὸ δὲ τῆς Κατάνης, STEPHANI BYZANTINI (12) verba sunt, ΧΑΡΩΝΔΑΣ, ὁ διάσημος τῶν ἐν Ἀθήνησι νομοθετῶν. Cui sententiae quis auctor idoneus? quis fundus? Thurinis, seu verius Chalcidicae originis per Siciliam atque Italiam civitatibus CHARONDAM leges scripsisse, PLATO, ARISTOTELES & magno numero alii testes sunt. De Atheniensibus nusquam id proditum legitur. Canebantur sane Athenis CHARONDAE leges inter pocula nonnunquam. Ἤιδοντο Ἀθήνησι καὶ οἱ Χαρώνδου νόμοι παρ' οἶνον, quemadmodum ex HERMIPPI L. VI. περὶ Νομοθετῶν memorat ATHENAEUS (13). Id eas inter cives aliquo in honore fuisse, nec tamen in foro receptas, nedum Atheniensibus leges a CHARONDA latas, declarat. Quid itaque STEPHANO fiet? Viri eruditissimi R. BENTLEIUS & JO. ALB. FABRICIUS, ut peccati culpam ab eo quam longissime amolirentur, alter (14) ἐν Σικελίᾳ, alter (15) ἐν Καταναις, scriptum primitus fuisse suspicabantur, labemque aut ab HERMOLAO aut aliis amanuensibus progenitam. Neutrum, pace eorum dixerim, placet, quippe arbitrarium prorsus, omnique veterum librorum patrocinio defectum: quam ob rem illam etiam conjecturam, quae mihi olim in mentem venerat, τῶν ἐν Αἴτνῃ, probare non possum. Nam tametsi Catanam labentibus annis Αἴτνην adpellatam fuisse constat, caussa exputari non potest justa, cur Aetnae potius legislatorem, quam Catanae aut alterius ex Chalcidicis civitatibus CHARONDAM perhibere maluerit: praesertim cum *Aetnae* illud cognomen multis annis legislatore sit recentius, urbi (16) ab Hierone inditum. Maneat ergo priva haec STEPHANO opinio, sive ea nata sit, quod CHARONDAS Thuriis, Atheniensium colonis leges promulgasse, quae FABRICII opinio, ferretur, sive alia ex caussa. Quis enim omnia errorum cubilia certo pede vestiget? Hoc quidem certe sine cujusquam injuria tuto asseveratur, deesse illis locupletem scriptorum veterum auctoritatem, quibus Atheniensium legis latoribus THALETEM MILESIUM, AESCHYLUM & CHARONDAM transcribere placuit. Succedent multo justiore titulo alii. Namque aucta post

(11) Chronographiae p. 87. *Ed. Oxon.*
(12) In Κατάνη.
(13) Deipnosoph. L. XIV. p. 619.
(14) Dissert. de Phalaridis Epist. p. 373.
(15) Biblioth. Gr. L. II, 14, 6.
(16) DIODORUS SICULUS L. XI. p. 267.

* *

post CLISTHENIS aetatem civitate, victis semel atque iterum Persis, & insulanis in provinciae formulam redactis, latae ad populum ab Oratoribus & civitatis Principibus variae sunt leges, quas recta ratio imperandi atque prohibendi desiderabat. Qua tamen in re modum isti saepe excesserunt, populari aura in transversum abrepti: quum enim alias atque alias rogarent ac plebe volente uterentur, multa, ut fit, turbari & jus Atticum quadamtenus incertum reddi coeptum est. PLATO (17) certe, lepidus Comoediae veteris poëta, Athenarum eam esse conditionem, etsi fortasse non sine urbano quodam sale, adfirmabat, ut si qui tres menses peregre abiisset, reversus eamdem civitatem, quantum quidem ad leges attinet, non agnosceret. Nec defuere tamen reipublicae ea tempestate viri egregii, bene de patria & civili jure promeriti, quorum in numero ARISTIDES, cognomine *Justus*, & PERICLES (18), in cujus labris Suadam ipsam sessitavisse dixit EUPOLIS, nobilissimi sunt, & fortasse etiam PERIANDER, a DEMOSTHENE (19) non neglectus. Secuta non magno intervallo tempora sunt multo difficillima. Fracti Peloponnesiaco bello intestinisque discordiis Spartanorum jugum & inpotentem XXX. virorum dominationem Athenienses subierunt. Ab his fixae leges & refixae sunt, tabulisque SOLONIS turpis illata labes est, ingenti civium detrimento. *Οἱ τριάκοντα τύραννοι διὰ Λακεδαιμονίων κατασταθέντες καὶ τὴν πάτριον πολιτείαν τῶν Ἀθηναίων καταλύσαντες ἐλυμήναντο τοὺς Δράκοντος καὶ Σόλωνος νόμους* ineditus Scholiastes (20) ait. Quae quidem tempestas cum brevi desaeviisset, oppressis felicissime Thrasybuli & sociorum virtute tyrannis, redditaque reipublicae libertate & concordia, decretum publice fuit, ut legum tabulae recenserentur, atque interea temporis certa illis auctoritas maneret, quas DRACON olim & SOLON promulgaverant. *Τέως χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις, καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς*, sicuti ANDOCIDES (21) scribit. Latae tum novae leges sunt plures, nec paucae, quae concordiam, nuper admodum instauratam, conturbaturae videbantur, antiquatae. Et quia Praetore EUCLIDE ea legum recensio, probatis in porticu palam ante oculos omnium propositis, fuit absoluta, inde hae locutiones, *νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος*, & *ἄκυρα ὡς τὰ πρὸ Εὐκλείδου* apud veteres (22). Usa vero respublica est virorum prudentium, ARCHINI, ARISTOPHONTIS, DIOCLIS atque aliorum consilio, quorum leges ISOCRATES (23), ATHENAEUS (24) & DEMOSTHENES (25), ne cum tot aliis perirent, effecerunt. Dedit insecuta aetas uberiorem Rhetorum proventum, qui saepe rem e publico ut augerent, mobile vulgus fluctuum in modum concionum suarum flabello nunc haec, nunc illa in brevia inpegerunt, veluti (26) EUBULUS, civitatis opes bellique nervum in ludos & spectacula atrocissima lege dilacerans. Conati tum quidem sunt viri, rerum usu prudentes, LYCURGUS,

(17) SEXT. EMPIRICUS L. II. adv. Mathemat. p. 297.
(18) PLUTARCHUS in Aristide. p. 320. & Pericle. p. 172.
(19) Or. in Euerg. & Mnesib. p. 640.
(20) In Or. AESCHIN. adv. Timarch. p. 6.
(21) Or. de Myster. p. 12.
(22) AESCHIN. in Timarch. p. 6.
(23) Except. adv. Callimach. p. 548.
(24) Deipnos. L. XIII. p. 577.
(25) Orat. in Timocrat. p. 449.
(26) THEOPOMPUS in ATHEN. L. IV. p. 166.

Digitized by Google

GUS, LACRITUS, LEPTINES, DEMOSTHENES & alii de hoc genere civium vitiosam & corruptam consuetudinem legibus emendare & multa salubriter constituere, sed vicit licentia frenumque pristinum solvit. Civitas Macedonibus imperare adsueta, partim a Philippo, deinde ab Antipatro bello Lamiaco conquassata, gentis ejus praesidium intra moenia recipere debuit. Quo tempore DEMETRIUS PHALEREUS, vir non solum eruditissimus, sed etiam civis e republica maxime tuendaeque civitati paratissimus, Solonis legibus, quae (27) in desuetudinem abierant, robur reddidit, atque Athenas, jam jamque in exitium ruentes stitit. At illo de gradu dejecto, in pejus omnia vergere, &, qui libertatis Graeciae Asiaeque acerrimi fuerant vindices, suam aegre tueri coeperunt. Mansit tamen reipublicae vetusta forma & legibus auctoritas. Quin & rex Antigonus DEMETRIUM, e posteris unum Demetrii illius Phalerei, cujus modo meminimus, *legibus de rebus divinis & humanis ferendis ac emendandis praefecit*, si non fallit ATHENAEI (28) Interpres DALECHAMPIUS, quod equidem opinor. Graeca praeferunt, θεσμοθέτην αὐτὸν κατέστησεν, docentque, allectum fuisse DEMETRIUM istum inter IX. Archontes, quorum VI. θεσμοθέτας adpellatos HARPOCRATION (29) recenset. Nam ad leges ferendas ac corrigendas ganeo ille factus non erat, scorti ducendi & civitatis mores corrumpendi multo peritior. Permansit etiam, ut ad institutum sermonem redeam, eadem legum libertas sub Romanis, tametsi eos Sullae tempore gravissime offenderant, & in seram quidem aetatem. Scio JO. CHRYSOSTOMI (30) verba de Stoicis & Epicureis, cum Paullo Apostolo Athenis disputationem exorsis: Ὀυκέτι Ἀθηναῖοι ΤΟΙΣ ΟΙΚΕΙΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ ἐχρῶντο, ἅ τε ὑποπεσόντες ἤδη τοῖς Ρωμαίοις. Sed inest illis indubitatus error. Durabat enim sociae ac foederatae Romanorum civitati αὐτονομία S. Paulli aetate, STRABONE (31) auctore, monuitque opportune JO. MEURSIUS, delicti tamen haud dissimilis difficulter absolvendus: asseverat enim (32), Athenienses illibatam usque ad Vespasianum libertatem retinuisse, illum vero Imperatorem ereptum ivisse, cum Achaiam in provinciae formam redigeret, & Romanorum leges invitis inposuisse: testes adpellat SUETONIUM (33) & PAUSANIAM (34), qui ea quidem in re auctoritatem defugient. Loquuntur de Achaeis & libertate, quam Nero provinciae restituerat, quamque Vespasianus, quod ea ad seditiones abuterentur pessime, eripuit: de Athenis nihil omnino, quibus integrum libertatis jus, sicuti antea, perduravit. Quare & suos sibi Archontes habuerunt, & eo honore Domitianum, clavo imperii nuper admotum, insignem, PHILOSTRATO (35) auctore, quamquam alia a doctissimo Interprete dicere jusso, viderunt. Adde PLINIUM (36), Trajano imperante, *residuum*

(27) CICERO de L. L. II, 25.
(28) Deipnosoph. L. IV. p. 167.
(29) In Θεσμοθέται.
(30) Homil. XXXVIII. in A. A. Tom. IX. p. 288. *Edit. Benedict.*
(31) Geograph. L. IX. p. 610.
(32) De Fortuna Athen. C. 10.
(33) In Vespasiano C. 8.
(34) In Achaicis C. 17.
(35) De Vit. Apollon. L. VIII, 16.
(36) Epistol. L. VIII, 24.

datum libertatis nomen iisdem contribuere. Sed haec precaria & justae libertatis quaedam umbra erat; ut mirum non sit, in Draconis Solonisque legibus tot annorum decursu mutata multa atque obliterata fuisse. Cui quidem malo HADRIANUS Augustus mederi voluit, Graecorum omnium studiosissimus & ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΟΣ ΝΟΜΟΘΕΤΗΣ a vicinis (37) Megarensibus nuncupatus: namque *Atheniensibus leges petentibus ex Draconis & Solonis reliquorumque libris jura conposuit*, quemadmodum in EUSEBII Chronico (38) legitur. Quid novi hic Atheniensium juris non tam conditor quam restitutor addiderit, quidve emendarit, in eo veterum scriptorum silentio finiri non temere potest. Credibile fit conmuni civitatis, cujus *Archon* censeri non recusavit, quamque egregiis exornavit operibus, optime consuluisse. Dubites tamen, an de avitis legibus & plenissimo libertatis usu quaedam deperierint. Sub Marco certe quidem Antonino in crimine caedis apud Achaiae Proconsulem caussam dicere debebant: cum enim Sophista Hadrianus, domo Tyrius, sed cui Athenis omnia civitatis erant jura, tribus & pagus, familiarium opera hominem quemdam adeo verberibus mulcasse, ut trigesimo post die decederet, traduceretur, accusatus est tanquam Atheniensis coram Proconsule. Γεγράφαται τὸν σοφιστὴν φόνε παρὰ τῷ τῆς Ἑλλάδος ἄρχοντι, ὡς ΕΝΑ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ, ἐπειδὴ φυλή τε ἦν αὐτῷ καὶ δῆμος Ἀθήνησιν, PHILOSTRATUS (39) ait. Quod mihi quidem argumento esse videtur, de veteri libertatis & *αὐτονομίας* jure haud parum jam tum fuisse detritum. Vel sic tamen reipublicae etiam Severo Imperatore; qui ejus privilegia minuisse a SPARTIANO (40) traditur, sua forma duravit. Illo ipso tempore Apollonius τὴν ἐπώνυμον καὶ τὴν τῶν ὅπλων administravit, sive *Archon* fuit, qui anno nomen daret, & armorum praepositus, a JO. MEURSIO in Archontum Catalogo praeteritus, atque a GOTTFR. OLEARIO alii rei (41) praepositus. Neque ea desiit provulgata nobilissima Caracallae constitutione, *qua in orbe Romano qui sunt, cives Romani sunt effecti.* Testis Gallienus esse potest, qui *apud Athenas* Ἄρχων *erat, id est, summus magistratus*, multis post eum Imperatorem annis, sicuti TREBELLIUS POLLIO (42) in literas retulit. Cujus quidem & insequentium Principum tempora cum conditione adflictissima & turbis essent plenissima, expugnata a Scythis sive Gothis & vastata Athenarum urbe, reipublicae status paullatim inminutus & legum patriarum libertas videtur sublata. Auctor in obscuro latet. Id constat & conprobavit Ill. EZECH. SPANHEMIUS (43), imperante Constantino Athenienses *αὐτονομίας* jure caruisse. Propterea JULIANUS (44), ab eodem ad testimonium excitatus, Ἀθήνησιν μὲν οὖν, φασίν, ΟΤΕ ΤΟΙΣ ΠΑΤΡΙΟΙΣ ΕΘΕΣΙΝ ΕΧΡΩΝΤΟ, καὶ ἔζων ΤΟΙΣ ΟΙΚΕΙΟΙΣ ΠΕΙΘΟΜΕΝΟΙ ΝΟΜΟΙΣ &c. Desierant

(37) In Thesaur. MURATORII T. I. p. CCXXVI, 1.
(38) Ad ann. MMCXXXVIII.
(39) De Vit. Rhetor. L. II, 10. p. 588.
(40) In Vit. Severi C. 3.
(41) Ad PHILOSTRAT. L. II. Vit. Sophist. C. 20. p. 600.
(42) In Gallien. C. II.
(43) Orb. Rom. Exercit. II, 7. p. 250.
(44) Orat. III. p. 144.

rant ergo ſuis uti legibus, Romanis parentes: quod ipſum & clariſſimum quidem in modum THEODORETUS adfirmat, quum de legibus Draconis, Solonis & Cliſthenis καὶ αὐτοὶ δὲ ΑΘΗΝΑΙΟΙ, inquit (45), τούτοις ἐῤῥῶσθαι φράσαντες — — ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ, πολιτεύονται ΝΟΜΟΥΣ. Sic ad Themidos Atticae exitum devenimus, qua tandem ob receptas Romanorum leges contemni coepta, ipſae legum tabulae interciderunt. Ad quod detrimentum acceſſit inſignitum aliud. Perierunt illorum etiam commentarii, qui dedita opera Atticis legibus lucem accenderant. Scripſerat DEMETRIUS PHALEREUS περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας libros quinque, a DIOGENE LAERTIO (46) indicatos: de legibus & vetuſtis legum latoribus volumina concinnaverat plura THEOPHRASTUS, de quibus idem ipſe DIOGENES (47), & Theophraſti praeceptor ARISTOTELES. Haec nequicquam deſideramus, ſicuti & HERACLIDAE PONTICI περὶ Νόμων, unde quaedam apud PLUTARCHUM (48), & TELEPHI PERGAMENI περὶ τῶν Ἀθήνησι δικαστηρίων & περὶ τῶν Ἀθήνησι νόμων καὶ ἐθῶν libros, a SUIDA (49) memoratos. Neque ſpes ulla eſt reciperandae Ἀντιγραφῆς περὶ τῶν Ἀξόνων τῶν Σόλωνος, qua DIDYMUS Grammaticus Aſclepiadi reſcripſerat, PLUTARCHO (50) teſte, cujuſque inſigne fragmentum HARPOCRATION (51) nobis ſervavit. Amiſſum denique eſt, ut cetera praeteream, Ὑπόμνημα τῶν Σόλωνος Ἀξόνων, quo SELEUCUM obſcura, quae in Axibus erant, explicuiſſe SUIDAS (52) ſignificat. Quorum omnium ſcripta ſi edaciſſimi temporis injurias evitaſſent, inſtaurari utcunque potuerant legum Solonis tabulae, Atticaeque Themidi ſuus honor reſtitui. Verum hae querelae ſunt, nihil admodum profuturae, niſi ſi pro vero ſit putandum, quod ſumma cum admiratione jucundiſſime legimus (53), laborioſiſſimum FOURMONTIUM Abbatem Legum Solonis tabulas, in deperditis huc uſque cenſitas, e ruderibus Atticae urbis incredibili quadam felicitate nuper admodum eruiſſe, & in Regis Galliarum Bibliothecam inportaſſe. Optamus fallacem non fore eam famam, & virum doctiſſimum obteſtamur, harum deliciarum fructum ſtudioſis ne diutius neget. Enim vero multa, ad quae offenſum frequenter fuit, tum eluceſcent clariſſime, neque pauciora, quae optimo cuique latuerant, in apricum proferentur, redibitque legum Axibus ordo priſtinus, in quo monumentorum inopia viri egregii operam ſunt fruſtrati. Juſtum certe non obſervavit PARDULPHUS PRATEIUS, Auguſtobuconias, primus, quantum memoria teneo, legum Draconis & Solonis collector, tametſi glorietur ipſe, *congruis ſe titulis eas tranſtuliſſe atque ita digeſſiſſe, ut una lex ex alia ductili quadam via pendere videatur.* Aliud oſtendet, vel obiter inſpecta, *Jurisprudentia* ejus *vetus*, paucas admodum leges & lutu-

(45) Orat. IX. ad Graec. p. 125.
(46) In Vit. Demetrii, ſect. 80.
(47) In Theophraſto, ſect. 44.
(48) In Solon. p. 90.
(49) In Voc. Τήλεφος.
(50) Princip. Vit. Solonis.
(51) In ὁ κάτωθεν νόμος.
(52) In Voc. Ὀργεῶνες.
(53) Tom. IV. Hiſtor. Acad. Inſcript. p. 545.

* * *

lutulentis nonnunquam fontibus, ut veriſſime monuit Celeb. EV. OTTO [54], hauſtas, conplexa. Id tamen, etſi opera paullo diligentior praeſtitiſſet, viro docto condonamus, conmentationemque ejus, anno ſaeculi XVI. ſupra quinquageſimum nono Lugduni in Galliis proditam, & nuperrime nova editione in *Theſauri Juris* tomo IV. recentatam, vel eo nomine laudamus, quod alios excitarit, ut inventis adſtruerent, exemplumque dederit, quod imitarentur. Princeps horum e numero HENRICUS eſt STEPHANUS, vir de literis Graecis omnium optime meritus: nam quae *Car. Sigonius* in elegantiſſimis *de Republica Athenienſium* libris & ſimilis argumenti opuſculo *Guil. Poſtellus* ſcribere ſunt ingreſſi, habitum magis & formam univerſae reipublicae, judicia, actionum formulas ac magiſtratus quam leges recenſent. Primus, inquam, in Atticarum legum collectoribus nomen profeſſus eſt H. STEPHANUS. Operae erit pretium verba, quibus conſilii ſui rationem expoſuit, adſcribere [55]: *Sperabam fore, ut omnes leges, non ſolum, quae apud iſtos Oratores* (Aeſchinem, Lyſiam, Andocidem &c.) *& quae apud Demoſthenem ſunt, ſed etiam, quae in aliis omnibus Graecis ſcriptoribus extant, in unum corpus collectae, & cum aliis recentioribus comparatae, in calce hujus voluminis ponerentur: ſed quod hic praeſtari in praeſentia non potuit, alibi alioque tempore, Deo favente, praeſtabitur.* Sed haec promiſſa ne apparerent, temporum iniquitate & aliis ſuper alias viri indefeſſi occupationibus factum opinor. Succeſſit vicarius illi operi & neglectas partes ſuſcepit Illuſtris JOSEPH. SCALIGER, qui divino ingenio omnem veteris aevi eruditionem conplexus Solonis leges undique collegit, & conductas ſuos in titulos digeſſit, ſed ultimam tamen manum, quod ſane dolendum, non inpoſuit: habuiſſet enim legum Atticarum Pandecten eruditorum natio, quo ſibi merito plauderet ac gratularetur. Jacet nunc in privatos uſus, ut vir magnus CAROLO LABBAEO [56] perſcripſit, conpoſitus, & ab H. GROTIO, CUNAEO & aliis perlectus, in forulis Bibliothecae Lugduno Batavae: & quoniam per leges teſtamenti Scaligerani pervulgari non potuit, ne Sylloges Atticarum legum defectus in longum duraret, eum ſe ſuppleturum JO. MEURSIUS [57] CUNAEO recepit, promiſſisque cumulate ſtetit. Nam praeter ea, quae in *Solone* ſuo, *Areopago* & *Lectionum Atticarum* libris ſparſim attigit, pleraſque omnes Draconis & Solonis leges, admixtis ex Sophiſtarum ſcriptis, quod neglectum mallem, pluribus, duobus *Themidis Atticae* libris conprehendit. Quod tamen opus cum poſt ſollertiſſimi viri fata, obſtetricante Celeb. JO. GEORG. GRAEVIO, lucem demum adſpexerit, vacuam paene provinciam, ut pro virili ſua parte ornarent, adgreſſi alii ſunt. Et primo quidem JAC. PHILIPP. MAUSSACUS, qui luculento in Harpocrationis Λεξικὸν τῶν δέκα ῥητόρων edito Conmentario, quid hoc ſtudiorum in genere valeret, patefecerat. Meminit *Synagoges* ſuae *Atticarum legum* editionemque pollicetur variis locis [58]: cujus ille poſteris prodendae con-

(54) Praefat. Tom. IV. Theſaur. Jur. p. XIII.
(55) Praefation. in Orator. Veteres.
(56) Epiſtol. CCCXLIII.
(57) Epiſt. CUNAEI CLXXIX. & ſeq.
(58) Ad HARPOCRAT. in Περίπολος & Πεδοκάκκη &c.

consilium cur deinceps repudiarit, spemque destituerit vulgandorum eorum scriptorum, de quibus COLOMESIUS (59), an majores ob curas, quas in Tolosate Senatu sustinuit, an aliis de caussis, juxta cum ignarissimis scio. Spartam ergo illam nacti sunt viri doctissimi, & eodem fere tempore ornarunt, SAMUEL PETITUS & HENRICUS VALESIUS, ambo excellenti eruditione, sed sagacior Valesius, atque ubi ingenii quodam remigio opus erat, felicior. Petitus deproperata legum, quas undique in unum conduxerat, editione praevertit anno saeculi superioris XXXV. Valesium, utque institutum mutaret, quod de edendis in publicum Atticis legibus paullo ante expromserat (60), occasionem dedit: viso enim Petiti Commentario ab incepto opere destitit conmunique publico negavit, quae magna industria parata ac digesta habebat. Fecisse tum insignem jacturam Musas Graecas, meritissimo judicavit Cl. P. BURMANNUS (61). Instructissimus erat ab acumine critico usuque Sermonis Attici & Oratorum veterum, quae praecipua ad hanc rem praesidia, H. Valesius, praeripuissetque adeo aut S. Petito palmam, aut dubiam certe fecisset. Idem censeo de *Conmentario Juris Attici cum Romano collati*, cujus spem movit DES. HERALDUS (62), & de nova *LL. Atticarum collectione*, quam CL. SALMASIUS, vir incredibili eruditione, animo meditatus est (63). Utriusque opera, civili Atheniensium juri multifariam inpensa, ambo haud inpares tanto operi ostendit: & hujus quidem praecipue in libris *de Usura*, *Usurarum modo* & *Miscellis defensionibus*, illius vero, in *Observationibus & Emendationibus* atque *Animadversionum ad Jus Att. & Rom. libris*. Quibus tamen in scriptis si diligentiorem suae famae rationem iniissent & nigrae loliginis succo abstinuissent, de se ipsi melius profecto fuissent meriti. Quid enim turpius & inclementius illis conviciis, quibus invicem sese lixarum & calonum in morem laceraverunt? sed enim simili erant ingenio, quo maximi olim viri apud Poëtam (64)

Nec quemquam jam ferre potest, Caesarve priorem,
Pompeiusve parem. ——

Quin & acri illa concertatione, quod saepe factum animadverti, accidisse opinor, ut utriusque egregii alioqui viri opus ad umbilicum nunquam pervenerit. Felicius hac quidem parte res cessit ANT. THYSIO, cui *Collationem legum Atheniensium & Romanarum* debemus, insertam *Thesauro Graecarum Antiquitatum* (65), cetera longe illis inferiori. Opera est levidensis, crasso filo, & ex Petito magnam partem descripta. Meliora cum maxime augurari ex cultissima LYSIAE editione licet de conmentario, quem *de Republica Atheniensi Atticaque Themide* indies parat Clarissimus JO. TAYLOR (66): cui ultimam ma-

(59) Bibliothecae Selectae p. 450.
(60) In Not. ad Excerpt. Nic. Damasceni p. 63.
(61) Praefat. in VALESII Emendat. Libros.
(62) Emendat. & Observat. C. 47.
(63) Vid. de Usur. Mod. C. 15. 17. &c.
(64) LUCANUS Lib. I, 125.
(65) Volum. V. p. 1374.
(66) Lection. Lysiac. C. 10. p. 705.

manum ut quantocius inponat, & lucis usuram indulgeat, eum prorsus etiam atque etiam vehementer rogamus. Atque haec de LL. Atticarum Pandectis & earum auctoribus. Veniam ad PETITI *Conmentarium*, ubi optimi viri fata brevi expedivero. Natus est SAMUEL PETITUS in ea Galliae Narbonensis parte, quam Languedociam nunc vocant, (67) a. d. VIII. Kal. Januarias anni aerae Dionysianae CIↃ. IↃ. XCIV. Patri, viro pio & Sacrorum inter Reformatae religionis populares administro, nomen erat FRANCISCO, a quo mature discendis literis & Philosophiae admotus paeneque puer Genevam ad capiendum majorem ingenii cultum missus est. Ibi cum alios viros eruditos, quibus ea urbs in primis florebat, tum JO. DEODATUM, Theologiae & Hebraei Sermonis callentissimum, adsectatus est: quo duce & sacris in rebus & Ecclesiastica Historia literisque Graecis & Hebraeis ingentes inexplebili quadam cupiditate fecit progressus. Domum redux aetatis anno XVII. muneri Ecclesiastico praeficitur, nec multo post Nemausum, ut populo divinis in rebus verba praeiret, & juventutem Theologiae mysteriis initiaret, arcessitur. Utrumque summa diligentia atque accuratione praestitit, favorem virorum, meritis & auctoritate praestantium, ac laudes promeritus. Nam cum Nemausi anno CIↃ. IↃ. CXXIX. NIC. CLAUD. PEIRESCIUS foret, raram ejus virtutem eruditionemque quibusdam e proceribus de meliore nota conmendavit, ursitque vehementer, ut fasciculum *Miscellanearum Observationum* in bonos auctores, qui tum prae manibus erat, absolveret, additis illis, quae Punica lingua in Plauti Poenulo leguntur, GASSENDO (68) teste. Erant tum res Reformatae religionis & studiosorum ejus per Galliam turbulentissimae, regem inter & cives (69) bello ardente, ut prorsus opportuna egregii viri conmendatio acciderit. Neque PETITUS tanti Maecenatis auctoritatem insuper habuit, *Miscellaneis* anno insequente publicatis. Secutae brevi temporis intervallo *Eclogae* sunt *Chronologicae*, *Observationum libri quatuor* & *in Leges Atticas Conmentarius*. Quibus in scriptis tam insignem Historiae veteris, Rerum Graecarum & Romanarum, omnisque Ecclesiasticae antiquitatis notitiam ostendit, ut merito principibus Theologis, qui varia eruditione in Reformatorum coetu excelluerunt, a COLOMESIO (70) sit annumeratus, & a SALMASIO (71) *Petitus nomine, doctrina magnus* adpellatus, ejusdemque in *rempublicam literariam & Ecclesiam merita ac sanctos conatus* praedicaverit CL. SARAVIUS (72). Conmodum sub id tempus in Frisia Theologiae Professor e Gallis petebatur, cui honestissimae stationi Petitus, suae sedis & loci ob adversae & inpotentis factionis vexationes cum multis aliis dubius, ex Riveti & Salmasii conmendatione destinatur. Paruisset etiam proceribus & honorificentissimae invitationi, seque Academiae stitisset, ni intercessissent alii, quod sibi acerbum evenisse (73) testatur ipse. Mansit itaque Nemausi, & animum ad Josephum, eruditum rerum

(67) MORERI & FREHER. Theat. p. 510.
(68) In Peirescii Vit. p. 335.
(69) GRAMONDUS Histor. Gall. Lib. XVIII. p. 796.
(70) Mélange Curieux p. 834.
(71) Epistol. LXIII.
(72) Epist. XV.
(73) In Dedicatione Observation.

rum Judaicarum ſcriptorem, illuſtrandum advertit, nactus [74] PEIRESCII opera & L. HOLSTENII manu trium Vaticanorum codicum variantes ſcripturas, calamoque exaratum ex Ampliſſimi Senatoris Petavii Bibliotheca librum parario CL. SARAVIO [75]; quem quidem laborem ne perageret, & Nemauſenſis lues inpediiſſe videtur, cujus tempore *Obſervationum libros* in ſeceſſu elucubravit, & mors, quae anno CIƆ. IƆ. CXLIII. prid. Idus Decembr. florentem rapuit. Fallit enim doctiſſimus MONETA [76], cum duobus poſt annis eum de vita deceſſiſſe adfirmat. Res certiſſima eſt ex PATINO [77]. De Legum Atticarum Conmentario quid multa? Scriptus eſt incredibili diligentia & cura, quae tanto eſt admirabilior, quod ab homine Theologo ſit profecta. Quotus enim quisque ex eo ordine omnia veteris aevi ſcripta nunc ſcrupuloſiſſime excuteret, ut Solonis Draconisque leges conquireret? Sed quid ego Theologos appello, qui rebus divinis unice occupati haec fortaſſe ex alto deſpiciunt. Quam rari illi ſunt, qui Juris diſciplinam profeſſi hoc genus aut examinare velint aut poſſint! Sed alii olim mores, cum ſevera lege ſtudiis operarentur, &, vitatis conpendiorum ſemitis, viam regiam inſiſterent. Nos facilitate quadam & πολυπραγμοσύνῃ partam a majoribus gloriam corrumpimus. Haud tamen ſcio, an praeſidii aliquid colligenti attulerit *Pandectes Legum Atticarum* Scaligeranus. Conſtat eum in Galliam a D. Heinſio miſſum fuiſſe [78] ad *quendam Salmaſii amicum, qui tum deſtinabat edere leges Atticas cum Conmentario*, & in Salmaſii amicis non ultimo loco Petitum fuiſſe. Verum ea ſuſpicio eſt, injecta a Clariſſimo JO. TAYLOR [79], ſed prorſus incerta: namque ut ne memorem eodem tempore Legum Atticarum conmentarios Ph. Mauſſacum & H. Valeſium, quorum familiaritatem non recuſavit Cl. Salmaſius, in Gallia inſtruxiſſe, tota facies Pandectae Scaligerani diverſa eſt. Conplectitur excerptas ex Oratorum, Grammaticorum aliorumque ſcriptis leges plerasque omnes, ſed aliter aliosque in titulos deſcriptas. Explicatio adjecta eſt rara aut nulla. Omnia denique ita ſunt conparata, ut facile adpareat, privatos in uſus divini virum ingenii ea adornaſſe, accuratius, ubi ſeſe occaſio dediſſet, retractanda atque expedienda. Ipſis etiam in Legibus haud pauca reperiuntur, quae PETITUS, ſi diſpoſitas a SCALIGERO oculis uſurpaſſet, ſpernere vix potuiſſet. Exemplis agam, quae ex nupera ſed feſtinata libri inſpectione memoriae recentia inhaerent. Nobiliſſimam Solonis legem, a GAJO JCto [80] ſervatam, ſic edit. ΕΑΝ ΔΕ ΔΗΜΟΣ, Η ΙΕΡΩΝ ΟΡΓΕΩΝΕΣ, Η ΝΑΥΤΑΙ, Η ΣΥΣΣΙΤΟΙ, Η ΟΜΟΤΑΦΟΙ, Η ΘΙΑΣΩΤΑΙ, Η ΕΠΙ ΛΕΙΑΝ ΟΙΧΟΜΕΝΟΙ, Η ΕΙΣ ΕΜΠΟΡΙΑΝ, Η Ο ΤΙΟΥΝ ΤΟΙΟΥΤΩΝ ΔΙΑΘΩΝΤΑΙ ΠΡΟΣ ΑΛΛΗΛΟΥΣ, ΚΥΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ, ΕΑΝ ΜΗ ΑΠΑΓΟΡΕΥΗ ΔΗΜΟΣΙΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ. Elegantius profecto & nitidius, quam PETITUS! [81] Aliam, quae ejuſdem illius GAJI [82] diligentiae debetur,

(74) GASSENDUS in Vit. Peireſcii p. p. 457.
(75) SARAVIUS Epiſt. XV.
(76) Ad Bajuleti Tom. II. p. 243.
(77) Epiſtol. ad Spon. XV. p. 57.
(78) SALMASIUS Epiſt. CXX.
(79) Lection. Lyſiac. C. X. p. 705.
(80) Leg. 4. D. de Colleg. & Corpor.
(81) Leg. Att. L. V. Tit. 7. p. 524.
(82) Leg. 13. D. Fin. regund.

** **

betur, hunc in modum. Ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν· ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολείπειν. ἐὰν οἴκημα, δύο πόδας, ἐὰν δὲ τάφον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον ἂν τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολείπειν· ἐὰν φρέαρ, ὀργυιάν· ἐὰν ἐλαίαν καὶ συκῆν, ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν· τὰ δὲ ἄλλα δένδρα, πέντε πόδας ἀπέχειν. Videtur quidem vir excellentiſſimus in dubio fuiſſe, infinitam an imperantem orationem ſequeretur: ſed id leve: quae vero adſcribit notabilia ſunt: *Inepte addunt Paratitla* (ἐὰν φρέαρ. εἰ μήπω φρέαρ, ὃ προϋπῆρχε τοῦ γείτονος, ἐκ τοῦ ἑνὸς ἔργου βλάπτει), ἐπὶ τοσοῦτον, ὅσον τὸ βάθος, ὀφείλει ἀποφυγεῖν· εἰ δέ τις ἐν ἀγρῷ βούλοιτο κτίσαι, τόξου βολὴν ἀπὸ τοῦ ἀγρογείτονος ἀπεχέτω) ὀργυιάν, ἐλαίαν. *quae manifeſto infarcta ſunt. Nam in de Limit. Agror. ita plane legitur in aliis Paratitlis:* τόξου βολὴν ἀπὸ τοῦ ἀγρογείτονος ἀπεχέτω, ἢ ὀργυιάν. *quaſi parum interſit inter* τόξου βολὴν καὶ ὀργυιάν. *Nugae.* Quae quidem ſi Noſter legiſſet, expediviſſet ſe luto, in quo adhaereſcit (83). Ut ut fuit, Petitum certe ob digeſtas leges & diligentiſſime explicitas, nemo debita laude fraudaverit, tametſi fortaſſe optarit, ut aut parcius conjecturis indulſiſſet, aut ab interiore Sermonis Graeci notitia paratior ad eas acceſſiſſet. Hinc varia παρεργάματα & materia animadverſionibus virorum doctiſſimorum JAC. PALMERII A GRENTEMESNIL, A. M. SALVINII & C. A. DUKERI, quarum hae ex *Miſcellaneis Obſervationibus*, quae ſummo rei literariae conmodo Amſtelodami publicantur, deſcriptae ſunt non invito viro clariſſimo: illas ego ex PALMERII exemplari, quod ex Steph. Morini libris redemtum benivole transmiſit Ampliſſimus Praeſes CORN. VAN BYNKERSHOEK, cui gratias propterea debes, excerpſi, additis etiam meis, ſed paucis: neque enim conſilium & otium erat *Diodori Siculi Bibliothecae* cura diſtento omnia excutere. Alium tamen laborem, ſatis quidem moleſtum, ut quod res eſt dicam, non detrectavi. PETITUS, more ſaeculi quo vixit, Scriptorum locos ita laudaverat, ut nuſquam fere caput, ſaepe ne librum quidem indicaret. Huic malo remedium attuli: nam tantum non omnes, ab eo citatos perquiſivi, atque ubi reperiri poſſent indicavi. Adjecti praeterea *Indices* ſunt *Rerum*, *Legum*, *Auctorumque*, cura diligentiſſimi viri JO. VAN DER LINDEN digeſti. In his deſieram, cum nuntius acerbam Praeſtantiſſimi & de Jure literisque egregie meriti JO. GOTTL. HEINECCII mortem adferret. Juſſerat paucis ante fatalem horam diebus renuntiari, lampada ſe mihi tradere, verbis uſus male ominatis, addideratque, vehementer ſe, ut S. PETITI Atticis legibus *Juriſprudentia Romana atque Attica* abſolveretur tandem, expetere. At illum gloria ingentem mors praeripuit inmunemque curis praeſtitit & ſollicitudinibus. Omnes autem

Vitae ſumma brevis ſpem nos vetat incboare longam.

Tu vero, LECTOR, vale. Trajecti ad Rhenum a. d. VIII. Kal. Octobris CIↃ. IↃCC. XLI.

(83) Leg. Att. L. V. Tit. 1. p. 482.

VI-

VIRO ILLUSTRISSIMO

FRANCISCO AUGUSTO THUANO

JACOBI AUGUSTI FILIO,

CONSISTORIANO COMITI, ET LIBELLORUM SUPPLICUM IN REGIA MAGISTRO,

SAMUEL PETITUS.

CUM *animo mecum reputo ingentes illas,* FRANCISCE AUGUSTE THUANE, VIR ILLUSTRISSIME, *quas in te, quasi hereditario jure collatas miramur, virtutes; cum dignitatem amplissimam, te hac* προσφωνήσει *compellare, tenuitatis meae mihi probe conscius, & operae levidensis, vix audeo: Eductus quippe atque educatus inter ipsos poene dixerim literarum hostes, non est quod sperem quicquam a me, quod aetatem ferat, in publicum edi posse: neque adeo me ipse amo, ut tibi probari hoc quicquid est libelli, quod nomini tuo, si pateris,* VIR ILLUSTRISSIME, *eo consecratum, confidam:* τὸ τοῦ Λευδάμαντος οὐ πάσχομεν. *Verum animos mihi addidit, ut auderem, veneranda* LEGUM, *quarum syllogen do, & interpretationem facio, majestas, & eorum, plerorumque certe, qui has condidere* LEGES, *sancti atque ad virtutem facti mores, & inclyta fama gloria: maxime cum unice optarent domum tuam, tot tuorum imaginibus majorum claram, adire, & ad te de suis referre* LEGIBUS, *quo majori, imo certa cum spe earum ferendarum, tuae beati praejudicio sententiae, illas promulgent, ac literatum populum rogent: Atque hic quidem merito illis sensus est, fuit quippe domus tua aliquot ab hinc retro seculis Themidis sacrarium, Vosque ex illa inter principes Justitiae Sacerdotes, de quibus vere dixerim* quicquid Graecia mendax audet in historiis *de suo Solone, Thalete, Aeschylo, Demetrio Phalereo, aliis, quibus Rempublicam suam optimis ornatam* LEGIBUS, *atque constitutam Atheniensis imputat populus: Sed ut & tibi,* VIR ILLUSTRISSIME, *eos in aedes tuas admittendi sit animus, cum nullo possim meo merito, prece a te expeto, & enixe rogo: ita faxit Deus Opt. Max. sic voveo, sic spero, ut, qui sanctissimum tuum parentem, qui majores tuos, viros supra omnem laudem, jam virtutibus aequasti, cumulatis honoribus longe superes. Vale* VIR ILLUSTRISSIME. *Scripsimus Lutetiae Parisiorum A. D.* VIII. *Kal. Januarias anni Dionysiani* cIↄ. Iↄc. XXXV.

SAMUELIS PETITI
IN LEGES ATTICAS
PRAEFATIO.

CUM in foro causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videatur esse, nulla praefatione facta, judici rem exponere, mihi *Legum Atticarum* interpretationem facturo multo magis inconveniens esset, origine non repetita, atque illotis manibus, protinus materiam interpretationis tractare, non quia velim verbosas facere praefationes, sed ut ii, in quorum manus nostra haec venient, libentius ad lectionem propositae materiae producantur. Omnia animantia, quae in mari, quae in terra, ne feris quidem exceptis, nascuntur, juris peritia censentur, quod natura docuit, & avium quoque commune est: Naturalis vero ratio inter omnes homines constituit jus illud, quod apud omnes peraeque custoditur, quo omnes utuntur gentes: Accessit tandem id, quod quisque populus ipse sibi dixit, cum aliquid addidit, vel detraxit juri communi, vocaturque *jus civile*, quasi jus proprium ipsius civitatis: Nulla autem civitas est, nulla gens inter eas, quae Graeci sunt nominis, qua prior Atheniensium populus sibi ipse jus non constituerit: de eo quippe Aelianus *ποικίλης ἱστορίας Lib. III. Cap.* 28. *δίκας τε δοῦναι καὶ λαβεῖν εὗρον πρῶτοι.* E Legibus namque actiones compositae sunt, quibus inter se homines disceptarent: quas actiones ne populus, prout vellet, institueret, certas solennesque esse voluerunt, appellanturque *Legis actiones.* Venit autem *jus* istud *Atheniensium civile* e *Legibus* & *Plebiscitis: Senatusconsulta* non addo, quia nisi accederet populi auctoritas, *ἐπέτεια* tantum erant, nec nisi in unum annum, quamdiu scilicet ille Quingentorum Senatus, qui decreverat, Reipublicae praeesset, jus faciebant. Primum autem Leges latae sunt a *Regibus*, quarum nonnullae etiamnum hodie leguntur, & hic habes, MI LECTOR: Reges exceperunt *Draco* atque *Solo*, quorum nomina *canescent seclis innumerabilibus: Draco* quidem anno primo Olympiadis tricesimae nonae, cum ipse Athenis Archon esset, stadioque vicit Laco Rhipsolcus: *Δράκων δὲ ὁ καὶ αὐτὸς νομοθέτης περὶ τὴν τριακοστὴν καὶ ἐννάτην Ολυμπιάδα γεγονὼς διεσκέφθαι.* Ejusque Leges proprie *θεσμοὺς* dixerunt, ut est apud Aelianum *Variae Hist. Lib. VIII. Cap.* 10. & apud auctorem *Etymologici* his verbis: *θεσμὸν γὰρ ἐκάλουν τὸν νόμον, καὶ διαφέρουσι προσώποις· θεσμὸν γὰρ εἶναι τοῦ Δράκοντος· νόμον δὲ τὸν Σόλωνος.* Sed vere olim Herodicus apud Aristotelem, *ὅτι οὐκ ἀνθρώπου νόμοι, ἀλλὰ Δράκοντος· χαλεποὶ γάρ.* Nam noxas pene omnes capitis supplicio puniendas esse nimis severe censuit, sanxitque: Itaque ejus Leges, quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto jussoque, sed tacito illiteratoque Atheniensium consensu obliteratae sunt, tandemque *Solon Draconis Legibus antiquatis*, B. Hieronymi verba sunt *in Chronico*, *extra eas quae ad sanguinem pertinebant*, *sua jura constituit*, idque anno tertio Olympiadis quadragesimae sextae, quo in Praetura excepit Philombrotum, designatus pacis & Legum arbiter. Sosicrates apud Diogenem Laërtium [*Lib. I*, 62.] *ἤκμαζε μὲν οὖν Σόλων πε-*

ρὶ

εἰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, ἧς τῷ τρίτῳ ἔτει ἦρξεν Ἀθηναίων, ὅτε καὶ ἔθηκε τοὺς νόμους. vide Plutarchum *in Solone*, & Aelianum *Variae Lib. VIII. Cap.* 10. qui scribit non sorte captum fuisse Archonta, sed ab Atheniensibus electum: eoque sensu, puto, Plutarchus, καὶ τὸν Σόλωνα τῆς πολιτείας διορθωτὴν καὶ νομοθέτην ἀπέδειξαν. Collapsam insecutis temporibus Pisistratidarum scelere Rempublicam instauravit Clisthenes iis ejectis, Legesque suis scripsit civibus. Isocrates *Areopagitica* [*p.* 210.] τὴν δημοκρατίαν Σόλων μὲν ὁ δημοτικώτατος γενόμενος ἐνομοθέτησε· Κλεισθένης δὲ, ὁ τοὺς τυράννους ἐκβαλὼν, καὶ τὸν δῆμον καταγαγὼν, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κατέστησεν. Plutarchus *in Pericle* [*p.* 153. *C.*] ἔγημεν Ἀγαρίστην Κλεισθένους ἔγγονον, ὃς ἐξήλασε Πεισιστρατίδας, καὶ κατέλυσε τὴν τυραννίδα γενναίως, καὶ νόμους ἔθετο, καὶ πολιτείαν ἄριστα κεκραμένην πρὸς ὁμόνοιαν καὶ σωτηρίαν κατέστησεν. Post exactos urbe Triginta Tyrannos, restituta Legibus, ἀπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος auctoritas, multaeque de novo latae sunt, Diocle rogante, Aristophonte, aliis: sed inter eos inferioris hujus aevi luce micat splendetque sua Demetrius Phalereus, qui Rempublicam constituit, & Legibus ornavit, ut est apud Plutarchum *in Aristide* [*p.* 335. *E.*] cum rerum Athenis potiretur: Numerat quoque Aeschylum & Thaletem inter Atheniensium Legum latores post Solonem Suidas his verbis: Νομοθέται παρ' Ἀθηναίοις πρῶτος ἐγένετο Δράκων, μετ' αὐτὸν Σόλων, καὶ μετὰ τοῦτον Θαλῆς, καὶ μετὰ τοῦτον Αἰσχύλος. Sed de iis, quod sciam, tantum est: alia jam expendenda occurrunt. Observat Aristoteles *in Problematis* [*Sect. XIX*, 28.] veteres, cum literas nescirent, Leges, quas in tabulis non habebant descriptas, cantasse, ne obliviscerentur: πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα, ᾖδον τοὺς νόμους, ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται· ὥσπερ ἐν Ἀγαθύρσοις ἔτι εἰώθασι. Verum Corybantes columnis incidere Leges docuerunt, ut Theopompus scribit ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας. τῶν Κορυβάντων ἐστὶν εὕρημα ἱστάναι λίθοις, καὶ ἐν αὐτοῖς νόμοις ἀναγράφειν. Solo vero in ligneas perscripsit tabulas, quas Ἄξονας καὶ Κύρβεις dixerunt, & in *Acropoli* composuerunt: sed Ephialtes in *curiam*, & in *forum* transtulit. Anaximenes ἐν Φιλιππικῷ. τοὺς Ἄξονας καὶ τοὺς Κύρβεις ἄνωθεν τῆς Ἀκροπόλεως εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ τὴν ἀγορὰν μετέστησεν Ἐφιάλτης. Pollux [*Lib. VIII*, 128] ἀπέκειντο δὲ οἵ τε Κύρβεις καὶ οἱ Ἄξονες ἐν Ἀκροπόλει πάλαι. αὖθις δ' ἵνα πᾶσιν ἐξῇ ἐντυγχάνειν, εἰς τὸ Πρυτανεῖον καὶ τὴν ἀγορὰν μετεκομίσθησαν. Prytaneium erat in *foro*, ut testatur Pausanias *Atticis* [*Cap.* 18.] πλησίον δὲ Πρυτανεῖόν ἐστιν, ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σόλωνός εἰσι γεγραμμένοι. Superfuisse autem horum fragmenta Axonum in Prytaneio etiam sua aetate testatur Plutarchus *in Solone* [*p.* 92. *B.*] ἰσχὺν δὲ τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκε, καὶ κατεγράφησαν εἰς ξυλίνους Ἄξονας ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους· ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν Πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσώζετο. Polemon ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην. Ἄξονες διασώζονται ἐν τῷ Πρυτανείῳ γεγραμμένοι καὶ ἄπαντα μέρη. Quod ad *curiam* attinet intelligo Matris Deûm aedem. Suidas: καὶ διὰ τοῦτο ᾠκοδόμησαν βουλευτήριον, καὶ περιφράττοντες αὐτὸ καθέρωσαν τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. Adservari autem ibi Leges docent veteres Magistri: τοὺς νόμους ἔθεντο ἀναγράψαντες ἐν τῷ

Μητρώῳ. rursum: ἐχρῶντο δὲ Ἀθηναῖοι τῷ Μητρώῳ ἀρχείῳ καὶ νομοφυλακείῳ. Reposita quoque erant Legum antigrapha in *Regia porticu*. Aristoteles de Republica Atheniensium [apud Harpocrat. in Κύρβεις.] ἀναγράψαντες δὲ τοὺς νόμους εἰς τοὺς κύρβεις, ἔστησαν ἐν τῇ στοᾷ τῇ βασιλείᾳ. Andocides *Oratione de Mysteriis* [*p.* 11.] εἶτ' ἀναγράψαι ἐν τῇ στοᾷ τούτους τῶν νόμων οἳ ἂν δοκιμασθῶσι. & in Psephismate, quod legitur *ibidem*, scripto post exactos Athenis Triginta Tyrannos: τοὺς δὲ κυρουμένους τῶν νόμων ἀναγράφειν εἰς τὸν τοῖχον, ἵναπερ πρότερον ἀνεγράφησαν, σκοπεῖν τῷ βουλομένῳ. Axones autem undique scripti erant, ut in laudatis modo Polemonis verbis habes: Ἄξονες διασώζονται ἐν τῷ Πρυτανείῳ γεγραμμένοι καὶ ἅπαντα μέρη. colliges quoque ex his veterum Scriptorum verbis, quibus τὸ τῶν Ἀξόνων κατασκεύασμα describunt: πλινθεῖον μέγα ἀνδρόμηκες, ἡρμοσμένα ἔχον ξύλα τετράγωνα τὰς πλευρὰς πλατείας ἔχοντα καὶ γραμμάτων πλήρεις. ἑκατέρωθεν δὲ δόνακας (alii legunt κνώδοντας) ὥστε κινεῖσθαι, καὶ περιφέρεσθαι, καὶ μεταστρέφεσθαι ὑπὸ τοῦ γράφοντος καὶ τῶν ἀναγινωσκόντων. Scriptura autem Axonum hujusmodi erat: primus versus scribebatur a sinistra ad dextram, secundus a dextra ad sinistram; tertius rursum a sinistra ad dextram, quartus a dextra ad sinistram, & ita deinceps eo ordine: nam βουστροφηδὸν fuisse scriptas Solonis Leges auctor est Euphorion, [apud Harpocrat. in ὁ κάτωθεν νόμος] referente Didymo, ubi quid sit ὁ κάτωθεν νόμος apud Demosthenem varie interpretatur: ἢ διὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐν τοῖς Ἄξοσι γραφῆς βουστροφηδὸν γεγραμμένης, τὸν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἀρχόμενον νόμον, κάτωθεν ὀνομάζει ὁ Δημοσθένης· ὅτι γὰρ βουστροφηδὸν ἦσαν οἱ Ἄξονες καὶ οἱ Κύρβεις γεγραμμένοι δεδήλωκεν Εὐφορίων ἐν τῷ Ἀπολλοδώρῳ. Quot fuerint numero Axones, nullus dixero: Sextidecimi meminit Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *B.*] ἃς γὰρ ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ τῶν Ἀξόνων ὁρίζει τιμὰς τῶν ἐκκρίτων ἱερείων, εἰκὸς μὲν εἶναι πολλαπλασίας. Videtur quoque vicesimum primum Axonem laudare Harpocration: καὶ Σόλων ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ τῶν νόμων. Legum vero seriem atque ordinem in iis solus ille dixerit,

ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου.

Omne quippe jus, quod iis continetur, vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones pertinet: Summa autem rerum divisio in duos articulos deducitur: nam aliae divini juris, aliae humani; hae autem vel publici, vel privati juris sunt: itaque optime Demosthenes *in Timocratea* [*p.* 477.] ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δύο εἴδη περὶ ὧν εἰσὶν οἱ νόμοι κατὰ πάσας τὰς πόλεις. ὧν τὸ μὲν ἐστι δι' ὧν χρώμεθα ἀλλήλοις, καὶ συναλλάττομεν, καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἃ χρὴ ποιεῖν διωρίσμεθα, καὶ ζῶμεν ὅλως τὰ πρὸς ἡμᾶς αὐτούς· τὸ δὲ, ὃν τρόπον δεῖ τῷ κοινῷ τῆς πόλεως ἕνα ἕκαστον ἡμῶν χρῆσθαι, ἐὰν πολιτεύεσθαι βούληται, καὶ φῇ κήδεσθαι τῆς πόλεως. Sed hunc ordinem non sequuntur Solonis Axones: nam Leges de sacris repraesentat sextus decimus Axon. Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *B.*] ἃς γὰρ ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ τῶν Ἀξόνων ὁρίζει τιμὰς τῶν ἐκκρίτων ἱερείων, εἰκὸς μὲν εἶναι πολλαπλασίας. De ignominiosis est Lex octava Axonis tertii decimi, de qua Plutarchus [*p.* 88. *E.*]

ὁ δὲ τρεισκαιδέκατος Ἄξων τῶν Σόλωνος τὸν ὄγδοον ἔχει τὸν νόμον οὕτως αὐτοῖς ὀνόμασι γεγραμμένον. Primus vero Axon Legem habet de exportatione fructuum: nam ubi eam retulit Plutarchus, addit [*p.* 91. *E.*] καὶ πρῶτος Ἄξων ἐστὶν ὁ τοῦτον περιέχων τὸν νόμον. Quare nos, cum ordinem Legum a Solone rogatarum, & in tabulas perscriptarum ignoremus, in hac nostra Sylloge, quantum fieri potuit, Imperatoris Justiniani vestigia in digerendo veteri jure, & componendo novo Codice, pressimus. Consulto autem praetermisimus Leges illas, quae in Rhetorum scriptis leguntur: Quanquam enim omnes res Athenis esse gestas praedicent, pleraeque tamen fictae sunt in argumentum Declamationum: En tibi apud Sopatrum & Marcellinum Commentariis in Hermogenem ii, qui idem virtutis poscebant praemium, ex hac Lege committuntur: νόμος τοὺς ἀριστεύοντας μονομαχεῖν. Sed cras credam forte, hodie nihil: Non ignoro tamen viros insignes, & partium duces suas manu discrevisse lites e provocatione: ita interpretor Athenaei verba *Lib. IV*, C. 13. ὅτι δὲ καὶ οἱ ἔνδοξοι, καὶ οἱ ἡγεμόνες ἐμονομάχουν, καὶ ἐκ προκλήσεως τοῦτο ἐποίουν, ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. etiam Ombrici inter se armis lites terminabant. Nicolaus Damascenus: Ὀμβρικοὶ ὅταν πρὸς ἀλλήλους ἔχωσιν ἀμφισβήτησιν, καθοπλισθέντες ὡς ἐν πολέμῳ μάχονται, καὶ δοκοῦσι δικαιότερα λέγειν οἱ τοὺς ἐναντίους ἀποσφάξαντες. Sed inter Athenienses Lege sanctum fuisse, ut οἱ ἀριστεύοντες, ii qui fortiter in bello fecissent, de praemio armis decernerent, non possum mihi persuadere: Iterum apud eundem Hermogenem, Lex peregrinum vetat in murum ascendere; si ascenderit, capital ei esto: ξένος ἐπὶ τῶ τεῖχος εἰ ἀνέλθοι, τεθνάτω. M. Tullius eandem habet *Lib. I. de Oratore C.* 24. *Lex peregrinum vetat in murum ascendere.* Verum quidem est, *si quis violaverit muros*, ut usurpem verba Pomponii Lib. II. ex variis Lectionibus, *capite puniri: sicuti si quis transcendet scalis admotis, vel alia qualibet ratione: nam cives Romanos alia, quam per portas, egredi non licet: cum illud hostile & abominandum sit: nam & Romuli frater Remus occisus traditur ob id, quod murum transcendere voluerit. l. ult. D. de divisione rerum. necnon & si vallum quis transcendat, aut per murum castra ingrediatur, capite punitur. l.* 3. §. 17. *D. de re militari.* Nihil tamen ista ad Legem, quam de schola Rhetorum laudant Cicero & Hermogenes. Tertiam addamus e Seneca *Controvers. Lib. III. Contr.* 3. LEX. *Cum filio tricenario pater patrimonium dividat.* Non est haec Lex pro Atheniensium instituto, receptisque moribus, sed facit maxime ad praeferendam lucem parabolae Euangelicae apud Lucam XV. 11, 12. de luxurioso juvene, qui vult sibi a patre patrimonium dividi. Hujusmodi igitur Leges data opera hic non legentur digestae: operae fuerit pretium ceteras, quas liquido constat Atheniensium esse, collegisse: Quanquam non dubito, nonnullas nostros fugisse oculos: & certe vix aliter fieri potuit, cum non tantum homines simus, sed etiam, dum haec scriberemus, variis occupati curis, & mentem mortalia tangerent. Praestabunt alii, qui sequentur, feliciter; eoque maximam a nobis inibunt gratiam. Cum autem *scire Leges non sit earum verba tenere*, *sed vim ac potestatem*, *l.* 17. *D. de Legibus.* pleraque vero in illis adeo clara non sint, ut nullus supersit disputandi locus, Legibus latis accessit sive scripto prudentium interpretatio, quam *jus civile* dixerunt Romani Juris-

riſconſulti, quia etiam *ex auctoritate prudentium venit*, *l.* 7. *D. de juſtitia & jure.* Solenne quippe eſt, homines, *εὐόλισθον πρὸς ἁμαρτίαν πρᾶγμα*, ſi interpretatio deſit, errare & labi: itaque diſputatione opus eſſe prudentiorum, qua e diverticulo in viam revocentur: atque hoc docuit Pomponius Libro ſingulari Enchiridii, verbis, quae corrupte leguntur in hunc modum: *His Legibus latis, coepit, ut naturaliter evenire ſolet, ut interpretatio deſideraret prudentium auctoritate neceſſariam eſſe diſputationem fori. l.* 2. §. 5. *D. de origine juris.* Emendo: *coepit, ut naturaliter evenire ſolet, ut interpretatio deſit, errare, & prudentium auctoritate neceſſariam eſſe diſputationem fori.* Prudentes iſtos, qui de jure reſponderent, Ἐξηγητὰς dixerunt noſtri Athenienſes, quorum, ut alia aliorum atque adeo ipſius Demoſthenis praetermittam loca, ἐν τῷ κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν [p. 647.] meminit Demoſthenes, & feſtiviſſime Terentius *Phormione* [*Act. II*, 4, 9,] deridendos propinat, cum ita de jure reſpondentes dicenteſque inducit,

> CRA. *Ego quae in rem tuam ſint, ea velim facias. mihi*
> *Sic hoc videtur. quod te abſente hic filius*
> *Egit, reſtitui in integrum aequom eſt, & bonum:*
> *Et id impetrabis. dixi.* DE. *Dic nunc Hegio.*
> HE. *Ego ſedulo hunc dixiſſe credo: verum ita eſt,*
> *Quot homines, tot ſententiae: ſuus cuique mos.*
> *Mihi non videtur quod ſit factum, Legibus*
> *Reſcindi poſſe: & turpe inceptum eſt.* DE. *Dic Crito.*
> CRI. *Ego amplius deliberandum cenſeo.*
> *Res magna eſt.*

Quemadmodum autem olim Romae *interpretandi ſcientia apud collegium Pontificum erat*, *l.* 2. §. 6. *D. de origine juris.* Ita etiam Athenienſium inſtituto, quod auctorem habuit Theſeum, fuit apud Εὐπατρίδας. Plutarchus *in Theſeo* [*p.* 11. *C.*] Εὐπατρίδας μὲν γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν Ἄρχοντας ἀποδούς, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν Ἐξηγητάς. Horum Εὐπατριδῶν, quibus natalium gentiſque jure inferiores non ſumus, ſed cenſu atque peritia, exemplum ſecuti, Legum, quas in hac Sylloge deſcripſimus, non tantum verba tenere, ſed etiam vim ac poteſtatem interpretari conati ſumus in hoc ſcripto.

Scitum fuit Heracliti, *πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη*, ut loquitur Diogenes Laërtius, & eſt apud Ariſtotelem *in Metaphyſicis*: unde, cum aliquando frigus eſſet, & Heraclitus ad furni ignem acceſſiſſet ut caleſceret, hoſpites, qui conventum volebat, fidenti animo introire juſſit, quia & illic Dii erant: narrat Ariſtoteles *περὶ ζώων μορίων Lib. I. cap.* 5. his verbis, καὶ καθάπερ Ἡράκλειτος λέγεται πρὸς τοὺς ξένους εἰπεῖν, τοὺς βουλομένους αὐτῷ ἐντυχεῖν, οἳ ἐπειδὴ προσιόντες εἶδον αὐτὸν θερμόμενον πρὸς τῷ ἴπνῳ, ἔστησαν· ἐκέλευσε γὰρ αὐτοὺς εἰσιέναι θαῤῥοῦντας· εἶναι γὰρ καὶ ἐνταῦθα θεούς. quod alluſit A. Gellius *in Praefatione*, quae *πρότερον ὕστερον extremis Noctibus Atticis* legitur, teſtatus nullum fuiſſe tam malum librum, e quo

quo aliquid, quod in suum verteret commodum, non excerpserit, *cum illud*, inquit, *Heracliti Ephesii viri summe nobilis verbum cordi haberem, quod profecto ita est, Introite, nam & hic Dii sunt.* Idem tibi dictum a me puta, Mi Lector, sed & interea per Musas ipsas,

Musarumque novem communia sacra rogatus,

παρεργάματα, quae nobis exciderunt, condona, affectu siquidem in te, in literas propenso meremur. Voto finiam, quo Legum istarum opus cum in scripta referret Solo, auspicatus est,

Εὐχόμεθα Διὶ Κρονίδῃ βασιλῆϊ
Θεσμοῖς τοῖσδε τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι.

Admonendus est Lector, in hac Legum Sylloge, illas, quae in Commentario uncialibus literis scribuntur, asterisco notari. Si qua autem irrepserunt sphalmata, iis offendi ne velit, rogatur.

INDEX TITULORUM.

Litera C. Commentarium designat.

A.

de Accusationibus. 58. 630. C.
— *Adulteriis.* 47. 559. C.
— *Agris, armento atque grege.* 39. 490. C.
— *Arbitris.* 32. 433. C.
— *Artibus.* 42. 520. C.

C.

de Civibus aboriginibus & adscititiis. 10. 200. C.
— *Collegiis & Pollicitationibus.* 42. 524. C.
— *Connubiis.* 43. 531. C.
— *Conviciis.* 60. 641. C.
— *Conviviis.* 62. 646. C.

D.

de Damnis. 58. 631. C.
— *Deorum cultu, sacris aedibus, diebus festis, & ludis.* 1. 67. C.
— *Designandis Atheniensibus.* 61. 645. C.
— *Divortiis.* 47. 558. C.
— *Dotibus.* 46. 548. C.

E.

περὶ τῆς Εἰσαγγελίας. 63. 651. C.
de Emtione, venditione, & evictione. 39. 492. C.
— *Excusationibus munerum.* 25. 371. C.

F.

Finium regundorum. 37. 480. C.
de Furtis. 59. 634. C.

G.

de Gymnasiis. 27. 382. C.

I.

de In jus vocando. 29. 401. C.
— *Indicibus.* 62. 646. C.
— *Ingratis.* 61. 645. C.
— *Inquilinis.* 14. 246. C.
— *Judicibus.* 28. 392. C.
— *Judiciis.* 30. 415. C.
— *Jurejurando.* 32. 438. C.

L.

de Legibus. 6. 171. C.
— *Liberis legitimis, nothis, adoptivis & patria potestate.* 11. 213. C.

M.

de Magistratibus. 18. 300. C.
— *Medicis & Philosophis.* 27. 387. C.
— *Metallicis actionibus.* 62. 649. C.
— *Militia.* 63. 653. C.
Miscella. 65. 670. C.
de Muneribus & Honoribus. 23. 349. C.

N.

de Negotiis gestis. 61. 643. C.

O.

de Oratoribus. 22. 344. C.

P.

de Poenis. 34. 455. C.
— *Praemiis bene de republica meritorum.* 25. 374. C.
— ——— *& poenis militum.* 64. 665. C.
— *Praeparatoriis judiciorum.* 29. 403. C.
— *Puerorum amoribus, & productione & scortis.* 48. 567. C.

R.

de Re judicata & integri restitutione. 33. 451. C.
— *Rebus Athenis alio, aut aliunde Athenas importandis vel exportandis.* 41. 512. C.
— *Redemptoribus vectigalium, Aerario publico, & Theorica pecunia.* 36. 471. C.

S.

de Sacrorum ministris. 4. 158. C.
— *Senatu Quingentorum & concione.* 16. 266. C.
— *Senatusconsultis & Plebiscit.* 9. 196. C.
— *Sepulchris & Funeribus.* 53. 595. C.
— *Servis & Libertis.* 14. 254. C.
— *Sicariis.* 55. 605. C.

T.

de Testamentis & Hereditario jure. 50. 576. C.
— *Testibus.* 32. 440. C.
— *Tutelis.* 52. 591. C.

V.

de Vacatione militiae. 64. 664. C.
— *Vi bonorum raptorum.* 59. 633. C.
— *Usuris.* 39. 497. C.

LEGES ATTICAE.

SAMVEL PETITVS COLLEGIT ET DIGESSIT.

LIBER PRIMVS.

TITVLVS PRIMVS.

De Deorum cultu, sacris aedibus, diebus festis, & ludis.

α'. ΘΕΟΥΣ καρποῖς ἀγάλλειν

β'. * Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον, Θεοὺς τιμᾶν καὶ Ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ ἑπομένοις νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ, κατὰ δύναμιν σὺν εὐφημίᾳ, καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν πελάνοις ἐπετείοις.

γ'. Πρόβατον καὶ δραχμὴν, ἡ ἀντὶ μεδίμνου.

δ'. * Τὰ ἔκκριτα ἱερεῖα.

ε'. Τοὺς ἐκ θυσίας ἰόντας, φέρειν ἐξ αὐτῆς τῆς θυσίας τοῖς οἰκείοις.

ς'. Τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τοὺς ἱερέας λαμβάνειν.

ζ'. Τὸν ἀλόντα θακεύοντα ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος ἑαυτὸν αἰκάσαθαι, καὶ θνήσκειν.

η'. Τοῖς ξένοις, καὶ τοῖς δούλοις ἐλθεῖν ἐξεῖναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτε-

DEOS frugibus venerantor.

Lex esto antiquissima, aeternaeque auctoritatis in Attica, Venerandos esse Deos, atque Heroas patrios & indigenas publice secundum patrias sanctiones, privatim vero bonis verbis, frugumque primitiis, libis annuis, pro facultatum modulo.

Drachma in ovem, octodecim in medimnum.

Eximiae hostiae.

Qui sacra fecerunt, aliquid e victimis domum referunto.

Reliqua ex sacris victimis cedunto Sacerdotibus.

Qui in aede Apollinis ventrem exoneraverit, se ipsum in judicio deferto, eique capital esto.

Peregrinis servisque fas esto publica Atheniensis populi Templa

adire, vel videndi caussa, ibidemque supplicibus sedere.

Redeuntibus postliminio ab hostibus, fas non esto sacellum Eumenidum adire.

Supplices Sacrosancti sunto.

Die populo Atheniensium festo ne cuiquam, sive privatim, sive publice, injuria fiat, neve habetor concio de aliis rebus, quam iis, quae ad festorum religionem pertinent.

Nefas esto in veste tincta Panathenaeorum pompam ludosque spectare.

Panathenaeis majoribus Rapsodi Homeri carmina recitanto.

Inquilini in pompa ligones ferunto: Eorumque filiae hydrias & umbellas.

Peregrinum Mysteriis ne initiato.

Qui Mysteria vulgarit, ei capital esto.

Initiati, qua tunc essent amicti veste, Deabus consecranto.

Foemina bigis ad sacra Eleusinia ne vehitor: siqua secus faxit, multa drachmarum sex mille irrogator.

Libellum supplicem Mysteriorum diebus ne offerto.

Nemini Mysteriorum diebus manum injicito.

Postridie Mysteriorum Senatus in Eleusinio habetor.

Quotannis Thesmophoria celebrantor.

Thesmophoriis nexi vinculis solvuntor.

Cum pompa Libero ducitur in Piraeeo, agunt Comoedi & Tragoedi, item Lenaea pompa, & agentibus

λῆ, καὶ θεασαμένους καὶ ἱκετεύσοντας εἰσιέναι.

θ΄. Τοῖς δευτεροπότμοις μὴ ἐξεῖναι εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν θεῶν.

ι΄. Τοὺς ἱκέτας εἶναι ἀσφαλεῖς.

ια΄. Ἁπάντων τῶν Ἀθηναίων ἀγόντων ἱερομηνίαν, μήτ' ἰδίᾳ, μήτε κοινῇ, μηδὲν ἀλλήλους ἀδικεῖν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, μηδὲ χρηματίζειν, ὅ, τι ἂν μὴ περὶ τῆς ἑορτῆς ᾖ.

ιβ΄. Ἐν τῷ τῶν Παναθηναίων ἀγῶνι μὴ ἐξεῖναι τῷ βαπτὸν ἔχοντι ἱμάτιον θεωρεῖν.

ιγ΄. Καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα Παναθηναίων τὰ τοῦ Ὁμήρου ἔπη ῥαψῳδεῖσθαι.

ιδ΄. Τοὺς μετοίκους ἐν ταῖς πομπαῖς αὐτοὺς μὲν σκάφας φέρειν τὰς δὲ θυγατέρας αὐτῶν ὑδρεῖα, καὶ σκιάδια.

ιε΄. Μηδένα ξένον μυεῖν.

ιϛ΄. Τὸν ἐξειπόντα τὰ Μυστήρια τεθνάναι.

ιζ΄. Ἐν οἷς τις ἱματίοις μυηθείη, εἰς ταῖν θεαῖν ταῦτα ἀνατιθέναι.

ιη΄. Ἐπὶ ζεύγους μὴ ἀπιέναι γυναῖκα Ἐλευσινάδε· εἰ δέ τις φωραθείη, ἀποτίνειν δραχμὰς ἑξακισχιλίας.

ιθ΄. Μὴ τιθέναι ἱκετηρίαν τοῖς Μυστηρίοις.

κ΄. Μηδενὸς τοῖς Μυστηρίοις ἐπιλαμβάνεσθαι.

κα΄. Τὴν βουλὴν τῇ ὑστεραίᾳ τῶν Μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ.

κβ΄. Κατ' ἔτος τελεῖν τὰ Θεσμοφόρια.

κγ΄. Ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις λύεσθαι τοὺς δεσμώτας.

κδ΄. * Εὐήγορος εἶπεν, ὅταν ἡ πομπὴ ᾖ τῷ Διονύσῳ ἐν Πειραιεῖ, καὶ οἱ Κωμῳδοὶ καὶ οἱ Τραγῳδοὶ, καὶ

ἐπὶ

ἐπὶ Ληναίῳ Πομπὴ, καὶ οἱ Τραγῳδοὶ, καὶ οἱ Κωμῳδοὶ, καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ Πομπὴ, καὶ οἱ παῖδες, καὶ ὁ Κῶμος, καὶ οἱ Κωμῳδοὶ, καὶ οἱ Τραγῳδοὶ, καὶ Θαργηλίων τῇ Πομπῇ, καὶ τῷ ἀγῶνι μήτε ἐξεῖναι, μήτε ἐνεχυράσαι, μήτε λαμβάνειν ἕτερον ἑτέρου, μηδὲ τῶν ὑπερημέρων ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις· ἐὰν δέ τι τούτων τις παραβαίνῃ, ὑπόδικος ἔστω τῷ παθόντι, καὶ προβολαὶ κατ' αὐτοῦ ἔστωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐν Διονύσου, ὡς ἀδικοῦντος καθ' ἃ περὶ τῶν ἄλλων ἀδικούντων γέγραπται.

Tragoedis atque Comoedis: Astycorum quoque Liberalium pompa, saltante puerorum choro, dum fit Comus, aguntque Comoedi & Tragoedi: Thargeliorum item pompa & certamine: neque pignus, neque quidquam alterius capito, neve poenam pro mora exigito ab eo, qui judicatum non solverit: Qui secus faxit, accusator a laeso, & probolae adversus eum dantor apud populum, pro concione in Bacchi, sirempse Lege, qua adversus alios, qui festi religionem temerarint.

κε'. * Τοὺς Πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν ἐν Διονύσου τῇ ὑστεραίᾳ ἐν Πανδίοις, ἐν δὲ ταύτῃ χρηματίζειν πρῶτον μὲν περὶ ἱερῶν, ἔπειτα τὰς προβολὰς παραδιδότωσαν τὰς γεγενημένας ἕνεκα τῆς πομπῆς, ἢ τῶν ἀγώνων τῶν ἐν τοῖς Διονυσίοις, ὅσαι ἂν μὴ ἐκτελισμέναι ὦσιν.

Prytanes concionem in Bacchi cogunto, Pandiis, postridie Dionysiorum, & de sacris primum referunto, Probolae deinde dantor de injuriis illatis, pompae vel Ludorum Dionysiacorum caussa, de quibus transactum non fuerit.

κς'. Μηδενὸς τοῖς Διονυσίοις ἐπιλαμβάνεσθαι.

Nemini diebus Liberalium festis manum injicito.

κζ'. Δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι, πρὶν ἂν εἰς Δῆλον ἀφίκηται τὸ πλοῖον, καὶ πάλιν δεῦρο.

Deliorum festos dies, dum Delum itur, reditur, Damnatorum suppliciis ne funestato.

κη'. Ἀλώοις ἱερεῖα μὴ θύειν.

Alois victimam ne mactato.

κθ'. Τῷ Ὀλύμπια νικήσαντι δραχμὰς πεντακοσίας δίδοσθαι.

Olympionicis quingentae de publico drachmae dantor.

λ'. Τῷ Ἴσθμια νικήσαντι δραχμὰς ἑκατὸν δίδοσθαι.

Isthmionicis centum de publico drachmae dantor.

λα'. Τὸν Τραγικὸν Χορὸν συνιστάναι ἐκ πεντεκαίδεκα.

Tragicorum Chorus e quindecim personis constituitor.

λβ'. Τὰς Τραγῳδίας τῶν ποιητῶν, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου, τὸν Γραμματέα τῆς πόλεως παραναγινώσκειν, τοῖς ὑποκρινομένοις οὐκ ἐξεῖναι αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι.

AEschyli, Sophoclis & Euripidis Tragoedias, urbis Scriba publice praelegito. Histriones eas ne agunto.

λγ'. Τὸν περὶ τῶν Κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς Χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι.

Comoedi Anthesteriis fabulas docento atque committunto in Theatro. Victorem Civitate donato.

λδ'. Μὴ εἰσελθεῖν τινα εἰπεῖν, μήπω τριάκοντα ἔτη γεγονότα.

Histrio fabulam ne agito annorum triginta minor.

Magiſtratui in comoedia convicium palam ne facito.

λε΄. Τὸν Ἄρχοντα μὴ φανερῶς κωμῳδεῖν.

Nemini in comoedia expreſſo nomine convicium facito.

λϛ΄. Μὴ κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος.

Muſica in ſua genera diſtribuitor, eaque ne invicem permutantor.

λζ΄. Τὴν Μουσικὴν κατ' εἴδη ἑαυτῆς διαιρεῖσθαι, καὶ οὐκ ἐξεῖναι ἄλλως εἰς ἄλλο καταχρῆσθαι μέλους εἶδος.

Spectatores ſine rixa in Theatro ſedento. qui ſecus fecerit, Archontis juſſu ab apparitoribus ſubmovetor: ni paret, multator.

λη΄. Εὐκοσμίαν ἔχειν ἐν τοῖς θεάτροις· τὸν ἄρχοντα τοῖς ὑπηρέταις ἐξείργειν τὸν μὴ πειθόντα εἰπεῖν· εἰ δ' οὕτω ἀπειθῇ, ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν.

Neptuno ludi celebrantor in Pyraeeo, choris tribus ad minimum ἐγκυκλίοις ſaltantibus. Decem minae victori praemium eſto: Octo ei, qui ſecundas: Sex vero ei, qui tertias obtinuerit.

λθ΄. Τοῦ Ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν Πειραιεῖ, κυκλίων χορῶν οὐκ ἔλαττον τριῶν. δίδοσθαι μὲν τοῖς νικῶσιν οὐκ ἔλαττον δέκα μνᾶς· τοῖς δὲ δευτέροις, ὀκτώ. ἓξ δὲ τοῖς τρίτοις κριθεῖσι.

Galli gallinacei publice committuntor in Theatro, uno quotannis die.

μ΄. Ἀλεκτρυόνας ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους.

Menſium Kalendis ſacra facito.

μα΄. Ταῖς Νουμηνίαις θύειν.

TITVLVS SECVNDVS.

De Sacrorum Miniſtris.

Rex e Novemviris unus, ut Paraſitos conſtituant, & e ſingulis ſecundum Leges eligant populis, curato. Paraſiti ſinguli ſine dolo malo ſeponunto hecteum hordei e parte quiſque ſua. Athenienſes epulo in templo excipiunto ſecundum patrium morem. Acharnenſium Paraſiti ex illo, quod collegerunt, hordeo, hecteum Apollini in apothecis reponunto.

α΄. * Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλεύοντα τῶν τε ἀρχόντων, ὅπως ἂν καθιστῶνται, καὶ τοὺς Παρασίτους ἐκ τῶν δήμων αἱρῶνται, κατὰ τὰ γεγραμμένα· τοὺς δὲ Παρασίτους ἐκ τῆς βουκολίας ἐκλέγειν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἑαυτῶν ἕκαστον ἑκτέα κριθῶν δαίνυσθαι τοὺς ὄντας Ἀθηναίους ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὰ πάτρια· τὸν δ' ἑκτέα παρέχειν εἰς τὰ ἀρχεῖα τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων Παρασίτους ἀπὸ τῆς ἐκλογῆς τῶν κριθῶν

Paraſiti Acharnenſium Sacra Apollini faciunto.

β΄. * Θύειν τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων Παρασίτους.

Rex, quiſquis is erit, cum Paraſitis, quos e ſingulis antea elegerint

γ΄. * Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν Βασιλέα τὸν ἀεὶ βασιλεύοντα καὶ τοὺς Παρασί-

τους,

τοὺς, οὓς ἂν ἐκ τῶν δήμων παραιρῶνται, καὶ τοὺς γέροντας, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς πρωτοπόσεις.

populis, cum senibus item, atque foeminis univiris, curato.

δ'. * Τὰ δὲ ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν Παρασίτων. Οἱ δὲ Παράσιτοι ἕνα τῶν ἐκ τῶν νόθων, καὶ τῶν τούτων παίδων κατὰ πάτρια· ὃς δ' ἂν μὴ θέλῃ παρασιτεῖν, εἰσαγέτω καὶ περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον.

Sacerdos cum Parasitis menstrua sacra facito. Parasiti de Nothis, aut Nothorum liberis, unum eligunto secundum morem patrium: si parasitari detrectat, in jus vocanto.

ε'. * Καὶ τὼ Κήρυκε ἐκ τοῦ γένους τῶν Κηρύκων τοῦ τῆς Μυστηριώτιδος, τούτους δὲ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλίῳ ἐνιαυτόν.

Duo Ceryces sunto e genere Cerycum Mysticorum: iidemque annum in Delio Templo Parasiti sunto.

ς'. * Τοῖν δὲ βοοῖν τοῖν ἡγεμόνοιν τοῖν ἐξαιρουμένοιν, τὸ μὲν τρίτον μέρος εἰς τὸν ἀγῶνα, τὰ δὲ δύο μέρη, τὸ μὲν ἕτερον τῷ ἱερεῖ, τὸ δὲ τοῖς Παρασίτοις.

Duorum boum praecidaneorum eximiorum tertia pars in certamen; reliquarum duarum una sacerdoti, altera Parasitis, cedunto.

ζ'. * Εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ νεὼ, τοῦ ἀρχείου, καὶ τοῦ Παρασιτίου, καὶ τῆς οἰκίας τῆς ἱερᾶς, διδόναι τὸ ἀργύριον, ὁπόσου ἂν οἱ τῶν ἱερέων ἐπισκευάσαι μισθώσωσιν.

Ad sarta tecta Templi, Apothecae, Parasitii, & aedis sacrae, tantum argenti dator, quanto faciendum opus locaverint Sacerdotes, quibus id commissum est.

η'. Θαλλοφόρους τῇ Ἀθηνᾷ τοὺς καλοὺς γέροντας ἐκλέγεσθαι.

Senes, Minervae oleae ramum Panathenaeis gestantes, forma florenti eliguntor.

θ'. Τὴν γυναῖκα τοῦ Βασιλέως ἀστὴν εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν.

Rex in uxorem civem Atticam virginem ducito.

ι'. Τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι, οὐ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ κοινῇ τὰ γένη.

Sacerdotes privatim singuli, totaeque gentes & familiae, sacerdotii sui rationem reddunto.

ια'. Μηδένα ἱερωσύνην οὐθενὸς Θεῶν κληροῦσθαι, οὐκ ὄντα καθαρὸν τὸ σῶμα.

Nullius Deorum Sacerdos sorte legitor, qui castus non sit.

ιβ'. * Ἐπειδὴ Ἀγνοῦντι θυσία ἐστὶ τῷ λεῷ.

Cum apud Agnusios sacrificium ab iis fiat.

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS PRIMVS.

De Legibus.

LEGUM RECENSIO.

Undecimo primae Prytaneias die, pro concione, post vota voce praeconia peracta, Leges ordine recensentor, primum eae, quae sunt de Senatu: deinde de Republica: tum de Novemviris: demum de reliquis Magistratibus. Primumque sciscitor, an satis sit Legum de Senatu: deinde, an non sit satis: atque ita deinceps de Legibus, quae Rempublicam spectant. Concio habetor secundum leges, quae obtinent, ad recensendas leges. Siquae autem leges, quae obtinent, improbantur, Prytanes, qui huic legum recensioni praesunt, ultimam trium concionum habento de improbatis legibus. Proëdri, quibus concioni huic praeesse sortito contigerit, omnino referunto, post relationem primam, quae est de rebus sacris, de Nomothetis, de quibus scilicet legibus sententiam sint laturi, & unde stips illis suppetet. Nomothetae autem de iis sunto, qui Heliasticum jusjurandum jurarunt. Si vero Prytanes concionem non habeant, aut Proëdri non referant, secundum has leges, Prytanum quisque mille drachmis, Minervae sacris, Proëdrorum vero singuli quadraginta drachmis, Minervae item sacris, mulctantor. Eorum nomina apud Thesmothetas deferuntor, quemadmodum eorum,

ΕΠΙΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑ ΝΟΜΩΝ.

α'. Ἐπὶ δὲ τῆς πρώτης Πρυτανείας τῇ ἑνδεκάτῃ, ἐν τῷ δήμῳ, ἐπειδὰν εὔξηται ὁ κῆρυξ, ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τῶν βουλευτικῶν· δεύτερον δὲ περὶ τῶν κοινῶν· εἶτα οἳ κεῖνται τοῖς ἐννέα ἄρχουσιν· εἶτα τῶν ἄλλων ἀρχῶν. Ἡ δ' ἐπιχειροτονία ἔστω ἡ προτέρα, ὅτῳ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ νόμοι οἱ βουλευτικοί, ἡ δ' ὑστέρα ὅτῳ μὴ δοκοῦσιν· εἶτα τῶν κοινῶν κατὰ ταυτά· τὴν δ' ἐπιχειροτονίαν εἶναι τῶν νόμων κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους· ἐὰν δέ τινες τῶν νόμων τῶν κειμένων ἀποχειροτονηθῶσι, τοὺς Πρυτάνεις, ἐφ' ὧν ἂν ἡ ἐπιχειροτονία γένηται, ποιεῖν περὶ τῶν ἀποχειροτονηθέντων τὴν τελευταίαν τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν. τοὺς δὲ προέδρους, οἳ ἂν τύχωσι προεδρεύοντες ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, χρηματίζειν ἐπάναγκες, πρῶτον μετὰ τὰ ἱερὰ περὶ τῶν Νομοθετῶν, καθ' ὅ, τι καθεδοῦνται· καὶ περὶ τοῦ ἀργυρίου, ὁπόθεν τοῖς Νομοθέταις ἔσται. Τοὺς δὲ Νομοθέτας εἶναι ἐκ τῶν ὀμωμοκότων τὸν Ἡλιαστικὸν ὅρκον. Ἐὰν δ' οἱ Πρυτάνεις μὴ ποιῶσι κατὰ τὰ γεγραμμένα τὴν ἐκκλησίαν, ἢ οἱ πρόεδροι μὴ χρηματίσωσι, κατὰ τὰ γεγραμμένα, ὀφείλειν τῶν μὲν Πρυτάνεων ἕκαστον χιλίας δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἀθηνᾷ· τῶν δὲ Προέδρων ἕκαστος ὀφειλέτω τετταράκοντα δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἀθηνᾷ· καὶ ἔνδειξις αὐτῶν ἔστω πρὸς τοὺς

τοὺς Θεσμοθέτας, καθάπερ ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ. Οἱ δὲ Θεσμοθέται τοὺς ἐνδειχθέντας εἰσαγόντων εἰς τὸ δεσμωτήριον κατὰ τὸν νόμον· ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς Ἄρειον πάγον, ὡς καταλύοντες τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν νόμων. Πρὸ δὲ τῆς ἐκκλησίας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων νομοθετεῖν, ἐκτιθέτω πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων, γράψας τοὺς νόμους, οὓς ἂν τιθῇ, ὅπως ἂν πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐκτεθέντων νόμων ψηφίσηται ὁ δῆμος περὶ τοῦ χρόνου τοῖς Νομοθέταις. Ὁ δὲ τιθεὶς τὸν καινὸν νόμον, ἀναγράψας εἰς λεύκωμα, ἐκτιθέτω πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων ὁσημέραι, ἕως ἂν ἐκκλησία γένηται. Αἱρεῖσθαι δὲ καὶ τοὺς συναπολογησομένους τῷ δήμῳ τοῖς νόμοις, οἳ ἂν ἐν τοῖς Νομοθέταις λύωνται, πέντε ἄνδρας ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνός.

qui, aerarii cum ſint, tamen Magiſtratum gerunt. Si vero Theſmothetae delatos in judicium non rapiant, ex hac Lege, in Senatum Areopagiticum ne cooptantor, ut qui Legum emendationem perverterint. Ante concionem quiſquis Athenienſium Legem ferre voluerit, proponat ſcriptis ad Eponymorum ſtatuas Leges, quas rogaturus eſt, ut pro numero propoſitarum Legum populus decernat de tempore, quod Nomothetis erit praeſcribendum. Qui vero novam Legem fert, in album deſcribito, & proponito quotidie ad Eponymorum ſtatuas, donec concio habeatur. Eliguntor autem ex univerſo Athenienſium populo, die Hecatombaeonis undecimo, viri quinque, qui Patroni futuri ſint legum, quae a Nomothetis abrogandae erunt.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

β'. Ἔδοξε τῷ δήμῳ. Τισάμενος εἶπε. Πολιτεύεσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια. Νόμοις δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος, καὶ μέτροις, καὶ σταθμοῖς· χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς, οἷσπερ ἐχρώμεθα ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. Ὁπόσων δ' ἂν προσδέοι, οἱ δὲ ᾑρημένοι Νομοθέται ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀναγράφοντων ἐν σανίσι, καὶ ἐκτιθέντων πρὸς τοὺς Ἐπωνύμους σκοπεῖν τῷ βουλομένῳ, καὶ παραδιδόντων ταῖς ἀρχαῖς ἐν τῷδε τῷ μηνί, τοὺς δὲ παραδιδομένους νόμους δοκιμασάτω πρότερον ἡ βουλή, καὶ οἱ Νομοθέται οἱ πεντακόσιοι, οὓς οἱ δημόται εἵλοντο, ἐπειδὴ ὀμωμόκασιν· ἐξεῖναι δὲ καὶ ἰδιώτῃ τῷ βουλομένῳ, εἰσιόντι εἰς τὴν βουλήν, βουλεύειν ὅ, τι ἂν ἀγαθὸν ἔχῃ περὶ

DECRETVM.

Populus ſcivit. Tiſamenus ſcripſit. Athenienſes Rempublicam ſecundum patria inſtituta gerunto. Legibus autem Solonis, & menſuris, & ponderibus utuntor, ut & Draconis ſanctionibus, quibus etiam olim uſi ſumus. Si quibus vero opus fuerit legibus, eas electi a Senatu Nomothetae in tabella deſcribunto, & ad Eponymorum ſtatuas proponunto, ut a quovis legi poſſint: eodemque hoc menſe Magiſtratibus in manus danto: datas prius Senatus Quingentorum, & Nomothetae, quos populares elegerint, jurati approbanto. Cuivis privato Senatum adire liceto, &, quod ſibi bonum videtur, de illis Legibus conſulere. Ubi latae erunt leges, Senatus Are-

opagiticus provideto, ut Magiſtratus latis legibus utantur. Latae leges in pariete deſcribuntor, ubi prius ſunt deſcriptae, ut a quovis legi poſſint.

τῶν νόμων. ἐπειδὰν δὲ τεθῶσιν οἱ νόμοι, ἐπιμελείσθω ἡ βουλὴ, ἡ ἐξ Αρείου πάγου, τῶν νόμων, ὅπως ἂν αἱ ἀρχαὶ τοῖς κειμένοις νόμοις χρῶνται. Τοὺς δὲ κυρουμένους τῶν νόμων ἀναγράφειν εἰς τὸν τοῖχον, ἵνα περ πρότερον ἀνεγράφησαν, σκοπεῖν τῷ βουλομένῳ.

Damnoſam legem ne rogato. qui ſecus faxit, dica ei ſcribitor.

γ'. * Εάν τις μὴ ἐπιτήδειον θῇ νόμον, τὰς γραφὰς εἶναι κατ' αὐτοῦ.

Qui legem tulit, etiam elapſo a lege lata anno, accuſari jus eſto: indemnis tamen idem eſto.

δ'. Τὸν γράψαντα νόμον μετὰ ἐνιαυτὸν μὴ εἶναι ὑπεύθυνον τιμωρίᾳ, ὅμως δὲ ἐξεῖναι ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας.

Legum nullam antiquare liceto, niſi apud Nomothetas: apud illos cuivis Athenienſium, cui libuerit, antiquare liceto, ſi modo alteram legem rogarit, vicem illius, quam eſſe cenſet antiquandam. Proëdri autem, quid de his legibus fieri velint, jubeant, in ſuffragia mittunto; & primum quidem de lege, quae jam obtinet, an utilis videatur populo Athenienſium, necne: deinde de lege, quae rogatur. Quarum autem legum alterutram ſciverint Nomothetae, ea rata eſto. Legem vero contrariam alicui legum, quae jam obtinent, rogare ne liceto. Si quis vero legem jam latam antiquans, alteram ejus vicem rogarit, quae utilis non ſit Athenienſium populo, aut contraria ſit alicui earum, quae jam obtinent, ei dicam ſcribito ſecundum legem, quae lata eſt adverſus eum, qui damnoſam legem rogaverit.

ε'. * Τῶν δὲ νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν Νομοθέταις· τότε δ' ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Αθηναίων λύειν, ἕτερον τιθέντι ἀνθ' ὅτου ἂν λύῃ· διαχειροτονίαν δὲ ποιεῖν τοὺς προέδρους περὶ τούτων τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τοῦ κειμένου, εἰ δοκεῖ ἐπιτήδειος εἶναι τῷ δήμῳ τῶν Αθηναίων, ἢ οὔ· ἔπειτα περὶ τοῦ τιθεμένου. Οπότερον δ' ἂν χειροτονήσωσιν οἱ Νομοθέται, τοῦτον κύριον εἶναι. ἐναντίον δὲ νόμον μὴ ἐξεῖναι τιθέναι τῶν νόμων τῶν κειμένων μηδενί. Εὰν δέ τις λύσας τινὰ τῶν νόμων τῶν κειμένων, ἕτερον ἀντιθῇ μὴ ἐπιτήδειον τῷ Αθηναίων δήμῳ, ἢ ἐναντίον τῶν κειμένων, τῷ τὰς γραφὰς εἶναι κατ' αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον, ὃς κεῖται, ἐάν τις μὴ ἐπιτήδειον θῇ νόμον.

Qui legem promulgat, nec rogat, in eum animadvertitor.

ϛ'. Τὸν λέγοντά τινα νόμον, καὶ μὴ ἀντεισφέροντα, κολάζεσθαι.

Theſmothetae quotannis in publico tabulario convenientes in leges inquirunto, & cum cura vidento, utrum lex alteri contraria obtineat, aut quae rata non ſit, aut plu-

ζ'. Τοὺς Θεσμοθέτας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δημοσίῳ τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας, καὶ σκεψαμένους, εἴ τις ἀναγέγραπται νόμος ἐναντίος ἑτέ-

ρῳ

ρῳ νόμῳ, ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις. ἢ εἴπε εἰσὶ νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως. Κἂν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσιν, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν ἐκτιθέναι πρόσθεν τῶν Επωνύμων· τοὺς δὲ Πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν, ἐπιγράψαντας Νομοθέτας. τὸν δ' Επιστάτην τῶν Προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν.

res sint scriptae una eademque de re. Quod si quam hujusmodi deprehenderint, descriptam in tabella ad Eponymorum statuas proponunto. Prytaneis concionem habento, & Nomothetas designanto. Proëdrorum Epistates populum in suffragia mittito de legibus, quae vel abrogandae, vel ratae habendae sint.

η. * Μηδὲ ἐπ' ἀνδρὶ νόμον ἐξεῖναι θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Αθηναίοις, ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις.

Legem de privo homine ne rogato, sed de omnibus Atheniensibus: nisi id videatur sex mille civibus suffragia clam ferentibus.

θ'. * Αγράφῳ δὲ νόμῳ τὰς Αρχὰς μὴ χρῆσθαι, μηδὲ περὶ ἑνός.

Magistratus judicia ne reddunto secundum Leges non scriptas, ne ulla quidem de re.

ι. Εάν τις οὐκ ὄντα νόμον παράσχηται, θάνατος ζημία ἔσω.

Ei, qui in judicio commentitiam Legem laudarit, capital esto.

ια'. * Τοῖς δὲ νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Ευκλείδου Αρχοντος.

Legum sua ab anno, quo Euclides Archon fuit, auctoritas esto.

ιβ'. * Διοκλῆς εἶπε, τοὺς νόμους τοὺς πρὸ Ευκλείδου τεθέντας ἐν δημοκρατίᾳ, καὶ ὅσοι ἐπ' Ευκλείδου ἐτέθησαν καὶ εἰσὶν ἀναγεγραμμένοι, κυρίους εἶναι, τοὺς δὲ μετ' Ευκλείδην τεθέντας καὶ τὸ λοιπὸν τιθεμένους κυρίους εἶναι ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἧς ἕκαστος ἐτέθη πλὴν εἴ τῳ προσγέγραπται χρόνος, ὄντινα δεῖ ἄρχειν, ἐπιγράψαι δὲ τοῖς μὲν νῦν κειμένοις τὸν γραμματέα τῆς βουλῆς τριάκοντα ἡμερῶν· τὸ δὲ λοιπὸν ὅς ἂν τυγχάνῃ γραμματεύων προσγραφέτω παραχρῆμα τὸν νόμον κύριον εἶναι ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἐτέθη.

Dixit Diocles; Leges ante Euclidem libera Republica, eodemque Euclide Archonte, latae, ac in tabulas relatae, ratae sunto. Quae vero post Euclidis Praeturam scriptae sunt, & in posterum ferentur, ratae sunto ab ea die, qua unaquaeque earum lata est, praeterquam si cui adscriptum est tempus, a quo debet incipere. Iis vero, quae jam obtinent, Scriba Senatus intra triginta dies inscribito. In posterum quicumque Scriba erit, adscribito statim, Legem ratam esse ab ea die, qua lata est.

TITVLVS SECVNDVS.

De Senatusconsultis & Plebiscitis.

α'. Επέτεια τὰ τῆς βουλῆς εἶναι ψηφίσματα.

Senatusconsulta in annum tantum jus faciunto.

β'. Απροβούλευτον ψήφισμα μὴ εἰσιέναι ἐν τῷ δήμῳ.

Sine Senatus praejudicio populus nulla de re rogator.

γ'. Μὴ καθελεῖν τὸ πινάκιον, ἐν ᾧ τὸ ψήφισμα γεγραμμένον ἐτύγχανεν.

Tabulam, in qua incisum est Psephisma, ne revellito.

δ'. * Ψήφισμα δὲ μηδὲν μήτε βου-

Nullius Psephismatis major quam Sena-

Senatus, aut Populi, aut legum, auctoritas esto.

λῆς, μήτε δήμου, μήτε νόμου, κυριώτερον εἶναι.

In scribendis Psephismatis ab omni mendacio caveto.

ε΄. Μηδένα ψευδῆ γράφειν ἐν τοῖς δημοσίοις ψηφίσμασι.

TITVLVS TERTIVS.

De civibus aboriginibus & adscititiis.

Omnibus civibus jus idem esto.

α΄. Τοῖς πολίταις τὰ ἴσα εἶναι.

Patricii Sacerdotia, atque Magistratus obeunto. Legum, rerumque Sanctarum atque divinarum interpretes sunto.

β΄. Τοὺς Εὐπατρίδας γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν Ἄρχοντας, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων, καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς.

Proletarii nullum Magistratum gerunto.

γ΄. Τοὺς Θῆτας μὴ ἄρχειν οὐδεμίαν ἀρχήν.

Proletarii in concione suffragia sua ferunto, & inter judices leguntor.

δ΄. Τοὺς Θῆτας συνεκκλησιάζειν, καὶ δικάζειν.

Ad rempublicam quivis civis accedito, Magistratusque nullo discrimine ex omnibus Atheniensibus eliguntor.

ε΄. Κοινὴν εἶναι τὴν πολιτείαν, καὶ τοὺς Ἄρχοντας ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἱρεῖσθαι.

Omnes pari jure sunto.

ς΄. Πᾶσι τὰ ἴσα εἶναι.

Ii soli, qui perpetuum in exilium patria pulsi sunt, aut tota cum familia Athenas commigrarunt artis exercendae causa, jure civitatis donantor.

ζ΄. Μὴ γίνεσθαι πολίτας, πλὴν τοὺς φεύγοντας ἀειφυγίᾳ τὴν ἑαυτῶν, ἢ πανεστίους Ἀθήναζε μετοικιζομένους ἐπὶ τέχνῃ.

Vernis jus civitatis ne danto.

η΄. Τὸν φύσει δοῦλον γενόμενον μὴ μετέχειν τῆς πολιτείας.

Advenae, qui Athenas habitandi ergo commigrarunt, intra breve tempus in cives cooptantor.

θ΄. Τοὺς ἐξ ἀλλοδαπῆς Ἀθήνησι κατοικεῖν ἐθέλοντας, εἰς πολίτας, ἐνταῦθα χρόνον ὀλίγον διατρίψαντας, ἐγγράφεσθαι.

Atheniensium civitate nemo, nisi de ea bene meritus, donator. Donum populi ratum non esto, nisi sequenti concione plus quam sex mille Athenienses latis clanculum suffragiis id sciverint. Prytaneis cados destituunto, & accedenti populo calculos danto, antequam peregrini, de quibus agitur, ad populum accedant, & clypeos offerant. Adscititii autem isti cives ne Novemviratum sortiuntor, aut sacerdotium ullum. Id tamen jus esto ejus liberis, matre cive, & secundum leges desponsata, natis.

ι. Μὴ ἐξεῖναι ποιήσασθαι Ἀθηναῖον, ὃν ἂν μὴ δι' ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ἄξιον ᾖ γενέσθαι πολίτην· Ἔπειτ' ἐπειδὰν πεισθῇ ὁ δῆμος, καὶ δῷ τὴν δωρεάν, μὴ κυρίαν γενέσθαι τὴν ποίησιν, ἐὰν μὴ τῇ ψήφῳ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν ὑπερεξακισχίλιοι Ἀθηναῖοι ψηφίσωνται, κρύβδην ψηφιζόμενοι. Τοὺς δὲ Πρυτάνεις τιθέναι τοὺς καδίσκους, καὶ τὴν ψῆφον διδόναι τῷ δήμῳ προσιόντι, πρὶν τοὺς ξένους εἰσιέναι, καὶ τὰ γέρρα ἀναιρεῖν· ὅσους δ' ἂν ὁ δῆμος ποιήσηται) ὁ Ἀθηναίων πολίτας, μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς τῶν ἐννέα Ἀρχόντων γενέσθαι, μηδὲ ἱερωσύνης μηδεμιᾶς μετασχεῖν· τοῖς δ' ἐκ τούτων ἐξεῖναι, ἐὰν ὦσιν ἐκ γυναικὸς ἀστῆς, καὶ ἐγγυητῆς κατὰ τὸν νόμον.

ιά. Ἐξεῖ-

ια'. Ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων παρανόμων γραφὴν κατὰ τοῦ δημοποιήτου γράφειν, ὡς οὐκ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς, ἀλλὰ παρὰ τοὺς νόμους Ἀθηναῖος γέγονε.

Atheniensium cuivis jus esto adscititium civem in jus vocare & accusare, quod praeter meritum legesque jus civitatis consecutus sit.

ιβ'. Γενέσθαι ζήτησιν πάντων τῶν ἐγγεγραμμένων τοῖς ληξιαρχικοῖς γραμματείοις, εἴτε γνήσιοι πολῖται εἰσὶν, εἴτε μή· τοὺς δὲ μὴ γεγονότας ἐξ ἀστοῦ καὶ ἐξ ἀστῆς ἐξαλείφεσθαι· διαψηφίζεσθαι δὲ περὶ πάντων τοὺς δημότας, καὶ τοὺς μὲν ἀποψηφισθέντας καὶ ἐμμείναντας τῇ ψήφῳ τῶν δημοτῶν, ἐξαληλίφθαι, καὶ εἶναι μετοίκους. τοὺς δὲ βουλομένους, ἔφεσιν εἰς δικαστὰς δεδόσθαι, κἂν μὲν ἁλῶσι καὶ παρὰ τῷ δικαστηρίῳ, πεπρᾶσθαι· ἐὰν δὲ ἀποφύγωσιν, εἶναι πολίτας.

Quaestio de omnibus in civium albo inscriptis habetor, utrum vere cives sint, necne. Qui utroque parente cive nati non erunt, ex albo expunguntor. Populares de suis popularibus judicium ferunto. A popularibus damnati peregrinitatis, neque ad judices provocantes, expunguntor, & in censum inquilinorum referuntor. Provocatio a popularibus ad judices dator. Damnati a judicibus venduntor: si secundum illos judices pronuntiarint, cives censentor.

ιγ'. Ἐξεῖναι Ἀθηναίων τῷ βουλομένῳ λαβόντι τὰ αὑτοῦ, ἀπιέναι, ὅποι ἂν βούληται.

Atheniensium cuivis, quocumque voluerit, cum omnibus suis bonis commigrare liceto.

TITVLVS QVARTVS.

De liberis legitimis, nothis, adoptivis, & patria potestate.

α'. Μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δυοῖν Ἀθηναίοιν γεγονότας.

Utroque parente cive Atheniensi nati soli cives sunto.

β'. Νόθον εἶναι τὸν μὴ ἐξ ἀστῆς γεγονότα.

Qui matre cive natus non erit, nothus esto.

γ'. * Μηδὲ Νόθῳ, μηδὲ Νόθῃ, ἀγχιστείαν εἶναι μήθ' ἱερῶν, μήθ' ὁσίων, ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος.

Notho, Nothaeve, cognationis jus nullum esto, ne quidem in iis, quae sive sacra, sive publica, spectant. Secundum hanc legem judicia redduntor ab Euclidis praetura.

δ'. Ὅταν τις ὢν ἄπαις, κύριος τῶν ἑαυτοῦ, ποιήσηται υἱὸν, ταῦτα κύρια εἶναι.

Si quem orbus, rerum suarum dominus, adoptaverit, ea adoptio rata esto.

ε'. Τὸν ζῶντα ποιεῖσθαι παῖδα.

Vivus liberos adoptato.

ϛ'. Τῷ ποιηθέντι οὐκ ἐξεῖναι ἐπανιέναι, ἐὰν μὴ υἱὸν καταλίπῃ γνήσιον.

Adoptatus in familiam suam naturalem ne redito, nisi relicto in adoptiva familia filio legitimo.

ζ'. Τοὺς γονέας θέσθαι τοὔνομα ἐξαρχῆς, καὶ πάλιν ἐξαλεῖψαι, ἐὰν βούλωνται.

Patres liberis, quaecumque libuerit, nomina imponunto, aut etiam aliis mutanto.

η'. Ἐάν τέ τινα φύσει γεγονότα

Si quis aliquem in φρατόρων album

album referat, sive legitimum, sive adoptivum, jurejurando caveto, eum, sive legitimus sit, sive adoptivus, cive natum, & legitime adoptatum esse.

εἰσαγάγῃ τις, ἐάν τε ποιητὸν, ἐπιτιθέναι πίστιν κατὰ τῶν ἱερῶν, ἦ μὴν ἐξ ἀστῆς εἰσάγειν καὶ γεγονότα ὀρθῶς, καὶ τὸν ὑπάρχοντα φύσει, καὶ τὸν ποιητόν.

Hostias immolanto intra legitimum pondus; capram quidem quinquaginta minarum pondo; duas vero oves pondo quadraginta octo minarum.

θʹ. Τὸ ἱερεῖον μὴ μεῖον εἰσάγειν ὡρισμένου σταθμοῦ· αἶγα μὲν πεντήκοντα μνῶν, δύο δὲ πρόβατα τετταράκοντα καὶ ὀκτὼ μνῶν.

JUSJURANDUM EPHEBOR. Ο ΤΩΝ ΕΦΗΒΩΝ ΟΡΚΟΣ.

Non dehonestabo haec sacra arma: neque deseram protostaten, quisquis ille sit, quem in versu meo excipiam. Pro aris & focis dimicabo, sive solus, sive cum aliis multis. Patriam liberis non relinquam in deteriore, sed potius in meliore, statu. Navigabo ad terram, eamque colam, quantulacumque illa sit, quae habenda mihi tradetur. Obtemperabo iis, qui judicia reddent prudenter. Parebo legibus, quae obtinent, caeterisque omnibus, quas populus unanimi consensu feret. Quod si quis leges abrogare velit, populo non sciscente, minime feram: vindicabo autem, sive solus, sive cum aliis omnibus. Patria Sacra colam: Testes Dii sunto, Agrauli, Enyalius, Mars, Jupiter, Nutritia Terra, Diana.

ιʹ. Οὐ καταισχυνῶ τὰ ὅπλα τὰ ἱερὰ, οὐδʼ ἐγκαταλείψω τὸν προστάτην, ὅτῳ ἂν στοιχήσω· Ἀμυνῶ δὲ καὶ ὑπὲρ ἱερῶν, καὶ ὑπὲρ ὁσίων, καὶ μόνος, καὶ μετὰ πολλῶν· καὶ τὴν πατρίδα οὐκ ἐλάττω παραδώσω, πλείω δὲ καὶ ἀρείω. Πλεύσω δὲ κατὰ γῆς, καὶ καταρόσω, ὁπόσην ἂν παραδέξωμαι· καὶ εὐηκοήσω τῶν ἀεὶ κρινόντων ἐμφρόνως, καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, καὶ οὕς τινας ἂν ἄλλους τὸ πλῆθος ἱδρύσηται ὁμοφρόνως· καὶ ἄν τις ἀναιρῇ τοὺς θεσμοὺς, ἢ μὴ πείθηται, οὐκ ἐπιτρέψω· ἀμυνῶ δὲ καὶ μόνος, καὶ μετὰ πάντων· καὶ ἱερὰ τὰ πάτρια τιμήσω· ἵστορες Θεοὶ, Ἀγραυλοι, Ἐνυάλιος, Ἄρης, Ζεὺς, Θηλὼ, Ἡγεμόνη.

Ad mortem usque pro nutritia terra dimicabo.

Ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τῆς θρεψαμένης.

Fines agri Attici statuam, frumentum, hordeum, vites, oleas.

Ὅροις χρήσασθαι τῆς Ἀττικῆς, πυροῖς, κριθαῖς, ἀμπέλοις, ἐλαίαις.

Parentibus liberos abdicare jus esto.

ιαʹ. Τοὺς γονέας κυρίους εἶναι ἀποκηρύξαι.

Filiam aut sororem vendere nemini jus esto, nisi in ea adhuc virgine moechum deprehenderit.

ιβʹ. Μὴ ἐξεῖναι θυγατέρας πωλεῖν, μητʼ ἀδελφὰς, πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγεγενημένην.

Pueri natare & literas primum docentor. Tenuiores deinde ruri opus facere, aut peregre ad mer-

ιγʹ. Τοὺς παῖδας διδάσκεσθαι πρῶτον νεῖν τε καὶ γράμματα· καὶ τοὺς μὲν ὑποδεεστέρους πράττοντας,

ἐπει-

ἐπεῖτα περὶ τὰς γεωργίας, καὶ τὰς ἐμπορείας, καὶ τὴν τέχνην· τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένους περί τε μουσικὴν, καὶ ἱππικὴν, καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ κυνηγέσια, καὶ τὴν φιλοσοφίαν, διατρίβειν.

catum ire, aut artem exercere. Honestiores vero in Musicis, in re equestri, in Gymnicis, ad venandum, in philosophia, instituuntor.

ιδ΄. Ὁ τοὺς γονέας τύπτων, ἢ μὴ τρέφων, ἢ μὴ παρέχων οἴκησιν, καὶ τὰ ἐπιτήδεια, ἄτιμος ἔστω.

Si quis parentes pulsaverit, aut non aluerit, aut tectum ad habitandum, caeteraque necessaria, non praebuerit, ignominiosus esto.

ιε΄. Ἐὰν δέ τις ἀπαχθῇ, τῆς γονέων κακώσεως ἡλωκὼς, εἰσιὼν ὅποι μὴ χρὴ, δησάντων αὐτὸν οἱ ἕνδεκα, καὶ εἰσαγόντων αὐτὸν εἰς τὴν Ἡλιαίαν· κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεστιν. Ἐὰν δὲ ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία, ὅ, τι χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτῖσαι· ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως, ἕως ἂν ἐκτίσῃ.

Si quis damnatus malae parentum tractationis, ea deprehendatur ingredi loca, quibus arcetur, Undecimviri capitales eum vinciunto, & in judicium apud Heliaeam rapiunto: quicumque voluerit, cui licet, accusato. Heliaea ei convicto poenam vel mulctam irrogato. Si mulcta irrogata fuerit, quousque eam solverit, in vinculis esto.

ις΄. Υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα, μὴ διδαξαμένου τέχνην, ἐπάναγκες μὴ εἶναι.

Filius, quem Pater artem non docuerit, ad eum exhibendum ne cogitor.

ιζ΄. Μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν.

Nothi Patres alere ne coguntor.

ιη΄. Ὑπὲρ τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν πίστιν δοῦναι, ἐάν τις τεθνεῶτι ἐπικαλῶν δικάζηται τῷ κληρονόμῳ.

Filius pro Patre jusjurandum dato, siquis mortuum criminatus cum haerede agat.

ιθ΄. Τοὺς γονεῖς τιμᾶν.

Honorato parentes.

κ΄. Ἐάν τις γονέας μὴ θεραπεύῃ, τούτῳ δίκην τε ἐπιλυθῆναι, καὶ οὐκ ἐᾶν ἄρχειν τοῦτον.

Si quis parentes non honorarit, dica illi scribitor, neque Magistratum gerito.

κα΄. Υἱῷ τὸν πατέρα ὑπὸ νόσων, ἢ γήρως διατεθειμένον αἰσχρῶς, ἐξεῖναι παρανοίας γράφεσθαι· παρανοίας δὲ ἑλόντι τὸν πατέρα ἐξεῖναι καὶ δῆσαι.

Filio jus esto Patri, tanquam desipienti ob morbum vel senectutem, dicam scribere: desipere convictum in vinculis habeto.

TITVLVS QVINTVS.

De Inquilinis.

Inquilinorum singuli unum de civibus patronum eliguntο: per illum quotannis tributum penduntο, caeteraque alia administranto.

α΄. Τῶν μετοίκων ἕκαστον ἕνα τῶν ἀστῶν νέμειν προστάτην, καὶ δι᾽ αὐτοῦ τό τε μετοίκιον τίθεσθαι κατ᾽ ἔτος, καὶ τὰ ἄλλα διοικεῖσθαι.

Actio propter non adoptatum patronum, aut tributum non praestitum.

β΄. Ἀπροστασίου δίκη.

Peregrinis testimonii dictio non esto in actionibus *ἀπροστασίου* ad exceptionem.

γ΄. Μὴ ἐξεῖναι διαμαρτυρεῖν τοῖς ξένοις ἐπὶ ταῖς γραφαῖς ταῖς ἀπροστασίου.

Peregrinitatis accusati in vincula, antequam judicium reddatur, conjiciuntor. Fidejussores dare iis jus non esto: convicti apud judices venduntor.

δ΄. Τοὺς τῆς ξενίας γραφθέντας ἐν τῷ οἰκήματι περὶ τῆς κρίσεως μένειν, καὶ μὴ ἐξεῖναι ἐγγυητὰς καταστῆσαι· κἂν μὲν ἁλῶσι, καὶ παρὰ τῷ δικαστηρίῳ πεπρᾶσθαι.

Absolutum judicio peregrinitatis jus esto, cuicumque libuerit, accusare corrupti muneribus judicii.

ε΄. Τοὺς ἀποφυγόντας ξενίας ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ πάλιν γράψασθαι δωροξενίας.

TITVLVS SEXTVS.

De Servis & Libertis.

Si quis alienum servum pulsarit, adversus eum lege injuriarum agito.

α΄. Ἂν τις τύπτῃ τὸν ἀλλότριον δοῦλον, γραφὰς εἶναι αἰκίας κατὰ τοῦ τύπτοντος.

Atheniensium civium, aut inquilinorum, nullus captivum, qui liber fuerit, in servitutem vendito, absque prioris domini consensu.

β΄. Μηδενὶ ἐξεῖναι Ἀθηναίων, μηδὲ τῶν οἰκούντων Ἀθήνησιν, ἐλεύθερον σῶμα πρίασθαι ἐπὶ δουλείᾳ ἐκ τῶν ἁλισκομένων, ἄνευ τῆς τοῦ προτέρου δεσπότου γνώμης.

Cuivis jus esto alium liberali asserere caussa manu, seque pro illo fidejussorem dare apud Polemarchum.

γ΄. Ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ ἀφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν, καὶ κατεγγυῆσαι τὸν ἀγόμενον εἰς δουλείαν πρὸς τῷ Πολεμάρχῳ.

Siquis per injuriam alterius ser-

δ΄. Ἐὰν μή τις δόξῃ δικαίως εἰς ἐλευθερίαν

ἐλευθερίαν ἀφῄρηται ἤ τινα, τὸ ἥμισυ τοῦ τιμήματος ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ.

vum liberali caussa manu asseruerit, aerario semissem aestimationis pendito.

ε΄. Τοῖς δούλοις ἐξεῖναι πρᾶσιν αἰτεῖσθαι, καὶ δεσπότην μεταβάλλειν ἐπιεικέστερον.

Servis jus esto dominos iniquos adigere, ut se vendant humanioribus.

ϛ΄. Τοῖς δούλοις ἐξεῖναι ἑαυτοὺς ἐλευθερῶσαι, ἀργύριον καταβάλλοντας τῷ δεσπότῃ.

Servis jus esto libertatem consequi, numerata domino pecunia pro capite.

ζ΄. Μὴ οἰκέτην ἀπελευθεροῦν ἐν τῷ θεάτρῳ, ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κήρυκα.

Servos liberos in theatro ne renunciato: praeco, qui renunciarit, ignominiosus esto.

η΄. Τοὺς ἀπελευθερωθέντας μὴ ἀφίστασθαί τι ἀπὸ τῶν ἀπελευθερωσάντων, μήτε ἕτερον ἐπιγράφεσθαι προστάτην, καὶ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι ποιεῖν.

Liberti eos, a quibus manumissi sunt, colunto: neminem alium patronum adoptanto: eaque, quae legibus imperantur, iis praestanto.

θ΄. Ἀποστασίου γραφὰς εἶναι κατὰ τῶν ἀπελευθερωθέντων τοῖς ἀπελευθερώσασιν, ἐὰν ἀφιστῶνταί τι ἀπ᾽ αὐτῶν, ἢ ἕτερον ἐπιγράφωνται προστάτην, καὶ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι, μὴ ποιῶσι· καὶ τοὺς μὲν ἁλόντας δούλους εἶναι· τοὺς δὲ νικήσαντας τελέως ἤδη ἐλευθέρους.

Actio ἀποστασίου patronis esto adversus libertos, qui patronos non coluerint, aut alios adoptaverint, eaque, quae legibus imperantur, non praestiterint: convicti liberti in servitutem revocantor: si secundum libertos pronuntiatum fuerit, perfecte liberi sunto.

ι΄. Ἐξεῖναι ἐπὶ ταῖς γραφαῖς ταῖς τοῦ ἀποστασίου διαμαρτυρεῖν τῷ βουλομένῳ ὁμοίως τῶν ξένων, καὶ τῶν ἐπιχωρίων.

Cui libuerit, sive peregrino, sive civi, testimonii dictio esto in actionibus ἀποστασίου ad exceptionem.

ια΄. Τοῦ λυσαμένου ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι τὸν λυθέντα, ἐὰν μὴ ἀποδιδῷ λύτρα.

Redemptus ex hostibus illius esto, qui redemit, nisi redimias ipse persolverit.

ιβ΄. Μὴ ἐξεῖναι ἀργὸν τρέφειν οἰκέτην.

Servum otiosum ne alito.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS PRIMVS.

De Senatu Quingentorum & Concione.

Nemini bis eſſe Epiſtatae liceto.

α΄. Δὶς οὐκ ἐξεῖναι γενέσθαι τὸν αὐτὸν Ἐπιστάτην.

JUSJURANDUM SENATUS.

Optima quaeque conſulam Athenienſi populo.

Secundum leges conſulam.

Neminem vinciam, qui vades dederit tres ejuſdem cenſus, niſi quis ad urbem prodendam, aut popularem ſtatum evertendum, conſpirarit: aut emptor vectigalium, aut ſponſor, aut coactor, pecuniam non numerarit.

Aſſidebo eo ordine, quem literae ſors attribuerit.

Neminem, niſi exſulum, deferri, ducive ſinam, praeteritorum cauſa.

Phocus dixit: Senatus Apaturiorum feſtum agitet cum aliis Athenienſibus ſecundum inſtituta patria. Senatores ferientur tot diebus, per quot reliquae curiae vacant: quinque nempe diebus ab eo, quem Protenthae celebrant.

Praeco omnia fauſta adprecator, & in medium conſulere jubeto.

Praeco diris devoveto, ſiquis muneribus acceptis pro concione verba faciat, & ad Rempublicam accedat, ut hunc Dii cum gente & familia male perdant.

Primi Athenienſium ſeniores, decenter ſuggeſto aſcenſo, optima quaeque populo Athenienſium conſulunto: deinde & alii ordine, quibus libuerit, pro aetatis ratione.

Ο ΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΣ ΟΡΚΟΣ.

β΄. Τὰ βέλτιστα βουλεύσειν τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων.

Κατὰ τοὺς νόμους βουλεύσειν.

* Οὐδὲ δήσω Ἀθηναίων οὐδένα, ὃς ἂν ἐγγυητὰς τρεῖς καθιστῇ τὸ αὐτὸ τέλος τελοῦντας, πλὴν ἐάν τις ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πόλεως, ἢ ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου συνιὼν ἁλῷ, ἢ τέλος πριάμενος, ἢ ἐγγυησάμενος, ἢ ἐκλέγων, μὴ καταβάλῃ.

Καθεδεῖσθαι ἐν τῷ γράμματι, ᾧ ἂν λάχωσι.

* Καὶ οὐ δέξομαι ἔνδειξιν, οὐδὲ ἀπαγωγὴν, ἕνεκα τῶν πρότερον γεγενημένων, πλὴν τῶν φευγόντων.

γ΄. * Φῶκος εἶπεν· Ὅπως ἂν ἡ βουλὴ ἄγῃ τὰ Ἀπατούρια μετὰ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων κατὰ τὰ πάτρια. Ἐψηφίσθαι τῇ βουλῇ ἀφεῖσθαι τοὺς βουλευτὰς τὰς ἡμέρας, ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι βουλαὶ διαφίενται, ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἧς οἱ προτένθαι ἄγουσι, πέντε ἡμέρας.

δ΄. Τὸν κήρυκα εὔξασθαι μετ' εὐφημίας πολλῆς, καὶ οὕτως τὸ βουλεύεσθαι περὶ τῶν πραγμάτων παραδιδόναι.

ε΄. Τὸν κήρυκα τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι, εἴ τις δῶρα λαμβάνων, μετὰ ταῦτα λέγῃ, καὶ γινώσκῃ περὶ τῶν πραγμάτων, ἐξώλη ποιεῖν αὐτὸν, καὶ γένος, καὶ οἰκίαν.

ϛ΄. Πρῶτον μὲν τὸν πρεσβύτατον τῶν Ἀθηναίων, σωφρόνως ἐπὶ τὸ βῆμα παρελθόντα, τὰ βέλτιστα τῇ πόλει συμβουλεύειν· δεύτερον δ' ἤδη καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν τὸν βουλόμενον καθ' ἡλικίαν.

ΚΗΡΥΓΜΑ.

ΚΗΡΥΓΜΑ.

ζ΄. * Τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων;

Λέγειν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον, οἷς ἔξεστι;

η΄. Καθ᾽ ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀποκληροῦν φυλὴν ἐπὶ τὸ βῆμα, ἥτις προεδρεύσει, καὶ καθῆσθαι τοὺς φυλέτας, βοηθοῦντας τοῖς νόμοις, καὶ τῇ δημοκρατίᾳ.

θ΄. Τοὺς Πρυτάνεις μὴ ἀναψηφίσαι.

ι΄. Οὐκ ἐξεῖναι τῇ βουλῇ δῆσαι Ἀθηναίων οὐδένα, * ὃς ἂν ἐγγυητὰς τρεῖς καθίσῃ, τὸ αὐτὸ τέλος τελοῦντας· πλὴν ἐάν τις ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πόλεως, ἢ ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου συνιὼν ἁλῷ· ἢ τέλος πριάμενος, ἢ ἐγγυησάμενος, ἢ ἐκλέγων, μὴ καταβάλῃ.

ια΄. Τὴν βουλὴν κυρίαν εἶναι ζημιοῦν πεντακοσίαις.

ιβ΄. Τὴν βουλὴν τῶν Πεντακοσίων ποιεῖσθαι τριήρεις καινάς.

ιγ΄. Τὴν βουλὴν τὴν ποιήσασαν τὰς τριήρεις, αἰτεῖν τὴν δωρεάν· τὴν μὴ ποιήσασαν τὰς τριήρεις, μὴ αἰτεῖν δωρεάν.

ιδ΄. Τὴν βουλὴν τοὺς Πεντακοσίους ὑπεύθυνον εἶναι.

ιε΄. Ἐὰν ἀξίως ἡ βουλὴ δοκῇ βουλεῦσαι δωρεᾶς, διδόναι τὸν δῆμον τὴν δωρεὰν αὐτῇ.

PRAECONIUM.

Quis major quinquagenario orationem ad populum habere vult?

Quis aliorum Athenienſium, quibus licet, orationem habere vult?

Singulis concionibus ſortito ducitor Tribus, quae praeſideat circa ſuggeſtum, & leges atque rempublicam tuceatur.

Prytaneis populum iterum de eadem re in ſuffragia ne mittunto.

Senatui Athenienſem civem vincire jus non eſto, ſi vades dederit tres ejuſdem cenſus: niſi quis ad urbem prodendam, aut popularem ſtatum evertendum, conſpirarit: aut emptor vectigalium, aut ſponſor, aut coactor, pecuniam non numerarit.

Senatui jus eſto multare drachmis quingentis.

Senatus Quingentorum naves novas ædificato.

Senatus, qui naves ædificarit, munus petito: ſi ſecus fecerit, munus ne petito.

Quingentorum Senatus reddundis rationibus obnoxius eſto.

Si bene Rempublicam geſſerit Senatus, meritum illi populus muneris honorem habeto.

TITVLVS SECVNDVS.

De Magistratibus.

Ii soli, quibus census est, Magistratus gerunto.	α'. Τοὺς ἀπόρους τὰς ἀρχὰς ἀπάσας ἄρχειν.
Fabis Magistratus sortiuntor.	β'. Κυάμοις τὰς ἀρχὰς αἱρέεσθαι.
Si quis duabus tabellis Magistratum sit sortitus, capital esto.	γ'. Ἐπὶ τῷ δυοῖν πινακίοιν τὸν ἕνα κληροῦσθαι θάνατος ζημία.
Populus Magistratus creato.	δ'. Τὸν δῆμον Ἀρχόντων καταστάσεως κύριον εἶναι.
Idem eundem Magistratum eodem anno bis ne gerito: neque item duos Magistratus eodem anno.	ε'. Δὶς μὴ ἄρχειν τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ· μηδὲ δύο ἀρχὰς ἄρξαι τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ.
Electi Magistratus omnes, quotquot sunt, & Praefecti publicorum operum, & omnes, qui Remp. gerunt ultra dies triginta, quique judiciis praesunt, a judicibus approbantor: & probati Magistratum gerunto: Magistratu abdicato, ejus gesti apud Scribam & Logistas rationes referunto, quemadmodum & alii Magistratus.	ϛ'. * Τὰς χειροτονητὰς ἀρχὰς ἁπάσας, καὶ τοὺς ἐπιστάτας τῶν δημοσίων ἔργων, καὶ πάντας, ὅσοι διαχειρίζουσί τι τῶν τῆς πόλεως πλέον ἢ τριάκοντα ἡμέρας, καὶ ὅσοι λαμβάνουσιν ἡγεμονίας δικαστηρίων, ἄρχειν δοκιμασθέντας ἐν τῷ δικαστηρίῳ· καὶ λόγον καὶ εὐθύνας ἐγγράφειν πρὸς τὸν Γραμματέα, καὶ τοὺς Λογιστάς, καθάπερ καὶ τὰς ἄλλας ἀρχάς.
Rationes ita referunto: Hoc de publico accepi, hoc expendi: vel, nihil de publico accepi, nihil expendi.	ζ'. Ἐγγράφειν, ὅτι ἔλαβον τοῦτο τῶν τῆς πόλεως, τοῦτο ἀνήλωσα· ἤ, ὅτι ἔλαβον οὐδὲν τῶν τῆς πόλεως, οὔτ' ἀνήλωσα.
Magistratus, referendis rationibus obnoxius, de suis bonis nihil quicquam diis consecrato, aut appendito, neque adoptator, neque testamentum facito.	η'. Τὸν ὑπεύθυνον τὴν οὐσίαν μὴ καθιεροῦν, μηδὲ ἀνάθημα ἀναθεῖναι, μηδὲ ἐκποίητον γίνεσθαι, μηδὲ διαθέσθαι τὰ ἑαυτοῦ.
Magistratus, referendis rationibus obnoxius, peregre ne proficiscitor.	θ'. Ἀρχὴν ὑπεύθυνον μὴ ἀποδημεῖν.
Qui referendis rationibus est obnoxius, Magistratum ne gerito.	ι'. Τὸν αὐτὸν μὴ ἄρχειν ὑπεύθυνον ὄντα ἑτέρας ἀρχῆς.
Magistratus, priusquam rationes retulerit, corona ne donator.	ια'. Ἀρχὴν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦν.
Siquis aerarius Magistratum gerat, capital esto.	ιβ'. Ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ, θάνατον ζημίαν εἶναι.

ιγ'. Εἰ

ιγ'. Εἴ τις ἐπιχειρήσῃ τυραννεῖν, θάνατον ζημίαν εἶναι.

ιδ'. Ὃς ἂν ἄρξῃ ἐν τῇ πόλει, τῆς δημοκρατίας καταλυθείσης, νηποινὶ τεθνάναι, καὶ τὸν ἀποκτείναντα ὅσιον εἶναι, καὶ τὰ χρήματα ἔχειν τοῦ ἀποθανόντος.

Siquis tyrannidem affectarit, capital esto.

Qui Magistratum gesserit, everso Reipublicae statu, eum impune occidito: qui occiderit, purus a caede esto, ejusque bona illi cedunto.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

ιε'. Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Αἰαντὶς ἐπρυτάνευε· Κλεογένης ἐγραμμάτευε· Βοηθὸς ἐπεστάτει· τάδε Δημόφαντος συνέγραψεν. Ἄρχει χρόνος τοῦδε τοῦ Ψηφίσματος ἡ βουλὴ οἱ πεντακόσιοι λαχόντες τῷ κυάμῳ, ὅτε Κλεογένης πρῶτον ἐγραμμάτευεν. Ἐάν τις δημοκρατίαν καταλύῃ τὴν Ἀθήνησιν, ἢ ἀρχήν τινα ἄρχῃ καταλελυμένης τῆς δημοκρατίας, πολέμιος ἔστω Ἀθηναίων, καὶ νηποινὶ τεθνάτω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ δημόσια ἔστω, καὶ τῆς Θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον· ὁ δὲ ἀποκτείνας τὸν ταῦτα ποιήσαντα, καὶ ὁ συμβουλεύσας, ὅσιος ἔστω καὶ εὐαγής· ὀμόσαι δὲ Ἀθηναίους ἅπαντας καθ' ἱερῶν τελείων κατὰ φυλὰς, καὶ κατὰ δήμους, ἀποκτείνειν τὸν ταῦτα ποιήσαντα.

PSEPHISMA.

Placuit Senatui, Populoque Atheniensium: Ajantis tribus imperabat: Cleogenes erat scriba: Boëthus praeerat: Demophantus Psephisma scripsit. Incipit tempus hujus Psephismatis, ex quo, Quingentorum Senatu sorte capto, Cleogenes primum scriba erat. Siquis Atheniensium Remp. evertat, aut ea eversa Magistratum gerat, Atheniensium hostis esto, impuneque occiditor: bona ejus publicantor, subducta eorum parte decima Minervae sacra. Is qui occiderit, aut occidendi consilium dederit, purus a caede esto: Athenienses omnes, in sua quisque tribu, & populo; inter sacra juranto, se occisuros, qui haec patrare sustineat.

ΟΡΚΟΣ.

ιϛ'. * Κτενῶ τῇ ἐμαυτοῦ χειρὶ, ἂν δυνατὸς ὦ, ὃς ἂν καταλύσῃ τὴν Δημοκρατίαν Ἀθήνησι, καὶ ἐάν τις ἄρξῃ τὴν ἀρχὴν, καταλελυμένης τῆς Δημοκρατίας, τὸ λοιπόν· καὶ ἐάν τις τυραννεῖν ἐπαναστῇ, ἢ τὸν τύραννον συγκαταστήσῃ, καὶ ἐάν τις ἄλλος ἀποκτείνῃ, ὅσιον αὐτὸν νομιῶ εἶναι καὶ πρὸς Θεῶν καὶ Δαιμόνων, ὡς πολέμιον κτείναντα τῶν Ἀθηναίων, καὶ τὰ κτήματα τοῦ ἀποθανόντος πάντα ἀποδόμενος ἀποδώσω τὰ ἡμίσεα τῷ ἀποκτείναντι

JUSJURANDUM.

Occidam mea ipsius manu, si possim, eum, qui everterit Remp. Atheniensium, aut, ea eversa, Magistratum gesserit in posterum: & siquis tyrannidem invadat ipse, aut alteri adstruat, eumque quis alius occiderit, is mihi purus erit a caede apud Deos & Daemonas, ut qui populi Atheniensium hostem occiderit: bonaque occisi restituam, ita ut semissis eorum cedat illi, qui occidit, me auctore & suffragante: neque quic-

quam subducam. Siquis autem, dum occidit, aut aggreditur illos, pereat, honores ei tribuam, ejusque liberis, quales Harmodio & Aristogitoni, eorumque posteris. Quaecumque autem juramenta concipientur Athenis, aut in castris, aut ubicumque sit, contraria Atheniensium populo, irrita habeo & remitto.

Munus a populo mandatum apud Senatum ne ejurato.

Siquis Magistratui forum agenti maledixerit, multa ei irrogator.

καὶ λόγῳ καὶ ψήφῳ, καὶ οὐκ ἀποστερήσω οὐδέν. Ἐὰν δέ τις κτείνων τινὰ τούτων ἀποθάνῃ ἢ ἐπιχειρῶν, εὖ ποιήσω αὐτόν τε, καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνου, καθάπερ Ἁρμόδιόν τε καὶ Ἀριστογείτονα, καὶ τοὺς ἀπογόνους αὐτῶν. Ὁπόσοι δὲ ὅρκοι ὀμώμονται Ἀθήνησιν, ἢ ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἢ ἄλλοθί που, ἐναντίοι τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, λύω καὶ ἀφίημι.

ιζʹ. Τὰς ἐκ τοῦ δήμου χειροτονίας ἐν τῇ βουλῇ μὴ ἐξόμνυσθαι.

ιηʹ. Ἐάν τις ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ, ζημιοῦσθαι.

EXAMEN NOVEMVIRORUM.

An ab abavis utrinque cives essent Athenienses, & ex quo populo: an illis esset Apollo patrius, & Jupiter Herceus, necne.

Heus tu, quis tibi pater est? Mihine? Ille. Quinam de cognatione testimonium illi dicunt? Multi: primum quidem hi patrueles, deinde hi patruelum filii: deinde hi, quibus sepulchri jus cum illo commune est: deinde Apollinis patrii & Jovis Hercei Genetae: deinde Phratores: deinde populares, qui illi saepius suis suffragiis Magistratus commiserunt, atque approbarunt.

Heus tu, quae tibi mater est; Mihine? Haec. Quinam de cognatione testimonium illi dicunt? Multi: primum quidem hi patrueles: deinde hi patruelum filii: deinde Phratores, & populares cognatorum ejus.

An parentes honorarint, necne?
An pro patria militarint, necne?
An census sit illis, necne?
An integri corporis essent, necne?

ΑΝΑΚΡΙΣΙΣ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ.

ιθʹ. Εἰ Ἀθηναῖοί εἰσιν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας, καὶ τῶν δήμων πόθεν· καὶ εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς πατρῷος, καὶ Ζεὺς Ἑρκεῖος.

Ὦ ἄνθρωπε, τίς ἐστί σοι πατήρ; Ἐμοί; Ὁ δεῖνα. Οἰκεῖοί τινες εἶναι μαρτυροῦσιν αὐτῷ; Πάνυ γε· πρῶτον μὲν γε οἱ δεῖνα ἀνεψιοί· εἶτα οἱ δεῖνα ἀνεψιαδοῦς· εἶτα οἱ δεῖνα, οἷς ἱερὰ ταυτά· εἶτα φράτορες· εἶτα Ἀπόλλωνος πατρῴου, καὶ Διὸς Ἑρκείου γεννῆται· εἶτα οἱ δημόται, πολλάκις αὐτὸν δεδοκιμάσθαι, καὶ ἀρχὰς ἄρξαι, καὶ αὐτοὶ διεψηφισμένοι φαίνονται.

* Ὦ ἄνθρωπε, τίς ἦν σοι μήτηρ; Ἐμοί· Ἡ δεῖνα· οἰκεῖοί τινες μαρτυροῦσιν αὐτῇ; Πάνυ γε· πρῶτον μὲν γε οἱ δεῖνα ἀνεψιοί· εἶτα οἱ δεῖνα ἀνεψιαδοῦς· εἶτα οἱ φράτορες τῶν οἰκείων αὐτῆς, καὶ δημόται.

Εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσι.
Εἰ ἐστρατεύοντο ὑπὲρ τῆς πατρίδος.
Εἰ τὸ τίμημά ἐστιν αὐτοῖς.
Εἰ ἀφελεῖς.

ΟΡ-

ΟΡΚΟΣ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ.

κ'. Συμφυλάξειν τοὺς νόμους, ἢ χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀποτίσαι ἰσομέτρητον.

κα'. Τῷ Ἄρχοντι, ἂν μεθύων ληφθῇ, θάνατος ἔστω ἡ ζημία.

κβ'. Ἐὰν Θεσμοθέτην, ἢ Ἄρχοντα ἐστεφανωμένον, ἢ τινα τούτων, οἷς ἂν ἡ πόλις τινὰ ἄδειαν, ἢ στεφανηφορίαν, ἢ τινὰ τιμὴν δῷ, ὑβρίσῃ τις, ἢ πατάξῃ, ἢ κακῶς εἴπῃ, ἄτιμος ἔστω καθάπαξ.

κγ'. Τὴν τοῦ Βασιλέως γυναῖκα ἀστὴν εἶναι, καὶ παρθένον γαμεῖν.

κδ'. Τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν εἶναι ἐκ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν Ἀρχόντων.

κε'. Τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν εἶναι ἐπίσκοπον πάντων, καὶ φύλακα τῶν νόμων.

κϛ'. Μηδένα ποιεῖν κωμῳδίας Ἀρεοπαγίτην.

κζ'. Τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐγγράφειν πρὸς τοὺς Λογιστὰς λόγον, καὶ εὐθύνας διδόναι.

κη'. Τὸν Στρατηγὸν παιδοποιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους, καὶ γῆν ἐντὸς ὅρων κεκτῆσθαι.

JUSJURANDUM NOVEMVIRORUM.

Leges obſervabo: ſi ſecus fecero, auream ſtatuam meam aequi ponderis pendam.

Si Archon vino madere deprehenſus fuerit, capital eſto.

Siquis Theſmothetam, aut Archontem coronatum, aut aliquem eorum, quibus civitas aut immunitatem aliquam, aut coronam ferre, aut honorem aliquem conceſſit, contumelia affecerit, aut pulſaverit, aut maledixerit, ignominioſus eſto.

Regis uxor civis eſto, virgoque ei nubito.

In Senatum Areopagiticum Novemviri cooptantor.

Senatus Areopagi Rempublicam conſilio ſuo regito, legesque ſervato.

Nullus Areopagitarum comoediam ſcribito.

Senatus Areopagiticus apud Logiſtas rationes ſuas referto.

Strategus liberos ſuſcipito e legitimis nuptiis: agrumque intra fines Atticae poſſideto.

ΟΡΚΟΣ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ.

κθ'. Δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβάλλειν.

λ'. Τοὺς Στρατηγοὺς δεινὰ ποιοῦντας, καὶ κατάγοντας τὰ πλοῖα τῶν συμμάχων, εἰσαγγέλλειν.

λα'. Μὴ ἐξεῖναι χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου πλέον ἢ ἅπαξ συνδικῆσαι.

λβ'. * Ἄν τις ἀστυνομήσῃ δίς.

λγ'. Γνώμῃ τοῦ δήμου χειροτονεῖσθαι τὸν Ταμίαν.

JUSJURANDUM STRATEG.

Bis quotannis in agrum Megarenſem irrumpam.

Adverſus Strategos vexantes ſocios, aut eorum naves intercipientes, publica inſtituuntor judicia.

Nemo plus quam ſemel Syndicus a populo creator.

Siquis ſemel atque iterum Aſtynomus fuerit.

E populi ſententia Quaeſtores creantor.

Quaestor ultra quinquennium non esto.

λδ'. Μὴ πλείω πέντε ἐτῶν διέπειν τὸν χειροτονηθέντα ἐπὶ τὰ δημόσια χρήματα.

Lex de Quaestoribus Theoricae pecuniae.

λε'. * Νόμος περὶ τῶν ἐπὶ τὸ Θεωρικὸν κεχειροτονημένων.

Lex Hegemonis de Quaestoribus Theoricae pecuniae.

λς'. * Ὁ Ἡγήμονος νόμος περὶ τῶν ἐπὶ τὸ Θεωρικὸν κεχειροτονημένων.

Siquis, neque a Senatu, neque a Populo creatus, aliquo legatus eat, capital esto.

λζ'. Ἐάν τις, οὔτε βουλῆς, οὔτε δήμου χειροτονήσαντος αὐτὸν, ᾤχετο πρεσβεύων, θάνατος ἡ ζημία ἔστω.

Semel tantum sub eodem Magistratu Scriba esto.

λη'. Ὑπογραμματεῦσαι οὐκ ἔξεστι δὶς τὸν αὐτὸν τῇ ἀρχῇ τῇ αὐτῇ.

TITVLVS TERTIVS.

De Oratoribus.

Nequis annis triginta minor in Senatu, aut Populo, orato.

α'. Μὴ εἰσελθεῖν τινα εἰπεῖν, μήπω τριάκοντα ἔτη γεγονότα.

DE ORATORUM VITA QUAESTIO.

ΔΟΚΙΜΑΣΙΑ ΡΗΤΟΡΩΝ.

Siquis in Populo oret, qui alterum parentum pulsarit, aut non aluerit, aut tectum ad habitandum non praebuerit.

β'. * Ἄν τις λέγῃ ἐν τῷ δήμῳ, τὸν πατέρα τύπτων, ἢ τὴν μητέρα, ἢ μὴ τρέφων, ἢ μὴ παρέχων οἴκησιν.

Si ad militiam vocatus non responderit, aut clypeum abjecerit.

* Εἰ τὰς στρατείας μὴ ἐστρατευμένος, ὅσαι ἂν αὐτῷ προσταχθῶσιν, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκώς.

Si scortetur, aut muliebria patiatur.

* Εἰ πεπορνευμένος, ἢ ἡταιρηκώς.

Si paternam, aut aliam quamvis ad se delatam hereditatem, decoxerit.

* Εἰ ὁ τὰ πατρῷα κατεδηδοκὼς, ἢ ὧν ἂν κληρονόμος γένηται.

Si, inquam, in Populo oret nihilominus, illius nomen Atheniensium quivis, cui libuerit, & licuerit, deferto: judicesque ea de re judicium reddunto.

Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα λέγῃ, δοκιμασίαν μὲν ἐπαγγειλάτω Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστιν· τοὺς δὲ δικαστὰς περὶ τούτων ἐν τῷ δικαστηρίῳ διαγινώσκειν.

Orator liberos suscipito e legitimis nuptiis, agrumque intra fines Atticae possideto.

γ'. Τὸν ῥήτορα παιδοποιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους, καὶ γῆν ἐντὸς ὅρων κεκτῆσθαι.

Siquis Oratorum in Senatu, aut

δ'. * Τῶν ῥητόρων ἐάν τις λέγῃ

γῃ ἐν βουλῇ, ἢ ἐν δήμῳ, περὶ τῶν εἰσφερομένων, ἢ μὴ χωρὶς περὶ ἑκάστου, ἢ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ ὁ αὐτὸς τοῖς αὐτοῖς, ὅτι ἢ λοιδορεῖται, ἢ κακῶς ἀγορεύει τινὰ, ἢ ὑποκρούει, ἢ χρηματιζόντων μεταξὺ ἀνιστὰς λέγῃ περὶ τῶν μὴ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἢ παρακελεύηται, ἢ ἕλκῃ τὸν Επιστάτην, ἀφειμένης τῆς ἐκκλησίας ἢ τῆς βουλῆς, κυριευέτωσαν οἱ Πρόεδροι μέχρι πεντήκοντα δραχμῶν. Ειθ' ἕκαστον ἀδίκημα ἐπιγράφειν τοῖς πράκτορσιν. Εὰν δὲ πλείονος ἄξιός ἐστι ζημίας, ἐπιβάλλοντες μέχρι πεντήκοντα δραχμῶν, εἰσφερέτωσαν εἰς τὴν βουλὴν, ἢ εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Οταν δὲ διεξίωσι κλήσεις, κρινάτωσαν. Καὶ ἐὰν καταγνωσθῇ αὐτοῦ, κρύβδην ψηφιζόντων τῶν βουλευτῶν, ἐγγραψάτωσαν οἱ Πρόεδροι τοῖς πράκτορσι τῶν παρανόμων.

in Populo, vel non ſeorſim de re propoſita, vel bis de eadem re apud eoſdem, dixerit; ſive conviciatus fuerit, ſive maledixerit alicui, ſive pede ſupploſerit, vel inter decernendum importune locutus fuerit de rebus alienis ab his, de quibus referebant Proëdri, vel aliquem concitarit, vel Epiſtatam traxerit; dimiſſa concione, aut Senatu, ejus multandi poteſtas eſto penes Proëdros ad quinquaginta drachmas uſque. Quinquaginta hae drachmae exigendae inſcribuntor exactoribus hoc nomine. Quod ſi graviorem meruiſſe poenam videbitur, irrogata multa ad quinquaginta drachmas uſque, deferunto ad Senatum, aut concionem, quae prima habebitur. Ubi in jus vocatus fuerit, in Senatu judicanto. Quod ſi damnatus fuerit, clam ſuffragia ferentibus Senatoribus, Proëdri multam exactoribus exigendam legum violatarum nomine inſcribunto.

TITVLVS QVARTVS.

De Muneribus & Honoribus.

α'. Ενιαυτὸν διαλιπόντα ἕκαστον λειτουργεῖν.

Altero quoque anno munera obeunto.

β'. Εν ἐκκλησίᾳ τὸν Αρχοντα ἐπικληροῦν τοῖς χοροῖς τοὺς αὐλητάς.

Archontes pro concione tibicines choris ſortito danto.

γ'. Μὴ χορεύειν ξένον, ἢ χιλίας ἀποτίνειν τὸν Χορηγόν.

Hoſpes in choro ne ſaltato: ſi ſecus fecerit, Choragus mille drachmis multator.

δ'. Ξένον οὐκ ἔτι εἰσελθόντα εἰς τὸ θέατρον ἐξεῖναι προσκαλέσασθαι πρὸς τὸν Αρχοντα.

Peregrinum, antequam ludis ipſis ſaltet, in jus apud Archontem vocare fas eſto.

ε'. Αν τις Χορηγὸς ἀγωνιζόμενον τὸν ξένον καλέσῃ μὲν πρὸς τὸν Αρ-

Siquis Choragus ſaltantem in choro hoſpitem rapiat in jus ad Ar-

chontem, drachmis quinquaginta; si suo moveat loco, mille drachmis multator.

χοντα, πεντήκοντα δραχμάς· ἐὰν δὲ καθίζεσθαι κελεύσῃ, χιλίας ἀποτίνειν.

Ignominiosos in choro saltantes de scena deturbare fas esto.

ς'. Ἐξεῖναι τοὺς ἀτίμους ἀγωνιζομένους ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ χοροῦ, καὶ ἐξάγειν ἐκ τῆς θυμέλης.

Trierarchi sedeni ad instruendam unam triremem seponuntor e manipulorum contributionibus, munusque obeunto ab anno aetatis vicesimoquinto ad quadragesimum usque, sumptusque ex aequo faciunto.

ζ'. * Τοὺς Τριηράρχους καλεῖσθαι ἐπὶ τὴν τριήρη συνεκκαίδεκα ἐκ τῶν ἐν τοῖς λόχοις συντελειῶν, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν εἰς τετταράκοντα, ἐπὶ ἴσον τῇ χορηγίᾳ χρωμένον.

Trierarchi ad triremem instruendam deliguntor e facultatum censu, qui sit denum talentum. Si major sit denis talentis, pro census modo vel tres naves cum scapha instruunto. Eadem proportione observata, tot eorum, quorum census minor est talentis decem, una conferunto, quot simul dabunt censum decem talentorum.

η'. * Τοὺς Τριηράρχους αἱρεῖσθαι ἐπὶ τὴν τριήρη ἀπὸ τῆς οὐσίας κατὰ τίμησιν ἀπὸ ταλάντων δέκα. Ἐὰν δὲ πλειόνων ἡ οὐσία ἀποτετιμημένη ᾖ χρημάτων, κατὰ τὸν ἀναλογισμὸν ἕως τριῶν πλοίων καὶ ὑπηρετικοῦ ἡ λειτουργία ἔστω. Κατὰ τὴν αὐτὴν δὲ ἀναλογίαν ἔστω, καὶ οἷς ἐλάττων οὐσία ἐστὶ τῶν δέκα ταλάντων, εἰς συντέλειαν συναγομένοις εἰς τὰ δέκα τάλαντα.

Trierarchi munus suum fungentes, & curatores classium, nomina eorum recipiunto, qui armamenta debent Reipublicae, suntque ejusdem classis, atque ab iis armamenta repetunto.

θ'. Τοὺς Τριηράρχους τοὺς ἐκπλέοντας, καὶ τοὺς ἐπιμελητὰς τοὺς ἐν ταῖς συμμορίαις, τοὺς ὀφείλοντας παραλαβεῖν τὰ σκεύη, καθ' ὧν ἂν συμμορίαι συντετάχθησαν, καὶ εἰσπράττειν.

Qui armamenta debet Reipublicae, ea reddito, aut pignus capito.

ι'. Τὸν ὀφείλοντα τὰ σκεύη τῇ πόλει, ἢ ἀποδιδόναι τὰ σκεύη· εἰ δὲ μή, ἐνέχυρα λήψεσθαι.

Designati Trierarchiae successores ad naves abeunto, ubi designati fuerint.

ια'. Τοὺς διαδόχους ἀπιέναι ἐπὶ τὰς ναῦς, ὅταν καταστάθωσιν.

Siquis praefinito tempore navem non acceperit, multator.

ιβ'. Ἐάν τις μὴ διαδέξηται τὴν ναῦν ἐν τῷ χρόνῳ τῷ εἰρημένῳ, ἐπιτίμια εἶναι....

Trierarchi muneris sui rationes referunto.

ιγ'. Τοὺς Τριηράρχους ὑπευθύνους εἶναι,

Quotannis ad facultatum permutationes provocanto.

ιδ'. Καθ' ἕκαστον ἔτος ποιεῖν τὰς ἀντιδόσεις.

Sepositus ad obeunda munera classe sua excedito, siquem se

Τὸν εἰς λειτουργίαν τινὰ χειροτονούμενον ὑπεξελθεῖν ἐκ τοῦ συντάγματος,

τος, εἴ τινα ἑαυτοῦ πλουσιώτερον σχολάζοντα ἐπεδείκνυε· καὶ εἰ μὲν ὁ προσβληθεὶς ὡμολόγει πλουσιώτερος εἶναι, εἰς τοὺς τριακοσίους ἀντικαθίστατο· εἰ δὲ ἠρνεῖτο, τὴν οὐσίαν ἀντεδίδοσαν.

locupletiorem vacantem ostenderit. Si is, qui designatus est, locupletiorem se esse, fassus sit, in trecentos alterius loco refertor: si neget, facultates inter se permutanto.

Παρασημαίνειν τὰ οἰκήματα τοῦ προβληθέντος.

Ejus, qui ad facultatum permutationem provocatus est, aedes obsignantor.

* Τοὺς ἀντιδόντας ἀλλήλοις, ὅταν ὀμόσαντες ἀποφαίνωσι τὴν οὐσίαν, προσομνύειν καὶ τόνδε τὸν ὅρκον· ἀποφαίνω τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ ὀρθῶς καὶ δικαίως, πλὴν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς ἀργυρείοις, ὅσα οἱ νόμοι ἀτελῆ πεποιήκασι.

Qui facultates inter se permutant, se indicaturos facultates suas, juranto his conceptis verbis: Indicabo facultates meas recte & juste, exceptis iis, quae in argentifodinis sunt, quas leges immunes faciunt.

Τριῶν ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν ὀμόσῃ, διδόναι τὴν ἀπόφανσιν.

Intra tres, ex quo jurarunt, dies, facultates suas indicanto.

ιθ'. Τῶν ἐν τοῖς ἔργοις μηδὲν ἀποφαίνειν.

Bonorum, quae in fodinis sunt, nihil indicato.

TITVLVS QVINTVS.

De excusationibus munerum.

α'. Μὴ δύο λειτουργίας λειτουργεῖν.

Duo munera simul ne obeunto.

β'. * Ἀτελῆ δὲ μηδένα εἶναι τριηραρχίας, πλὴν τῶν ἐννέα Ἀρχόντων.

Nemo, praeter Novemviros, triremis instruendae immunis esto.

γ'. Τῶν εἰς τὸν πόλεμον πασῶν εἰσφορῶν μηδένα εἶναι ἀτελῆ.

Conferendae in bellum pecuniae nemo immunis esto.

TITVLVS SEXTVS.

De præmiis bene de republica meritorum.

α'. Τὸν αὐτὸν μὴ παρασιτεῖν πολλάκις· ἐὰν δὲ, ᾧ καθήκῃ, μὴ βούληται, κολάζεσθαι.

Eidem epulum in Prytaneio saepius ne praebetor: qui hunc honorem praeterhabuerit, multator.

β'. Τοῖς παρασιτουμένοις μάζαν παρέχειν, ἄρτον δὲ ταῖς ἑορταῖς προσπαρατιθέναι.

Convivantibus in Prytaneio maza; diebus vero festis, panis apponitor.

Qui corona a Populo donantur, in concione donantor: qui a Senatu, itidem in Senatu: alibi vero jus non esto.

γʹ. Ἐὰν μέν τινα ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων στεφανοῖ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸν στέφανον ἀναγορεύεσθαι· ἐὰν δὲ ἡ βουλή, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ· ἀλλαχόθι δὲ μὴ ἐξεῖναι.

Qui corona a tribulibus aut popularibus donantur, ne donantor in Theatro ludis: si secus factum, praeco ignominiosus esto.

δʹ. Μὴ ὑπὸ τῶν φυλετῶν ἢ δημοτῶν ἀναγορεύεσθαι στεφανούμενον ἐν τῷ Θεάτρῳ· ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κήρυκα.

A nemine alio quisquam corona donator, nisi in Senatu, aut in concione, aut inter tribules, aut inter populares.

εʹ. Μηδὲ ὑπὸ ἄλλου μηδενὸς ἀνακηρύττεσθαι στεφανούμενον, ἀπούσης βουλῆς, καὶ δήμου, καὶ φυλετῶν, καὶ δημοτῶν.

Nemo ab exteris civitatibus corona donator in Theatro ludis, nisi id sciverit Populus. Corona Minervae sacra esto.

ϛʹ. Μὴ κηρύττεσθαι τὸν ἀλλότριον στέφανον ἐν τῷ Θεάτρῳ, ἐὰν μὴ ψηφίσηται ὁ δῆμος· αὐτὸν δὲ τὸν στέφανον ἱερὸν εἶναι τῆς Ἀθηνᾶς.

Qui corona ~~donandus~~ est hospitali, rationem vitae honeste & temperanter actae reddito.

ζʹ. Τὸν στεφανούμενον ξενικῷ στεφάνῳ τὸν λόγον ποιεῖσθαι εἰς βίον ἀξιόχρεων καὶ τρόπον σώφρονα.

Ditissimi quique munera obeunto: nemo immunis esto, exceptis Harmodii & Aristogitonis posteris, itemque Novemviris. Neque in posterum populus petenti excusationem munerum concedito. Siquis petere convincatur, ignominiosus esto cum genere suo & familia: eumque, si quid, quod ignominioso non liceat, faciat, deferre cuivis jus esto. Convictus multator eadem poena, qua ii, qui inter aerarios ~~relati~~ judices sedent.

ηʹ. * Ὅπως ἂν πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, μηδένα ἀτελῆ εἶναι, πλὴν τῶν ἀφ᾽ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ τῶν ἐννέα Ἀρχόντων. Μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι τῷ δήμῳ αἰτηθέντι διδόναι· Εἰ δέ τις ἁλῷ αἰτῶν, ἄτιμον αὐτὸν εἶναι, καὶ γένος, καὶ οἰκίαν, καὶ ὑποκεῖσθαι γραφαῖς, καὶ ἐνδείξεσιν· Εἰ δὲ καὶ ἐν τούτοις ἁλῷ, ἔνοχον αὐτὸν εἶναι τοῖς αὐτοῖς, οἷσπερ οἱ δικάζοντες, ὅταν ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ δικάζωσι.

Populi dona rata sunto.

θʹ. Τὰς δωρεάς, ἃς ὁ δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι.

Dona populi rata sunto. In eorum vitam, quibus concessa sunt, quaestio habetor. Dignis rata, indignis irrita, sunto.

ιʹ. Τὰς δωρεάς, ὅσας ὁ δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι· τοὺς δὲ ἔχοντας, κρίνεσθαι, ἵν᾽, εἰ μὲν ἄξιοι, ἔχωσιν, εἰ δὲ ἀναξίως ἔχειν δοκοῖεν, ἐλεγχθέντες ἀφαιρεθῶσιν.

TITVLVS SEPTIMVS.

De Gymnasiis.

α'. * Οἱ δὲ τῶν παίδων διδάσκαλοι ἀνοιγέτωσαν μὲν τὰ διδασκαλεῖα μὴ πρότερον ἡλίου ἀνιόντος· κλειέτωσαν δὲ πρὸ ἡλίου δύνοντος. Καὶ μὴ ἐξέστω τοῖς ὑπὲρ τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν οὖσιν εἰσιέναι, τῶν παίδων ἔνδον ὄντων, ἐὰν μὴ υἱὸς διδασκάλου, ἢ ἀδελφοῦ, ἢ θυγατρὸς ἀνήρ. Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτ' εἰσίῃ, θανάτῳ ζημιούσθω. Καὶ οἱ Γυμνασιάρχαι τοῖς Ἑρμαίοις μὴ ἐάτωσαν συγκατιέναι μηδένα τῶν ἐν ἡλικίᾳ τρόπῳ μηδενί. Ἐὰν δὲ ἐπιτρέπῃ, καὶ μὴ ἐξείργῃ τοῦ γυμνασίου, ἔνοχος ἔστω ὁ Γυμνασιάρχης τῷ τῆς ἐλευθέρων φθορᾶς νόμῳ. Οἱ δὲ Χορηγοὶ οἱ καθιστάμενοι ὑπὸ τοῦ δήμου ἔστωσαν τὴν ἡλικίαν ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη.

Puerorum praeceptores ludum literarum ne aperiunto ante orientem Solem: claudunto vero ante occasum. Nemini liceto aetatem puerilem supergresso in ludum ingredi, quamdiu pueri in illo sunt: excepto filio praeceptoris, aut e fratre nepote, aut genero. Siquis adversus hanc legem commiserit, & ingressus fuerit, morte luito. Gymnasiarchae neminem provectiori aetate Mercurii festis diebus accedere ullo modo sinunto. Si secus fecerit, neque gymnasio expulerit Gymnasiarcha, lege de ingenuorum corruptela tenetor. Choragi a populo designati annis quadraginta majores sunto.

β'. * Δοῦλον μὴ γυμνάζεσθαι, μηδὲ ξηραλοιφεῖν ἐν ταῖς παλαίστραις.

Servi se in palaestra neque exercento, neque unguunto.

TITVLVS OCTAVVS.

De Medicis & Philosophis.

1. *Nequis servus, neve qua foemina, artem medicinam discito.*
2. *Ingenuae foeminae artem medicinam discunto.*

γ'. Λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν.

Philosophiam nequis doceto.

δ'. Μηδένα Φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ· εἰ δὲ μή, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.

Nemo Philosophus scholam habeto, nisi Senatui Populoque Atheniensi ita videatur: qui secus faxit, capital esto.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS PRIMVS.

De Judicibus.

A Magistratuum sententia ad judices provocanto.

α΄. Περὶ ἐκείνων, ὅσα αἱ ἀρχαὶ κρίνουσι, εἰς τὸ δικαστήριον ἐφέσεις εἶναι τοῖς βουλομένοις.

In judices allegere eos, qui Senatu moti sunt, fas esto.

β΄. Ἐξεῖναι ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταδέχεσθαι τοὺς ἐκφυλλοφορηθέντας.

Athenienses in sua quisque fora sorte distribuuntor.

γ΄. Πάντας Ἀθηναίους λαχεῖν εἰς τὰ δικαστήρια.

JUSJURANDUM HELIAST.

ΟΡΚΟΣ ΗΛΙΑΣΤΩΝ.

Sententiam feram secundum leges, & Populi Atheniensis scita, & Quingentorum Senatusconsulta. Tyrannum, aut paucorum dominatum, meo calculo non approbabo: neque, siquis popularem Atheniensium statum evertere conetur, aut dicat, aut decernat adversus haec, assensum praebebo. Neque novas tabulas fieri, aut agrum, domosque populi Atheniensis dividi, patiar. Exules non restituam, neque capitis damnatos: neque eos, qui urbem incolunt, ea pellam, adversus leges receptas, & Populi Atheniensis scita, Senatusque consulta: neque quemquam alium id aggredi, sinam. Neminem Magistratum gerere sinam, qui rationes alterius a se gesti Magistratus non retulerit, sive sit e Novemviris, sive Hieromnemon, sive quis alius eorum, qui eodem cum Novemviris die Magistratus sortiuntur, sive praeco, sive legatus, sive assessor: neque eundem bis in eodem esse Ma-

δ΄. * Ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους, καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, καὶ τῆς βουλῆς τῶν Πεντακοσίων. Καὶ τύραννον οὐ ψηφιοῦμαι εἶναι, οὐδὲ ὀλιγαρχίαν· οὐδὲ ἐάν τις καταλύῃ τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ἢ λέγῃ, ἢ ἐπιψηφίζῃ παρὰ ταῦτα, οὐ πείσομαι· οὐδὲ τῶν χρεῶν τῶν ἰδίων ἀποκοπάς, οὐδὲ γῆς ἀναδασμὸν τῆς Ἀθηναίων, οὐδὲ οἰκιῶν. Οὐδὲ τοὺς φεύγοντας κατάξω, οὐδὲ ὧν θάνατος κατέγνωσται· οὐδὲ τοὺς μένοντας ἐξελῶ παρὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους, καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, καὶ τῆς βουλῆς, οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ, οὔτ' ἄλλον οὐδένα ἐάσω. Οὐδὲ ἀρχὴν καταστήσω, ὥς γε ἄρχειν ὑπεύθυνον ὄντα ἑτέρας ἀρχῆς, καὶ τῶν ἐννέα Ἀρχόντων, καὶ τοῦ Ἱερομνήμονος, καὶ ὅσοι μετὰ τῶν ἐννέα Ἀρχόντων κυαμεύονται ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ κήρυκος, καὶ πρεσβείας, καὶ συνέδρων· οὐδὲ δὶς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τὸν αὐτὸν ἄνδρα, οὐδὲ δύο ἀρχὰς ἄρξαι τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ. Οὐδὲ δῶρα δέξομαι τῆς ἡλια-

ἡλιάσεως ἕνεκα, οὔτε αὐτὸς ἐγὼ, οὔτ᾽ ἄλλος ἐμοὶ, οὔτ᾽ ἄλλοι, εἰδότος ἐμοῦ, οὔτε τέχνῃ, οὔτε μηχανῇ μηδεμιᾷ. Καὶ γέγονα οὐκ ἔλαττον ἢ τριάκοντα ἔτη. Καὶ ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου, καὶ τοῦ ἀπολογουμένου, ὁμοίως ἀμφοῖν· καὶ διαψηφιοῦμαι περὶ αὐτοῦ, οὗ ἂν ᾖ ἡ δίωξις. Ἐπόμνυμι Δία, Ποσειδῶνα, Δήμητρα, καὶ ἐπαρῶμαι ἐξώλειαν ἐμαυτῷ, καὶ οἰκίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ, εἴ τι τούτων παραβαίνοιμι· εὐορκοῦντι δὲ, καλὰ πολλὰ κἀγαθὰ εἶναι.

gistratu, aut duos Magistratus gerere eodem anno. Munera non accipiam propterea, quod judex in Heliæa sedeo, non ego ipse, neque alter mihi, neque ullus, me conscio, nulla arte, nulla fraude. Non sum minor annis triginta. Utramque partem audiam ex æquo. Sententiam feram de ea re, de qua instituta erit actio. Jovem, Neptunum, Cererem, vindices testor, imprecorque exitium ipse mihi, & familiae meae, si quid horum non observavero: si fidem contra datam libero, omnia prospera atque fausta.

ε'. * Καὶ οὐ μνησικακήσω, οὐδὲ ἄλλῳ πείσομαι· ψηφιοῦμαι δὲ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους.

Neque praeteritorum in malum meminero, neque alteri meminenti assensum praebebo: sed sententiam feram secundum receptas leges.

ϛ'. Τοῦ τε κατηγόρου, καὶ τοῦ ἀπολογουμένου, ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι.

Utramque partem ex aequo audito.

TITVLVS SECVNDVS.

De in jus vocando.

α' Τὸν τῆς προσκλήσεως κλητῆρα ἐπιγράψασθαι.

Ejus nomen, qui adfuit, cum in jus vocaretur adversarius, adscribito.

β'. Τοὺς ἐμπρόθεσμον δίκην ἔχοντας, εἶτα μὴ ἀπαντῶντας εἰς τὴν κυρίαν, ἐρήμην ἁλίσκεσθαι· τὸ δὲ τίμημα εἶναι χιλίας δραχμάς.

Cui status condictus dies est cum adversario, nec iverit, Eremodicii damnator, & mille drachmis multator.

γ'. Τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαχεῖν ἐξεῖναι.

Restaurationem Eremodicii praestato.

TITVLVS TERTIVS.

De Praeparatoriis Judiciorum.

α'. Τοὺς Ἄρχοντας ἀνακρίνειν τοῖς συντείνουσι εἰς τὸν ἀγῶνα, καὶ τοὺς συντείνοντας εἰς τὸν ἀγῶνα ἀποκρίνειν.

Magistratus litigantes interroganto: litigantes respondento.

Actor jusjurandum dato, se actionem prosecuturum, si parata omnia habeat ad judicium: sin minus, jurejurando, sibi tempus dari, postulato.

β΄. Τὸν μέλλοντα κατηγορεῖν ὀμνύναι ὑπὲρ τοῦ ἐπεξελθεῖν, εἰ πάντα ἕτοιμα ἔχει τὰ πρὸς τὸν ἀγῶνα, ἢ ὑπόμνυσθαι.

Magistratus ad judicium admittunto litigantes, iisque judices danto.

γ΄. Τοὺς Ἄρχοντας καλεῖν εἰς τὸ δικαστήριον τοὺς συντείνοντας εἰς τὸν ἀγῶνα, καὶ εἰσάγειν εἰς τὸ δικαστήριον.

Judices e Tribunalibus ad judicia reddenda sorte dantor.

δ΄. Τοὺς δικαστὰς ἀποκληροῦν εἰς τὸ δικάζεσθαι.

Nemo judex eadem die duo reddito judicia.

ε΄. Τοὺς δικαστὰς μὴ δικάζειν δὶς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Jus dicam de iis, de quibus actio est: atque sententiam feram secundum leges in iis, de quibus legibus cautum est: de quibus vero legibus ~~cautum~~ non est, quam justissime potero.

ς΄. Δικάσω περὶ ὧν ἂν ἡ δίωξις ᾖ· καὶ περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιοῦμαι· περὶ δὲ ὧν μή εἰσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ.

TITVLVS QVARTVS.

De Judiciis.

Judicum singuli actionis, de qua judicium reddunt, diversa Kapita in libello adnotanto.

α΄. Τοὺς κρίνοντας γράφειν τὰ κεφάλαια ἕκαστον.

Magistratus nomen illius, qui litis caussa abest peregre, ex albo caeterorum, qui de bonis alicujus controversiam alteri faciunt, expungito.

β΄. Διαγράφειν τὸν Ἄρχοντα τὴν τοῦ ἀμφισβητοῦντος, καὶ τῆς δίκης ἕνεκα ἀπόντων, ἀμφισβήτησιν.

Reus oratione se purgato.

γ΄. Ἀπολογητέον.

4. *Servus homo causam ne orato.*

Praeco edicito, cui videtur N. injuste fecisse, perforatum calculum mittito: integrum vero, cui non videtur injuste fecisse.

ε΄. Τὸν κήρυκα κηρύττειν, τὴν ψῆφον ἡ τετρυπημένη, ὅτῳ δοκεῖ ἀδικῆσαι ὁ δεῖνα· ἡ δὲ πλήρης, ὅτῳ μή.

Paribus calculis, secundum reum pronuntiato.

ς΄. Τὸν φεύγοντα νικᾶν ἴσαις ψήφοις.

Cados apponunto pro litigantium numero.

ζ΄. Τοὺς καδίσκους τιθέναι κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀμφισβητούντων.

η΄. Τοὺς

η'. Τοὺς δικαστὰς προτιμᾷν τὴν τιμωρίαν· τὸν φεύγοντα ἀντιτιμῆσαι αὐτῷ, ὅτι τοῦδέ εἰμι ἄξιος· λοιπὸν παρὰ τῷ δικαστῇ εἶναι τὴν κρίσιν τοῦ ἀνασχέσθαι, ἢ οὔ.

Judices poenas proponunto: reus quasi poenam aestimato: judices de ea sententiam ferunto.

θ'. * Ὁ ἥλιος ἐπὶ τῶν ὅρων ἡ ἐσχάτη ὥρα ἔστω.

Sol occasus suprema tempestas esto.

ι'. * Ἐάν τις συνίστηται, ἢ συνδεκάζῃ τὴν Ἡλιαίαν, ἢ τῶν δικαστηρίων τι τῶν Ἀθήνησιν, ἢ τὴν βουλὴν, ἐπὶ δωροδοκίᾳ χρήματα διδοὺς ἢ δεχόμενος, ἢ ἑταιρείαν συνιστῇ ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου, ἢ συνήγορος ὢν λαμβάνῃ τὰ χρήματα ἐπὶ ταῖς δίκαις ἢ ἰδίαις ἢ δημοσίαις, τούτων εἶναι τὰς γραφὰς πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας.

Siquis coïerit, aut data vel accepta pecunia corruperit Heliacam, aut quodvis aliud Atheniensium forum, aut Senatum, aut coetum fecerit ad evertendam Rempublicam, aut advocatus pecuniam accipiat litis causa, sive privatae, sive publicae; eorum nomina apud Thesmothetas cuivis deferre jus esto.

ια'. * Ὅσα ἄν τις ἑκὼν ἕτερος ἑτέρῳ ὁμολογήσῃ ἐναντίον μαρτύρων, ταῦτα κύρια εἶναι.

Quaecumque alter cum altero volens cum volente coram testibus pactus fuerit, rata sunto.

ιβ'. Μὴ συντίθεσθαι παρὰ τὸν νόμον.

Adversus leges ne pacíscitor.

ιγ'. * Ὧν ἂν ἀφῇ καὶ ἀπαλλάξῃ τις, μηκέτι τὰς δίκας εἶναι.

Eorum, de quibus pacta conventa facta sunt, lites ne sunto.

ιδ'. Παραγράφεσθαι πρὸς τὸν ἀντίδικον, τὴν δίκην μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι.

Exceptionem interopponito actioni ad eludendum id, quod in intentionem condemnationemve deductum est.

ιε'. * Παραγράφεσθαι περὶ ὧν ἄν τις ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας πάλιν δικάζηται.

Litem inferenti de pacto convento, exceptionem interopponito.

ιϛ'. Τοῖς ἀδικουμένοις τὰ πέντε ἔτη εἶναι εἰσπράττεσθαι.

Intra quinquennium laesi dicam scribunto.

ιζ'. Τὴν παραγραφὴν ἀντιλαγχάνειν περὶ ὧν οὐκ εἰσὶν εἰσαγωγεῖς.

Exceptione utitor, si in jus vocetur ad Magistratum, cujus ea non est jurisdictio.

ιη'. * Ὑπὲρ μὲν τῶν μὴ γενομένων ὅλως συμβολαίων Ἀθήνησι, μηδ' εἰς τὸ Ἀθηναίων ἐμπόριον, παραγράφεσθαι.

In jus vocatus apud Magistratum Atheniensium propter contractus, qui neque omnino Athenis facti sunt, neque aliunde merces Athenas importare cavent, exceptione fori utitor.

TITVLVS QUINTVS.

De Arbitris.

Si litigatores de privatis contractibus in aliquem arbitrum compromittere voluerint, in quemcumque libuerit, compromittunto. Arbitri compromissi sententiae stanto, nec ad aliud judicium eunto: sed arbitri compromissi sententia rata esto.

α'. Ἐὰν δέ τινες περὶ συμβολαίων ἰδίων πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, καὶ βούλωνται διαιτητὴν ἑλέσθαι ὁντινοῦν, ἐξέστω αὐτοῖς αἱρεῖσθαι, ὃν ἂν βούλωνται, διαιτητήν. Ἐπειδὰν βούλωνται κατὰ κοινὸν, μενέτωσαν ἐν τοῖς ὑπὸ τούτου διαγνωσθεῖσι, καὶ μηκέτι καταφερέτωσαν ἀπὸ τούτου ἐφ᾽ ἕτερον δικαστήριον ταῦτα ἐγκλήματα· ἀλλ᾽ ἔστω τὰ κριθέντα ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ κύρια.

Arbitri jurati sententiam dicunto.

β'. Τὸν διαιτητὴν ὀμόσαντα διαιτᾷν.

Arbitri ad solem occasum sedento: si reus non adsit, tunc praesenti actori litem addicunto.

γ'. Τὸν διαιτητὴν μένειν ἄχρι τῆς ἑσπέρας· μὴ φανέντος δὲ τοῦ φεύγοντος, καταδικάζειν τὴν καταδίκην.

Ab arbitris sortito datis ad judices provocanto.

δ'. Ἀπὸ τῶν κληρωτῶν διαιτητῶν ἐς ἕτερον ἐφεῖναι δικαστήριον.

TITVLVS SEXTVS.

De Jurejurando.

Per tres Deos juranto, per Supplicem, per Procuratorem, per Averruncatorem.

α'. Τρεῖς Θεοὺς ὀμνύναι, Ἱκέσιον, Καθάρσιον, Ἐξακεστήριον.

TITVLVS SEPTIMVS.

De Testibus.

Ignominiosi intestabiles sunto.

α'. Μὴ μαρτυρεῖν τοὺς ἀτίμους.

2. *Servis testimonii dictio ne esto.*

Nemo in re sua idoneus testis esto, sive in publico, sive in privato judicio, sive in referendis rationibus.

γ'. Μὴ μαρτυρεῖν αὐτὸν αὐτῷ, οὔτ᾽ ἐπὶ ταῖς γραφαῖς, οὔτ᾽ ἐν ταῖς εὐθύναις.

δ'. Τοῖν

δ'. Τοῖν ἀντιδίκοιν ἐπάναγκες εἶναι ἀποκρίνασθαι ἀλλήλοις τὸ ἐρωτώμενον, μαρτυρεῖν δὲ μή.

Adversarii alter alterius interrogatis respondere coguntor: testimonium ne dicunto.

ε'. Μὴ ἐπάναγκες εἶναι οἰκείῳ καταμαρτυρῆσαι ἂν τἀληθῆ.

Familiares testimonium dicere in familiarem suum inviti ne coguntor.

ϛ'. * Ἔστω δὲ καὶ ὑπόδικος τῶν ψευδομαρτυριῶν ὁ μαρτυρήσας αὐτὸς τούτου, ὅτι μαρτυρεῖ παρὰ τὸν νόμον· καὶ ὁ προβαλλόμενος κατὰ ταὐτά.

Falsi testimonii damnator, qui, praeter quam legibus licet, testimonium dixerit. In eum, qui hunc testem advocaverit, sirempse lege agito.

ζ'. Μαρτυρεῖν ἐν τῷ γραμματείῳ.

Scripto testimonium dicito.

η'. Τοὺς μάρτυρας ὅρκον διομόσασθαι.

Testes jurati testimonium dicunto.

θ'. Ἃ ἂν εἰδῇ τις, καὶ οἷς ἂν παραγένηται πραττομένοις, ταῦτα μαρτυρεῖν ἐν γραμματείῳ γεγραμμένα.

Eorum, quibus interfuerunt, dum fierent, & fieri viderunt, testimonium scripto dicunto, danto.

ι'. * Ἀκοὴν εἶναι μαρτυρεῖν τεθνεῶτος ἐκμαρτυρίαν δὲ ὑπερορίου καὶ ἀδυνάτου.

De re a mortuo accepta, aut peregre gesta, cui interesse non potuerint, testimonium auriti, non oculati, danto, dicunto.

ια'. Τιθέναι τὸν τὴν μαρτυρίαν λιπόντα τὴν δραχμὴν τοῦ λειπομαρτυρίου.

Drachmam deponunto adversus eum, qui testimonium defugerit.

ιβ'. Τὸν ἐκκλητευθέντα ἢ μαρτυρεῖν, ἢ ἐξομόσασθαι, ἢ χιλίας δραχμὰς ἀποτῖσαι τῷ δημοσίῳ.

In jus vocatus testimonium vel dato, vel ejurato, vel mille drachmis multator.

ιγ'. Ἐξεῖναι τοῖς ἀντιδίκοις, ἂν βούλωνται, διαμαρτυρεῖν.

Litigantes, si libuerit, *διαμαρτυρίᾳ* utuntor.

ιδ'. Ὁ μαρτυρήσας τὰ ψευδῆ ὑπόδικος ἔστω τῶν ψευδομαρτυριῶν· καὶ ὁ προβαλλόμενος τῶν κακοτεχνιῶν.

Testis, qui falsum dixerit, falsi testimonii lege; qui vero produxerit, *κακοτεχνιῶν* tenetor.

TITVLVS OCTAVVS.

De re judicata & integri restitutione.

α'. Ὅσων δίκη πρότερον ἐγένετο ἢ εὔθυνα ἢ διαδικασία περὶ τοῦ ἐν δικαστηρίῳ, ἢ ἰδίᾳ, ἢ δημοσίᾳ,

De quibus prius sive privato, sive publico judicio a judicibus pronunciatum est, aut populus scitum fecit,

fecit; de iis iterum judices Magistratus ne danto, neque in suffragia mittunto, neque eorum, quae leges non concedunt, accusare permittunto.

ἢ τὸ δημόσιον ἀπέδοτο, μὴ εἰσάγειν περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον, μηδ᾽ ἐπιψηφίζειν τῶν Ἀρχόντων μηδένα, μηδὲ κατηγορεῖν ἐώντων, ἃ οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι.

Judicia arbitriave quaecumque, libera Republica, ex legibus pronunciata, rata sunto. Acta vero triginta tyrannis rerum potientibus, & judicia, sive privatim, sive publice reddita, rescinduntor.

β΄. * Τὰς δίκας καὶ τὰς διαίτας, ὅσαι ἐγένοντο ἐπὶ τοῖς νόμοις ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει, κυρίας εἶναι· ὁπόσα δ᾽ ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἐπράχθη, ἢ δίκη ἐδικάσθη, ἢ ἰδίᾳ, ἢ δημοσίᾳ, ἄκυρα εἶναι.

TITVLVS NONVS.

De Poenis.

Poenae plures una ne irrogantor, quamcumque inflixerint judices luendam, sive in corpore, sive in aere: utramque simul ne irroganto.

α΄. Μηδὲν τίμημα ὑπάρχειν ἐπὶ χεῖρον πλέον, ἢ ἓν· ὁπότερον ἂν τὸ δικαστήριον τιμήσῃ, παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι· ἀμφότερα δὲ, μὴ ἐξέστω.

Peccantes invite in jus ne rapiuntor, sed privatim officii admonentor.

β΄. Τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων οὐκ εἰσάγειν ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἰδίᾳ λαβόντα διδάσκειν καὶ νουθετεῖν.

Potentiores in exilium decennale mittuntor.

γ΄. Ἐξοστρακίζεσθαι τοὺς ὑπερέχοντας τὰ δέκα ἔτη.

Exulum nullum recipito: qui secus faxit, in exilium mittitor.

δ΄. Μὴ ὑποδέχεσθαι τῶν φευγόντων οὐδένα, ἢ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι τὸν ὑποδεχόμενον τοὺς φεύγοντας.

Viginti drachmas pendito.

ε΄. * Ἀποτίνειν δεκάβοιον.

Plus sedecim choenicibus litem ne aestimato.

ϛ΄. * Μὴ πλείω εἶναι τριταίας τῶν χοινικῶν.

Decem dies in nervo habetor, nisi Heliaea in plures dies haberi jubeat.

ζ΄. * Δεδέσθαι ἐν τῇ ποδοκάκκῃ ἡμέρας δέκα τὸν πόδα, ἐὰν μὴ προστιμήσῃ ἡ Ἡλιαία.

Idem in consultorem atque reum statuito.

η΄. Τὸν βουλεύσαντα ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι, καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἐργασάμενον.

In confitentes reos, indicta caussa, animadvertunto.

θ΄. Τῶν κακούργων τοὺς ὁμολογοῦντας ἄνευ κρίσεως κολάζειν.

Damnati multam debento ab ea die, qua illis irrogata est, sive in aerarios relati sint, sive non relati.

ι΄. Ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ὀφείλειν, ἀφ᾽ ἧς ἂν ὄφλῃ, ἐάν τε ἐγγεγραμμένος ᾖ, ἐάν τε μή.

ια΄. Μὴ

ια′. Μὴ ἐκτιθέντος δὲ τοῦ ὀφλήματος ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτανείας, διπλοῦν ἔστω τὸ ὄφλημα.

Qui intra nonam Prytaneiam multam non solverit, duplione tenetor.

ιβ′. Τὸν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ μὴ πολιτεύεσθαι.

AErarius Rempublicam ne gerito.

ιγ′. Τὸν ἐξελεγχθέντα ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ λέγειν ἐν τῷ δήμῳ, παραδίδοσθαι τοῖς Ἕνδεκα.

AErarius orationem ad populum habuisse convictus, ad Undecimviros capitales abducitor.

ιδ′. Τὸν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ, ἄτιμον εἶναι.

AErarius, donec multam irrogatam solverit, ignominiosus esto.

ιε′. Εἴ τις ὀφείλων πρὸ τῆς ἐκτίσεως τελευτήσει, τοὺς παῖδας ἀποδιδόναι τὸ ὄφλημα· εἰ δὲ μή, καὶ αὐτοὺς ἀτίμους εἶναι, ἕως ἂν ἀποδῶσι.

Si quis aerarius, antequam multam solveret, obierit, liberi eam solvunto: secus si faxint, ignominiosi sunto, donec solverint.

ις′. Ἀπαλείφειν τοὺς ἐγγεγραμμένους ἀπὸ τοῦ ὀφλήματος, καθ' ὅτι ἂν ἐκτίνῃ.

AErariorum nomina expungito, multa soluta.

ιζ′. Τὰ τρία τῆς οὐσίας μέρη τῷ ἰδιώτῃ τῷ ἀπογράψαντι γίγνεσθαι.

Dodrans bonorum, quae fisco cedunt, illius esto, qui detulerit.

ιη′. Ἐνδεῖξιν εἶναι κατὰ τοῦ ὀφείλοντος, καὶ μὴ ἐγγεγραμμένου.

Quivis aerarium inter illos non relatum deferto.

ιθ′. Τὸν οὐ δικαίως ἐγγεγραμμένον ἐξαλείφεσθαι, τὸν δ' οὐ δικαίως αὐτὸν ἐγγεγραφότα ἀντεγγράφεσθαι.

Injuste inter aerarios relati nomen expungito: qui inscripserit, in ejus locum refertor.

κ′. * Ἐάν τις τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ μὴ ἐκτίσας τὸ ὄφλημα τῇ πόλει ἐξαλειφθῇ, εἶναι κατ' αὐτοῦ τὰς γραφὰς πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας τοῦ ἀγραφίου.

Si quis aerarius, non soluta Reipublicae multa, ex albo aerariorum expunctus fuerit, postulator apud Thesmothetas ab eo, cui licet & libet, ~~expuncti nominis~~.

κα′. * Ἀτίμων ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν, πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι, ἐπιτίμους εἶναι, πλὴν ὅσοι ἐξ Ἀρείου πάγου, ἢ ὅσοι ἐκ τῶν Ἐφετῶν, ἢ ἐκ Πρυτανείου, καταδικασθέντες ὑπὸ τῶν βασιλέων ἐπὶ φόνῳ, ἢ σφαγαῖσιν, ἢ ἐπὶ τυραννίδι, ἔφυγον, ὅτε θεσμὸς ἐφάνη ὅδε.

Infamia notati quotquot sunt ante Solonis Praeturam, integrae famae restituuntor, praeterquam ii, qui ab Areopagitico Senatu, vel Ephetis, vel in Prytaneio, referente Rege, damnati caedis, aut latrocinii, aut affectati regni, in exilium iverunt, cum haec lex promulgata.

κβ′. * Μηδὲ περὶ τῶν ἀτίμων, ὅπως χρὴ ἐπιτίμους αὐτοὺς εἶναι, μηδὲ περὶ τῶν ὀφειλόντων τοῖς

Relationem nemo facito de ignominiosis, ut famae restituantur, neque de aerariis, ut expungantur, &

& dignitati reddantur pristinae, nisi Athenienses sex millibus non pauciores, clanculum suffragia ferentibus, quibus libitum erit, scitum fecerint, id licere. Tunc relationem faciunto, quomodo Senatui Populoque visum fuerit. Si quis apud Senatum aut Populum supplicet de iis, de quibus Judices, aut Senatus, aut Populus sententiam tulerunt; si ipse quidem aerarius supplicet, antequam multam solverit, ejus nomen defertor, quemadmodum illius, qui aerarius cum sit, inter Judices lectus est. Si quis vero alius pro aerario, antequam multam solvat, deprecetur, omnia ejus bona publicantor. Si quis vero Proëdrus concionem in hunc finem dederit aerario, aut alteri cuiquam pro eo, antequam multam solverit, ignominiosus esto.

θεοῖς, ἢ τῷ δημοσίῳ τῶν Ἀθηναίων, περὶ ἀφέσεως τοῦ ὀφλήματος, ἢ τάξεως, ἐὰν μὴ ψηφισαμένων Ἀθηναίων τὴν ἄδειαν πρῶτον, μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων, οἷς ἂν δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις. Τότε δ᾽ ἐξεῖναι χρηματίζειν, καθ᾽ ὅ, τι ἂν τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ δοκῇ. Ἐὰν δέ τις ἱκετεύῃ ἐν τῇ βουλῇ, ἢ ἐν τῷ δήμῳ, περὶ ὧν δικαστήριον, ἢ βουλὴ, ἢ ὁ δῆμος κατέγνω, ἐὰν μὲν αὐτὸς ὀφλὼν ἱκετεύῃ, πρὶν ἐκτίσαι, ἔνδειξιν εἶναι κατ᾽ αὐτοῦ, καθάπερ ἐάν τις ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἡλιάζηται. Ἐὰν δ᾽ ἄλλος ὑπὲρ τοῦ ὠφληκότος ἱκετεύῃ, πρὶν ἐκτίσαι, δημοσία ἔστω αὐτοῦ ἡ οὐσία πᾶσα. Ἐὰν δέ τις τῶν Προέδρων δῷ τινι τὴν ἐπιχειροτονίαν, ἢ αὐτῷ τῷ ὠφληκότι, ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου, πρὶν ἐκτίσαι, ἄτιμος ἔστω.

TITVLVS DECIMVS.

De Redemptoribus vectigalium, Aerario publico, & Theorica pecunia.

Senatus Quingentorum redemptorem vectigalium, qui in publicum non praestiterit, in nervo habeto.

Publicani, reliquatores vectigalium ad nonam usque Prytaneiam, duplum in publicum praestanto.

Si praedes in publicum non praestiterint, bona eorum publicantor.

Fidejubeto juratus Apollinem . . . . fugerit sibi metuens litis causa.

Qui pecuniam sacram publicamve tenent, eam apud Senatum nu-

α΄. * Κυρίαν εἶναι τὴν βουλὴν, ὃς ἂν πριάμενος τέλος μὴ καταβάλῃ, δεῖν εἰς τὸ ξύλον.

β΄. Τοὺς τὰ τέλη ὠνουμένους, εἰ μὴ καταβάλοιεν τὰ χρήματα ἕως τῆς ἐνάτης Πρυτανείας, τὰ διπλᾶ καταβαλεῖν.

γ΄. Τὴν οὐσίαν δημοσίαν εἶναι, ὃς ἂν ἐγγυησάμενός τι τῶν τῆς πόλεως, μὴ ἀποδῷ τὴν ἐγγύην.

δ΄. * Ἐπεγγυᾶν δ᾽ ἐπιορκήσαντα τὸν Ἀπόλλω, δεδιότα δὲ δίκης ἕνεκα δρασκάζειν.

ε΄. Τοὺς ἔχοντας τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια χρήματα, καταβάλλειν εἰς τὸ βου-

βυλευτήειον· εἰ δὲ μὴ, τὴν βυλὴν αὐτοὺς εἰσπεάττειν τοῖς νόμοις χρωμθύην τοῖς τελωνικοῖς.

ς'. Τὸν χρησάμθυον δημοσίοις χρήμασιν ἐπ' ἐνιαυτὸν ὅλον, διπλάσια ταῦτα διδόναι· τὸν δ' ὀφείλοντα ἐπὶ τοῦ δευτέρου ἐνιαυτοῦ δεδέσθαι, ἕως ἂν ἐκτίσῃ.

ζ'. * Τῶν ἄλλων ἕνεκα.

η'. Χίλια τάλαντα κτ τὸν ἐνιαυτὸν ἐξαίρετα εἶναι τοῦ δήμου, καὶ μὴ ἀναλῶν· ἢν δέ τις εἴπῃ, ἢ ἐπιψηφίσῃ, κινεῖν τὰ χρήματα ταῦτα ἐς ἄλλο τι, ἢν μὴ οἱ πολέμιοι νηίτῃ ςρατῷ ἐπιπλέωσι τῇ πόλει, καὶ δέῃ ἀμύνασθαι, θάνατον ζημίαν εἶναι.

θ'. Οπόταν πόλεμος ᾖ, τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως ςρατιωτικὰ εἶναι.

ι'. Θανάτῳ ζημιῦσθαι, εἴ τις ἐπιχειρεῖν μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ ςρατιωτικά.

meranto: nisi numerent, ab illis Senatus sirempse lege, qua a publicanis, exigito.

Qui pecunia publica annum ipsum utitur, duplam restituito: qui anno altero eandem debet, in vinculis habetor, donec exsolverit.

Aliorum causa.

Mille talenta quotannis seponunto non expendenda. Si quis dixerit, aut populum rogarit, ea impendi in alios usus, quam si hostes navibus appulsi Atticam invadant, & propugnanda sit patria, capital esto.

Ingruente bello, e theorica pecunia militum stipendia numerantor.

Si quis attentet facere, ut theorica pecunia in militum stipendia numeretur, capite luito.

LIBER QVINTVS.

TITVLVS PRIMVS.

Finium regundorum.

α'. Οπυ μθὺ ἐςὶ δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ, χρῆσθαι τούτῳ· ὅπυ δὲ πλεῖον ἀπέχει, ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον.

β'. * Εάν τις φρέαρ παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ, ὀργυιὰν ἀπολιπεῖν.

γ'. Εὰν δὲ ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα βάθος παρ' ἑαυτοῖς μὴ εὕρωσιν ὕδωρ, τότε λαμβάνειν παρὰ τοῦ γείτονος ἑξάχουν ὑδρίαν δὶς ἑκάστης ἡμέρας πληροῦντας.

δ'. * Εάν τις τάφον, ἢ βόθρον

Publico puteo, qui intra hippicum sit, utuntor: si majus sit intervallum, privatum sibi quisque effodiunto.

Si quis puteum juxta alterius agrum fodiat, orgyae spatium relinquito.

Si quis, depresso in altum puteo decem orgyas, aquam in suo non inveniat, extrahito e vicini puteo bis quotidie aquam urna sex choûm capace.

Si quis sepulcrum fodiat, aut

fossam ducat juxta vicinum agrum, ab eo tantundem spatii relinquito, in quantam profunditatem deprimet.

Si quis sepem ad alienum praedium fodiens ducat, limitem ne excedito: si murum, pedis unius; si casam, duorum pedum intervallum relinquito.

Si quis in fundo aedificare velit, a fundo vicini ad arcus usque jactum abesto . . . . ulnam.

Qui apum alvearia facit, ab alvearibus vicini distantia pedes trecentos collocato.

Oleam & ficum novem pedes longe ab alieno fundo serito: caeteras vero arbores pedes quinque.

Oleae privatae ordine consitae.

Si quis oleam Athenis evellat, nisi in usum Templorum Atheniensium, aut in privatum suum duas evellat quotannis, aut in funus; in singulas oleas centum drachmas pendito: decima multae Minervae sacra esto: centum quoque drachmae addicuntor actori. Dicae scribuntor apud Magistratum, cujus est judices dare. Actor sacramentum deponito. Reo damnato, Magistratus exigendam tradito multam, quae in aerarium publicum infertur, exactoribus; decimam vero, quae Minervae cedit, Quaestoribus Deae. Si secus fecerint Magistratus, ipsi de suo penduntо.

παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος αὐτοῦ ᾖ, τοσοῦτον ἀπολιπεῖν.

έ. * Ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν· ἐὰν δὲ τειχίον, πόδα ἀπολιπεῖν· ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας.

ς'. * Εἰ δέ τις ἐν ἀγρῷ βούλοιτο κτίσαι, τόξου βολὴν ἀπὸ τοῦ ἀγρογείτονος ἀπεχέτω . . . . ὀργυιάν.

ζ. Μελισσῶν σμήνη καθισάμενον ἀπέχειν τῶν ὑφ' ἑτέρου πρότερον ἱδρυμένων πόδας τριακοσίους.

ή. * Ἐλαίαν δὲ καὶ συκῆν ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν, τὰ δὲ ἄλλα δένδρα πέντε πόδας.

θ'. * Στιχάδας.

ί. * Ἐάν τις ἐλαίαν Ἀθήνησιν ἐξορύττῃ, ἐὰν μὴ εἰς ἱερὸν Ἀθηναίων δημόσιον, ἢ δημοτικὸν, ἢ ἑαυτῷ χρῆσθαι μέχρι δυοῖν ἐλαίαιν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου, ἢ ἐπὶ ἀποθανόντα δέῃ χρήσασθαι, ὀφείλειν ἑκατὸν δραχμὰς τῷ δημοσίῳ τῆς ἐλαίας ἑκάστης· τὸ δὲ ἐπιδέκατον τούτου τῆς Θεοῦ εἶναι· ὀφειλέτω δὲ καὶ ἰδιώτῃ τῷ ἐπεξιόντι ἑκατὸν δραχμὰς καθ' ἑκάστην ἐλαίαν. Τὰς δὲ δίκας εἶναι περὶ τούτων πρὸς τοὺς Ἄρχοντας, ὧν ἕκαστοι δικασταί εἰσι. Πρυτανεῖα δὲ τιθέτω ὁ διώκων τοῦ αὐτοῦ μέρους. Ὅτου δ' ἂν καταγνωσθῇ, ἐγγραφόντων οἱ Ἄρχοντες, πρὸς οὓς ἂν ᾖ ἡ δίκη, τοῖς πράκτορσιν· ὃ τῷ δημοσίῳ γίνεται, τοῖς Ταμίαις τῆς Θεοῦ. Ἐὰν δὲ μὴ ἐγγράφωσιν, αὐτοὶ ὀφειλόντων.

TITVLVS SECVNDVS.

De Agris, armento, atque grege.

α'. Μὴ κτᾶσθαι γῆν, ὁπόσην ἂν βούληταί τις.

Agrum, quantum voluerint, ne possidento.

β'. *Ὁ τὰ πατρῷα κατεδηδοκὼς, ἢ ὧν ἂν κληρονόμος γένηται, ἄτιμος ἔστω.

Decoctores paternae, aut alterius cujusvis hereditatis; ignominiosi sunto.

γ'. Τῷ κομίσαντι λύκον, πέντε δραχμὰς δίδοσθαι· λυκιδέα δὲ, μίαν.

Ei, qui lupum attulerit, quinque drachmae dantor: una ei, qui lupam.

δ'. Βοῦν ἀρότην μὴ θύειν.

Bovem aratorem ne mactato.

ε'. Βοῦς μὴ καταθύεσθαι.

Boves ne mactanto.

ς'. Μὴ σφάττειν πρόβατον ἄπεκτον ἢ ἄτοκον.

Agnum anniculo minorem ne mactato.

ζ'. Ζῶα μὴ σίνεσθαι.

Carnibus ne vescitor.

TITVLVS TERTIVS.

De Emtione, venditione, & evictione.

α'. Τὸν ἀμφισβητοῦντα χωρίου, δικάζεσθαι πρὸς ἔχοντα αὐτὸ καρποῦ· εἰ δὲ οἰκίας, ἐνοικίου.

Qui de agro litigat, possessori de proventu; qui de domo, dicam de obventione, scribito.

β'. Ἀψευδεῖν κατὰ τὴν ἀγοράν.

In foro ne mentiuntor.

γ'. Τοὺς ἰχθυοπώλας μὴ ἀποδοῦναι τοὺς ἰχθύας ἐλάττονος ἧς εἴπον τιμῆς, ἢ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγεσθαι.

Piscarii pisces minoris, quam indicarint, ne vendunto: si secus fecerint, in carcerem abducuntor.

δ'. Τοὺς ἰχθυοπώλας μὴ ῥαίνειν τοὺς ἰχθῦς σαπρούς.

Piscarii pisces putres aqua ne riganto.

TITVLVS QVARTVS.

De Usuris.

α'. *Τὸ ἀργύριον στάσιμον εἶναι, ἐφ' ὁπόσον ἂν βούληται ὁ δανείζων.

Usurarum modus esto, quem stipulatus fuerit foenerator.

β'. Μὴ λαμβάνειν πολλοὺς τόκους.

Pecuniam ingenti foenore ne occupato.

In rem oppigneratam neque ei, qui oppigneravit, neque ejus heredi, actio esto.

γʹ. Εἰς ἃ τις ἀπετίμησε, μὴ εἶναι δίκας οὔτ' αὐτοῖς, οὔτε κληρονόμοις.

Sponsiones in annum sunto.

δʹ. Τὰς ἐγγύας ἐπετείους εἶναι.

Pecuniam sub corporis nexu mutuam ne danto.

εʹ. Ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδένα δανείζειν.

Qui judicatum definito die non solvit, in bona ejus invadunto.

ϛʹ. Εἴ τις ἐκπροθεσμήσειε καὶ καταβάλοι τὰς δίκας, ἐξεῖναι ἅπτεσθαι αὐτοῦ τῶν κτημάτων.

Multa irrogata in judicio de vi in publicum committitor.

ζʹ. Τὸ τῆς ἐξούλης δίκης τίμημα εἶναι δημόσιον.

Mina centum drachmarum esto.

ηʹ. Ἑκατὸν δραχμῶν τὴν μνᾶν εἶναι.

Adulterasse monetam capital esto.

θʹ. Ἐάν τις τὸ νόμισμα διαφθείρῃ, θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι.

Atheniensium civium aut inquilinorum nullus, qui rerum suarum dominus sit, mutuam pecuniam nauticam dato, in nave, quae frumentum, aliaque legibus designata, Athenas non importet. Si quis secus fecerit, delator apud Curatores mercatus, & pecunia ejus describitor, quemadmodum de nave & frumento cautum est lege. Ad haec ei actio ne dator adversus debitorem, cui mutuam pecuniam nauticam dedit in alium, quam Atheniensium, mercatum: neque Magistratus ullus judices illi dato.

ιʹ. * Ἀργύριον δὲ μὴ ἐξεῖναι ἐκδοῦναι Ἀθηναίων, καὶ τῶν μετοίκων τῶν Ἀθήνησι μετοικούντων, μηδενὶ, ὧν οὗτοι κύριοί εἰσιν, εἰς ναῦν, ἥτις ἂν μὴ μέλλῃ ἄξειν σῖτον Ἀθήναζε, καὶ τἄλλα τὰ γεγραμμένα περὶ ἑκάστου αὐτῶν. Ἐὰν δέ τις ἐκδῷ παρὰ ταῦτα, εἶναι τὴν φάσιν καὶ τὴν ἀπογραφὴν τοῦ ἀργυρίου πρὸς τοὺς Ἐπιμελητὰς, καθὰ περὶ τῆς νεὼς καὶ τοῦ σίτου εἴρηται. Κατὰ ταῦτα καὶ δίκη αὐτῷ μὴ ἔστω περὶ τοῦ ἀργυρίου, ὃ ἂν ἐκδῷ ἄλλοσέ πῃ, ἢ Ἀθήναζε· μηδὲ ἀρχὴ εἰσαγέτω περὶ τούτου μηδεμία.

Navicularii vectoresque in illum appellunto mercatum, de quo pacti sunt: si secus faxint, multantor.

ιαʹ. Τοὺς ναυκλήρους καὶ τοὺς ἐπιβάτας πλεῖν εἰς ὅ, τι ἂν συνθῶνται ἐμπόριον· εἰ δὲ μὴ, ζημιοῦσθαι.

TITVLVS QVINTVS.

De Rebus Athenis alio, aut aliunde Athenas, importandis vel exportandis.

α'. Ἔλαιον μόνον ἐξάγειν, ἄλλα δὲ μή· καὶ κατὰ τῶν ἐξαγόντων ἀρὰς τὸν Ἄρχοντα ποιεῖσθαι, ἢ ἐκτίνειν αὐτὸν ἑκατὸν δραχμὰς εἰς τὸ δημόσιον.

Oleum Athenis exportato, caeteros proventus non item: qui exportarit, eum Archon diris devoveto, aut centum drachmis multator.

β'. Ἀθήνηθεν μὴ ἐξάγειν ἀλλοσέ ποι σῦκα.

Ficus Athenis alio ne importato.

γ'. Ἐάν τις Ἀθηναίων ἐμπόρων ἢ ναυκλήρων ἄλλοθί που σιτηγήσῃ ἢ Ἀθήναζε, κατὰ τούτων φάσεις εἶναι.

Si quis Atheniensis mercator, aut nauclerus, alio, quam Athenas, frumentum importet, indicator.

δ'. Τὸν φαίνοντά τινα ἐμπόρων ἢ ναυκλήρων Ἀθηναίων, ὡς ἑτέρωσέ ποι καὶ μὴ Ἀθήναζε σεσιτηγηκότα, τὰ ἡμίσεα τῶν φανθέντων λαβεῖν.

Qui indicarit aliquem Atheniensium mercatorum sive nauclerorum, alio, quam Athenas, frumentum importantem, bonorum indicatorum semissem accipito.

ε'. Μὴ φαίνειν, εἰ μὴ πιστεύει τις αὑτῷ δείξειν ἐν τοῖς δικασταῖς τὰ γεγενημένα, περὶ ὧν ποιεῖται τὴν φάσιν. Ἐὰν δέ τις παρ' αὐτὰ ποιῇ τῶν συκοφαντούντων, ἔνδειξιν αὐτῶν εἶναι, καὶ ἀπαγωγήν.

Nemo, cui probationes desunt, nauclerum sive mercatorem deferto. Qui secus fecerit, accusator & abducitor.

ς'. Ἐάν τις ἰδίαν φήνας, ἢ γραψάμενος γραφὰς, μὴ ἐπεξίῃ, ἢ ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἀποτίνειν, καὶ τὸ λοιπὸν, μὴ φαίνειν, μηδὲ γράφεσθαι, μηδὲ ἀπάγειν, μηδὲ ἐφηγεῖσθαι.

Si quis semel institutam publici judicii actionem mittat, aut quintam punctorum partem eam instituens non ferat, mille drachmis multator, nec in posterum actionem publici judicii instituito.

ζ'. Μηδένα τῶν ἐν τῇ πόλει πλείω σῖτον πεντήκοντα φορμῶν συνωνεῖσθαι.

Nemo eorum, qui Athenis degunt, frumenti plus quinquaginta phormis coëmito.

η'. Μὴ ἐξάγειν ξύλα καὶ πίτταν.

Ligna & picem ne exportato.

θ'. Τὰς δίκας εἶναι πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας τοῖς ναυκλήροις καὶ

Actiones dantor apud Thesmothetas naucleris & mercatoribus

Athenis alio, aut aliunde Athenas navigantibus, secundum tabulas contractus. Si qui vero injuste fecisse videantur, in vinculis habentor, donec multam irrogatam exsolverint. Si quis praeter haec in jus vocet, exceptione utuntor.

τοῖς ἐμπόροις τῶν Ἀθήναζε, καὶ τῶν Ἀθήνηθεν συμβολαίων, περὶ ὧν ἂν ὦσι συγγραφαί. Ἐὰν δέ τι ἀδικῶνται ἐν τῷ ἐμπορίῳ, ἐνθένδε ποι πλέοντες, ἢ ἑτέρωθεν δεῦρο, δεδέσθαι, ἕως ἂν ἐκτίσωσιν ὅ, τι ἂν αὐτῶν καταγνωσθῇ. Ἂν δέ τις παρὰ ταῦτα δικάζηται, παραγράφεσθαι ἐξεῖναι.

TITVLVS SEXTVS.

De Artibus.

Lentitudinis dicam quivis impingito.

α'. Ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι.

Duas artes ne exerceto.

β'. Μὴ δύο τέχνας μετιέναι.

Ne quis vir unguentariam facito.

γ'. Τοὺς ἄνδρας μὴ μυροπωλεῖν.

Peregrini in foro nihil vendunto, neque ullam artem exercento.

δ'. Τοὺς ξένους ἐν τῇ ἀγορᾷ μὴ ἐργάζεσθαι.

Qui civi sive mari sive foeminae exprobrarit, quod in foro merces venales exponat, accusare eum jus esto.

ε'. Ἔνοχον εἶναι τῇ κατηγορίᾳ τὸν τὴν ἐργασίαν τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἢ τῶν πολιτῶν, ἢ τῶν πολιτίδων ὀνειδίζοντά τινι.

Peritior in sua arte publice in Prytaneio epulator, primamque sedem occupato.

ϛ'. Τὸν ἄριστον ὄντα τῶν ἑαυτοῦ συντεχνῶν σίτησιν ἐν Πρυτανείῳ λαμβάνειν, καὶ προεδρίαν.

Si quis portitorum, qui in Salamina transmittunt, nolens in eo freto naufragium fecerit, neminem in posterum transmittito.

ζ'. * Ἐάν τις τῶν πορθμέων τῶν εἰς Σαλαμῖνα πορθμευόντων ἄκων ἐν τῷ πόρῳ πλοῖον ἀνατρέψῃ, τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πάλιν πορθμεῖ γενέσθαι.

TITVLVS SEPTIMVS.

De Collegiis & Pollicitationibus.

Si populares, aut Phratores, aut e Sacerdotibus, aut Orgeonibus sint ii, aut coëpulones, aut eodem tumulo qui conduntur, aut

α'. * Ἐὰν δὲ δῆμος, ἢ φράτορες, ἢ ἱερῶν ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ σύσσιτοι, ἢ ὁμόταφοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λίαν οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπο-

πορίαν, ὅ, τι ἂν τούτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους, κύριον εἶναι· ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα.

thiasotae, aut ad frumentum coëmendum, aut alias merces profecti, quam velint, pactionem sibi serunto, dum nequid ex publica lege corrumpant.

β'. Ἐάν τις ὑποσχόμενός τι, τὸν δῆμον ἐξαπατήσῃ, εἰσαγγελίαν εἶναι περὶ αὐτοῦ· κἂν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦν.

Si quis quicquam Reipublicae pollicitus fuerit, nec praestiterit, publica adversus eum judicia instituuntor: convictus capite luito.

γ'. Ἐάν τις ὑποσχόμενός τι, τὸν δῆμον, ἢ βουλὴν, ἢ δικαστήριον, ἐξαπατήσῃ, εἰσαγγελίαν εἶναι περὶ αὐτοῦ· κἂν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦν.

Si quis quicquam Reipublicae, aut Senatui, aut Judicibus, pollicitus fuerit, nec praestiterit, publica adversus eum judicia instituuntor: convictus capite luito.

δ'. Ἐάν τις ἐναντίον τῶν πολιτῶν ὁμολογήσας τι παραβῇ, τοῦτον ἔνοχον εἶναι τῷ ἀδικεῖν.

Si quis coram civibus aliquid fassus insuper habeat, injuste fecisse pronunciator.

ε'. * Ἐάν τις Ἀθηναίων λαμβάνῃ παρά τινος, ἢ αὐτὸς διδῷ ἑτέρῳ, ἢ διαφθείρῃ τινὰς ἐπαγγελλόμενος ἐπὶ βλάβῃ τοῦ δήμου, καί τινος τῶν πολιτῶν, τρόπῳ ἢ μηχανῇ ἡτινιοῦν, ἄτιμος ἔστω, καὶ παῖδες, καὶ τὰ ἐκείνου.

Si quis Atheniensium ab alio munera accipiat, aut ipse det alteri, aut pollicitationibus corrumpat alios in perniciem populi, aut alicujus civis, aut quocumque alio modo & arte; ignominiosus esto cum liberis & bonis suis.

ς'. Τοὺς δωροδοκοῦντας ἢ θανάτῳ ζημιοῦσθαι, ἢ δεκαπλοῦν τοῦ ἐξ ἀρχῆς λήμματος ἐκτίνειν.

Si quis eorum, qui Rempublicam gerunt, dona acceperit, capite luito, aut ejus, quod accepit, muneris decuplum pendito.

LIBER. SEXTUS.

TITVLVS PRIMVS.

De Connubiis.

α'. Ἕνα ἄνδρα μιᾶς γυναικὸς τυχεῖν.

Unam tantum uxorem ducito.

β'. Γαμεῖν ἀστὴν μίαν.

Unam uxorem legitimam, eamque civem, ducito.

γ'. * Ἐπ' ἀρότῳ παίδων.

Liberûm quaerendûm.

δ'. * Ἣν ἂν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίοις δάμαρτα εἶναι ἢ πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ, ἢ πάππος ὁ πρὸς

Ex ea, quam in legitimam uxorem desponsarit pater, aut germanus frater, aut avus paternus,

legi-

legitimos liberos tollunto: si nullus horum supersit, & virgo orba sit, nubito ei, qui judicio obtinuerit; si orba non sit, tutor eam desponsato.

Si quis peregrinam tanquam sibi proximam elocarit Atheniensi civi, ignominiosus esto, ejusque bona publicantor: triens accusatori cedito. Accusanto, queis fas est, apud Thesmothetas, quemadmodum peregrinitatis.

Si quis peregrinus civem ducat, quocumque modo aut arte, accusato Atheniensium cuicumque libuerit, & licuerit, apud Thesmothetas. Si convictus fuerit, ipse venditor, & bona ejus: eorum triens accusatori cedito. Siremps lex dicta esto peregrinae, quae civi nupserit: & si quis posthac rem habeat cum ea, quae peregrinitatis damnata est, mille drachmis multator.

Civis peregre ne nubito.

Sororem germanam in matrimonio habere jus esto.

Virgo dotalis extra cognationem ne enubito; sed agnato proximo nubito, & omnia sua bona in dotem adferto.

Hereditatem, dotalemque virginem in jure tibi vindicato: judicia redduntor singulis mensibus, excepto Scirrhophorione: nullus hereditatem possideto, aut dotalem virginem in matrimonio habeto, nisi judicio expertus.

Si quis de hereditate, aut dotali puella judicio evicta, controversiam faciat, provocato eum, qui evicit judicio, apud Praetorem, ut in aliis causis, cum sponsione. Si is, qui

πατρὸς, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους· ἐὰν δὲ μηδεὶς ᾖ τούτων, ἐὰν μὲν ἐπίκληρός τις ᾖ, τὸν κύριον ἔχειν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ, ὅτῳ ἂν ἐπιτρέψῃ, τοῦτον κύριον εἶναι.

έ. * Εὰν δέ τις ἐκδιδῷ ξένην γυναῖκα ἀνδρὶ Ἀθηναίῳ ὡς ἑαυτῷ προσήκουσαν, ἄτιμος ἔστω, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ δημοσία ἔστω, καὶ τοῦ ἑλόντος τὸ τρίτον μέρος. Γραφέσθω δὲ πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας, οἷς ἔξεστι, καθάπερ τῆς ξενίας.

ς'. * Εὰν δὲ ξένος ἀστῇ συνοικῇ τέχνῃ, ἢ μηχανῇ ἡτινιοῦν, γραφέσθω πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστιν· Εὰν δὲ ἁλῷ, πεπράσθω καὶ αὐτὸς καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ, καὶ τὸ τρίτον μέρος ἔστω τοῦ ἑλόντος. Ωσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ἡ ξένη τῷ ἀστῷ συνοικῇ κατὰ ταυτά, καὶ ὁ συνοικῶν τῇ ξένῃ ἁλούσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμάς.

ζ'. Επὶ ξένης μὴ ἐκδίδοσθαι ἀστὴν οὖσαν.

ή. Εξεῖναι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφάς.

θ'. Μὴ ἐξεῖναι ταῖς ἐπικλήροις ἔξω τῆς ἀγχιστείας γαμεῖν, ἀλλὰ προσῆκον εἶναι αὐταῖς μετὰ τῶν χρημάτων τῷ ἐγγύτατα γένους συνοικεῖν.

ί. * Κληροῦν δὲ τὸν κλῆρον καὶ ἐπίκληρον, ὅσοι εἰσὶ μῆνες, πλὴν τοῦ Σκιρροφοριῶνος· ἀνεπίδικον δὲ κλῆρον, καὶ ἐπίκληρον, μὴ ἔχειν.

ιά. * Εὰν δ' ἐπιδεδικασμένου ἀμφισβητῇ τοῦ κλήρου, ἢ τῆς ἐπικλήρου, προσκαλείσθω τὸν ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν Ἄρχοντα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων δικῶν. Παρακα-

ρακαταβολὰς δ᾽ εἶναι τῷ ἀμφισβητοῦντι. Ἐὰν δὲ μὴ προσκαλεσάμενος ἐπιδικάσηται, ἀτελὴς ἔσται ἡ ἐπιδικασία τοῦ κλήρου. Ἐὰν δὲ μὴ ζῇ ὁ ἐπιδικασάμενος τοῦ κλήρου, προσκαλείσθω κατὰ ταῦτα, ᾧ ἡ προθεσμία μήπω ἐξήκει. Τὴν δ᾽ ἀμφισβήτησιν εἶναι τῷ Ἄρχοντι, καθότι ἐπεδικάσατο, οὗ ἂν ἔχῃ τὰ χρήματα.

judicio evicit, alios non provocarit, nulla esto evictio illa hereditatis. Si superstes jam non sit is, qui evicit hereditatem, provocato, si nondum definitum tempus abiit. Controvertito apud Praetorem, quemadmodum qui hereditatem judicio evicit.

ιβ΄. Τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατέρων ἐκδοθείσας, καὶ συνοικούσας ἀνδράσι γυναῖκας, ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν τελευτήσας, μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφοὺς, τοῖς ἐγγύτατα γένους ἐπιδίκους εἶναι.

Foeminas a patribus elocatas, & a maritis domum deductas, si pater obeat nullis superstitibus liberis legitimis masculis, proximiores cognatione jure sibi vindicanto.

ιγ΄. Τὴν ἐπίκληρον, ἂν ὁ κρατῶν, καὶ κύριος γεγονὼς κατὰ τὸν νόμον, αὐτὸς μὴ δυνατὸς ᾖ πλησιάζειν, ὑπὸ τῶν ἔγγιστα τοῦ ἀνδρὸς ὀπυίεσθαι.

Dotalis foemina, si maritus, qui eam sibi jure vindicavit, coire non possit, cum mariti adgnatis concumbito.

ιδ΄. Τρὶς ἑκάστου μηνὸς ἐντυγχάνειν πάντως τῇ ἐπικλήρῳ τὸν λαβόντα.

Maritus dotalis foeminae ter singulis mensibus cum ea pernoctato.

ιε΄. Ἐὰν ἁρπάσῃ τις ἐλευθέραν γυναῖκα, καὶ βιάσηται, ζημίαν ἑκατὸν δραχμὰς διδόναι.

Qui virgini ingenuae vim intulerit, drachmis centum multator.

ιϛ΄. Τὸν βιασάμενον κόρην χιλίας διδόναι.

Raptor virginis mille drachmis multator.

ιζ΄. Τὸν βιασάμενον κόρην, αὐτὴν γαμεῖν.

Raptor virginem, quam vitiavit, ducito.

ιη΄. Τὸν ἐπίτροπον τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικεῖν.

Tutor pupillorum suorum matrem in uxorem ne ducito.

ιθ΄. Χρῆσθαι δὲ δούλοις συνουσίαις γυναικῶν.

Servi foeminis utuntor.

κ΄. Τὰς Νύμφας, ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον, φρύγετρον φέρειν σημεῖον.

Sponsae, cum domum mariti deducuntur, phrygetrum in signum ferunto.

κα΄. Τὴν Νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκαθειργνυσθαι μήλου Κυδωνίου συγκατατραγοῦσαν.

Sponsa in thalamum deducta malum Cydonium gustato.

TITVLVS SECVNDVS.

De Dotibus.

Tres tantum vestes, & vasa aliquot non magno constantia, sponsa ad maritum deferto in dotem.

α'. Ἱμάτια τρία, καὶ σκεύη μικροῦ νομίσματος ἄξια, ἕτερον δὲ μηδὲν, ἐπιφέρεσθαι τὴν γαμουμένην τὰς φερνάς.

Orbae, qui sunt genere proximi, eis nubunto; aut ii orbis dotem danto, dicunto; Pentacosiomedimni quidem drachmarum quingentarum, Equites vero trecentarum, Zygitae denique centum quinquaginta. Si plures sint proximi uni orbae, pro rata singuli conferunto: sin plures sint orbae, singuli singulas elocanto, aut ducunto. Si vero proximi neque ducant ipsi, neque elocent, Archon eum cogito aut ducere, aut elocare: ni coëgerit, mille drachmis Junoni sacris multator. Ejus nomen, qui hanc legem violarit, apud Archontem quivis deferto.

β'. * Τῶν ἐπικλήρων ὅσαι θητικὸν τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδοὺς, ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος πεντακοσίας δραχμὰς, ὁ δ' ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζευγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα πρὸς τοῖς αὑτῆς. Ἐὰν δὲ πλείονες ὦσιν ἐν τῷ αὐτῷ γένει τῇ ἐπικλήρῳ, πρὸς μέρος ἐπιδιδόναι ἕκαστον· ἐὰν δὲ αἱ γυναῖκες πλείους ὦσι, μὴ ἐπάναγκες εἶναι πλέον ἢ μίαν ἐκδοῦναι τῷ ἐν γένει· ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι, ἢ αὐτὸν ἔχειν. Ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ὁ ἐγγυτάτω γένους, ἢ μὴ ἐκδῷ, ὁ Ἄρχων ἐπαναγκαζέτω ἢ αὐτὸν ἔχειν, ἢ ἐκδοῦναι· ἐὰν δὲ μὴ ἐπαναγκάσῃ ὁ Ἄρχων, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἥρᾳ· ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν Ἄρχοντα.

Manente domi cum liberis matre, dote non repetita, liberi propter dotem foenus ne pendunto, sed mater bona illorum participato.

γ'. Μενούσης τῆς μητρὸς ἐν τῷ οἴκῳ, καὶ ζώσης, καὶ προῖκα ἐπενεγκαμένης, οὐκ ἀπογράφειν τὴν προῖκα χρέος αὐτῇ, ἀλλὰ μετέχειν τῶν παίδων τὴν μητέρα.

Dotali matre natus, & in viros transcriptus, jus in matris bona habeto, eamque exhibeto.

δ'. Καὶ ἐὰν ἐξ ἐπικλήρου τις γένηται, καὶ ἅμα ἡβήσῃ ἐπὶ διετὲς, κρατεῖν τῶν χρημάτων, τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μητρί.

Dos, quam accepisse cavit maritus, si foemina orba decesserit, ad illum redito, qui dotem dixerat, dederat.

ε'. Τὴν ὁμολογηθεῖσαν προῖκα γίνεσθαι εἰς τὸν ἐγγυήσαντα, εἴ τι ἔπαθεν ἡ γυνὴ, πρὶν γενέσθαι παῖδας αὐτῇ.

ϛ'. Ἐὰν

ϛʹ. Ἐὰν ἀποπέμπῃ τὴν γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προῖκα· ἐὰν δὲ μὴ, ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς τοκοφορεῖν, καὶ σίτου εἰς ᾨδεῖον εἶναι δικάσασθαι ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τῷ κυρίῳ.

Si uxorem dimiſerit, dotem reddito: ni reddat, in novem obolos menſtruos foenus pendito: adverſus eum in odeo de victu uxoris illius tutori actio dator.

ζʹ. Ἐὰν ἀπολίπῃ ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα, ἢ ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἐκπέμψῃ τὴν γυναῖκα, μὴ ἐξεῖναι πράξασθαι τῷ δόντι, ὃ μὴ προικὶ τιμήσας ἔδωκεν.

Si uxor a viro, aut vir ab uxore diverterit; qui mulierem elocavit; ne exigito plura, quam maritus in dotem accepiſſe hypotheca data cavit.

TITVLVS TERTIVS.

De Divortiis.

αʹ. Τὴν γυναῖκα τὴν ἀπολείπουσαν τὰ τῆς ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ Ἄρχοντι θέσθαι, μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλ' αὐτὴν παροῦσαν.

Uxor, quae a viro divertit, libellum divortii ipſa, non per alterum, Archonti praeſens offerto.

TITVLVS QVARTVS.

De Adulteriis.

αʹ. * Ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ, τι ἂν βούληται, χρῆσθαι.

Si quis adulterum deprehenderit, de eo, quod libuerit, ſtatuito.

βʹ. * Ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ ἐν ἔργῳ, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντα, ὅ, τι ἂν βούληται, χρῆσθαι.

Si quis adulterum in ipſa turpitudine deprehenderit, de eo, quod libuerit, ſtatuito.

γʹ. * Ἐάν τις ἀδίκως εἵρξῃ ὡς μοιχὸν, γράψασθαι πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας ἀδίκως εἱρχθῆναι. Καὶ ἐὰν μὲν ἕλῃ τὸν εἵρξαντα, καὶ δόξῃ ἀδίκως ἐπιβεβουλεῦσθαι, ἀθῷον εἶναι αὐτὸν, καὶ τοὺς ἐγγυητὰς ἀπηλλάχθαι τῆς ἐγγύης. Ἐὰν δὲ δόξῃ μοιχὸς εἶναι, παραδοῦναι αὐτὸν τοὺς ἐγγυητὰς τῷ ἑλόντι. Ἐπὶ δὲ τοῦ δικαστηρίου ἄνευ ἐγχειριδίου χρῆσθαι, ὅ, τι ἂν βουληθῇ, ὡς μοιχῷ ὄντι.

Si quis tanquam adulter in cuſtodia habeatur, libellum ſupplicem Theſmothetis offerto, quod injuſte in cuſtodia habeatur. Si apud judices probaverit, injuſte vinctum fuiſſe, innoxius dimittitor, & vades ejus ſponſione liberantor. Si vero adulterii damnatus fuerit, vades dato ei, qui in uxore deprehenderit. Judices, excepta capitis poena, pro arbitrio in eum animadvertunto.

Si quis per vim vitium foeminae intulerit, duplo multator.

δ'. * Ἐάν τις γυναῖκα αἰσχύνῃ βίᾳ, διπλοῦν τὴν βλάβην ὀφείλειν.

Postquam adulterum maritus adulterii damnaverit, ab uxore adultera divortito: nisi divorterit, ignominiosus esto. Adulterae templa publica ingredi fas non esto: si ingressa fuerit, impune poenas cuivis dato, morte excepta.

ε'. * Ἐπειδὰν δὲ ἕλῃ τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικί· ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμος ἔστω. Μηδὲ τῇ γυναικὶ ἐξέστω εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, ἐφ' ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῷ· ἐὰν δὲ εἰσίῃ, νηποινεὶ πασχέτω, ὅ, τι ἂν πάσχῃ, πλὴν θανάτου.

Adultera in publicum ornata ne prodito: si secus faxit, quivis ejus vestes discindito, ejusque mundum auferto, atque eam pulsato, si libuerit, dummodo ne occidat, aut membro aliquo captam reddat.

ς'. Τὴν γυναῖκα, ἐφ' ᾗ ἂν ἁλῷ μοιχὸς, μὴ ἐξεῖναι κοσμεῖσθαι· ἐὰν δὲ κοσμῆται, τὸν ἐντυχόντα καταρρηγνύναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὸν κόσμον ἀφαιρεῖσθαι, καὶ τύπτειν, εἰργόμενον θανάτου, καὶ τοῦ ἀνάπηρον ποιῆσαι.

Foeminae, inornatius in publicum prodeuntes, mille drachmis multantor.

ζ'. Χιλίαις ζημιοῦσθαι τὰς κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοσμούσας γυναῖκας.

Foemina foras proficiscens tribus stolis plures ne habeto: neque plus cibi aut potus, quam obolo emtum secum efferto, neque calathum cubitali majorem. De nocte iter ne facito, nisi curru vecta ad lucernam.

η'. Τὴν γυναῖκα ἐξιέναι μὲν ἱματίων τριῶν μὴ πλέον ἔχουσαν· μηδὲ βρωτὸν ἢ ποτὸν πλείονος ἢ ὀβολοῦ φερομένην, μηδὲ κάνητα πηχυαίου μείζονα. Μηδὲ νύκτωρ πορεύεσθαι πλὴν ἁμάξῃ κομιζομένην, λύχνου προφαίνοντος.

TITVLVS QVINTVS.

De Puerorum amoribus, & productione, & scortis.

Servus ingenuum puerum ne amato, neve assectator: qui secus faxit, publice quinquaginta plagarum ictus illi infliguntor.

α'. * Δοῦλον ἐλευθέρου παιδὸς μὴ ἐρᾶν, μήτ' ἐπακολουθεῖν, ἢ τύπτεσθαι τῇ δημοσίᾳ μάστιγι πεντήκοντα πληγάς.

Si quis alium prostituerit, sive pater is sit, sive filius, sive patruus, sive tutor, sive quis alius, in cujus potestate sit; adversus puerum impudicitiae actio ne esto, sed adversus illum, qui prostituerit, &

β'. Ἐάν τινα ἐκμισθώσῃ ἑταιρεῖν πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ θεῖος, ἢ ἐπίτροπος, ἢ ὅλως τῶν κυρίων τις, κατ' αὐτοῦ μὲν τοῦ παιδὸς γραφὴν ἑταιρήσεως οὐκ εἶναι, κατὰ δὲ τοῦ μισθώσαντος καὶ τοῦ μισθωσαμένου· τοῦ μὲν,

ὅτι

ὅτι ἐξεμίσθωσε· τὸν δὲ, ὅτι ἐμισθώσατο· καὶ ἴσα τὰ ἐπιτίμια ἑκατέρῳ εἶναι. Καὶ μὴ ἐπάναγκες εἶναι τῷ παιδὶ ἡβήσαντι τρέφειν τὸν πατέρα, μηδὲ οἴκησιν παρέχειν, ὃς ἂν ἐκμισθωθῇ ἑταιρεῖν· ἀποθανόντα δὲ θαπτέτω, καὶ τἄλλα ποιείτω τὰ νομιζόμενα.

qui conduxerit: & uterque eandem poenam incurrunto. Puer prostitutus ubi adoleverit, patrem exhibere, aut in aedes suas recipere, ne cogitor: mortuum tamen eum sepelito, eidemque justa facito.

γ'. Ἐάν τις ἐλεύθερον παῖδα ἢ γυναῖκα προαγωγεύσῃ, τὸν προαγωγὸν γράφεσθαι· κἂν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

Si quis liberum atque ingenuum puerum, aut foeminam produxerit, dica ei scribitor: convictus morte multator.

δ'. * Ἐάν τις ὑβρίζῃ τινὰ ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα τῶν ἐλευθέρων, ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινὰ, γραφέσθω πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων, οἷς ἔξεστιν. Οἱ δὲ Θεσμοθέται εἰσαγόντων εἰς τὴν Ἡλιαίαν τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν γραφῇ, ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ· εἰ δὲ μὴ, ὅταν ᾖ πρῶτον οἷόν τε. Ὅτου δ' ἂν καταγνωσθῇ, ἡ Ἡλιαία τιμάτω περὶ αὐτοῦ παραχρῆμα, ὅτου ἂν δόξῃ ἄξιος εἶναι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι· ἐὰν δὲ θανάτου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα τεθνάτω αὐθήμερον. Ὅσοι δ' ἂν γράφωνται γραφὰς ἰδίας κατὰ τὸν νόμον, ἐάν τις μὴ ἐπεξέλθῃ, ἢ ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἀποτισάτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ. Ἐὰν δὲ ἀργυρείου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, ἀποτισάτω ἐν ἕνδεκα ἡμέραις μετὰ τὴν δίκην, ἐὰν μὴ παραχρῆμα δύνηται ἀποτίνειν· δεδέσθω δὲ, ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ.

Si quis puerum, aut foeminam, aut hominem, sive ingenuum, sive servum, corruperit, aut opprobrium contra leges fecerit, dicam ei Atheniensium quivis, cui fas est, scribito. Thesmothetae judices ex Heliastis sortiuntor intra dies a scripta dica triginta: aut, si justitium res indicant publicae, ubi primum licebit. Heliastae primis sententiis damnatum poenae addicunto in continenti, quam meritus est, sive in corpore, sive in aere: mortis sententiam passus eo ipso die ab Undecimviris capitalibus animadvertitor. Si is, qui dicam scripsit, in sua habeat potestate servum, sive liberum hominem corruptum, & vel actionem institutam mittat, vel quintam suffragiorum partem non ferat, mille drachmas aerario pendito. Cui pecuniaria multa est irrogata, is multam intra undecim dies solvito: & interea dum solverit, siquidem in liberum corpus peccaverit, in vinculis habetor.

ε'. * Ἂν τις Ἀθηναῖος ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα Ἀρχόντων γενέσθαι, μηδ' ἱερωσύνην ἱεράσασθαι, μηδὲ συνδικῆσαι τῷ δήμῳ· μηδὲ ἀρχὴν ἀρχέτω μηδεμίαν,

Siquis Atheniensium corpus prostituerit, inter novem Archontas ne sorte capitor: Sacerdotium ne gerito: Syndicum creari fas non esto: Magistratum nullum, sive intra,

tra, sive extra fines Atticae gerito, vel sorte captus, vel suffragiis creatus: Praeco nullum in locum mittitor: sententiam ne dicito: in templa publica ne intrato: neque cum caeteris in pompis coronator: neque intra fori cancellos ingreditor. Siquis autem impudicitiae damnatus legem hanc praeterhabuerit, capite luito.

μήτε ἔνδημον, μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν, μήτε χειροτονητὴν· μηδ' ἐπὶ κηρυκείαν ἀποστελλέσθω· μηδὲ γνώμην λεγέτω· μηδ' εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσίτω· μηδ' ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανηφορίαις στεφανούσθω· μηδ' ἐντὸς τῶν τῆς ἀγορᾶς περιῤῥαντηρίων πορευέσθω. Ἐὰν δέ τις ταῦτα ποιῇ, καταγνωσθέντος αὐτοῦ ἑταιρεῖν, θανάτῳ ζημιούσθω.

Nequis pro moecho prehenditor in meretrice, quae vel in lupanari, vel publice prostat. Quae publice prostant, etiam servorum injuriae obnoxiae sunto.

ς'. Μὴ ἐπὶ ταύταις μοιχὸν λαβεῖν, ὁπόσαι ἂν ἐπ' ἐργαστηρίου κάθωνται, ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι ἀποπεφασμένως. Ὅσαι δὲ πεφασμένως πωλοῦνται καὶ οἰκέτου, καὶ βλάβης τὴν δούλην εἶναι ὀφείλειν.

Meretrices floridas vestes indutae sunto.

ζ'. Τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν.

T I T V L V S S E X T V S.

De Testamentis & Hereditario jure.

Extra gentem familiamque heredem ne scribito.

α'. Ἐν τῷ γένει τοῦ τεθνηκότος δεῖν τὰ χρήματα καὶ τὸν οἶκον διαμένειν.

Puer aut foemina testamento ne danto, leganto, ultra medimnum hordei.

β'. Παιδὶ μὴ ἐξεῖναι συμβάλλειν μηδὲ γυναικὶ πέρα μεδίμνου κριθῶν.

Quicumque cives adscripti non sunt, nemine controversiam illis faciente de bonis, aut judicio experiente, quando Praeturam adiit Solo, testamento sua danto leganto, cuicumque libuerit, si nullos superstites habeant liberos masculos: neque furiosi sint, vel praepediti senectute, vel morbi aut veneficii vi: neque ab uxoribus persuasi: aut necessitate aliqua, vel vinculorum taedio coacti.

γ'. * Ὅσοι μὴ ἐπεποίηντο, ὥστε μήτε ἀπειπεῖν, μήτ' ἐπιδικάσασθαι, ὅτε Σόλων εἰσῄει τὴν ἀρχὴν, τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι εἶναι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ, ἂν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἂν μὴ μανιῶν, ἢ γήρως, ἢ φαρμάκων, ἢ νόσου ἕνεκεν, ἢ γυναικὶ πειθόμενος, ὑπὸ τούτων του παρανόμων, ἢ ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ὑπὸ δεσμοῦ καταληφθείς.

Heredes a patre testamento sub-

δ'. * Ὅ, τι ἂν γνησίων ὄντων υἱῶν

υἱῶν ὁ πατὴρ διάθηται, ἐὰν ἀποθανῶσιν οἱ υἱεῖς πρὶν ἐπιδιετὲς ἡβᾶν, τὴν τοῦ πατρὸς διαθήκην κυρίαν εἶναι.

stituti liberis, si liberi ante annum aetatis suae vicesimum decesserint; heredes sunto.

έ. Ἐξεῖναι διαθέσθαι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ τις τὰ αὑτοῦ, ἂν θηλείας γνησίας καταλίπῃ ἐπὶ ταύταις.

Bona sua, cuicumque libuerit, testamento danto leganto, etiam superstitibus filiabus, quas in uxores ducunto scripti heredes.

ς'. Τοῖς ποιηθεῖσιν μὴ ἐξεῖναι διαθέσθαι· ἀλλὰ ζῶντας ἐγκαταλιπόντας υἱὸν γνήσιον ἐπανιέναι, ἢ τελευτήσαντας ἀποδιδόναι τὴν κληρονομίαν τοῖς ἐξ ἀρχῆς οἰκείοις οὖσι τοῦ ποιησαμένου.

Adoptati testamentum ne faciunto, sed vel domum patris naturalis redeunto, relicto filio legitimo: vel adoptato mortuo, hereditatem ejus adoptantis patris cognati adeunto.

ζ'. Ἅπαντας τοὺς γνησίους υἱοὺς ἰσομοίρους εἶναι τῶν πατρῴων.

Omnes legitimi filii hereditatem paternam ex aequo inter se herciscunto.

ή. Ἐὰν ποιησαμένῳ παῖδες ἐπιγένωνται, τὸ μέρος ἑκάτερον ἔχειν τῆς οὐσίας, καὶ κληρονομεῖν ὁμοίως ἀμφοτέρους.

Sicui, postquam filium adoptavit, alii legitimi nascantur, uterque hereditatem ex aequo inter se herciscunto.

θ'. * Ὅστις ἂν μὴ διαθέμενος ἀποθάνῃ, ἐὰν μὲν παῖδας καταλίπῃ θηλείας, σὺν ταύτῃσι. Ἐὰν δὲ μὴ, τούσδε κυρίους εἶναι τῶν χρημάτων. Ἐὰν δ' ἀδελφοὶ ὦσιν ὁμοπάτορες, καὶ ἐὰν παῖδες ἐξ ἀδελφῶν γνήσιοι, τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν λαγχάνειν. Ἐὰν μὴ ἀδελφοὶ ὦσιν, ἢ ἀδελφῶν παῖδες, ἐξ αὐτῶν κατὰ ταυτὰ λαγχάνειν. Κρατεῖν δὲ τοὺς ἄρρενας, καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀρρένων, ἐὰν ἐκ τῶν αὐτῶν ὦσι, καὶ ἐὰν γένει ἀπωτέρω. Ἐὰν δὲ μὴ ὦσι πρὸς πατρὸς μέχρι ἀνεψιαδῶν παίδων, τοὺς πρὸς μητρὸς τοῦ ἀνδρὸς κατὰ ταυτὰ κυρίους εἶναι. Ἐὰν δὲ μηδ' ἑτέρωθεν ᾖ ἐντὸς τούτων, τὸν πρὸς πατρὸς ἐγγυτάτω κύριον εἶναι. Νόθῳ δὲ μηδὲ νόθῃ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν, μήτε ἱερῶν, μήθ' ὁσίων, ἀπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος.

Siquis intestatus moritur, relictis filiabus, qui eas in uxores ducent, heredes sunto. Si nullae supersint, hi hereditatem ab intestato cernunto: & primo quidem fratres defuncti germani & legitimi fratrum filii hereditatem simul adeunto. Si nulli fratres aut fratrum filii supersint, iis geniti eadem lege hereditatem cernunto. Masculi autem, iisque ~~geniti, etiamsi remotiori~~ cognationis sint gradu, praeferuntor. Si nulli supersint paterni proximi ad sobrinorum usque filios, materni defuncti propinqui sirempse lege hereditatem adeunto. Si e neutra cognatione supersint intra definitum gradum; propior cognatus paternus adito. Notho, nothaeve, cognationis jus nullum esto, ne quidem in iis, quae sive sacra, sive publica spectant. Secundum hanc legem judicia redduntor ab Euclidis praetura.

Superstite legitima filia, nothus hereditatem patris ne adito.

ι'. Γνησίας μὲν οὔσης θυγατρὸς, νόθου δὲ υἱοῦ, μὴ κληρονομεῖν τὸν νόθον τὰ πατρῷα.

Nothis ne plus minis quinque danto.

ια'. Τοῖς νόθοις μέχρι πέντε μνῶν καταλιμπάνειν.

De hereditatibus judicio experiuntor, toto vertente anno, excepto mense Scirrhophorione: hereditatem nisi in jure vindicatam ne adeunto.

ιβ'. * Κληροῦν δὲ τὸν κλῆρον, ὅσοι εἰσὶ μῆνες, πλὴν τοῦ Σκιρροφορίωνος· ἀνεπίδικον δὲ κλῆρον μὴ ἔχειν.

Qui litem movet ei, qui antea judicio sibi hereditatem vindicavit, illum in jus ad Praetorem vocato, ut fieri amat in aliis causis. Sacramento autem, qui in jus vocat, contendito. Nisi in jus vocaverit, judicium, quo sibi hereditatem vindicaverit, irritum esto. Si decesserit, qui hereditatem judicio creverat, vocatio tamen in jus fiat ab eo, cui non praescribit tempus. Lis sub Archonte esto, quemadmodum judicio ante expertus fuit is, qui in bonis est.

ιγ'. * Εὰν δὲ ἐπιδεδικασμένου ἀμφισβητῇ τοῦ κλήρου, προσκαλείσθω τὸν ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν Ἄρχοντα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων δικῶν. Παρακαταβολὰς δὲ εἶναι τῷ ἀμφισβητοῦντι. Εὰν δὲ μὴ προσκαλεσάμενος ἐπιδικάσηται, ἀτελὴς ἔσαι ἡ ἐπιδικασία τοῦ κλήρου. Εὰν δὲ μὴ ζῇ ὁ ἐπιδικασάμενος τοῦ κλήρου, προσκαλείσθω κατὰ ταῦτα, ᾧ ἡ προθεσμία μήπω ἐξήκει. Τὴν δὲ ἀμφισβήτησιν εἶναι τῷ Ἄρχοντι, καθότι ἐπεδικάσατο, οὗ ἂν ἔχῃ τὰ χρήματα.

Intra quinque a morte illius, qui hereditatem adierat, annos hereditatem petito.

ιδ'. Πέντε ἐτῶν δικάσασθαι τοῦ κλήρου, ἐπειδὰν τελευτήσῃ ὁ κληρονόμος.

TITVLVS SEPTIMVS.

De Tutelis.

Tutor is ne esto, qui agnationis jure hereditatem pupilli potest herciscere.

α'. Μὴ ἐπιτροπεύειν, εἰς ὃν ἡ οὐσία ἔρχεται, τῶν ὀρφανῶν τελευτησάντων.

Tutor aedes pupilli locato.

β'. Τὸν ἐπίτροπον τὸν οἶκον μισθοῦν.

Archon orphanorum, dotalium foeminarum, familiarum, quae intercidunt, & praegnantium mulierum, quae post maritorum obitum in eorum aedibus permanent, curam habeto, neque contumeliam

γ'. Ο Ἄρχων ἐπιμελείσθω τῶν ὀρφανῶν, καὶ τῶν ἐπικλήρων, καὶ τῶν οἴκων τῶν ἐξερημουμένων, καὶ τῶν γυναικῶν, ὅσαι μένουσιν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀνδρῶν τῶν τεθνηκότων, φάσκουσαι κύειν, τούτων ἐπιμελείσθω, καὶ

καὶ μὴ ἐάτω ὑβρίζειν ἢ ποιεῖν τι παράνομον· κύριος δ' ἔστω ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος. Ἐὰν δὲ μείζονος ζημίας δοκῇ ἄξιος εἶναι, προσκαλεσάμενος πρὸ πέμπτα, καὶ τίμημα ἐπιγραψάμενος, ὅ, τι ἂν δοκῇ αὐτῷ, εἰσαγαγέτω εἰς τὴν Ἡλιαίαν. Ἐὰν δ' ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία περὶ τοῦ ἁλόντος, ὅ, τι χρὴ αὐτὸν παθεῖν ἢ ἀποτίσαι.

aut aliquid injuſtum iis fieri ſinito: multam, quantam poteſt Magiſtratus poteſtate, irrogare ei jus eſto. Si majore poena dignus videtur, qui adverſus hanc legem fecerit, Archon in jus vocato in quintum diem, & poena pro arbitrio irrogata, Heliaſtis judicium permittito. Si convictus fuerit, Heliaſtae de eo, quod luere in corpore vel in aere debet, judicium reddunto.

δ'. Ἐὰν πέντε ἔτη παρέλθῃ, καὶ μὴ δικάσωνται, μηκέτ' εἶναι τοῖς ὀρφανοῖς δίκην, περὶ τῆς ἐκ τῆς ἐπιτροπῆς ἐγκλημάτων.

Poſt quinquennium tutores male adminiſtratae tutelae a pupillis ne poſtulantor.

TITVLVS OCTAVVS.

De Sepulcris & Funeribus.

1. *Mortuum terra humato.*

2. *Nequis ſepulcrum facito operoſius, quam quod decem homines effecerint triduo, neque id opere tectorio exornato, nec Hermas imponito.*

3. *Super terrae tumulum nequid ſtatuito, niſi columellam tribus cubitis ne altiorem, aut menſam, aut labellum.*

4. *Nequis ſepulcra deleat, neve alienum inferat: ſiquis tymbon, aut monumentum, aut columnam violarit, dejecerit, ſregerit,* poena eſto.

ε'. Ἐπ' ἀλλότρια μνήματα μὴ βαδίζειν χωρὶς ἐκκομιδῆς.

Nequis ad alienum monumentum accedito, niſi dum it exequias.

ς'. * Τὸν ἀποθανόντα προτίθεσθαι ἔνδον, ὅπως ἂν βούλωνται. Ἐκφέρειν δὲ τὸν ἀποθανόντα τῇ ὑστεραίᾳ, ᾗ ἂν προθῶνται, πρὶν ἥλιον ἐξέχειν. Βαδίζειν δὲ τοὺς ἄνδρας πρόσθεν, ὅταν ἐκφέρωνται, τὰς δὲ γυναῖκας ὄπισθεν. Γυναῖκας δὲ μὴ ἐξεῖναι εἰσιέναι εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος, μηδ' ἀκολουθεῖν ἀποθανόντι, ὅταν εἰς τὰ σήματα ἄγηται, ἐν-

Mortuum pro arbitrio intus collocanto. Ante lucem efferunto poſtridie collocationis. Funus producunto viri quidem primi ordine, foeminae ſubſequuntor. Foeminae funeſtam domum ne intranto, aut exequias eunto, ſexagenariis minores, aut quae ſobrinis natae non ſint: neque item intranto domum, poſt-

quam funus elatum est, nisi sobrinis natae sint.

τὸς ἑξήκοντ' ἐτῶν γεγονυῖαν, πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσι· μηδ' εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος εἰσιέναι, ἐπειδὰν ἐξενεχθῇ ὁ νεκὺς, γυναῖκα μηδεμίαν, πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσιν.

7. *In funeribus celebritas virorum ac mulierum producendis ne intereslo.*

Plus tribus riciniis mortuum ne humato.

η'. Μὴ συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν.

9. *Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento.*

Sacerdoti Minervae, quae est in arce, in singulos mortuos duos hordei sextarios, totidem frumenti, itemque obolum pendito.

ι'. Τῇ τε ἱερείᾳ τῇ τῆς Ἀθηνᾶς, τῆς ἐν Ἀκροπόλει, ὑπὲρ τοῦ ἀποθανόντος φέρειν χοίνικα κριθῶν, καὶ πυρῶν ἑτέραν, καὶ ὀβολόν.

Bove ne parentato.

ια'. Μὴ ἐναγίζειν βοῦν.

Liberi, aut heredes, mortuis parentibus justa faciunto.

ιβ'. Τοὺς παῖδας ἢ τοὺς κληρονόμους, ἐπειδὰν ἀποθάνωσιν οἱ γονεῖς, ὅπως τῶν νομιζομένων τύχωσι, παρασκευάζειν.

13. *Servilis unctura omnisque circumpotatio tollitor.*

14. *Nec de mortui laude, nisi in publicis sepulturis; nec ab alio, nisi qui publice ad eam rem constitutus sit, dicitor.*

Qui in bello occubuerunt, publice sepeliuntor.

ιε'. Δημοσίᾳ ταφὰς ποιεῖσθαι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθανόντων.

Pater illius, qui fortius in bello cecidit, de laudibus mortuorum dicito.

ις'. Τὸν πατέρα τοῦ ἀρίστου ἀποθανόντος ἐν πολέμῳ λέγειν τὸν ἐπιτάφιον.

17. *Oratio, qua laudantur in concione ii, qui in proeliis interfecti sunt, quotannis illo die recitator.*

Insepulto hominis cadaveri terram injicito, & in sepulcro occasum versus condito.

ιη'. Ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν, θάπτειν δὲ πρὸς δυσμὰς βλέποντας.

De mortuo ne detrahito.

ιθ'. Τὸν τεθνηκότα μὴ κακῶς ἀγορεύειν.

De mortuo ne detrahito, ne quidem conviciis provocatus ab ejus liberis.

κ'. Μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνεῶτα, μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτός.

LIBER SEPTIMVS.

TITVLVS PRIMVS.

De Sicariis.

α'. * Δικάζειν δὲ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς.

Senatus Areopagiticus jus dicito de caede, aut vulnere, non casu, sed voluntate, inflicto, de incendio item, & malo veneno, hominis necandi causa dato.

β'. Μηδὲ προοιμιάζεσθαι, μηδ' οἰκτίζεσθαι, μηδ' ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν.

Neque orantes praefantor, neque affectus movento, neque extra rem dicunto.

γ'. Τὸν ἐκ προνοίας ἀποκτείναντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

Siquis hominem sciens morti duit, capital esto.

δ'. Τοὺς Θεσμοθέτας τοὺς ἐπὶ φόνῳ φεύγοντας θανάτῳ ζημιοῦν.

Thesmothetae in homicidas animadvertunto.

ε'. * Τοὺς δ' ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, καὶ ἀπάγειν, ὡς ἐν τῷ ἄξονι ἀπαγορεύει. Λυμαίνεσθαι δὲ μή, μηδὲ ἀποινᾶν, ἢ διπλοῦν ὀφείλειν, ὅσον ἂν καταβλάψῃ. Εἰσφέρειν δὲ τοὺς Ἄρχοντας, ὧν ἕκαστοι δικασταί εἰσι τῷ βουλομένῳ. Τὴν δ' Ἡλιαίαν διαγινώσκειν.

Homicidas morte multanto in patria occisi terra, & abducunto, ut lege cautum est. In eos ne saeviunto, neve pecuniam exigunto. Qui secus faxit, noxae dative damni duplionem praestato: nomenque deferto, cui libuerit, apud Magistratus, quorum est cognitio. De eo vero Heliastae jus dicunto.

ς'. * Ἐὰν δέ τις τὸν ἀνδροφόνον κτείνῃ, ἢ αἴτιος ᾖ φόνου, ἀπεχόμενον ἀγορᾶς ἐφορίας, καὶ ἄθλων, καὶ ἱερῶν Ἀμφικτυονικῶν, ὥσπερ τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι. Διαγινώσκειν δὲ τοὺς Ἐφέτας.

Siquis homicidam, foro, urbis territorio, publicis certaminibus, & sacris Amphictyonicis abstinentem occiderit, aut mortis caussam praebuerit, perinde ac si Atheniensem civem necasset, capital ei esto: & Ephetae jus dicunto.

ζ'. Ἐπειδάν τις ἀπογραφῇ φόνου δίκην, εἴργεσθαι τῶν νομίμων.

Accusatus caedis, ab illo die omnibus civitatis juribus abstineto.

η'. * Ἐάν τις τινα τῶν ἀνδροφόνων τῶν ἐξεληλυθότων, ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα, πέρα ὅρων ἐλαύνῃ, ἢ φέρῃ, ἢ ἄγῃ, τὰ ἴσα ὀφείλειν, ὅσαπερ ἂν καὶ ἐν τῇ ἡμεδαπῇ δράσῃ.

Siquis imprudentem homicidam, qui solum verterit, extra Atticam exagitarit, sirempse lege tenetor, qua is, qui intra Atticam civem Atheniensem exagitaverit.

Qui alium casu fortuito necassit, annum extra patriae fines exulato.

θ'. Τὸν ἐργασάμενον φόνον φεύγειν ὅλον ἐνιαυτὸν, μὴ ψαύοντα τῆς πατρίδος.

Qui alium casu fortuito necassit, in annum deportator, donec aliquem e cognatis occisi placarit. Revertitor vero, peractis sacris & lustrationibus.

ι'. Τὸν ἁλόντα ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ ἐν ἐνιαυτῷ ἀπελθεῖν ταχτὴν ὁδὸν, καὶ φεύγειν, ἕως ἂν αἰδέσηταί τινα τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος. Ἥκειν δὲ, καὶ θῦσαι, καὶ καθαρθῆναι. **

Caedis ne postulator unquam is, qui homicidam exulantem, eoque redeuntem, quo non licet, in jus ad Magistratum rapuerit, aut detulerit.

ια'. * Φόνου δὲ δίκας μὴ εἶναι οὐδαμοῦ κατὰ τῶν τοὺς φεύγοντας ἐνδεικνύντων, ἐάν τις κατίῃ, ὅποι μὴ ἔξεστιν.

Siquis imprudens in certaminibus alium necassit, aut insidiantem, aut ignotum in praelio, aut in uxore, vel matre, vel sorore, vel filia, vel concubina, vel ea, quam in suis liberis habet, deprehensum, caedis ergo ne exulato.

ιβ'. * Ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων, ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἢ ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας, ἢ ἐπὶ δάμαρτι, ἢ ἐπὶ μητρὶ, ἢ ἐπὶ ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ, ἢ ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ, τούτων ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείνοντα.

Siquis alium injuste vim inferentem in continenti necassit, jure caesus esto.

ιγ'. * Καὶ ἐὰν φέροντα ἢ ἄγοντα βίᾳ ἀδίκως εὐθὺς ἀμυνόμενος κτείνῃ, νηποινεὶ τεθνάναι.

Siquis exulans ob imprudentem caedem, nondum exoratis iis, quibus accusantibus damnatus est, postuletur alterius caedis voluntariae, navigio impositus, Phreatte terram non tangens, causam orato. Judices in terra judicia reddunto. Damnatus in poenam voluntariae caedis incurrito, & dato: absolutus dimittitor, ob priorem tamen caedem exulato.

ιδ'. Ἐάν τις ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ πεφευγὼς, μήπω τῶν ἐκβαλόντων αὐτὸν ᾐδεσμένων, αἰτίαν ἔχῃ ἑτέρου φόνου ἑκουσίου, τοῦτον ἐν πλοίῳ προσπλεύσαντα, ἐν Φρεαττοῖ λέγειν, τῆς γῆς οὐχ ἁπτόμενον. Τοὺς δὲ δικαστὰς δικάζειν ἐν τῇ γῇ. Κἂν μὲν ἁλῷ, τὴν ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις φόνοις δίκην διδόναι· ἐὰν δὲ ἀποφύγῃ, ταύτης μὲν ἀθῶον ἀφιέναι, τὴν δὲ ἐπὶ τῷ προτέρῳ φόνῳ φυγὴν ὑπέχειν.

Siquis de Magistratibus, aut populo, auctor sit has leges corrumpendi, aut abrogandi, ille, ejusque liberi impune occiduntor, bona publicanto.

ιε'. * Ὃς ἂν Ἄρχων ἢ ἰδιώτης αἴτιος ἢ τοῦ τὸν θεσμὸν συγχυθῆναι τόνδε, ἢ μεταποιήσῃ αὐτὸν, ἄτιμον εἶναι, καὶ παῖδας ἀτίμοις, καὶ τὰ ἐκείνου.

Homicidam in locis sacris, & in foro versantem, in carcerem abducito: convictum morti dato. Si

ιϛ'. Τὸν ἀνδροφόνον περιιόντα ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν, ἀπάγειν ἐξεῖναι εἰς τὸ δεσμωτήριον.

ειον· καὶ ἐὰν μὲν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιούσθω· ἐὰν δὲ μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων ὁ ἀπαγαγὼν, χιλίας προσοφείλειν.

ιζ'. * Εάν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. Τὴν δὲ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή.

ιη'. * Προειπεῖν τῷ κτείναντι ἐν ἀγορᾷ ἐντὸς ἀνεψιότητος, καὶ ἀνεψιοῦ. Συνδιώκειν δὲ καὶ ἀνεψιῶν παῖδας, καὶ γαμβροὺς, καὶ ἀνεψιοὺς, καὶ πενθεροὺς, καὶ ἀνεψιαδοῦς, καὶ φράτορας. Εὰν δὲ αἰδέσασθαι δέῃ, ἐὰν μὲν πατὴρ ᾖ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ υἱεῖς, πάντας, ἢ τὸν κωλύοντα, κρατεῖν. Εὰν δὲ τούτων μηδεὶς ᾖ, κτείνῃ δ' ἄκων, γνῶσι δ' οἱ πεντήκοντα καὶ εἷς οἱ Εφέται ἄκοντα κτεῖναι, ἐσέλθων οἱ φράτορες, ἐὰν θέλωσι, δέκα, τούτους δὲ οἱ πεντήκοντα καὶ εἷς Αριστίνδην αἱρείσθων. Καὶ οἱ πρότερον κτείναντες ἐν τῷδε τῷ θεσμῷ ἐνεχέσθων. Τοὺς δ' ἀπογινομένους ἐν τοῖς δήμοις, οὓς ἂν μηδεὶς ἀναιρῆται, ἐπαγγελλέτω ὁ Δήμαρχος τοῖς προσήκουσιν, ἀναιρεῖν, καὶ θάπτειν, καὶ καθαίρειν τὸν δῆμον, τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἂν ἀπογένηται ἕκαστος αὐτῶν. Επαγγέλλειν δὲ περὶ μὲν τῶν δούλων τῷ δεσπότῃ, περὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων τοῖς τὰ χρήματ' ἔχουσιν. Εὰν δὲ μὴ ᾖ χρήματα τῷ ἀποθανόντι, τοῖς προσήκουσι τοῦ ἀποθανόντος ἐπαγγέλλειν. Εὰν δὲ, τοῦ Δημάρχου ἐπαγγείλαντος, μὴ ἀναιρῶνται οἱ προσήκοντες, ὁ μὲν Δήμαρχος ἀπομισθωσάτω ἀνελεῖν, καὶ καταθάψαι, καὶ καθᾶραι τὸν δῆμον αὐθημερὸν, ὅπως ἂν δύνωνται ὀλιγίστου. Εὰν δὲ μὴ ἀπο-

vero is, qui in carcerem abduxit, quintam suffragiorum partem non tulit, mille drachmis multator.

Siquis violenta morte obierit, cognatis pignerandi homines jus esto, quoad judicium caedis subierint, vel necis auctores dediderint. Jus vero in pignus capiendi homines ad tres usque, nec eo amplius, esto.

Homicidam in foro postulanto intra sobrinitatem sobrini. Adsunto etiam sobrinorum liberi, & generi, itemque sobrinorum soceri, & consobrini, & Phratores. Exorantor autem occisi pater, si superfit, aut frater, aut liberi, simul omnes: nam si unus nolit, exorati ne sunto. Si vero nullus horum superfit, caedes autem sit fortuita, & pronunciarint Ephetae quinquaginta & unus, imprudentem occidisse, adsunto Phratores, si velint, decem, his quinquaginta, & unus ex optimatibus eliguntor **. Qui ante hanc legem scriptam caedes perpetrarunt, ea tenentor. Siquis autem in aliquo populo caesus sit, quem nemo tollat, Demarchus ejus cognatis denunciato tollere, & sepelire, & lustrare populum, ea ipsa die, qua is caesus est. De servis autem domino eorum denunciato; de ingenuis vero iis, qui in eorum bona succedunt. Si vero is, qui caesus est, nihil in bonis habeat, ejus cognatis denunciato. Si Demarcho denu- nte cognati non tollant, Demarchus ipse tollendum & sepeliendum cadaver, eaque ipsa die lustrandum populum, locato, quam minimo poterit. Ni locarit, mille drachmas aerario

publico pendito. Duplum autem ejus, quod impenderit, a debentibus exigito. Ni exegerit, ipse popularibus suis praestato.

μισθώσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ. Ὅ, τι δ᾽ ἂν ἀναλώσῃ, διπλάσιον πραξάσθω παρὰ τῶν ὀφειλόντων. Ἐὰν δὲ μὴ πράξῃ, αὐτὸς ὀφειλέτω τοῖς δημόταις.

Qui sibi manus intulit, ei manus praeciditor, nec eodem tumulo conditor.

ιθ'. Ἐάν τις αὐτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν ἀποκόπτειν, καὶ χωρὶς τοῦ σώματος θάπτειν.

Homicidae intra excubiarum locum ne sunto.

κ'. Ἐκτὸς ἱεροῦ εἶναι τοὺς ἀνδροφόνους.

Inanimata, quorum casu caedes alicujus sit facta, finibus ejiciunto.

κα'. Τὰ ἄψυχα, ἐάν τινα ἐμπεσόντα ἀποκτείνῃ, ὑπερορίζειν.

Siquis alterum prior pulsarit, injuriarum postulator.

κβ'. * Ἄν τις τύπτῃ τινὰ ἄρχων χειρῶν ἀδίκων, αἰκίας δίκην εἶναι.

Siquis alterius corpus, aut caput, aut vultum, aut manus, aut pedes, destinato laeserit vulnere, exulato a vulnerati patria, & bona ejus publicantor: quod si in patriam redierit, delatus morte luito.

κγ'. Ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ ἐκ προνοίας, κεφαλήν, ἢ πρόσωπον, ἢ χεῖρας, ἢ πόδας, αὐτὸν μὲν φεύγειν τὴν τοῦ ἀδικηθέντος πόλιν, τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημεύεσθαι· καὶ ἐὰν μὲν κατίῃ, ἐνδειχθέντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

TITVLVS SECVNDVS.

De Accusationibus.

Cuivis eum, qui alteri injuriam intulerit, accusare permissum esto.

α'. Παντὶ λαβεῖν δίκην ὑπὲρ τοῦ κακῶς πεπονθότος ἐξεῖναι.

TITVLVS TERTIVS.

De Damnis.

Siquis prudens sciens damnum duit, in duplum; si imprudens, in simplum tenetor.

α'. Ἂν μὲν τις ἑκὼν βλάψῃ, διπλοῦν· ἂν δ᾽ ἄκων, ἁπλοῦν τὸ βλάβος ἐκτίνειν.

Siquis monoculo oculum effoderit, uterque ei effoditor.

β'. Ἐὰν μὲν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχοντος ἐκκόψῃ τις, ἀντεκκόπτειν τοὺς δύο.

Canem, qui momorderit, catena quatuor cubitorum revinctum noxae dato.

γ'. Κύνα δακόντα παραδοῦναι κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον.

TITVLVS QVARTVS.

De vi bonorum raptorum.

α΄. Τὸν βίᾳ ὁπουοῦν ἀφελόντα, διπλοῦν ἐκτίνειν τῷ ἰδιώτῃ· καὶ τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ προστιμᾶν.

Qui per vim aliquid abstulerit; in duplum tenetor ei, a quo per vim abstulit: in duplum quoque aerario publico tenetor.

TITVLVS QVINTVS.

De Furtis.

1. *Furem cujuscumque modi furti supplicio capitis punito.*

β΄. Ο, τι ἐάν τις ἀπολέσῃ, ἐὰν μὲν αὐτὸ λάβῃ, τὴν διπλασίαν καταδικάζειν· ἐὰν δὲ μὴ, τὴν δεκαπλασίαν πρὸς τοῖς ἐπαιτίοις. Δεδέσθαι δ᾽ ἐν τῇ ποδοκάκῃ τὸν πόδα πένθ᾽ ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας, ἐὰν προστιμήσῃ ἡ Ηλιαία· προστιμᾶσθαι δὲ τὸν βουλόμενον, ὅταν περὶ τοῦ τιμήματος ᾖ.

Si furtum factum sit, &, quod furto perierat, receperit dominus, duplione luito furtum, qui fecit, & quorum ope consilioque fecit: decuplione vindicator, ni dominus rem furtivam receperit. In nervo quoque habetor dies ipsos quinque, totidemque noctes, si Heliastae pronunciarint: pronuncianto autem, cum de poena illius agitur.

γ΄. Εἰ μέν τις μεθ᾽ ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς Ενδεκα εἶναι. Εἰ δέ τις νύκτωρ ὁπουοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ τρῶσαι διώκοντα, καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς Ενδεκα, εἰ βούλοιτο. Τῷ δ᾽ ἁλόντι, ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν, οὐκ ἐγγυητὰς καταστήσαντι ἔκτισιν εἶναι τῶν κλεμμάτων, ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν. Καὶ εἴ τις γ᾽ ἐκ Λυκείου, ἢ ἐξ Ακαδημίας, ἢ ἐκ Κυνοσάρ-

Si luci furtum, cujus aestimatio sit supra quinquaginta drachmas, faxit, ad Undecimviros rapitor. Si nox furtum faxit, si im aliquis occisit, jure caesus esto; aut vulnerarit fugientem, se fraude esto: aut rapitor ad Undecimviros. Manifestum hujusmodi furtum qui faxit, etiamsi vades dederit, non noxae factae sarcitione, sed morte, luito. Si quis item ex aliquo gymnasio, vestis, aut lecythi, aut ali-

cujus vel minimae rei, aut supellectilis e gymnasio, aut ex balineo, aut e portubus, quod excedat decem drachmarum aestimationem, furtum faxit, morte luito.

γοις, ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλο τι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι, τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων, ὑφείλετο, ἢ ἐκ τῶν βαλανείων, ἢ ἐκ τῶν λιμένων, ὑπὲρ δέκα δραχμὰς, καὶ τούτοις θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.

Quicunque a janua prohibuerit, cum fur intus esset.

δ΄. * Ὅστις δὲ ἀπίλλῃ τῇ θύρᾳ, ἔνδον τοῦ κλέπτου ὄντος.

Qui alterum tanquam furem in carcerem abduxerit, ni eum reum peragat, mille multator drachmis.

ε΄. Τοὺς ἀπάγοντας εἰς τὸ δεσμωτήριόν τινας ἐπὶ δίκῃ κλοπῆς, χιλίας διδόναι δραχμὰς τοὺς ἁλόντας.

Manifesti saccularii morte luunto.

ς΄. Ἐάν τις φανερὸς γένηται βαλαντοτομιῶν, τούτῳ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.

Vecticularii manifesti morte luunto.

ζ΄. Ἐάν τις φανερὸς γένηται τοιχωρυχῶν, τούτῳ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.

Plagiarii manifesti morte luunto.

η΄. Ἐάν τις φανερὸς γένηται ἀνδραποδιζόμενος, τούτῳ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.

Qui furtum it quaerere in domo aliena, cincticulo amictus intrato.

θ΄. Φωράσοντα γυμνὸν χιτωνίσκον ἔχοντα ἄζωστον εἰσιέναι εἰς τὴν οἰκίαν ἐπὶ τῷ ἐρευνῆσαι.

Si quis tollat, quod non posuerit, capital ei esto.

ι΄. Ὃ μὴ κατέθηκέ τις, μὴ ἀναιρεῖσθαι· εἰ δὲ μὴ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.

11. *In hortos irrumpere, ficosque deligere, capital esto.*

Qui ficus clepserit, multator.

ιβ΄. Κλέπτοντα σῦκα κολάζεσθαι.

Fimi fures animadvertuntor.

ιγ΄. Τοὺς βόλιτον ὑφελομένους κολάζεσθαι.

TITVLVS SEXTVS.

De Conviciis.

De nemine, qui in vivis superfit, detrahito inter Sacra, in Judicum aut Magistratuum sessimoniis, aut in spectaculis: qui secus

α. Ζῶντα μὴ κακῶς λέγειν πρὸς ἱεροῖς, καὶ δικαστηρίοις, καὶ ἀρχείοις, καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων· ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ,

τῃ, δύο δ᾽ ἄλλας ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον.

faxit, multator tribus drachmis, quae convicium passo cedant, & duabus, quae aerario publico inferantur.

β'. Τὸν λέγοντα κακῶς, ἐὰν μὴ ἀποφαίνῃ, ὡς ἐστιν ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, ζημιοῦσθαι.

Qui de alio detraxerit, ni probarit, verum esse quod objecit probrum, multator.

γ'. Τοὺς λέγοντάς τι τῶν ἀπορρήτων πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν.

Qui exprobrarit alteri quicquam legibus damnatum, quingentis drachmis multator.

δ'. Ἀνδροφόνον μὴ λέγειν.

Homicidam alterum ne dicito.

ε'. * Ἐὰν δέ τις φάσκῃ ἀποβεβληκέναι τὴν ἀσπίδα, ὑπόδικον εἶναι.

Si quis exprobrarit clypeum abjecisse, multator.

TITVLVS SEPTIMVS.

De negotiis gestis.

α'. Περὶ ὧν καθυφῆκέ τις, αὐτὸν ὁμοίως ὀφλισκάνειν, ὥσπερ ἂν αὐτὸς ἔχῃ.

Qui mala fide bona alterius administrarit, ea ipse praestato.

β'. Τὴν γυναῖκα μὴ συναλλάσσειν, πλέον ἄχρι μεδίμνου κριθῶν.

Foemina plusquam de medimno hordei ne contrahito.

TITVLVS OCTAVVS.

De Ingratis.

α'. Ἐξεῖναι ἀχαριστίας δικάζεσθαι κατὰ τοὺς εὐεργέτας μὴ ἀνταποιούντων.

Ingrati actio dator adversus eos, qui bene meritis gratiam non rependunt.

TITVLVS NONVS.

De designandis Atheniensibus.

α'. Προσπαραγράφειν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ δήμου τοὔνομα.

Patris & paterni populi nomen adscribunto.

TITVLVS DECIMVS.

De Indicibus.

Indici vera indicanti, impune; sin falsa, capital esto.	α'. Εἰ μὲν τἀληθῆ μηνύσαι τις, εἶναι τὴν ἄδειαν· εἰ δὲ τὰ ψευδῆ, τεθνάναι.

TITVLVS VNDECIMVS.

De Conviviis.

Convivae plures triginta ne sunto.	α. Τοὺς κεκλημένους μὴ εἶναι ἐπὶ τοῖς τριάκοντα.
Omnes coqui, ad aliquas epulas conducti, sua ad gynaeconomos nomina deferunto.	β'. Πάντας μαγείρους τοὺς ἐν τοῖς συνόδοις διακονοῦντας παρὰ τοῖς γυναικονόμοις ἀπογράφεσθαι.
In conviviis merum vinum ne bibunto.	γ'. Ἐν τοῖς συμποσίοις μὴ πίνειν ἄκρατον.
Confecto jam epulo, degustanto merum vinum in honorem boni Daemonis.	δ'. Προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σῖτα ἄκρατον, μόνον ὅσον γεύσασθαι, τὸ ἀγαθοῦ Δαίμονος.
Areopagitae Asotos animadvertunto.	ε'. Τοὺς Ἀρεοπαγίτας κολάζειν τοὺς ἀσώτους.

TITVLVS DVODECIMVS.

De metallicis actionibus.

Si quis alterum prohibuerit opus facere metallicum; si quis ignem importarit, & succenderit; si vasa instrumentaque exportarit; si effoderit extra fines suos; metallicae actiones adversus eos dantor.	α'. * Ἐάν τις ἐξείλλῃ τινὰ τῆς ἐργασίας τῶν μετάλλων, ἂν ὑφάψῃ τις, ἂν ὅπλα ἐπιφέρῃ, ἂν ἐπικατατέμνῃ τῶν μέτρων ἐκτὸς, μεταλλικὰς δίκας εἶναι.

TI-

TITVLVS TERTIVS DECIMVS.

Περὶ τῆς εἰσαγγελίας.

α΄. * Τιμοκράτης εἶπεν. Ὁπόσοι Ἀθηναίων κατ' εἰσαγγελίαν ἐκ τῆς βουλῆς, ἢ νῦν εἰσιν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἢ τὸ λοιπὸν κατατεθῶσι, καὶ μὴ παραδοθῇ ἡ κατάγνωσις αὐτῶν τοῖς Θεσμοθέταις ὑπὸ τοῦ γραμματέως τῆς κατὰ πρυτανείαν, κατὰ τὸν εἰσαγγελτικὸν νόμον, δεδόχθαι τοῖς Θεσμοθέταις, εἰσάγειν τοὺς Ἕνδεκα εἰς τὸ δικαστήριον ἐντὸς τριάκονθ' ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν παραλάβωσιν, ἐὰν μή τι δημοσίᾳ κωλύσῃ· ἐὰν δὲ μή, ὅταν πρῶτον οἷόν τ' ᾖ. Κατηγορεῖν δὲ Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον, οἷς ἔξεστιν. Ἐὰν δὲ ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία περὶ αὐτοῦ, ὅ, τι ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι. Ἐὰν δὲ ἀργυρείου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως, ἕως ἂν ἐκτίσῃ, ὅ, τι ἂν αὐτοῦ καταγνωσθῇ.

Timocrates rogavit. Quicumque Athieniensium εἰσαγγελίας damnati a Senatu, aut in praesentiarum, aut in posterum, habentur in custodia, neque damnatoria tabella Thesmothetis a scriba illius Prytaneiae, prout leges jubent, sit in manus tradita; Thesmothetae ad judicium admittunto Undecimviros intra tricesimum diem, a quo acceperint tabellam damnatoriam, nisi quid publice obstet. Athieniensium quivis, cui lubet & licet, accusato. Convictos Heliaea vel multato, vel poenas ab illis exigito. Multati in vinculis habentor, donec multam expunxerint.

LIBER OCTAVVS.

TITVLVS PRIMVS.

De Militia.

α΄. Τοὺς Ἀθηναίους μέχρι τετταράκοντα ἐτῶν στρατεύεσθαι, ἀρξαμένους ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα· καὶ μέχρι μέντοι εἴκοσι παῖδας ὄντας τέως περιπολεῖν τὰ περὶ τὴν πόλιν φρούρια· εἰς ὑπερορίους δὲ πολέμους ἀπὸ εἴκοσιν.

Athenienses ad annum usque quadragesimum militanto ab anno decimo octavo: & quidem ad annum vicesimum intra Atticae fines: ab anno vero vicesimo extra Atticam militanto.

β΄. Ἐάν τις ἀδοκίμαστος ἱππεύῃ, ἄτιμον εἶναι.

Si quis inter equites mereat sine examine, ignominiosus esto.

γ΄. Τοὺς ἱππέας καθιστάναι τοὺς δυνατωτάτους καὶ χρήμασι καὶ σώμασιν.

Equites leguntor ex opulentissimis & fortissimis.

Equites posthac plus aequo cutem ne curanto, neve comam alunto.	δ'. Τοὺς νέους μηκέτι ἁβροδιαίτους εἶναι, μηδὲ κομᾶν.
Arma pignori ne opponunto.	ε'. Μὴ θεῖναι τὰ ὅπλα ἐνεχύρα.
Copias ne educunto ante septimum mensis diem.	ϛ'. Στρατείαν μὴ ἐξάγειν πρὸ τῆς τοῦ μηνὸς ἑβδόμης.
Agnum immittunto in hostium fines bellum indicturi.	ζ'. Αρνα προβάλλειν τοὺς πόλεμον αἱρεῖν βουλομένοις.
Polemarchus dextrum aciei cornu ducito.	η'. Τὸν Πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν.

TITVLVS SECVNDVS.

De vacatione militiae.

Redemptores vectigalium militia vacanto.	α'. Ατέλειαν εἶναι τῆς στρατείας τοῖς τέλος πριαμένοις.
Choreutae militia vacanto.	β'. Τοὺς τῷ Διονύσῳ χορεύοντας μὴ στρατεύεσθαι.

TITVLVS TERTIVS.

De praemiis & poenis militum.

Qui egregiam in bello operam praestant, ad majora provehuntor: qui secus fecerint, in minorem militiae gradum dejiciuntor.	α'. Πλεονεκτεῖν μὲν ποιεῖν τοὺς εὐτάκτους, μειονεκτεῖν δὲ ἐν πᾶσι τοὺς ἀτακτοῦντας.
Qui militiam detrectat, aut ignavus est, aut ordinem deserit, a foro arcetor, neque coronator, neque in publica intrato templa. Si quis secus faxit, Undecimviri eum vinciunto, & ad Heliastarum tribunal rapiunto. Quicumque voluerit, & ei fas est, accusato. Eo convicto, Heliastae pronuncianto, quam meruerit poenam aut multam. Si multa irrogata sit, in vinculis habetor, donec eam solverit.	β'. Τὸν ἀστράτευτον, καὶ τὸν δειλὸν, καὶ τὸν λιπόντα τὴν τάξιν, ἀπέχεσθαι ἀγορᾶς, μήτε στεφανοῦσθαι, μήτ' εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ. Εὰν δέ τις ταῦτα ποιῇ, εἰσιὼν ὅπη μὴ χρὴ, δησάντων αὐτὸν οἱ Ενδεκα, καὶ εἰσαγόντων αὐτὸν εἰς τὴν Ηλιαίαν. Κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστιν. Εὰν δὲ ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ηλιαία, ὅ,τι χρὴ παθεῖν αὐτὸν, ἢ ἀποτίσαι. Εὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως, ἕως ἂν ἐκτίσῃ.

γ'. Τὸν

γ'. Τὸν τὰ ὅπλα ἀποβεβληκότα ἄτιμον εἶναι.

Qui arma abjecerit, ignominiosus esto.

δ'. Τοῦ λειποναυτίου καὶ ἀναυμαχίου τὴν ζημίαν εἶναι ἀτιμίαν.

Qui navali bello navem deseruerit, itemque qui militiae navali vocatus nomen non dederit, ignominiosus esto.

ε'. Τοὺς πηρωθέντας ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ τρέφεσθαι.

Mutilati in bello publice aluntor.

ς'. Τοὺς τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τελευτησάντων παῖδάς τε καὶ γονέας ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ἂν οἱ τούτων μὴ ἀδικῶνται πατέρες τε καὶ μητέρες· τοὺς δὲ παῖδας δημοσίᾳ τρέφεσθαι καὶ παιδεύεσθαι, καὶ πανοπλίᾳ κεκοσμημένους ἐκπέμπεσθαι ἐπὶ τὰ σφέτερ' αὐτῶν, καὶ καλεῖσθαι εἰς προεδρείαν.

Curanto liberos parentesque eorum, qui in bello occubuerunt, ne qua injuria afficiantur parentes: liberi de publico educantor, & instituuntor, armisque instructi ad sua mittuntor negotia, primasque in Theatris sedes occupanto.

TITVLVS QVARTVS.

Miscella.

α'. Ἄτιμος ἔστω ὁ ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γενόμενος.

Si qui in seditione non alterius utrius partis fuerit, ignominiosus esto.

β'. Τὸν ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐν Πειραιεῖ μείναντα, τοῦτον τεθνάναι.

Si quis ab Astu in Piraeeo permaneat, morte luito.

γ'. Ὅς τις ἐν ἄστει σιδηροφορεῖν μηδὲν δέον, ἢ ὅπλα ἐξενέγκοι εἰς τὸ δημόσιον, τιμᾶσθαι.

Si quis intra urbem, nulla necessitate cogente, ferro accinctus, armisque instructus, prodierit, multator.

δ'. Ἐάν τις ἢ πόλιν προδιδῷ, ἢ τὰ ἱερὰ κλέπτῃ, κριθέντα ἐν δικαστηρίῳ, ἂν καταγνωσθῇ, μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Ἀττικῇ· τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημόσια εἶναι.

Si quis in judicio proditionis aut sacrilegii damnatus fuerit, intra Atticam ne sepelitor: bona ejus publicantor.

ε'. Ἐάν τις φρούριόν τι προδῶκεν, ἢ ναῦν, ἢ στρατόπεδον, θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

Si quis castellum prodiderit, aut navem, aut exercitum, morte luito.

ς'. Τὸν τῆς αὐτοῦ πατρίδος προδότην τῆς Ἀθηναίων χώρας μὴ ἐπιβαίνειν. Εἰ δὲ μὴ, τοῖς αὐτοῖς ἐνο-

Atticam ne intrato patriae suae proditor. Si intrarit, eadem lege tenetor, qua is, qui ab Areopagi-

tis damnatus solum vertere redierit.

χον εἶναι, οἵσπερ ἂν τις τῶν φευγόντων ἐξ Ἀρείου πάγου κλίνῃ.

Transfugae capite puniuntor.

ζ'. Τοὺς αὐτομολοῦντας θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

Impune occidito, hostisque esto populi Atheniensis, & sociorum, cum is, tum ejus liberi.

η'. Ἄτιμος ἔστω, καὶ πολέμιος τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, καὶ τῶν συμμάχων, αὐτὸς καὶ γένος.

Foedera rata sunto, postquam a judicibus approbata sunt.

θ'. Τὰ σύμβολα κύρια εἶναι, ἐπειδὰν ἐν τῷ δικαστηρίῳ κυρωθῇ.

Omnem memoriam discordiarum oblivione delento, neque fas neque nefas exprobranto.

ι'. Μὴ μνησικακεῖν * * * * μήτε ἄδικον, μήτε δίκαιον λέγειν.

Si quis in jus vocat adversus hoc jusjurandum, reus exceptione utitor: eaque de re Archontes primum judicia reddunto: prior, qui exceptione utitur, dicito: qui causa ceciderit, epobelia multator.

ια'. Ἄν τις δικάζηται παρὰ τοὺς ὅρκους, ἐξεῖναι τῷ φεύγοντι παραγράψασθαι· τοὺς δὲ Ἄρχοντας περὶ τούτου πρῶτον εἰσάγειν· λέγειν δὲ πρότερον τὸν παραγραψάμενον· ὁπότερος δ' ἂν ἡττηθῇ, τὴν ἐπωβελίαν ὀφείλειν.

Hospites injuria ne afficiuntor.

ιβ'. Τοὺς ξένους μὴ ἀδικεῖσθαι.

Erranti viam monstranto, peregrinos tecto excipiunto.

ιγ'. Ὑποφαίνειν ὁδὸν πλανωμένοις, καὶ κοινωνεῖν κατὰ τὸν βίον ὕδατος ἢ πυρός.

Annularius expressum annuli, quem vendidit, signum apud se ne habeto.

ιδ'. Δακτυλιογλύφῳ μὴ ἐξεῖναι σφραγῖδα φυλάττειν τοῦ πραθέντος δακτυλίου.

LAVS DEO OPT. MAX.

LEGES ATTICAE.

SAMUEL PETITUS

COLLEGIT, DIGESSIT,

ET

LIBRO COMMENTARIO

ILLUSTRAVIT.

LIBER PRIMUS.

TITULUS PRIMUS.

De Deorum cultu, sacris aedibus, diebus festis, & ludis.

I. DEORUM patria fuisse videntur Athenae, sive illorum numerum spectes, sive Atheniensium δεισιδαιμονίαν, quorum mira in Diis colendis, prae caeteris gentibus, religio: nam soli τοὺς θεοὺς σέβουσιν, inquiunt ipsi apud Aristophanem Dii, &, ut auctor est Xenophon *in Lib. de Republica Atheniensium* [*p.* 553.], ἄγουσιν ἑορτὰς διπλασίους, ἢ οἱ ἄλλοι, ipsa civitas, ὅλη βωμὸς, ὅλη θῦμα θεοῖς, καὶ ἀνάθημα· προσκηρύσσει τὰς ἑορτὰς, καὶ πανηγύρεις ἄγει veneratione summa: atque id quidem ab antiquissimis temporibus, nam Triptolemi haec Lex est: Pag. 1.

Θεὺς καρποῖς [1] ἀγάλλειν. [2] *Venerandos esse frugibus Deos.*

Meminit hujus Legis Porphyrius *Lib.* περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων *IV.* [C. 22.] his verbis, τῶν τοίνυν Ἀθήνησι νομοθετῶν Τριπτόλεμον παλαιότατον παρειλήφαμεν, περὶ οὗ Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν γράφει ταῦτα· φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι· τοὺς δὲ γονεῖς τιμᾶν· Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν· ζῶα μὴ σίνεσθαι. Idem e Xenocrate docet, sive potius a Porphyrio accepit B. Hieronymus *Lib. adversus Jovinianum II. Xenocrates Philosophus de Triptolemi Legibus apud Athenienses tria tantum praecepta in Templo Eleusinae residere scribit : Honorandos parentes* ; Veneran-
2. dos Deos ; *Carnibus non vescendum.* Ac primum quidem hac Lege imperatur.
Deorum veneratio , quae prima adeoque praecipua debet esse Legislatoris cura : πρῶτον ἡ περὶ θείων ἐπιμέλεια, inquit Aristoteles *Lib. VII. Politic. cap.* 8. Dii enim cultu conciliari creduntur, & scripsit idem Aristoteles *in Rhetoricis ad Alexandrum* [*p.* 165.], τοὺς θεοὺς εὐνουστέρους εἶναι τοῖς μᾶλλον αὐτοὺς τιμῶσι. *Veneratio* vero haec posita est in rebus, & quae semper praesto sunt, atque ad manum, & magno non constant : nam *Venerandos Deos* praecipit καρποῖς, frugibus ; jus enim atque aequum est, τοῖς θεοῖς, ἀφ᾽ ὧν ἔδωκαν ἡμῖν ὠφελίμων εἰς τὸν βίον, ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι, ut loquitur Porphyrius *loco laudato*. Quo instituto optime consulebatur *Deorum venerationi*, metus enim non erat unquam intermissum iri haec sacra, quod observat apud Porphyrium Xenocrates : προστάξειν τοῖς καρποῖς τοὺς θεοὺς τιμᾶν, ὑπολαβὼν μᾶλλον ἂν διαμεῖναι τὴν ταύτην, εἰ μὴ γίγνοιντο τοῖς θεοῖς διὰ τῶν ζώων θυσίαι. Et

1. Vereor ne falsus sit Petitus, si putavit in Axonibus scriptas a Solone leges non jubendi modo vel imperativo, sed infinitivo. Ego vero imperativo modo scriptas fuisse credo. Exemplum est apud Suidam, quod ob scripturae errorem non est a plerisque animadversum, in voce Ἀμφισβήτησις. Sic enim habet, οἱ ἔξω φασίν ; pro quo reponendum puto, οἱ Ἄξονές φασι· ἡ ἀμφισβήτησις κρίσει ἀναρτάσθω· ἡ δὲ κρίσις τοὺς ἐλέγχους βασανιζέτω· ἡ δὲ βάσανος τὸ δίκαιον ὁριζέτω· ὁ δὲ ὅρος γεγράφθω· τὰ δὲ γεγραμμένα κυρούσθω· τὰ δὲ κυρωθέντα βεβαιούσθω τοῖς ἔργοις· καὶ πᾶσα ἀψιμαχία οἰχέσθω, καὶ πάλιν φιλία χορευέτω· ᾗ δεῖ ἀπαρασκέπτως ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις. Et sic leges Romanae, ex Axonibus descriptae, loquebantur. Neque enim objiciat aliquis apud Demosthenem & alios citari eas leges in infinitivo modo; non enim ipsa legis citant verba, sed ajunt legem hoc vel illud jubere. J. PALM.

Ibid. Oratores Atticos legitima plerumque citasse verba, scribae, ut leges e tabulis recitent, excitati abunde docent : qui tamen cum nunc imperante nunc infinita oratione utantur, dubium, quod obmovetur, non tollunt. Petitum satis tuetur civitatis ab Jonibus repetita consuetudo, qua ἀπαρεμφάτῳ ἀντὶ προστακτικοῦ cupide usurpabant. *Moeris*, Λαμβάνειν, ἀπαρεμφάτως οἱ Ἀττικοί, ὡς Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν (v. 1074.) ἐάν τις ἀποκτείνῃ τύραννον, τιμὰς λαμβάνειν· τὸ δὲ λαμβανέτω Ἑλληνικόν. Neque officit illi admodum *Suidae* locus, incertum an injuria correctus. Ipse quidem certe Grammaticus, eadem in v. Βάσανος & Κρίσις exscribens, egregie sibi constat, & per τοὺς ἔξω, quod *L. Kustero* haud latuit, paganos, a Christianorum sacris alienos, intelligit. Mitto in verbis talia inesse, quae ab Attico foro abhorrent, cujusmodi ὅρος γεγράφθω, quo de inferius L. v. Tit. 4.

2. Petitus, *venerandos esse frugibus deos.* Ego: *Deos frugibus hilaranto.* Hinc & ἄγαλμα *imago, simulacrum*, dictum videtur, quasi *exhilaratio.* ANT. MAR. SALVIN.

Ibid. Ducem hujus versionis Petitus Hieronymum habet, neque ea justa ratione caret. Saepe enim ἀγάλλειν cultum exprimit, quem summo numini aut aliis debemus. *Auctor Lexici* in Biblioth. Coislin. p. 471. Ἠγάλλεν, ἐθεράπευεν. Δίων ἐν ιϛ΄. λόγῳ Ῥωμαϊκῶν. Διὰ τὸ ἐν ταύτῃ ὅτι τὸ θεῖον ἀκριβῶς ἠγάλλεν. i. e. *colebat, venerabatur.* quo usu idem *Dio* L. LVI. p. 685. B. Τὴν δὲ ψυχὴν, ὡς καὶ θεοῦ, ἀεὶ ἀγάλλειν. Et ante eum *Aristophanes* Pac. v. 395. Καί σε θυσίαισιν ἱεραῖσιν, ὦ δέσποτ᾽, ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί· *sacrificiis te semper colemus.* Propius tamen a verbi praecipua potestate recedit doctissimi *Salvinii* versio. Veterum exempla id docebunt clarissime. *Pempelus* in Florileg. *Jo. Stobaei* Tit. LXXVII. p. 460. Ὁκόταν γὰρ ἀγάλλῃ τις γέρασι καὶ τιμαῖς τὼς γενέτορας, ἀγαθὰ τίνει ὁ θεός· *si quis muneribus & honoribus parentes exhilarat, Deus bona rependit.* Augustus in oratione apud *Dionem* L. LVI. p. 657. E. ὑμᾶς μὲν δὴ καὶ φιλῶ διὰ ταῦτα καὶ ἐπαινῶ, καὶ τιμαῖς, οἷς τέθεικα, ἄθλοις ἀγάλλω. *AElianus* II. H. A. 57. de bove καὶ γάλακτος ἐμπλήσας βοῦς ἀγαθὸν ἐστι, καὶ βωμοὺς κοσμεῖ, καὶ ἀγάλλει πανηγύρεις. Hinc ἄγαλμα πᾶν ᾧ τις ἀγάλλεται, docente *Eustath.* in Homer. p. 1467.

Et recte quidem atque ordine veteres illi οὐκ ἐν ταῖς πολυτελείαις ἐνόμιζον εἶναι τὴν εὐσέβειαν, ut loquitur Isocrates *in Orat. Areopagitica.* [*p.*213.]

II. Vetus istud Triptolemi institutum temporis injuria collapsum restituit Draco, ejusque haec Lex legitur apud Porphyrium *loco laudato*: ἐπεὶ καὶ Δράκοντος νόμος μνημονεύεται τοιοῦτος·

ΘΕΣΜΟΣ ΑΙΩΝΙΟΣ ΤΟΙΣ ΑΤΘΙΔΑ ΝΕΜΟΜΕΝΟΙΣ ΚΥΡΙΟΣ ΤΟΝ ΑΠΑΝΤΑ ΧΡΟΝΟΝ, ΘΕΟΥΣ ΤΙΜΑιΝ ΚΑΙ ΗΡΩΑΣ ΕΓΧΩΡΙΟΥΣ ΕΝ ΚΟΙΝΩι, [1] ΕΜΠΟΙΝΙΜΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ ΠΑΤΡΙΟΙΣ, ΙΔΙΑι ΚΑΤΑ ΔΥΝΑΜΙΝ ΣΥΝ ΕΥΦΗΜΙΑι ΚΑΙ ΑΠΑΡΧΑΙΣ ΚΑΡΠΩΝ ΠΕΛΑΝΟΥΣ ΕΠΕΤΕΙΟΥΣ.

Lex esto antiquissima, aeternaeque auctoritatis in Attica, Venerandos esse Deos, atque Heroas patrios & indigenas publice secundum patrias sanctiones, privatim vero bonis verbis, frugumque primitiis, libis annuis, pro facultatum modulo.

Sed postrema Legis verba ita sunt restituenda: πελάνοις ἐπετείοις. Fiebant autem haec liba e frugum primitiis. Sanxit Draco, Venerandos esse Deos atque Heroas indigenas ἐμποινίμοις νόμοις πατρίοις· nimirum hoc unice observatum volebant veteres, ne quid temere immutaretur in sacris caerimoniis Deorum: ἐκεῖνο μόνον ἐτήρουν, ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων καταλύσωσι, μήτ᾽ ἔξω τῶν νομιζομένων προσθήσωσιν, inquit Isocrates *in Areopagitica* [*p.* 213.] Quare etiam qui Venerandi sanciuntur Dii atque Heroës, patrii sunt atque indigenae. Quanquam postea adsciti sunt & invecti Athenas, praeter patrios, omnium pene gentium Dii, ita ut

Αἴγυπτον αὐτῶν τὴν πόλιν πεποιήκασιν ἀντ᾽ Ἀθηνῶν.

quod exprobrat alicubi Comicus: sed reclamarunt plerique antiqui moris: M. Tullius *Lib. de Legibus II.* [*c.* 15.] *Novos vero Deos sic Aristophanes facetissimus Poëta veteris Comoediae vexat, ut apud eum Sabazius, & quidam alii Dii peregrini judicati, e civitate ejiciantur.* Locus hic, ut puto, petitus est ex Aristophanis dramate, cui titulus Ὧραι, [2] atque hinc habes partem argumenti dramatis, quod continebat encomium agri Attici a situs commoditate, optimo frigoris atque caloris temperamento, & a praestantia copiaque frugum, quam praestabat illius tractus εὐαερία, cujus Dii in hoc dramate inducebantur auctores, idque Atheniensibus largitos esse pietatis eorum caussa, ut etiam testatur Isocrates *in Areopagitica* [*p.* 213.]: τοιγάρτοι καὶ τὰ παρὰ τῶν θεῶν οὐκ ἐμπλήκτως, οὐδὲ ταραχωδῶς αὐτοῖς συνέβαινεν· ἀλλ᾽ ἐγκαίρως, καὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς χώρας, καὶ πρὸς τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν. 3.
Verum reclamarunt frustra: nam Reipublicae Atheniensium institutum fuisse videtur Peregrinos & advenas Deos colere. Hesychius: Θεοὶ ξενικοὶ παρὰ Ἀθηναίοις τιμῶνται, ὡς καταλέγει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησί. [3] Sed id fiebat ex Senatusconsulto Areopagitarum. colligo ex his Harpocrationis verbis: ἐπιθέτους ἑορτάς, Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ, τὰς μὴ πατρίους, ἄλλως δὲ (ma-

1. In *Porphyrio* invenio ἐμμήνοις, quod operarum peccato ex ἐμμένοις aut ἐμμένως natales suos accepisse ipsa pro se scriptura loquitur. Ἐμμένως νόμοις πατρίοις, *ut leges patriae jubent*, commodissimum est. Νόμοι ἐμποίνιμοι qui fuerint, recte fecisset Petitus, paullo uberius si declarasset. Equidem ἐμποίνιμον ex *Hesychio* & *Suida* novi τὸ ποινῇ ἔνοχον, nullas vero leges ἐμποινίμους.

2. Haec debet *Is. Casaubono* in *Athen.* IX, 3.

3. Athenis si qui mysteria vulgarent] aut novos deos privata auctoritate inveherent, capite luebant. *Josephus* C. Apion. II, 37. Νόμῳ δ᾽ ἐν τούτῳ παρ᾽ αὐτοῖς (Ἀθηναίοις) κεκωλυμένον, καὶ τιμωρία κατὰ τῶν ξένον εἰσαγόντων θεὸν ὥριστο θάνατος. Secus erat, si publico civitatis scito erant recepti: permittebant enim leges Rhetoribus, ut

(malim ἄλλοθεν) ψηφισθείσας, ἐπιθέτους ἐκάλουν· ἐλέγετο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἐπίθετά τινα, ὁπόσα μὴ πάτρια ὄντα ἡ ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν, ὡς σαφὲς ποιεῖ Λυσίας ἐν τῇ πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν ἀπολογίᾳ. Qui ab Areopagitarum Senatu probati & publice adsciti fuerant, coli poterant, imo debebant, ut qui jam civitatis essent, quamquam ἐπίθετοι, non minus quam ἐγχώριοι: itaque privatim illis sacra fiebant; fieri autem praecipit & in universum pronunciat Draco pro facultatum modulo, quo spectat vetus illud Poëtae dictum apud Xenophontem:

Καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱερ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.

acceptiores namque, ut plurimum Diis, qui lacte supplicant, aut mola tantum salsa litant, quam ii, qui hecatomben mactant, thuraque adolent, dummodo id fiat σὺν εὐφημίᾳ a probis: animus enim praecipue spectatur, ut fuse disputant Xenophon Ἀπομνημονευμάτων *Lib. I.* [*p.* 574.] & Plato *Alcibiade posteriore.* [*p.* 149.] Ne quis vero novos habessit Deos hac Lege cavebatur, qui secus fecerat, in jus apud Areopagitas vocabatur: eoque nomine ad Areopagitas rapitur B. Paulus Πράξεων ἀποστόλων *cap.* 17. [*vs.* 18.] Ὅτι ξένων δαιμονίων ἐδόκει καταγγελεὺς εἶναι, & de Diodoro Atheo refert Diogenes Laërtius [II, 101.], καὶ μέντοι παρ' ὀλίγον ἐκινδύνευσεν εἰς Ἄρειον ἀναχθῆναι πάγον, εἰ μὴ Δημήτριος αὐτὸν ὁ Φαληρεὺς ἐρρύσατο. Quanquam Socrates ab Areopagitis non est damnatus, sed ab aliis judicibus, etiamsi in hanc Legem diceretur commisisse: haec enim erat illi scripta dica: ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζων· ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος. [1] Itaque commode ista sunt intelligenda, licetque suspicari, civibus dicam non fuisse scriptam apud Areopagitas, sed peregrinis tantum, quales erant male compositum par B. Paulus & Diodorus. Certe ne quis novos haberet Deos, sed pareret νόμῳ πόλεως, intererat Reipublicae, ut est ad Augustum Mecaenatis monitum apud Dionem *Lib. LII.* [*p.* 561.] τοὺς δὲ ξενίζοντάς τι περὶ τὸ θεῖον καὶ μίσει καὶ κόλαζε, μὴ μόνον τῶν θεῶν ἕνεκα, ὧν καταφρονήσας οὐδ' ἄλλου ἄν τινος προτιμήσειεν, ἀλλ' ὅτι καινά τινα δαιμόνια οἱ τοιοῦτοι ἀντεισφέροντες πολλοὺς ἀναπείθουσιν ἀλλοτριονομεῖν· κἀκ τούτου καὶ συνωμοσίαι, καὶ συστάσεις, ἑταιρεῖαί τε γίγνονται. Atque id egregie caverunt Romani jam ab ipso Urbis Natali e Lege Romuli: ex eoque fonte hausit Cicero, cujus verba describemus e *Lib. II.* [*C.* 10.] *de Legibus*, ut eadem opera illustremus & interpungamus: *Suosque Deos, aut novos, aut alienigenas coli, confusionem habet religionum & ignotas caerimonias. non a Sacerdotibus, non a patribus acceptos Deos, ita placet coli, si huic Legi paruerunt ipsi.* Editionem Gruteri repraesentavimus. Gruterus vero fidem librorum Victorii ac Turnebi secutus est: solummodo distinctio Gruteri est, quam tamen juratus negat vix se intelligere; itaque haerere adhuc, haerere. Vulgata habebat, *caerimonias etiam Sacerdotibus. nam a patribus acceptos*, &c. Neque aliter Aldi vetus, quam quod ea, *esse Sacerdotibus*: propius ad

ut e peregrinis diis maxime idoneum promulgato decreto civitate donarent. Idem *Joseph.* II. C. Apion. 35. τοῖς δὲ μήπω (ἔφηκαν) πολιτογραφεῖν διὰ ψηφισμάτων ξένων θεῶν τὴν ἐπιτήδευσιν. In *Harpocratione* ἄλλως δὲ ἐπιψηφισθείσας editur, neque id indiget Petiti ope.

1. Sacrorum cura pertinebat ad Regis sacrorum officium: quare actiones impietatis apud eum instituebantur, δίκαι ἀσεβείας πρὸς τὸν βασιλέα λαγχάνονται, ut constat ex *Polluce* & *Lysia* Orat. in Andocid. C. 4. Rex ad Areopagitas, quorum erat de sacris cognoscere, caussam deferebat, teste *Demosthen.* in Androtion. p. 389. & ejus interprete *Ulpiano*, positaque corona inter judices assidebat, *Pollux* VIII, 90. Socrati non impietatis tantum ab accusatoribus crimen fuit inpactum, sed & φθορᾶς τῶν νέων, & eo quidem reipublicae tempore, quo paucorum tyrannide turbata erant omnia. Aeschylus vero ἀσεβείας postulatus in Areopago caussam dixit apud *Clementem Alex.* II. Strom. p. 461. Cur autem Petitus *Diodorum* appellet Atheum, qui ceteris omnibus *Theodorus* est, caussam non video.

ad MSS. Gruteri, in quibus, *caerimonias nosse Sacerdotibus. nam patribus accep-*
tos, &c. Suadet M. Tullius istis verbis Legem quam rogabat hanc: SEPA- 4.
RATIM NEMO HABESSIT DEOS, NEVE NOVOS: SED NE ADVENAS,
NISI PUBLICE ADSCITOS, PRIVATIM COLUNTO. De Advenis Diis
sibi facit objici Tullius, An non liceat acceptos a Sacerdotibus aut a patribus
alienigenas Deos colere? Respondet Cicero licere, si prout hac cavebatur Le-
ge, publice sint adsciti, non priva patrum aut Sacerdotum auctoritate. Hic
igitur verborum Tullii sensus est, qui latet & Lectores fugit, quia excidit inter-
rogationis nota, loco suo restituenda & reponenda ad hunc modum: *Suosque*
Deos, aut novos, aut alienigenas coli, confusionem habet religionum, & ignotas
caerimonias. [1] *Non a Sacerdotibus, non a patribus acceptos Deos? Ita placet co-*
li, si huic Legi paruerint ipsi. Sed facile Romani, non minus quam Athenien-
ses, ad alienas religiones exorbitarunt, qua de re insignis est Tertulliani locus
Lib. I. ad Nationes cap. 13. *Vos certe estis, qui etiam in laterculum septem die-*
rum Solem recepistis, & ex diebus ipsorum praelegistis, quo die lavacrum subtra-
hatis, aut in vesperam differatis, aut otium & prandium curetis. Quod quidem
facitis exorbitantes & ipsi a vestris ad alienas religiones: Judaei enim festi, Sabba-
ta, & cena pura, & Judaïci ritus lucernarum, & jejunia cum azymis, & ora-
tiones litorales, quae utique aliena sunt a Diis vestris. Quare, ut ab excessu rever-
tar, qui Solem, & diem ejus nobis exprobratis, agnoscite vicinitatem: non longe a
Saturno & Sabbatis vestris sumus. Integrum locum descripsimus, ut emende-
mus: Primo enim ista, *qui etiam in laterculum septem dierum Solem recepistis*,
omnino sunt corrupta; quanquam enim agatur de hebdomadis observatione
paullo ante haec tempora usurpari coepta a Romanis, cujus dies denominatio-
nem a Planetis acceperunt, tamen immediate sequentia, *& ex diebus ipsorum*
praelegistis, &c. satis indicant τὸ *dierum*, ad quod refertur τὸ *ipsorum*, non
esse sanum; itaque rescribo, *qui etiam in laterculum septem Deorum Solem re-*
cepistis: Nam a septem Planetis, quos in Diis censuerunt Ethnici, dies hebdo-
madis nomina invenerunt. Addit deinde Tertullianus, quibusdam hebdomadis
diebus Romanos ocium & prandium curasse, quibusdam totis jejunasse, quibus-
dam ad nonam tantum, quod imitatione Judaeorum procul dubio usurpabant.
hinc addit Afer noster: *Quod quidem facitis exorbitantes & ipsi a vestris ad alie-*
nas religiones. Nomine *alienarum religionum* intelligit *Judaïcam.* Sed verba in
mendo cubant, quanquam id non primo venae tactu deprehendas, sed morbi
arguunt haec Tertulliani verba ex *Apologetici cap. XVI. Aeque si diem Solis*
laetitiae indulgemus, alia longe ratione, quam religione Solis, secundo loco ab eis
sumus, qui diem Saturni ocio & victui decernunt; exorbitantes & ipsi a Judaïco
more, quem ignorant. Nam optime dixit Tertullianus, Ethnicos exorbitasse a
Judaïcis moribus, quos tamen usurpare videbantur, idque verissimum est; ne-
que enim veri Dei *religione* ista observabant, sed prava Judaeos imitandi affec-
tatione, cum tamen mores illorum, eorumque caussas ignorarent, quemadmo-
dum Christiani diem Solis laetitiae indulgebant, alia certe longe ratione, quam
religione ulla Solis, atque ita Ethnici exorbitabant a suis moribus, ut & etiam
ab alienis, quos tamen admittebant, quia alia religione tacti, quam ii, a qui-
bus acceperant, mores istos usurpabant. Rescribo igitur: *exorbitantes & ipsi*
a vestris, ab alienis, religione. Exorbitabant enim, ut jam diximus, a suis riti-
bus ad alienos, Judaïcos nempe, rursumque a Judaïcis moribus exorbitabant 5.
religione, quia Judaei Saturni diem laetitiae indulgebant longe alia, quam Eth-
nici, religione, quia isti haec in honorem Saturni usurpabant.

III. Post Draconem diu non obtinuit apud Athenienses simplex illa adeoque
pau-

1. Apage istam interrogationem. Quanto rectius ex vestigiis veteris scripturae *Davisius: ignotas cerimonias nostris sacerdotibus. Nam a parentibus acceptos Deos ita placet coli, si huic legi paruerint ipsi.* Sed est in corrigendis veterum scriptis mirus artifex Petitus, eaque sectari solet, quae plerisque aliis praeter opinionem accidunt. Vel illud quod in Tertulliano brevi post molitur, quam mirificum & notabile est? Equidem vulgatum, *quod quidem facitis exorbitantes & ipsi a vestris ad alienas religiones*, probe intelligo. Acceptis enim religiosis aliarum gentium ritibus, exorbitabant ad alienas religiones, otio sabbatis indulgentes, aliaque ab Aegyptiis & Judaeis adsciscentes praeter majorum consuetudinem. Vid. *Philon.* Jud. II. Vit. Mosis p. 657.

pauco parabilis Deos frugibus venerandi ratio: nam ante Solonem victimas Diis mactarunt, quarum pretium Legibus aestimavit Solon, ut est apud Plutarchum *in Solone* [T.I. p.91. A.] Πλὴν εἰ μὴ σπανίζοντος τότε τοῦ νομίσματος ἐν τῇ πόλει, μεγάλας ἐποίει τὰς ἀργυρικὰς ζημίας τὸ δυσπόριστον· εἰς μὲν γε τὰ τιμήματα τῶν θυσιῶν λογίζεται.

Πρόβατον καὶ δραχμὴν ἀντὶ μεδίμνου. — *Ovem, & drachmam in medimnum.*

Ita vulgo editur hic locus, sed male, aut ego valde fallor: Quid enim audio? *Medimnum*, hordei puto, aestimatum tantum *drachma* fuisse? At vero tam parvo non aestimabit, qui animo reputabit, quod paullo post refert *ibidem* Plutarchus, Atticam βελτίονα νέμειν ἢ γεωργεῖν. Adde quod insecutis temporibus, ut testis est locupletissimus [1] Strattis Comicus dramate, cui titulus est Κινησία, vaenibat ut plurimum hordei cophinus drachmis quatuor:

A. Τὰ δ' ἄλφιθ' ὑμῖν πῶς ἐπώλουν;
B. Τεττάρων δραχμῶν μάλιστα τὸν κόφινον.
A. Τί λέγεις;

Cophinus est choüm sive sextariorum trium: *Medimnus* vero sextariorum nonaginta sex: Quare si cophinus hordei vaenibat quatuor drachmis, *Medimnus* vaenibit drachmis centum viginti octo. Dices ea tempestate longe plura fuisse Athenis capita, quam fuerunt aetate Solonis, ac proinde pluris quoque vaenisse hordeum; itemque majorem fuisse auri argentique copiam: neque nos id negamus: sed tamen, si cum Strattis suas committebat fabulas, hordei cophinus quatuor drachmis Athenis vaenibat, quis tam fungus erit, qui credat Solonis aevo *Medimnum* una tantum drachma vaeniisse? Vaenibat medimnus hordei drachmis octodecim, ut constat e Demosthene, atque etiam tantidem Solonis aetate, ut e lege, quam, Deo dante, suo loco describemus, liquebit. Certe quod idem Plutarchus *ibidem* docet *ovem una* fuisse aestimatam *drachma*: λύκον μὲν γὰρ τῷ κομίσαντι, πέντε δραχμὰς ἔδωκε· λυκίδα δὲ μίαν· ὧν φησιν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος, τὸ μὲν βοὸς εἶναι, τὸ δὲ, προβάτου τιμήν· facit, ut credam pluribus drachmis hordei Medimnum vaeniisse: Atque ex his etiam colligo quod hic habetur de *unius* aestimatione *drachmae* ad *ovem* esse referendum: nam Demetrius Phalereus auctor est, μίαν δραχμὴν προβάτου εἶναι τιμήν. Ceterum exciderunt literae numerales, quibus designabatur nume-

1. Strattidis versus sunt in *Polluce* IV, 169. quibus egregie Petitus abutitur, ut Plutarchum emendet. Loquuntur de farina, non hordeo, cujus pretium servili quodam joco immanem in modum augent: non enim vulgo Athenis hordei cophinus, imo ne farinae quidem, quatuor drachmis venibat. Nam Socrates Archelao se invitanti renuntiari jussit, διότι Ἀθήνησι τέτταρες εἰσὶ χοίνικες τῶν ἀλφίτων ὀβολοῦ ὤνιοι in Stobaei Florileg. Tit. XCV. p. 521., cumque amicorum aliquis Athenas sumptuosam esse civitatem & carissime omnia vendi, quereretur, hominem in forum, ubi farina prostabat, deduxit, λαβὼν αὐτὸν προσήγαγε τοῖς ἀλφίτοις, ostenditque ὀβολοῦ τὸ ἡμίεκτον vendi in *Plut.* De Tranq. Animi T. II. p. 470. F. Ἡμίεκτον capiebat choenices quatuor, medimnus XLVIII.; potuit ergo Athenis Socratis aetate farinae medimnus drachmis duabus haberi, quod pretium ut vile est, majus tamen eo, de quo *Polyb.* I, 15. in rebus Galliae Cisalpinae, πολλάκις τεττάρων ὀβολῶν εἶναι τῶν πυρῶν τὸν Σικελικὸν μέδιμνον, τῶν δὲ κριθῶν δυεῖν. Sed illic uberior frumenti proventus. Athenis, sicubi excandefacta esset annona, non ultra XVI. drachmas medimnus erat tritici, sin secus, justum ejus pretium drachmae censebantur quinque: id colligo ex *Demosthene* cont. Phormion. p. 554. Ὅτε δὲ ὁ σῖτος ἐπετιμήθη πρότερον καὶ ἐγένετο ἑκκαίδεκα δραχμῶν, εἰσαγαγόντες πλείους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, διεμετρήσαμεν ὑμῖν τῆς καθεστηκυίας τιμῆς πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον. quo tempore cum in summa rei frumentariae angustia medimnus tritici XVI. drachmas non excederet, putabimusne Solone leges rogante justum medimni, & hordei quidem, pretium fuisse XVIII. drachmarum? praesertim in ea pecuniae veteri aevo raritate. Quae omnia si ad animum Petitus revocasset, puto, Plutarchum non sollicitasset.

merus drachmarum, quibus hordei *Medimnus* aestimabatur, easque ita repono:
Εἰς μὲν γε τὰ τιμήματα τῶν θυσιῶν λογίζεται

Πρόβατον καὶ δραχμὴν, ιή. ἀντὶ μεδίμνου.
[1] *Drachma in ovem, octodecim in medimnum.*

Nemo autem negare potest excidisse e Plutarchi codicibus pretium quo aestimabatur a Solone aut *ovis* aut *medimnus* hordei. Atqui non excidit pretium *ovis*, id enim est *drachmae*, ut Demetrius Phalereus docet: Quare pretium *medimni* excidisse certum est, reposuimus autem illud, sive *drachmarum octodecim* numerum, eo quod tantidem vaenibat medimnus hordei, & facile fuit omittere hunc numerum literis scriptum ιή. quia eaedem fere cum duabus ultimis praecedentis immediate dictionis δραχμήν. Atque ad hanc frugalitatem exem- 6.
plo suo Soloni pracivit Epimenides, Athtenienfesque eidem assuefecit. Plutarchus de Epimenide: [*T. I. p.* 84. *D.*] ἐλθὼν δὲ, καὶ τῷ Σόλωνι χρησάμενος φίλῳ, πολλὰ προσυπειργάσατο, καὶ προωδοποίησεν αὐτῷ τῆς νομοθεσίας· καὶ γὰρ εὐτελεῖς ἐποίησε ταῖς λατουργίαις.

Majus tamen, eodem Solone auctore in sextodecimo Axone *eximiarum hostiarum* pretium, quanquam & hoc vile nimis, si ad sequentia tempora, quibus istud Solonis institutum procul dubio mutavit, attendas. Plutarchus *ibidem*, ἃς γὰρ ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ τῶν Ἀξόνων ὁρίζει τιμὰς ΤΩΝ ΕΚΚΡΙΤΩΝ ΙΕΡΕΙΩΝ, εἰκὸς μὲν πολλαπλασίας εἶναι, ἄλλως δὲ κἀκεῖναι πρὸς τὰς νῦν εὐτελεῖς εἰσιν. [2] Antiquitus autem Deo unicuique terrae arvipendia dedicabant, vel dividebant, quorum e locationibus proveniebant impensae, quae postea in sacrificiis publice fiebant: non enim κατ' εὐσέβειαν victimas mactabant, sed μισθούμενοι. Isocrates *Areopagitico* [*p.* 213.]: ἐν δὲ τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον. Harpocration: ἀπὸ μισθωμάτων. Δίδυμός φησιν ὁ Γραμματικὸς, ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν τεμενικῶν προσόδων· ἑκάστῳ γὰρ θεῷ, πλέθρα γῆς ἀπένεμον, ἐξ ὧν μισθουμένων, αἱ εἰς τὰς θυσίας ἐγίνοντο δαπάναι· οὐ γὰρ κατ' εὐσέβειαν ἔθυον τὰ ἱερεῖα, ἀλλὰ μισθούμενοι. Atque sumptus hos faciebant majores, quam Legibus cautum, prout majores erant τῶν μισθουμένων proventus: itaque Nicomachum Scribam notat Lysias in *Oratione*, quam adversus illum scripsit, quod cum Leges describeret, majores in sacra impensas adscripserit, quam a Solone factum fuerat, cum ita aliquando fieret, ut expensis illis, quae ἀπὸ μισθωμάτων proveniebant, in priora, quae occurrebant, sacra, non superesset, unde sumptus facerent in cetera, quae superabant, sacra. Atqui necesse semper erat sacra omnia fieri, quae Legibus imperabantur, τὰ ἐκ τῶν Κύρβεων ἱερὰ, eique rei fuerunt semper satis τὰ μισθώματα. Quod si reliquum erat pecuniae, poterat impendi in eadem sacra, populo sciscente & distribuente. Lysiae verba sunt, sed corrupta leviter [*p.* 184.]: Θαυμάζω δὲ εἰ μὴ ἐνθυμεῖται, ὅταν ἐμὲ φάσκῃ ἀσεβεῖν, λέγοντα ὡς χρὴ θύειν τὰς θυσίας τὰς ἐκ τῶν Κύρβεων καὶ τῶν εὔπλων, κατὰ τὰς συγγραφὰς, ὅτι καὶ τῆς πόλεως κατηγορεῖ· ταῦτα γὰρ ὑμεῖς ἐψηφίσασθε. Vox εὔπλων non est, meo judicio, hujus loci. Rescribo: λέγοντα ὡς

1. Graecis Latina non respondent; quae bona si forent, scribere *Plutarchus* debuisset δραχμὴ ἀντὶ προβάτου. Ovis pretium, quod Solonis aetate drachma, deinceps auctum videtur ob hacc *Menandri* apud *Athen.* IV, II.

Ὅτου γε τοῖς θεοῖς μὲν ἠγορασμένον
Δραχμῶν ἄγω προβάτιον ἀγαπητὸν δέκα.

Sic enim recte refinxit postrema *Is. Casaubonus.*

2. Haec mutua sumpsit a *Ph. Jac. Maussaco* ad *Harpocrationem* Ἀπὸ μισθωμάτων.

ὡς χρὴ θύειν τὰς θυσίας τὰς ἐκ τῶν Κύρβεων, [1] καὶ τῶν εὖ πλείων, κατὰ τὰς συγγραφάς. Dicit sacra esse facienda, quemadmodum Legibus scriptum; atque si plus, quam rite ex Lege fieret, impendatur, secundum id quod scripto cautum est cum iis, qui τὰ τεμένικα arvipendia locarunt: nam si supersit pecunia, & sine damno Reipublicae fieri possit, jubente populo potest erogari in sacra, ut lautiora sint, quam Legibus cavetur: videndum tamen semper est, ne qua sacra, si in praecedentia plus, quam Legibus imperatur, erogetur, praetermittantur, quo nomine Nicomachum carpit & vexat Lysias [*p.* 185.]:
Πῶς δ᾽ ἂν τις εὐσεβέστερος γένοιτο ἐμοῦ; ὅστις ἀξιῶ, πρῶτον μὲν κατὰ τὰ
πάτρια θύειν· ἔπειτα, ἃ μᾶλλον συμφέρει τῇ πόλει· ἔτι δὲ, ἃ ὁ δῆμος
ἐψηφίσατο, καὶ δυνησόμεθα δαπανᾶν ἐκ τῶν προσιόντων χρημάτων· σὺ δὲ,
ὦ Νικόμαχε, τούτων τἀναντία πεποίηκας· ἀναγράψας πλείω τῶν προσ-
ταχθέντων, αἴτιος γεγένησαι τὰ προσιόντα χρήματα εἰς ταῦτα μὲν ἀνα-
λίσκεσθαι, ἐν δὲ ταῖς πατρίοις θυσίαις ἐπιλείπειν· αὐτίκα πέρυσιν ἱερὰ ἄθυτα
τριῶν ταλάντων γεγένηται τῶν ἐν ταῖς Κύρβεσι γεγραμμένων· καὶ οὐχ οἷόν
τε εἰπεῖν ὡς οὐχ ἱκανὰ εἶναι προσῆλθε τῇ πόλει· εἰ γὰρ οὗτος μὴ πλείω ἀνέ-
γραψεν ἓξ ταλάντοις, εἴς γε τὰς θυσίας τὰς πατρίους ἂν ἐξήρκεσε, καὶ
7. τρία τάλαντα ἂν περιεγένετο τῇ πόλει, περὶ δὲ τῶν εἰρημένων καὶ μάρ-
τυρας ὑμῖν παρέξομαι· ἐνθυμεῖσθε οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὅτι ὅταν μὲν
κατὰ τὰς συγγραφὰς ποιῶμεν ἅπαντα τὰ πάτρια θύεται· ἐπειδὰν δὲ κατὰ
τὰς στήλας ἃς οὗτος ἀνέγραψε, πολλὰ τῶν ἱερῶν καταλύεται.

Hostiae autem omnes [2] victimaeque nullo membro captae, nullo mutilae esse debebant, hujusmodi ἱερεῖα in Axonibus ΑΦΕΛΗ dixit Solon, teste Polluce *Lib. I. cap.* 1. τὰ δὲ προσακτέα θύματα, ἱερεῖα, ἄρτια, ἄτομα, ὁλόκληρα, ὑγιῆ, ἄπηρα, παμμελῆ, ἀρτιμελῆ, μὴ κολοβὰ, μὴ δὲ ἔμπηρα, μὴ δὲ ἠκρωτηριασμένα, μὴ δὲ διάστροφα. Σόλων δὲ τὰ ἔμπηρα, καὶ Ἀφελῆ ὠνόμασε. Verum corruptus hic locus, quia excidit ante vocem [3] ἔμπηρα particula negativa μὴ, itaque reponenda est: Σόλων δὲ τὰ μὴ ἔμπηρα, καὶ Ἀφελῆ ὠνόμασε. Nam vox Ἀφελὴς idem quod μὴ ἔμπηρος significat. Hesychius: Ἀφελὴς, ἀσινὴς, καθαρὸς, ὁλόκληρος, ὁ μήτε πλεονάζων, μήτε δέων τι τοῦ σώματος.

IV. Victimarum nonnihil, qui sacra fecerant, domum reportabant e Lege, quam hic habes:

Τοὺς ἐκ θυσίας ἰόντας, φέρειν δὲ ἀυτῆς τῆς θυσίας τοῖς οἰκείοις.	*Qui sacra fecerunt, aliquid e victimis domum referant.*

Descripsimus ex Aristophanis Graeco Interprete ad Comici *Plutum*, [*vs.* 227.] ὃ ἔρ-

1. Puto ego reponendum ἐκ τῶν εὐπλεῶν quod confirmant sequentia, in quibus praeter alia Nicomachus adserit, ὡς εὐσέβειαν, ἀλλ᾽ ἐκ εὐτελείας ἀνέγραψε. J. PALM.

Ibid. Petitus ἐκ τῶν Κύρβεων καὶ τῶν εὖ πλείων male. πλείω pro πλείονα, πλείους pro πλείονες & πλείονας Attice, πλείων pro πλειόνων non dicitur. Ego legerim καὶ τῶν ἐς πλείω· ἐς & εὐ in MSS. confunduntur, ut passim videre est. *Ex Cyrbibus & iis, quae ipse scriba plus* (in expensas) *adscripsit.* SALVIN.

2. Vulgo verum id est. sacrorum inspectores, ἱεροποιοὶ, quos alii μεμοσκόπους, docente *Junio* in *S. Clementis* Epist. 1,41., adpellabant, sedulo inquirebant, essentne ἀδόκιμα καὶ πηρὰ τὰ θύματα apud *Ulpian.* in *Demosth.* Midian. p. 367. Saepe tamen mystica quadam sacrorum ratione diis victimas, aliqua parte mutilas, immolabant, ut Dianae Colaenidi, cui λείψανα καὶ μόνως θύεται in Schol. ad *Aristoph.* Aves v. 827. Nam Spartanos aliud movit, ut diis suis ἀνάπηρα *hostias mutilas* mactarent. vid. *Platon.* Alcibiad. II. p. 149. A.

3. Petitus τὰ μὴ ἔμπηρα. Lego fidenter τὰ ἄπηρα. Paullo superius *Pollux* ὑγιῆ, ἄπηρα· α & ευ confunduntur in MSS., ab ευ facilis lapsus in εμ. SALVIN.

ὃ ἔρχεται ἀπὸ τῆς θυσίας ἔχων τῶν Δελφῶν· οἱ γὰρ ἐκ θυσίας ἰόντες, ἔφερον ἐξ αὐτῆς τῆς θυσίας τοῖς οἰκείοις κατὰ νόμον τινά. Ad hanc Legem alludit Aristophanes his, quae interpretatur Scholiastes, verbis:

— — τοῦτο δὲ τὸ κρεάδιον,
Τῶν ἔνδοθέν τις εἰσενεγκάτω λαβών.

Idque fiebat bonae scaevae gratia, unde ὑγίδα nomen invenit. Hesychius: ὑγίδα, ἄλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ πεφυραμένα· καὶ πᾶν τὸ ἐκ θεοῦ φερόμενον, εἴτε μύρον, εἴτε θαλλὸς, ἡ ὑγίδα.

V. Reliqua vero e sacris victimis Sacerdotibus cedebant e Lege.

Τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τοὺς ἱερέας λαμβάνειν.	*Reliqua ex sacris victimis cedant Sacerdotibus.*

Reliqua ista erant pelles & κωλαῖ. Id nos docet Scholiastes Aristophanis ad *Vespas* [*vs.* 693.]: νόμος δὲ ἦν, τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τοὺς ἱερέας λαμβάνειν· ἅ εἰσιν οἷον δέρματα καὶ κωλαῖ. Atque hanc Legem alludit Comicus *Pluto* [*vs.* 1185.]:

—— νῦν δ' οὐδὲ εἷς
Θύει τὸ παράπαν οὐδέν, οὐδ' εἰσέρχεται,
Πλὴν ἀποπατησόμενοί γε πλεῖν ἢ μύριοι.
Καρ. Οὐκοῦν τὰ νομιζόμενα σὺ τούτων λαμβάνεις;

Scholia: ἐπειδὴ νόμος ἦν, τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τὸν ἱερέα λαμβάνειν. ἄλλως. τὰ ἔθιμα τῶν παρεχομένων τοῖς ἱερεῦσι δέρματα [1] καὶ κῶλα, & in Thesmophoria celebrantibus [765.]:

Τουτὶ τὸ δέρμα τῆς ἱερείας γίγνεται.

VI. Quanta cum religione sacras Deorum aedes adiri voluerint Athenienses; constare potest vel ex Pisistrati Lege, quam tulit, cum Athenis in Pythio aedem Apollini daret:

Τὸν ἀλόντα θακεύοντα ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος ἑαυτὸν ἀπάγεσθαι, καὶ θνήσκειν.	*Qui in aede Apollinis ventrem exoneraverit, se ipsum in judicio deserat, eique capital esto.*

Meminerunt hujus Legis Grammatici. Hesychius Ἐν πυθίῳ χέσαι: [2] Πεισίστρατος ᾠκοδόμει τὸν ἐν Πυθίῳ ναόν. τῶν δὲ Ἀθηναίων παριόντων, μισούντων αὐτὸν, οὐδὲν ἐχόντων ποιεῖν, ἐνίοις προστρέπειν τῷ περιφράγματι, καὶ πλησίον ἀφοδεύειν τῆς οἰκοδομῆς, ὥστε διοχλεῖσθαι τοὺς ἐργαζομένους. Suidas: καταφρονούντων τινῶν Ἀπόλλωνος, καὶ ἐν τῷ τεμένει αὐτοῦ ἀποπατούντων, Πεισίστρατος ἔγραψε νόμον, τὸν ἀλόντα ἐπὶ τούτῳ θνήσκειν. καταγελώντων δὲ τοῦ γράμματος, καὶ πλειόνων μᾶλλον τοῦτο ποιούντων, ἔστησε φύλακας. ληφθέντος δέ τινος, ἐκέλευσε δήσαντας αὐτὸν περὶ τὴν ὁδὸν 8.

1. Lege καὶ κωλᾶς. Sunt κωλαῖ, τὰ ἐμπρόσθια μέρη τῶν ἱερείων in Schol. ad Plut. v. 1129. ubi perperam quoque κῶλα, etsi dudum id corrigendum admonuerit *H. Stephanus* Thes. T. II. p. 527. *Suidas*, qui Scholiastae verba exscripsit in Νομιζόμενα, legit δέρματα καὶ κολίας, adaeque prave.

2. Hesychius: Πεισίστρατος ᾠκοδόμει τὸν ἐν Πυθίῳ (forte τὸν ἐν Πυθοῖ) ναόν, τῶν δὲ Ἀθηναίων παριόντων, μισούντων αὐτόν. Lege παριόντων· περὶ & παρὰ passim confunduntur. Salvin.

Ibid. Παριόντων dudum legebatur in Editione Hesychii Batava v. Ἐν Πυθίῳ, & Vaticana Appendice Proverb. I, 82. C. A. Duk.

ὀδὸν μαστιγοῦν, κηρύσσοντας. ὅδ᾽ ἀνὴρ κολασθεὶς ἀποθανεῖται, ὅτι ὀλιγωρεῖ τοῦ γράμματος. κολασθέντος δὲ οὕτω ἐνέδυ τὸ γινόμενον τοῖς Ἀθηναίοις, ὥστε νῦν τοὺς κακοπαθοῦντας, ἢ τιμωρίαις ἐνεχομένους διά τινα αὐτῶν πλημμέλειαν, ἐπιλέγειν· ἐν Πυθίῳ κρεῖττον ἦν αὐτὸν ἀποπατῆσαι. Fuse narrat Vaticana Proverbiorum Appendix *Centuria I. Proverbio* 82. Πεισίστρατος ᾠκοδόμει τὸν ἐν Πυθίῳ ναόν· τῶν δὲ Ἀθηναίων περιιόντων καὶ μισούντων αὐτὸν ἐπὶ τῇ τῆς δεκάτης εἰσφορᾷ (εἰσέφερον γὰρ πάντες δεκάτην τῶν ἐν τῇ χώρᾳ γινομένων) οὐδὲν ἐχόντων ποιεῖν, ἐνίοις προσουρεῖν, καὶ πλησίον ἀφοδεύειν τοῦ περιφράγματος, ὥστε διοχλεῖσθαι τοὺς ἐργαζομένους. ἔγραψεν οὖν ὁ Πεισίστρατος, ὡς ἐάν τις ἀλῷ θακεύων ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος, ἑαυτὸν αἰτιάσεται. τῶν δ᾽ οὐ παυομένων, ἀλλὰ καταγελώντων τοῦ πράγματος, (melius γράμματος) καὶ πλειόνων ταῦτα ποιούντων, φύλακας κατέστησε. ληφθέντος δέ τινος οὐ τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ τῶν μετοίκων, ἐκέλευσε δήσαντας αὐτὸν μαστιγοῦν κηρύσσοντας· ἀποθανεῖται ὃς [1] κατηγορεῖ τοῦ γράμματος. Apostolius *Centuria VIII. Proverbio* 25. Πεισίστρατος ὁ Τύραννος ποιῶν νεών, εὑρών τινα ἀποπατοῦντα μέτοικον, ἀπήγαγε· προσέγραψε γὰρ μηδένα ἀποπατῆσαι. Itaque aedis profanatae, quam nemo nisi Diis supplicandi caussa adit, indicium est, in illa mejere, aut ventrem exonerare: quod e verbis Sacerdotis Jovis Soteris apud Aristophanem *Pluto* [*vs.* 1185.], colligere est in promptu:

—— νῦν δ᾽ οὐδὲ εἷς
Θύει τὸ παράπαν οὐδέν; οὐδ᾽ εἰσέρχεται·
Πλὴν ἀποπατησόμενοί γε πλεῖν ἢ μύριοι.

Ad haec adlusit Persius *Satyra I.* [112.]

Heic, inquis, veto quisquam faxit oletum.
Pinge duos angues: pueri, sacer est locus: extra
Meite, discedo.

Plutarchus de Chrysippo loquens [*T.II.p.* 1145.] ex emendatione viri magni, ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ πάλιν περὶ φύσεως λέγει. καλῶς μὲν ἀπαγορεύειν τὸν Ἡσίοδον εἰς ποταμοὺς ἢ κρήνας οὐρεῖν· ἔτι δὲ μᾶλλον ἀνεκτέον εἶναι τοῦτο τοῦ πρὸς βωμὸν οὐρεῖν, ἢ ἀφίδρυμα Θεοῦ· μὴ γὰρ εἶναι πρὸς λόγον, εἰ κύνες καὶ ὄνοι τοῦτο ποιοῦσι, καὶ παιδάρια νήπια, μηδεμίαν ἐπιστροφὴν μηδ᾽ ἐπιλογισμὸν ἔχοντα περὶ τῶν τοιούτων. Quare bonae illae meretrices apud Juvenalem *Satyra VI.* [305.] ad aram Pudicitiae mejunt, quia omnem illius, quam a se longe amandabant, religionem atque cultum sublatum vellent:

I nunc, & dubita, qua sorbeat aëra sanna
Tullia, quod notae dicat Collacia Maurae,
Maura Pudicitiae veterem cum praeterit aram.
Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic,
Effigiemque Deae longis siphonibus implent.

Apud Aristophanem *Vespis* [*vs.* 393.]:

Κοὐ μή ποτέ σου παρὰ τὰς κάννας οὐρήσω, μηδ᾽ ἀποπαρδῶ.

Hoc

1. Forte ὃς ὀλιγωρεῖ, quemadmodum *Suidas*. J. Palm.

Hoc est, οὐκ ἐνυβρείσω σου τὸ ἱερὸν, ἀλλὰ τιμήσω, inquiunt veteres Magistri: Atque id jus aequumque erat aedes istas in veneratione esse, in quibus reposita & consecrata erant Deorum simulacra maxima cum religione & pompa: nam praeferebant [1] faces simulacro, cum in aedem suam deferretur. Aristophanes *Pluto* [*vs.* 1195.]: 9.

> Ἀλλ' ἐκδότω τις δεῦρο δᾷδας ἡμμένας,
> Ἵν' ἔχων προηγῇ τῷ θεῷ σύ.

Praeterea anus vestes indutae varii coloris ollas leguminibus coctis plenas ferebant, quae primitiae essent, & prima novi Dei libamina. Aristophanes *ibidem*:

> —— τὰς χύτρας αἷς τὸν θεὸν
> Ἱδρυσόμεσθα, λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε
> Σεμνῶς· ἔχουσα δ' ἦλθες αὐτὴ ποικίλα.

Scholia: ἔθος γὰρ ἦν ἐν ταῖς ἱδρύσεσι τῶν ἀγαλμάτων, ὀσπρίων ἑψημένων χύτρας περιπομπεύεσθαι ὑπὸ γυναικῶν ποικίλως ἠμφιεσμένων, καὶ τούτων ἀπήρχοντο χαριστήρια τοῖς θεοῖς ἀπονέμοντες. ἄλλως. ἐπειδὴ, ὁπότε μέλλοιεν βωμοὺς ἀφιδρύειν ἢ ἄγαλμα θεῶν, ἕψοντες ὄσπρια ἀπήρχοντο τούτων τοῖς ἀφιδρυμένοις εὐχαριστήρια ἀπονέμοντες τῆς πρώτης διαίτης. ὅθεν καὶ ἐν ταῖς Δαναΐσι, μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς Ἑρκίου χύτρας, παρ' αἷς ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύθη ποτέ. πορφυροῖς δὲ καὶ ποικίλοις ἱματίοις ἐπόμπευον.

VII. Propter hanc sacrarum Aedium religionem factum est, ut non omnibus liceret publica populi Atheniensis Templa adire, visere, aut supplicibus sedere: Peregrinis tamen & servis datum est hac Lege,

Τοῖς ξένοις καὶ τοῖς δούλοις ἐλθεῖν ἐξεῖναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, καὶ θεασαμένοις καὶ ἱκετεύσοντας εἰσιέναι.	*Peregrinis servisque licere publica Atheniensis populi Templa adire, vel videndi caussa, ibidemque supplicibus sedere.*

Meminit hujus Legis ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [p. 738.], εἰ γνήσιος ὁ λόγος, id est, si titulus auctorem non mentitur; meminit, inquam, Demosthenes his verbis: οὐκέτ' ἔξεστιν αὐτῇ ἐλθεῖν εἰς οὐδὲν τῶν ἱερῶν τῶν δημοτελῶν, εἰς ἃ καὶ τὴν ξένην καὶ τὴν δούλην ἐλθεῖν ἐξουσίαν ἔδοσαν οἱ νόμοι, καὶ θεασαμένην καὶ ἱκετεύσουσαν εἰσιέναι. Quid sint τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, [2] optime explicat Hesychius, nempe in quibus sacra fiunt publicis totius civitatis im-

1. Atticae hujus superstitionis ordinem distinctius Minerva declarat in *Aeschyli* Eumen. v. 1028., civibus injungens, ut placatas Eumenides intra urbem assignatasque sedes deducant:

> —— Ὄμμα γὰρ πάσης χθονὸς
> Θησῇδος ἐξίκοιτ' ἂν εὐκλεὴς λόχος
> Παίδων, γυναικῶν, καὶ στόλος πρεσβυτίδων.
> Φοινικοβάπτοις ἐνδυτοῖς ἐσθήμασι
> Τιμᾶτε, καὶ τὸ φέγγος ὁρμάσθω πυρός.

quibus, singula ut cognoscas, adde v. 1009. 1044., & quae *H. Valesius* animadvertit in *Maussaci ad Harpocrationem* p. 120. notas. Nam quod Minerva florem lumenque civium compellat, id eam civitatis consuetudinem spectare arbitror, qua constitutum erat, τὴν ἐπὶ ταῖς σεμναῖς θεαῖς πομπὴν ὅπου εἴκοσι δοῦλον μηδένα προσλαμβάνειν τὸ παράπαν, ἀλλὰ δι' ἐλευθέρων ἑκάστῳ τῶν νενομισμένων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐπιτελεῖν, uti *Philo Jud.* eo Libro ait, quo Probum omnem liberum esse pertendit p. 886. B.

2. Clarissime Orator p. 739. explicat τὰ ἱερὰ τῆς πόλεως, atque ita δημοτελεῖς ἑορταί, δημοτελὴς εὐωχία opponuntur sacris familiarum privatis in *Philon. Jud.* Leg. Caj. p. 1071. D. & III. Maccab. 4, 1. Bene *Phintis* Pythagorea matronas domo exire debere tradit, τὰς δαμοτελέας θυηπολίας τῷ ἀρχαγέτᾳ θεῷ τῆς πόλιος ὑπὲρ αὐτᾶς καὶ τῶ ἀνδρὸς καὶ τῶ παιδὸς ὅλω in *Jo. Stobaei* Florileg. Tit. LXXII. p. 445.

V.

impensis, quemadmodum τὰ δημοτικὰ sunt, in quibus sacra fiunt unius tantum Atheniensis Demi impensis. Hesychii verba sunt: δημοτελῆ, ἱερὰ, καὶ δημοτικά. (ita e sequentibus supplendum est.) δημοτελῆ μὲν, εἰς ἃ θύματα δίδωσιν ἡ πόλις, δημοτικὰ δὲ, εἰς ἃ οἱ δῆμοι. Habuit igitur Atheniensium civitas publica sua Templa, in quibus sacra fiebant publico totius civitatis sumptu; habuerunt quoque singuli Athenienses Demi, & in sacra illa quisque Demus sua pecuniam conferebant, quemadmodum & Γεννῆται & Ὀργεῶνες. Nam diligenter ista sunt distinguenda. Harpocration: δημοτελῆ καὶ δημοτικὰ ἱερὰ διέφερον ἀλλήλων, καὶ Ὀργεωνικῶν, καὶ τῶν Γενικῶν, ὡς Δείναρχος δηλοῖ ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου. An vero sirempse Lege jus esset peregrinis & servis Templa haec Δημοτικὰ, aut Ὀργεωνικὰ, aut Γενικὰ adire, quemadmodum licebat illis εἰς τὰ δημοτελῆ εἰσιέναι, nobis compertum non est, neque enim haec Lex de his Templis quicquam praecipit; sed il-
10. lis eam dicebant Demi ipsi, vel Ὀργεῶνες vel Γεννῆται, de quibus suo loco, Deo dante, dicemus. Addit Legislator licere in Templis his, ut quae asyla sint, supplicibus sedere. Primum apud Athenienses *asylum* supplicibus collocatum est [1] Templum Misericordiae: nam *postquam Hercules*, verba sunt Servii ad *VIII. Aeneïdos*, [*vs.* 342.] *migravit e terris, nepotes ejus timentes insidias eorum, quos avus adflixerat, Athenis sibi primi* asylum, *hoc est*, Templum Misericordiae, *conlocarunt, unde nullus posset abduci.* Meminit Statius *Tebaïdos Lib. XII.* [*vs.* 481.] ubi *Misericordiae Templum* describit:

Urbe fuit media nulli concessa potentum
Ara Deum: mitis posuit Clementia sedem,
Et miseri fecere sacram. sine supplice *nunquam*
Illa novo: nulla damnavit vota repulsa.
Auditi quicumque rogant, noctesque diesque
Ire datum, & solis numen placare querelis.
Parca superstitio. non thurea flamma, nec altus
Accipitur sanguis, lacrymis altaria sudant.
Moestarumque super libamina serta comarum
Pendent, & vestes mutata sorte relictae.
Mite nemus circa, cultuque insigne verendo,
Vittatae laurus, & supplicis arbor olivae.
Nulla autem effigies, nulli concessa metallo
Forma Deae, mentes habitare, & pectora gaudet.
Semper habet trepidos, semper locus horret egenis
Coetibus: ignotae tantum felicibus arae.
Fama est defensos acie post busta paterni
Numinis, Herculeos sedem fundasse nepotes.
Fama minor factis. ipsos, nam credere dignum,
Coelicolas, tellus quibus hospita semper Athenae,
Ceu leges hominemque novum, ritumque sacrorum,
Seminaque in vacuas hinc descendentia terras,
Sic sacrasse loco commune animantibus aegris
Confugium, unde procul starent iraeque, minaeque;
Regnaque, & a justis Fortuna recederet aris.

Vetus Statii Interpres: *Hyllus Deianirae & Herculis, & reliqui ex eodem nati, postquam Hercules terris abiit, pulsi ab Eurystheo, Athenas confugerunt, a quibus postquam tam facile auxilium meruerunt, hanc* aram Misericordiae *consecrasse memorantur.* Eratque in *foro* posita. Pausanias *Atticis* [C. 17.]: Ἀθηναίοις δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἄλλα ἐστὶν οὐκ ἐς ἅπαντας ἐπίσημα, καὶ

Ἐλέυ

1. Vid. *H. Grotium* II. J. B. & P. 21, 5. de Misericordiae ara & quibus illa perfugium fuerit tutum circumspectius disputantem.

Ἐλέου βωμός. Asyli quoque jus habuerunt Minervae Templum in arce, & Eumenidum ara. Plutarchus *Solone* [*p.* 84. *A.*]: τὸ δὲ Κυλώνειον ἄγος ἤδη μὲν ἐκ πολλοῦ διετάραττε τὴν πόλιν, ἐξ οὗ τοὺς συνωμότας τοῦ Κύλωνος ἱκετεύοντας τὴν θεὸν Μεγακλῆς ὁ ἄρχων ἐπὶ δίκῃ κατελθεῖν ἔπεισεν· ἐξάψαντας δὲ τοῦ ἕδους κρόκην κλωστήν, καὶ ταύτης ἐχομένους, ὡς ἐγένοντο περὶ τὰς Σεμνὰς θεὰς, καταβαίνοντες, αὐτομάτως τῆς κρόκης ῥαγείσης, ὥρμησε συλλαμβάνειν ὁ Μεγακλῆς καὶ οἱ συνάρχοντες, ὡς τῆς θεοῦ τὴν ἱκεσίαν ἀπολεγομένης· καὶ τοὺς μὲν ἔξω κατέλευσαν, οἱ δὲ τοῖς βωμοῖς προσφυγόντες ἀπεσφάγησαν. Hanc eandem historiam narrat Pausanias *Achaicis* [C. 25.]: χρόνῳ δὲ ὕστερον αὐτοὶ οἱ ἔχοντες τὰς ἀρχὰς, διέφθει- 11.
ραν τῆς Ἀθηνᾶς ἱκέτας τῶν Κύλωνι ὁμοῦ τὴν ἀκρόπολιν κατειληφότων· καὶ αὐτοί τε οἱ ἀποκτείναντες ἐνομίσθησαν καὶ οἱ ἐξ ἐκείνων ἐναγεῖς τῆς θεοῦ. Eumenidum hoc sacellum [1] erat juxta Areopagum. Pausanias *loco laudato*: ἅμα δὲ ἡμέρᾳ ἀθροιζομένων ἐπ' αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων, καταφεύγουσιν ἐς τὸν Ἄρειον πάγον, καὶ ἐπὶ τῶν θεῶν αἱ Σεμναὶ καλοῦνται τοὺς βωμοὺς, itemque *Atticis*. Meminit hujus Asyli, ut & illius, quod aedes Thesei habuit, Aristophanes *Equitibus* [*v.s.* 1306.], cujus verba describemus paullo altius repetita, ut emendemus:

Ἀποτρόπαι'. οὐ δῆτ' ἐμοῦ γ' ἄρξει ποτ'. ἀλλ' ἐάν με χρῇ
Ὑπὸ τερηδόνων σαπεῖσ', ἐνταῦθα καταγηράσομαι.
Οὐδὲ Ναυφάντης γε τῆς Ναύσωνος, οὐ δῆτ', ὦ θεοί,
Εἴπερ ἐκ πεύκης γε κἀγὼ καὶ ξύλων ἐπηγνύμην.
Εἰ δ' ἀρέσκει ταῦτ' Ἀθηναίοισι, καθῆσθαί μοι δοκῶ
Εἰς τὸ Θησεῖον πλεούσαις, ἢ 'πὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν.

Cum de se una tantum hic loquatur triremis, illud plurale πλεούσαις *ultimo verso* ferri non potest: Adde quod Asylum non erat eorum, qui in Piraeeo, Eumenidum hoc sacellum, quod plusquam stadiis quadraginta a Piraeeo distabat. Rescribo igitur:

Εἰ δ' ἀρέσκοι ταῦτ' Ἀθηναίοισι, καθῆσθαί μοι δοκῶ
Εἰς τὸ Θησεῖον [2] πλεύσασ', ἵσ' ἢ 'πὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν.

Ego;

1. Certa ea res est. Conf. *Jo. Meurs.* L. IV. Lect. Attic. 1. & *Th. Stanlejum* in *Aeschyli* Eumen. v. 1038.

2. Petitus: εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσας, ἵσ' ἢ 'πὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν. *Sedebo* (ait navis) *supplex eodem jure, quo ea, quae ad Eumenidum aras sedet.* Ego nullo negotio: εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσασ' ἢ 'πὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν. SALVIN.

Ibid. Πλεύσασ' error scribentis est, nec apparet, quid voluerit. Petitus dicit corruptum esse πλεούσαις, quia tantum una triremis de se loquatur. Haec ratio non satis valida esse videtur: nam quae una illa triremis loquitur, ea ad omnes alias pertinent; quarum numerum centum esse v. 1300. dixerat Poëta, & eodem v. 1310. numero plurali utitur, Ὁ γὰρ ἡμῶν γε στρατηγὸς ἐγχανεῖται τῇ πόλει. Sed quia fortassis Graece non recte dicitur, δοκῶ μοι πλεούσαις εἰς τὸ Θησεῖον καθῆσθαι, admitterem πλεύσας, nisi putarem supplendum esse δεῖν vel χρῆναι: unde conjicio πλεύσασαν: nam δοκῶ etiam accusativum cum infinitivo post se habet. *Anacreon* Carm. XLIV. Δοκέω δ' ἔγωγε πολλοῖς Ἐν ἔρωσί με πλακέντα Διολισθαίνειν μὲν ἄλλοις· *videor mihi me amoribus multis implicitum elapsum fuisse aliis.* in quo supplendum est μοι, ut in verbis *Aristophanis* μὲ, δοκῶ μοί με πλεύσασαν καθῆσθαι. *Lucas* Actor. Ap. XXVI, 9. Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι, nempe με. Δοκεῖ quoque & ἔδοξε ita usurpantur. *Thucydides* VI, 9. Ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ περὶ αὐτῶν τούτων ἔτι χρῆναι σκέψασθαι, scil. ὑμᾶς. Et VIII, 8. Καὶ ἔδοξε πρῶτον (suppl. τοῖς συμμάχοις) ἐς Χίον αὐτοὺς πλεῖν, ἄρχοντα ἔχοντας Χαλκιδέα. Ita plena oratio in *Aristophane* esse potest; δοκῶ μοί, με πλεύσασαν δεῖν vel χρῆναι καθῆσθαι: nam δεῖν vel χρῆναι saepe deest, cum infinitivus additur verbo δοκεῖν. *Aristophanes*, Nubib. v. 1417. κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς; & Equitib. v. 651. Ἤδη μοι δοκεῖ —— συνέδρια θύειν. Adde *Bos* in Ellipsi v. δεῖν. Altera emendatio Petiti non necessaria est:

Ego, inquit, si quidem Atheniensibus decretum est navigare ἐς Καρχηδόνα, ad Thesei sacram aedem navigans ibi sedebo supplex, ἴσα ἢ 'πὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν, eodem jure quo ea, quae ad Eumenidum aras sedet. Jam vero non sine caussa comparat asyli jus, quod Thesei aedi concessum erat, cum asyli jure, quod habuit Eumenidum sacellum, id autem erat sacrosanctum maxime, itaque esse jusserat oraculo Dodonaeus Jupiter. Pausanias *Achaicis* [C. 25.]: Ἀθηναίοις γὰρ ἐπὶ ἡλικίᾳ μάλιστα τῇ Ἀφείδαντος ἀφίκετο παρὰ τοῦ ἐν Δωδώνῃ Διὸς τὰ ἔπη τάδε.

> Φράζεο δ' Ἀρεόν τε πάγον, βωμούς τε θυώδεις
> Εὐμενίδων, ὅτι χρὴ Λακεδαιμονίους σ' ἱκετεῦσαι
> Δουρὶ πιεζομένους· τοὺς μὴ σὺ κτεῖνε σιδήρῳ,
> Μηδ' ἱκέτας ἀδικεῖν· ἱκέται δ' ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.

Duo autem fuerunt Athenis Thesei sacella, unum intra urbem, alterum extra urbem. An utrumque jus asyli habuerit, videndum est. Urbanum Thesei sacellum erat prope Gymnasium. Pausanias *Atticis* [C. 17.]: πρὸς δὲ τῷ Γυμνασίῳ Θησέως ἐστὶν ἱερόν. idque media in urbe, quod docet Plutarchus [*T. I. p.* 17. *C.*], ut & ἄσυλον habuisse. Κεῖται νῦν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, παρὰ τὸ νῦν Γυμνάσιον, ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις καὶ δεδιόσι κρείττονας. Quae vero erat extra urbem Thesei aedicula, non longe a muro longo erat posita: Colligo ex Andocidis *Oratione* περὶ μυστηρίων [*p.* 7.]. ἀνακαλέσαντες δὲ τοὺς Στρατηγοὺς, ἀνειπεῖν ἐκέλευσαν, Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας· τοὺς δὲ ἐν μακρῷ τείχει, [1] εἴς γε Θησεῖον. Hoc designat Aristophanes versibus, quos hic iterum describemus:

> Εἰ δ' ἀρέσκοι ταῦτ' Ἀθηναίοισι, καθῆσθαί μοι δοκῶ
> Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσασα, ἴσ' ἢ 'πὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν.

12. Quibus e verbis duo colligas, unum est *asylum* fuisse, alterum ad mare positum, nempe, si quid judico, non longe aberat a muro longo, intra μακρὸν τεῖχος sive τὸ Βόρειον, & τὸ διὰ μέσου τεῖχος sive τὸ Νότιον, quod erat medium inter τὸ μακρὸν τεῖχος καὶ τὸ Φαληρικόν. Quod etiam ex Aristophanis versibus confirmatur: nam e Piracei navali solvit triremis navigatura

est: pro πλεύσασα, ἴσ' ἢ 'πὶ legit πλεύσασ' ἴσ' ᾗ 'πὶ τ. Σ. θ. *eodem jure, quo ea, quae ad Eumenidum aras supplex sedet.* Ratio emendandi, quantum e verbis illius intelligi potest, est, quod aedes Eumenidum in urbe fuit, quo navis confugere dici non potest, Θησεῖον autem ad mare, quod ex hoc loco *Aristophanis* colligi dicit. Verum Poeta triremes σωματοποιεῖ, ut Scholiastes ait, & inducit quasi personas, quae etiam in Asylum a mari remotum confugere possunt: nec est in ea re captandum verbum πλεῖν, aut inde colligendum Theseum in litore fuisse, quod est praecipuum fundamentum emendationis Petiti. Situs illius non accurate traditus est, & e verbis *Andocidis* a Petito & *Meursio* 1. Athen. Attic. 6. laudatis, *ut, qui in longo muro habitabant, armis sumtis in* Θησεῖον *venirent*, nihil aliud intelligitur, quam haud procul a longo muro absuisse. Si vera sententia Meursii viam *Theseam* apud *Propertium* III, 20, 23. *Inde ubi Piraei capient mea lintea portus, Scandam Theseae brachia longa viae*, a Θησείῳ dictam fuisse, non in littore, quo navis adire posset, sed inter Piraeeum & Athenas, juxta longos muros fuit. Praeterea in hac emendatione Petiti frigida videtur esse sententia. Nam quid hoc est? Confugiam ad Θησεῖον, ubi mihi *idem jus erit ac iis*, qui ad aedem Eumenidum. Nemo ignorabat Θησεῖον aeque esse asylum, ac aedem Eumenidum. Cur ergo hoc de *eodem jure* addere voluerit Poëta, quo addito nihil dicitur, nisi quod omnes sciebant, & omisso, nihilominus verum erat eos, qui ad Θησεῖον confugiebant, inviolabiles esse? C. A. DUKER.

1. Addidisset Petitus *Andocidis* quae continuo succedunt verba: τοὺς δ' ἐν Πειραιεῖ, εἰς τὴν Ἱπποδαμείαν ἀγοράν vidisset profecto Θησεῖον non fuisse in Piraeeo ad mare, sed propius urbem juxta longos muros. Stat a Petito *Meursius* v. A. L. 15.

ra in Thraciam, in hac ora habes *Phalerum:* sed statim ac solvit triremis, ad ipsum μακρὸν τεῖχος confugit in asylum ad Thesei aedem: Erat igitur hoc Thesei sacellum in Piraeeo ad mare, habebatque jus asyli, quemadmodum & urbanum Θησεῖον. Quare de utroque capiendus Diodorus Siculus *Lib. IV.* [*p.* 184.] οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μεταμεληθέντες τά τε ὀστᾶ μετήνεγκαν, καὶ τιμαῖς ἰσοθέοις ἐτίμησαν αὐτὸν, καὶ τέμενος ἄσυλον ἐποίησαν ἐν ταῖς Ἀθήναις τὸ προσαγορευόμενον ἀπ' αὐτοῦ Θησεῖον. Itemque Hesychius his verbis: Θησεῖον, νεὼς Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες κατέφυγον. Auctor Etymologici: Θησεῖον, τέμενός ἐστι τῷ Θησεῖ. ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν. ἐλέγοντο δὲ δίκαι ἐνταῦθα. ἢ ναὸς τοῦ Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες δοῦλοι προσέφυγον. Φιλόχορος δὲ, οὐ μόνον τοὺς οἰκέτας τὸ παλαιόν φησι καταφεύγειν εἰς τὸ Θησεῖον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ἱκετεύοντας. Scholiastes Comici ad laudata ejus verba: εἰς τὸ Θησεῖον. ἐνταῦθα οἱ καταφεύγοντες τὴν οἰκετῶν ἀσυλίαν εἶχον. ἐπὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν. εἰς τὸ Ἐριννύων ἱερόν. καὶ ἐνταῦθα δὲ οἰκέται ἔφυγον. Suidas de his Eumenidum & Thesei aedibus sacris. εἰς γὰρ ταῦτα τὰ ἱερὰ οἱ ἱκέται καθήμενοι ἀσυλίας εἶχον. Observandum autem est, certis finibus circumscriptam fuisse in his omnibus aedibus sacris asyli sanctitatem. [1] Pollux *Lib. I. cap.* 1. [§. 10.] εἰ δὲ καὶ ἄσυλόν τι εἴη, τοῦτο καὶ χρηστοφύγετον λέγε, καὶ φύξιμον, καὶ ἱεροὺς ὅρους, ἐφ' ὅσον τοῖς οἰκέταις ἀσφαλῆ. Ubi rescribo, ἐφ' ὅσον τοῖς ἱκέταις ἀσφαλῆ· non enim soli servi, quanquam & hi frequentissime, sed etiam alii supplices ad templa arasque confugiebant, atque eo tutelae genere frequenter utebantur: Quia vero inde neminem licebat vi abripere, ut tamen arcerentur, admovebant ignem, atque ita non ab hominibus, sed a Deo amoveri credebantur. Itaque dicit Hermione apud Euripidem *Andromachae* in cognomine fabula [*vs.* 257.] sedenti ad Thetidis signum:

Πῦρ σοι προσοίσω.

Scholia. Ἔθος ἦν τοῖς εἰς βωμὸν καταφεύγουσι πῦρ προσφέρειν.

Ex eo more Plautus *Mostellaria Actu V. Sc. I.* 65.

Jam jubebo ignem & sarmenta, carnifex, circumdari.

Et *Rudente Act. III. Sc. IV.* 61.

Ibo hercle aliquo quaeritatum ignem,
Ignem magnum hic faciam.

Sed haec satis: Paene autem adnotasse praeterieram, aliud, praeterquam Thesei fanum, fuisse extra urbem, Munychiae, asylum, quo confugiebant qui in Piraeeo habitabant, item Trierarchi & nautae: huc pertinet Demosthenis locus ἐν τῷ περὶ στεφάνου [*p.* 155.] οὐχ ἱκετηρίαν ἔθηκε τριήραρχος οὐδεὶς πώποτε, ὡς ἀδικούμενος παρ' ὑμῖν, οὐκ ἐν Μουνυχίᾳ ἐκαθέζετο. Ulpianus ad hunc locum; κἀκεῖ ἔφυγον, οἵ τινες τῶν τριηράρχων ἠδικοῦντο, ἢ ναῦται, ἤ τινες τῶν ἐξεταζομένων ἐν Πειραιεῖ. Quaeramus vero, quot fuerint Athenis *asyla:* Atque id commode ut fiat; videndum est utrum omnes Deorum aut Heroum arae, omnia Templa, *asyli* jus habuerint necne: & quidem habuisse videtur posse colligi, nam passim in Comoediis palliatis servi tute-

l[...]

1. *Pollux* L. 1. cap. 1. agit de asylo. Petitus corrigit τοῖς ἱκέταις. Nam non solum servi, sed etiam supplices asylo fruebantur. Nihil sollicitandum. SALVIN.

Ibid. Est in *Polluce* 1, 10. Si vir doctissimus vidisset postremam editionem *Pollucis*, intellexisset hanc emendationem non solius Petiti esse, atque etiam a MSS. confirmari. Et sine dubio vera est. C. A. DUKER.

13. lae caussa aras occupant: ita apud Plautum *Mostellaria Act. V. Sce. I. vs.* 45. Tranio.

Ego interim hanc aram *occupabo.*

Terentius *Heautontimorumeno Act. V. Sc. II. vs.* 21.

—— *Nemo accusat, Syre, te, nec tu* aram *tibi,*
Nec precatorem pararis.

Unde apud Euripidem [1] *Andromache*:

Ἔχει γὰρ καταφυγὴν, θὴρ μὲν πέτραν,
Δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν.

Verum tamen certissimum est, non omnes aras, non omnia Templa habuisse jus *asyli*, nec id probant Euripidis verba, sed id tantum *servis*, aut aliis supplicibus persugia fuisse, quia alio confugere non poterant quam ad Templa sive aras, non tamen ad omnes aras, aut omnia Templa: neque enim omnia habebant jus *asyli*. Comicorum vero exempla non omnibus aris, sed quibusdam, quas designant, jus istud adstruunt: quippe cum in Scena arae verae & propriae fuerint, Bacchi, aut Apollinis, tamen apud Plautum *Rudente* [*II, VII,* 2.] Palaestra atque Ampelisca ad Veneris aram sedent, &

Hic in fano Veneris signum flentes amplexae tenent.

Et Tranio apud eundem *Mostellaria* occupando aram designat, ad quam confugit. Quare *non fuit* asylum *in omnibus Templis*, verba sunt Servii ad *Librum II. Aeneid.* [*vs.*761.] *nisi quibus consecrationis Lege concessum esset.* Unde legis apud Diodorum Siculum verbis jam ante laudatis, cum agit de aede, quam Athenienses suo dederunt Theseo, καὶ τέμενος ἄσυλον ἐποίησαν ἐν ταῖς Ἀθήναις τὸ προσαγορευόμενον ἀπ' αὐτοῦ Θησεῖον. Si omnia Deorum atque Heroum Templa *asyli* jus habuissent, nihil opus erat addidisse, Athenienses τὸ Θησεῖον πᾶσαν ἄσυλον, cum jus istud *asyli* habuisset pro omnium Templorum lege: sed non ita est: Solis in Templis *asylum* fuit, quibus consecrationis Lege concessum fuit. Unde necessum habuit Diodorus observare Athenienses Templo, quod Theseo consecrarunt, consecrationis Lege *asylum* concessisse. Quot autem Templa sive sacella fuerint, quibus *asylum* Lege consecrationis concesserint Athenienses, dicere periculosae forte plenum opus est aleae. Audebimus tamen: Quatuor igitur Templorum, quibus asylum concessum fuerit intra urbem, duorum in Piraeeo, mentio occurrit: Eorum, quae in urbe, primum est, *ara Misericordiae* ad forum: Secundum, *Templum Minervae* in arce: Tertium, *Eumenidum Sacellum* in Areopago: Quartum denique, *Thesei fanum* prope Gymnasium: Duorum vero quae extra urbem unum est, *Thesei fanum* in Piraeeo ad longum murum: alterum Munychiae. Plura autem non fuisse facile mihi persuadeo, & vides e sex asylis, quatuor in urbe fuisse, duo in Piraeeo; & id quidem recte atque ordine: Nam Piraeeus, & adjuncta ei Munychia, (nam haec sub illo comprehendebatur) tertiam Urbis partem faciebant, itaque e sex *asylis* trientem, id est, duo *asyla* habuit Piraeeus, reliqui duo trientes, id est, *asyla* fuerunt intra urbem: unde emendandi sunt Harpocrationis & Suidae codices in Ἀγορανόμοι, Ἀστυνόμοι, Μετρονόμοι, Σιτοφύλακες, ubi haec proportio non observatur: Sed de his loco commodiore, si Deus dederit, in sequentibus dicemus.

Asylorum quoque jus apud Romanos obtinuit ab ipso nascentis Urbis exor-
14. dio, auctore Romulo, idemque imo longe sanctius confugium praebuerunt *Caesarum statuae.* Meminerunt Jurisconsulti Labeo & Caelius apud Ulpianum Li-

1. Adrasti verba sunt in *Euripidis* Suppl. v. 267., quibus optime congruunt & conveniunt haec *Plutarchi* T. II. p. 166. E. ἔστι δούλῳ φεύξιμος βωμός Generalia autem ea quum sint, & moribus Graecis nefarium censeretur, supplicem ab ara abstrahere, teste *Diodoro* L. XIX. p. 705., vellem a Petito paullo liquidius esset patefactum, quibus aris templisve id jus fuerit negatum. *Diodori* enim L. IV. p. 184. verba Thesei τέμενος, quod a templo haud parum saepe discrepabat, potissimum spectant.

Libro I. ad Edictum Aedilium Curulium, cujus verba referuntur *l.* 17. *D. de Aedilitio Edicto. Apud Labeonem, & Caelium quaeritur; Si quis in* asylum *confugerit, aut eo se conferat, quo solent venire, qui se venales postulant: an fugitivus sit? Ego puto, non esse eum fugitivum, qui id facit, quod publice facere licere arbitratur, ne eum quidem, qui ad* statuam Caesaris *confugit, fugitivum arbitror: non enim fugiendi animo hoc facit. Idem puto & in eum, qui in* asylum, *vel quod aliud confugit, quia non fugiendi animo hoc facit.* Interpretantur Clarissimi Viri haec Legis verba, *aut eo se conferat, quo solent venire,* [1] *qui se venales postulant*, de *catasta*, in qua solebant venire, qui venales producebantur: sed, meo judicio, in catasta qui venibant, non seipsos venales postulabant, sed a mangonibus aut dominis producebantur. Aliud igitur intelligendum est; nempe *suis se nummis servi emebant, alio emptioni nomen suum accommodante, l.* 4. *D. de Manumissionibus*: itaque e *lege illa* 17. *D. de Aedilitio Edicto*, videtur locus fuisse, in quem venire solebant, qui se venales, id est, suis se nummis emi, nomine tantum emptioni accommodato, postulabant, nam *qui suis nummis emebantur, in eam conditionem redigebantur, ut libertatem adipiscerentur. d. l.* 4. *D. de Manumissionibus*: itaque, si *quis suis emptus nummis a Domino, in cujus fidem confugit*, non manumittatur; *potest queri cum domino suo, quod ab eo non manumittatur, Romae quidem apud Praefectum Urbi, in Provinciis vero apud Praesides, ex sacris constitutionibus Divorum Fratrum. l.* 5. *D. eod. l.* 1. *D. de officio Praefecti Urbi.* Hujusmodi igitur servum, qui hunc in locum se contulit, in quo conveniunt, qui se suis emi nummis ab amicis emptioni nomen accommodantibus postulant, fugitivum non esse pronunciat Ulpianus, nam id facit, quod publice facere licere arbitratur, ac ne quidem cum ad statuam Caesaris confugit, quanquam qui id facit servus, non jam se suis emere nummis in libertatem quaerit, sed de domino, cujus imperium refugit, queritur per officium distrahendus: ita enim agebatur cum servo, qui ad Caesaris statuam confugerat. Habes apud Ulpianum Lib. VIII. de officio Proconsulis sub titulo, de Dominorum saevitia: cujus verba habentur in *Collatione Legum Mosaycarum & Romanorum*, itemque *l.* 2. *D. de His, qui sui vel alieni juris sunt. Si dominus in servos saevierit, vel ad impudicitiam turpemque violationem compellat: quae sint partes Praesidis, ex Rescripto Divi Pii ad Aelium Marcianum Proconsulem Boeticae manifestabitur. cujus Rescripti verba haec sunt: Dominorum quidem potestatem in suos servos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi. Sed dominorum interest, ne auxilium contra saevitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur his, qui juste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Julii Sabini ad* statuam *confugerunt: & si vel durius habitos, quam aequum est, vel infami injuria affectos cognoveris: veniri jube, ita ut in potestate domini non revertantur.* Idem Rescriptum leges *Institutionum in libris tit. eod.* sed quaedam praemisit a nobis observanda. *Sed & major asperitas dominorum ejusdem Principis Constitutione coërcetur: nam Antoninus consultus a quibusdam Praesidibus Provinciarum de his servis, qui ad* aedem sacram, *vel ad* statuam *Principum confugiunt, praecepit, ut si intolerabilis videatur saevitia* 15. *dominorum, cogantur servos suos bonis condicionibus vendere, ut pretium dominis daretur.* Addidit hic de suo, quod etiam observat maximus vir, addidit, inquam, de suo Justinianus, *ad aedem sacram*: nempe Justiniani aevo aeque sacrosanctum erat *asylum Ecclesiae*, quam *statuae Principum*, imo longe augustius esse voluerunt Imperatores Theodosius atque Valentinianus Augusti his verbis: καὶ ὥστε μηδαμοῦ τοῖς εὐλαβουμένοις ἀναιρεθῆναι φιλανθρωπίαν, βωμὸν σωτηρίας καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀφιδρύμασιν ἡ ἀρχαιότης ἀνέθηκε· καὶ οἱ τὰ ἴχνη τῶν ἡμετέρων χαρακτήρων καταλαμβάνοντες, τῶν ἀπειλῶν τῆς σκαιᾶς τύχης ἐλευθερωθέντες τε καὶ ἀμεριμνοῦντες, γεγήθασι τοσαύτην

1. Non alii esse videntur ac *οἱ πρᾶσιν αἰτοῦντες*, qui immiti dominorum saevitia pressi venditione dominum mutare postulabant: quod loquendi genus in hac re sollemne sua fuisse aetate *Pollux* VII, 13. significat. Conf. *Th. Marcilium* ad §. 1. Inst. *de his qui sui vel alien. jur. sunt.* & infra L. II. Tit. 6.

τὴν περιγραφὴν τῆς ἀφῆς τοῦ ἱδρύματος διὰ τὸ βασιλικὸν σέβας τοῖς δεομένοις ἐπικουρίαν διδούσης, πόσῳ χρὴ τοῖς εἰς τὰ ἁγιώτατα καταφεύγουσι θυσιαστήρια ὑπάρχειν βοήθειαν. [1] Quae verba immediate praecedunt Constitutionem, quae habetur *l.* 4. *Cod. Theod. de his qui ad Ecclesiam confugiunt.* & *l.* 3. *Cod. eod.* quo titulo *asylum* tributum est Ecclesiis. Servos autem, qui ad statuas confugerant, audiebat Praefectus Urbi, *l.* 1. *D. De officio Praefecti Urbi.* Atque hi servi, qui ad *statuam* confugiebant, dominum infamare censebantur, *l.* 5. *D. de extraordinariis criminibus.* Quare venditor si dixerit servum *ad statuam nunquam confugisse*, oportet eum id praestare, *l.* 19. *D. de Aedilitio Edicto.* Cum enim Leges omnibus hominibus aequaliter securitatem tribuant, merito visum est, in injuriam potius alterius, quam sui defensionis gratia, ad statuas vel imagines Principum confugere, nisi si quis ex vinculis vel custodia, detentus a potentioribus, ad hujusmodi praesidium confugerit, *l.* 28. *D. de poenis.*

VIII. Quanquam autem Lege concessum sit peregrinis atque ipsis servis Atheniensium Templa τὰ δημοτελῆ adire, supplicibusque sedere, tamen non omnibus id concessum est Atheniensibus: nam Lege quibusdam interdicitur omnibus omnino Templis τοῖς δημοτελέσι, de quibus suo dicemus loco, σὺν Θεῷ δ' εἰπεῖν, suntque hi ὁλόκληρον ἄτιμοι, infamia notati. At vero quibusdam vitae integris & famae illibatae Lege interdicebatur aditu sacelli Eumenidum:

Τοῖς δευτεροπότμοις μὴ ἐξεῖναι εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν θεῶν.	*Redeuntibus postliminio ab hostibus non licere sacellum Eumenidum adire.*

Legem hanc descripsit Hesychius, sed locus misere corruptus est, ita editur: δευτερόποτμος, ὁ ὑπό τινων ὑστερόποτμος, οὕτω δὲ ἔλεγον, ὁπότε τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν. [2] οἱ δὲ πολέμοις καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φασὶ θεῶν, ἢ ὁ φημισθεὶς ἐπὶ ξένης τετελευτηκὼς, ἔπειτα ἐπανελθὼν, ἢ ὁ δεύτερον διὰ γυναικείου κόλπου διαδὺς, ὡς ἔθος ἦν παρὰ Ἀθηναίοις, ἐκ δευτέρου γεννᾶσθαι. Emendabat hunc locum merito suo Clarissimus Meursius: ὁ δὲ Πολέμων καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φησὶ θεῶν. Nos vero longe aliter emendandum & exponendum hunc locum suspicamur: suspicionem nostram harum rerum studiosos non celabimus. Rescribendum itaque conjicio: δευτερόποτμος, ὁ ὑπό τινων ὑστερόποτμος· οὕτω δὲ ἔλεγον, ὁπότε τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν; εἰ δὲ πολεμοὶ, καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φασὶ θεῶν· ἢ ὁ φημισθεὶς ἐπὶ ξένης τετελευτηκὼς, ἔπειτα ἐπανελθών· ἢ ὁ δεύτερον διὰ γυναικείου κόλπου διαδὺς, ὡς ἔθος ἦν παρὰ Ἀθηναίοις, ἐκ δευτέρου γεννᾶσθαι. Interpretatur eruditissimus Gram-
16. maticus quis sit ὁ δευτερόποτμος, nempe is est, cui tanquam mortuo justa funera facta sunt: Eum reducem per sinum laxae stolae mulier demittebat, tanquam denuo renasci videretur. Quem Atheniensium morem imitati sunt ex parte Romani, ut Illustris Heros ad Festum observavit. Nam eum, qui postliminio ab hostibus revertebatur, nolebant Romani limen insistere, quia eo funestari putabant, tam limen utrumque, & superum, & inferum, si a mortuo calca-

1. Integram Impp. Theodosii & Valentiniani constitutionem dedit *Labbaeus* extremo Tom. VI. Concil. General.

2. *Meursius*: ὁ δὲ πολέμων —— φησί. Petitus εἰ δὲ πολεμοί. Hoc nihili est. SALVIN.

Ibid. Petiti emendationem neque ego laudavero, ut nec probasse videtur *Jo. Marshamus* Can. Chronol. p. 200. Meursio, si in partes sit eundum, accessero, quem vide L. V. Att. Lect. 32.

calcaretur, quam & hominem ipſum: Idcirco tecto perforato in aedes admittebatur, ne ominoſum illi eſſet per januam ingredi, per quam tanquam elatus erat. Ii autem, quibus abſentibus tanquam mortuis funus factum fuerat, duûm ſunt generum: aut enim peregre erant hiſtoriae vel negotiorum ergo, aut militatum abierant: his domum reducibus Lege non licebat Eumenidum ſacellum adire, ut Heſychius hic obſervat.

IX. Templorum, quibus conceſſum fuerat aſyli jus, religionem tutati ſunt, Lege ſcripta, qua Supplices ſacroſanctos eſſe ſanciebatur.

Τοὺς ἱκέτας εἶναι ἀσφαλεῖς. *Supplices eſſe ſacroſanctos.*

Meminit hujus Legis Scholiaſtes Ariſtophanis ad *Equites* [*vſ.* 443.] his verbis, in Cylonis hiſtoria referenda: τοὺς δὲ ἄλλους φονεύουσι· τινὰς δὲ καὶ ἱκέτας ἐκ τῶν βωμῶν ἀποσπάσαντες ἀπέκτειναν. τοὺς οὖν ἁμαρτάνοντας εἰς τοὺς ἱκέτας, ἀλιτηρίους ἔφασκον. οὓς καὶ ἐξέβαλον τῆς πόλεως, ὅτι ἐκ τῶν ἀρχαίων νόμων παρέβησαν, τοὺς ἱκέτας φονεύσαντες. Sed mendum eſt in his verbis, [1] ὅτι ἐκ τῶν ἀρχαίων νόμων παρέβησαν, non enim ſecundum Leges jura *aſyli* temeraverant, imo potius contra Legum ſanctiones ſupplices non habuerant ſacroſanctos. Reſcribendum itaque putamus apud Interpretem Ariſtophanis: οὓς καὶ ἐξέβαλον τῆς πόλεως, ὅτι ἕκτον ἀρχαίων νόμων παρέβησαν, τοὺς ἱκέτας φονεύσαντες. Dicit eſſe ſextam Legem inter antiquas, non Solonis illas, ſed longe antiquiores: nam haec aſylorum ἀσφάλεια conceſſa poene cum ipſis cultus Deorum primordiis, & Deorum oraculis ſancita videtur: ita de aſylo conceſſo Eumenidum aedi ſacrae refert Pauſanias *Achaïcis* [C. 25.]: φαίνεται δὲ καὶ ὁ Θεὸς παραινῶν ὁ ἐν Δωδώνῃ νέμειν ἐς ἱκέτας αἰδῶ. Ἀθηναίοις γὰρ ἐπὶ ἡλικίᾳ μάλιστα τῇ Ἀφείδαντος ἀφίκετο παρὰ τοῦ ἐν Δωδώνῃ Διὸς τὰ ἔπη τάδε.

> Φράζεο δ' Ἀρειόν τε πάγον, βωμούς τε θυώδεις
> Εὐμενίδων, ὅτι χρὴ Λακεδαιμονίους σ' ἱκετεῦσαι
> Δουρὶ πιεζομένους· τοὺς μή σὺ κτεῖνε σιδήρῳ,
> Μηδ' ἱκέτας ἀδικεῖν· ἱκέται δ' ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.

Quaenam autem Athenienſium jure ſancita fuerit poena in temeratores hujus Legis certo dicere non poſſumus, exilium fuiſſe indicant laudati Interpretes Ariſtophanis: οὓς καὶ ἐξέβαλον τῆς πόλεως, ὅτι ἕκτον ἀρχαίων νόμων παρέβησαν, τοὺς ἱκέτας φονεύσαντες.

X. Quanquam ignorare non poſſimus *Feſtorum* celebrationem cauſſam etiam habuiſſe, hominum a conſuetis laboribus ceſſationem, tamen vel praecipuam fuiſſe fatendum eſt ſacrorum curam ad honorem Deorum:

> *Agricolae priſci, fortes, parvoque beati,*
> *Condita poſt frumenta, levantes tempore feſto*
> *Corpora, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem,*
> *Cum ſociis operum, & pueris, & conjuge fida,*
> *Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,* 17.
> *Floribus & vino Genium, memores brevis aevi.*

Optime Strabo *Lib. X.* ἐν τοῖς θεολογουμένοις [*p.* 467.] ἥτε γὰρ ἄνεσις τὸν νοῦν

1. Videtur deeſſe τινὰ aut τινάς· quarum vocum defectus frequentiſſimus. *S. Lucas* XXI, 16. Καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν. *Diodorus Siculus* III. p. 123. ὁμοίως δὲ ἐκ τῶν ὑδάτων τῶν ἐξ αὐτοῦ κομίζοντες εἰς τὰς πατρίδας. Id enim, quod S. Petito in mentem venit, ſi voluiſſet; ἕκτον τῶν ἀρχαίων praeſtitiſſet. Et quis veterum docuit Legem de ſupplicibus ſextam fuiſſe antiquarum? quae communi Graeciae totius conſenſu pariter cum ipſa religione recepta fuit.

> Δεινὴ γὰρ ἐν βροτοῖσι κἀν θεοῖς πέλει
> Τοῦ προστροπαίου μῆνις, εἰ προδῶ σφ' ἑκών

Aeſchylus Eumenid. v. 232. ait.

νοῦν ἀπάγει ἀπὸ τῶν ἀνθρωπικῶν ἀσχολημάτων, τὸν δὲ οὕτως νοῦν τρέπει πρὸς τὸ Θεῖον, cui praeivit Aristoteles VIII. *Nicomacheiων* [C. 9.] αἱ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, οἷον ἀπαρχαὶ, μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς. Quare inter praecipuas Legislatoris Atheniensium curas, haec fuit, ut diebus Festis Sacra Diis rite fierent, non avocato ad alias curas τῶν ἑορταζόντων animo, neve cuiquam, qua privatim, qua publice, injuria fieret.

Ἀπάντων τῶν Ἀθηναίων ἀγόντων ἱερομηνίαν, μήτ' ἰδίᾳ, μήτε κοινῇ μηδὲν ἀλλήλοις ἀδικεῖν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, μηδὲ χρηματίζειν, ὅ, τι ἂν μὴ περὶ τῆς ἑορτῆς ᾖ.

Die populo Atheniensium festo ne cuiquam, sive privatim, sive publice injuria fiat, neve habeatur concio de aliis rebus, quam iis, quae ad festorum religionem pertinent.

Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [*p.* 447.] eaque praecipit diebus *festis* Deorumque cultui sacratis hoc esse agendum, atque huic uni rei, neque cuiquam alteri, operandum, & animum appellendum. Avocabatur autem animus, vel alterius injuria provocatus, vel rogatus & in suffragia missus, concione habita de rebus, quae nihil ad religionem festorum attinerent. Cavet igitur Legislator, ne quis quemquam injuriose tractet, aut populum de rebus, quae sacrorum non sint: Poterant quidem Prytaneis ἐν ἱερομηνίᾳ ἐκκλησίαν σύγκλητον ποιεῖν· poterant quoque Proëdri ad populum referre, χρηματίζειν, sed cum hac cautione, ὅ, τι ἂν περὶ τῆς ἑορτῆς ᾖ, ut est in Lege, μείζονος χρείας ἐπιλαβούσης· alioquin justitium erat, πάντες ἐν τῇ ἑορτῇ ἀφειμένοι ἦσαν, ut legitur in veterum Commentariis, καὶ οὐδεὶς συνήρχετο εἰς ἐκκλησίαν τῆς βουλῆς. Unde Demosthenes hac ipsa *adversus Timocratem Oratione* [446.] καὶ ταῦτα ὄντων Κρονίων· καὶ διὰ ταῦτα ἀφειμένης τῆς βουλῆς. Et paulo post: τῆς βουλῆς μὲν ἀφειμένης, τῶν δὲ ἄλλων διὰ τὴν ἑορτὴν ἱερομηνίαν ἀγόντων. Nulla tamen dici *festi* religione movebantur, si decernendum aut sciscendum esset de rebus sacris ad religionem pertinentibus. Itaque reum peragit Timocratem Demosthenes, quod die *festo*, ὄντων Κρονίων ἐνομοθέτησε, non, ut Lege cautum est, περὶ τῆς ἑορτῆς, sed de aerariis. Diximus referri posse ad populum diebus *festis* de rebus sacris in genere, & quae alicujus *festi* religionem spectarent, non tantum de rebus, quae ad religionem illius diei festi, quo concio habebatur, pertinerent: id expresse habes apud Demosthenem, nam concionem haberi vult Timocrates die duodecimo mensis Hecatombaeonis, quo celebrabantur τὰ Κρόνια, praetextu Panathenaeorum, quasi de rebus illius festi ad populum esset referendum: ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τοὺς νόμους ἐπεχειροτονήσατε, οὔσης ἑνδεκάτης τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς, δωδεκάτῃ τὸν νόμον εἰσήνεγκεν εὐθὺς τῇ ὑστεραίᾳ, καὶ ταῦτα ὄντων Κρονίων· καὶ διὰ ταῦτα ἀφειμένης τῆς βουλῆς διαπραξάμενος μετὰ τῶν ὑμῖν ἐπιβουλευόντων, καθίζεσθαι νομοθέτας διὰ τὸ ψηφίσματος, ἐπὶ τῇ τῶν Παναθηναίων προφάσει. Habes ibidem ipsum Psephisma. [446.]

Ψ Η Φ Ι Σ Μ Α.

Ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος, πρώτης ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, Τιμοκράτης
18. εἶπεν, ὅπως ἂν τὰ ἱερὰ θύηταί τις, καὶ ἡ διοίκησις ἱκανὴ γίνηται, καὶ
εἴ τινος ἐνδεῖ πρὸς τὰ Παναθήναια, διοικηθῇ, τοὺς Πρυτάνεις τοὺς τῆς Πανδιονίδος καθίσαι Νομοθέτας αὔριον, &c. Sed ἀντὶ τοῦ, Τιμοκράτης εἶπεν,

εἶπεν, rescribendum est Ἐπικράτης εἶπεν, constat e Graeco Interprete, cujus haec est nota: τὸ ψήφισμα λέγει, ὅπερ ἔγραψεν ὁ Ἐπικράτης φίλος ὢν τοῦ Τιμοκράτους, λέγων, ἐπειδὴ ἐγγύς ἐστι τὰ Παναθήναια, συναχθῶμεν ἐπὶ τῷ σκέψασθαι περὶ αὐτῶν, ὡς δὲ συνήχθησαν, τότε εἰσήγαγεν ὁ Τιμοκράτης τὸν νόμον, ἵνα μὴ γνωσθῇ τὸ πρᾶγμα. εἰ γὰρ καὶ τὰ δύο ἐποίησεν ὁ Τιμοκράτης, ὕποπτος ἂν ἐγίνετο. Legem, quam die sequenti, qui duodecimus erat Hecatombaeonis, ὄντων Κρονίων, tulit Timocrates, apud Demosthenem in sequentibus habes. Dicitur autem in hac Lege ἁπάντων τῶν Ἀθηναίων ἀγόντων ἱερομηνίαν, id est, diebus omni Atheniensium populo festis, quia aliae erant ἱερομηνίαι καὶ ἑορταὶ quorundam ex Atheniensibus: nam sua privataque erant sacra & festa singulis φύλαις, δήμοις, τριττύαις, ἔθνεσι, φρατρίαις, gentibus, familiis: atque soli illi feriabantur, quorum erat sacrum.

XI. Athenae, quibus de suo nomen dedit inventrix oleae Minerva, Deam illam religiosissime, ut par erat, coluerunt, atque inter praecipua *festa* in ejus honorem celebrarunt *Panathenaea*, de quibus Libro singulari viri praestantissimi: Nemo autem est qui ignoret duplicia fuisse apud Athenienses *Panathenaea*, *Majora* scilicet & *Minora*: quorum illa quinto quoque anno agitabantur, haec vero quotannis recurrebant. Sed de tempore disputatur, quo *Minora* celebrabantur: Nam Viri Clarissimi [1] censent celebrata esse vere: *Panathenaeis* enim aperiri mare, ac navigari iterum coeptum est, quod tamen alii verius adscribunt Dionysiis. Aristoteles *de Animalium Generatione Libro I. cap.* 18. docens varie accipi praepositionem ἐκ, cum dicitur aliquid ἐκ τοῦδε γίνεσθαι ἢ εἶναι, ita scribit, οὐ γὰρ δὴ ὡς τόδε μετὰ τόδε, οἷον ἐκ τῶν Παναθηναίων ὁ πλοῦς. Ineunte vere solita maria aperiri, cum veteribus parum in usu esset hiberna navigatio, nemo it inficias. Ergo ista *Panathenaea*, de quibus Aristoteles, vere agitabantur: *Majora* autem *Panathenaea* mense Hecatombaeone celebrabantur, id est, per aestatis tempus. Restat igitur, ut *Minora* illa sint *Panathenaea*, quae vere agitabantur, & a quibus mare statim patebat navibus. Addunt iidem praestantissimi viri *Minora* haec *Panathenaea* fuisse celebrata postridie *Bendidiorum*, vicesimo scilicet Thargelionis mensis die. Proclus *Commentario I. in Timaeum* Platonis [*p.* 9.] δηλοῖ δὲ ἐκ τούτων εἰσὶ, καὶ οἱ χρόνοι τῶν διαλόγων τοῦ τε Πολιτείας, καὶ τοῦ Τιμαίου, εἴπερ ἡ μὲν ἐν τοῖς Βενδιδείοις ὑπόκειται τοῖς ἐν Πειραιεῖ δρωμένοις, ὁ δὲ, ἐν τῇ ἑξῆς τῶν Βενδιδείων. ὅτι γὰρ τὰ ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ ἐνάτῃ ἐπὶ δεκάτῃ Θαργηλιῶνος ὁμολογοῦσιν οἱ περὶ τῶν ἑορτῶν γράψαντες, ὥστε ὁ Τίμαιος ὑπόκειτο ἂν τῇ εἰκάδι τοῦ αὐτοῦ μηνός. εἰ δὲ, ὡς ἑξῆς ῥηθήσεται, καὶ Παναθηναίων ὄντων ὑπόκειται, δῆλον ὅτι τὰ μικρὰ ἦν ταῦτα Παναθήναια. τὰ γὰρ μεγάλα τοῦ Ἑκατομβαιῶνος ἐγίνετο τρίτῃ ἀπιόντος, ὡς καὶ τοῦτο τοῖς ἔμπροσθεν ἱστόρηται. Rursum ad haec Timaei verba: πάντων δὲ ἓν μέγιστον, οὗ νῦν ἐπιμνησθεῖσι, πρέπον ἂν ἡμῖν εἴη. σοί τε ἀποδοῦναι χάριν, καὶ τὴν Θεὸν ἅμα ἐν τῇ πανηγύρει δικαίως καὶ ἀληθῶς οἷόν περ ὑμνοῦντες ἐγκωμιάζειν. Idem Proclus [*p.* 27.] ὅτι γε μὴν τὰ Παναθήναια τοῖς Βενδιδείοις εἵπετο, λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταὶ, καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ· τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἑπέσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἑορτάς. Habes iterum apud eundem Proclum *Commentario* 19.

1. *Jo. Meursium* Panath. C. 6. tangit.

νοῦν ἀπάγει ἀπὸ τῶν ἀνθρωπικῶν ἀσχολημάτων, τὸν δὲ οὕτως νοῦν τρέπει πρὸς τὸ θεῖον, cui praeivit Aristoteles VIII. *Nicomachειων* [C. 9.] αἱ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, οἷον ἀπαρχαί, μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς. Quare inter praecipuas Legislatoris Atheniensium curas, haec fuit, ut diebus Festis Sacra Diis rite fierent, non avocato ad alias curas τῶν ἑορταζόντων animo, neve cuiquam, qua privatim, qua publice, injuria fieret.

Ἀπάντων τῶν Ἀθηναίων ἀγόντων ἱερομηνίαν, μήτ' ἰδίᾳ, μήτε κοινῇ μηδὲν ἀλλήλοις ἀδικεῖν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, μηδὲ χρηματίζειν, ὅ, τι ἂν μὴ περὶ τῆς ἑορτῆς ᾖ.

Die populo Atheniensium festo ne cuiquam, sive privatim, sive publice injuria fiat, neve habeatur concio de aliis rebus, quam iis, quae ad festorum religionem pertinent.

Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [*p.* 447.] eaque praecipit diebus *festis* Deorumque cultui sacratis hoc esse agendum, atque huic uni rei, neque cuiquam alteri, operandum, & animum appellendum. Avocabatur autem animus, vel alterius injuria provocatus, vel rogatus & in suffragia missus, concione habita de rebus, quae nihil ad religionem festorum attinerent. Cavet igitur Legislator, ne quis quemquam injuriose tractet, aut populum de rebus, quae sacrorum non sint: Poterant quidem Prytaneis ἐν ἱερομηνίᾳ ἐκκλησίαν σύγκλητον ποιεῖν· poterant quoque Proëdri ad populum referre, χρηματίζειν, sed cum hac cautione, ὅ, τι ἂν περὶ τῆς ἑορτῆς ᾖ, ut est in Lege, μείζονος χρείας ἐπιλαβούσης· alioquin justitium erat, πάντες ἐν τῇ ἑορτῇ ἀφειμένοι ἦσαν, ut legitur in veterum Commentariis, καὶ οὐδεὶς συνήρχετο εἰς ἐκκλησίαν τῆς βουλῆς. Unde Demosthenes hac ipsa *adversus Timocratem Oratione* [446.] καὶ ταῦτα ὄντων Κρονίων· καὶ διὰ ταῦτα ἀφειμένης τῆς βουλῆς. Et paulo post: τῆς βουλῆς μὲν ἀφειμένης, τῶν δὲ ἄλλων διὰ τὴν ἑορτὴν ἱερομηνίαν ἀγόντων. Nulla tamen diei *festi* religione movebantur, si decernendum aut sciscendum esset de rebus sacris ad religionem pertinentibus. Itaque reum peragit Timocratem Demosthenes, quod die *festo*, ὄντων Κρονίων ἐνομοθέτησε, non, ut Lege cautum est, περὶ τῆς ἑορτῆς, sed de aerariis. Diximus referri posse ad populum diebus *festis* de rebus sacris in genere, & quae alicujus *festi* religionem spectarent, non tantum de rebus, quae ad religionem illius diei festi, quo concio habebatur, pertinerent: id expresse habes apud Demosthenem, nam concionem haberi vult Timocrates die duodecimo mensis Hecatombaeonis, quo celebrabantur τὰ Κρόνια, praetextu Panathenaeorum, quasi de rebus illius festi ad populum esset referendum ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τοὺς νόμους ἐπεχειροτονήσατε, οὔσης ἑνδεκάτης τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς, δωδεκάτῃ τὸν νόμον εἰσήνεγκεν εὐθὺς τῇ ὑστεραίᾳ, καὶ ταῦτα ὄντων Κρονίων· καὶ διὰ ταῦτα ἀφειμένης τῆς βουλῆς διαπραξάμενος μετὰ τῶν ὑμῖν ἐπιβουλευόντων, καθίζεσθαι νομοθέτας διὰ τ ψηφίσματος, ἐπὶ τῇ τῶν Παναθηναίων προφάσει. Habes ibidem ipsum Psephisma. [446.]

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος, πρώτης ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, Τιμοκράτης
18. εἶπεν, ὅπως ἂν τὰ ἱερὰ θύηταί τις, καὶ ἡ διοίκησις ἱκανὴ γίνηται, καὶ εἴ τινος ἐνδεῖ πρὸς τὰ Παναθήναια, διοικηθῇ, τοὺς Πρυτάνεις τοὺς τῆς Πανδιονίδος καθίσαι Νομοθέτας αὔριον, &c. Sed ἀντὶ τοῦ, Τιμοκράτης

εἶπεν

εἶπεν, rescribendum est Επικράτης εἶπεν, constat e Graeco Interprete, cujus haec est nota: τὸ ψήφισμα λέγει, ὅπερ ἔγραψεν ὁ Επικράτης φίλος ὢν τοῦ Τιμοκράτους, λέγων, ἐπειδὴ ἐγγύς ἐστι τὰ Παναθήναια, συναχθῶμεν ἐπὶ τὸ σκέψασθαι περὶ αὐτῶν, ὡς δὲ συνήχθησαν, τότε εἰσήγαγεν ὁ Τιμοκράτης τὸν νόμον, ἵνα μὴ γνωσθῇ τὸ πρᾶγμα. εἰ γὰρ καὶ τὰ δύο ἐποίησεν ὁ Τιμοκράτης, ὕποπτος ἂν ἐγίνετο. Legem, quam die sequenti, qui duodecimus erat Hecatombaeonis, ὄντων Κρονίων, tulit Timocrates, apud Demosthenem in sequentibus habes. Dicitur autem in hac Lege ἁπάντων τῶν Αθηναίων ἀγόντων ἱερομηνίαν, id est, diebus omni Atheniensium populo festis, quia aliae erant ἱερομηνίαι καὶ ἑορταὶ quorundam ex Atheniensibus: nam sua privataque erant sacra & festa singulis φύλαις, δήμοις, τριττύαις, ἔθνεσι, φρατρίαις, gentibus, familiis: atque soli illi feriabantur, quorum erat sacrum.

XI. Athenae, quibus de suo nomen dedit inventrix oleae Minerva, Deam illam religiosissime, ut par erat, coluerunt, atque inter praecipua *festa* in ejus honorem celebrarunt *Panathenaea*, de quibus Libro singulari viri praestantissimi: Nemo autem est qui ignoret duplicia fuisse apud Athenienses *Panathenaea*, *Majora* scilicet & *Minora*: quorum illa quinto quoque anno agitabantur, haec vero quotannis recurrebant. Sed de tempore disputatur, quo *Minora* celebrabantur: Nam Viri Clarissimi [1] censent celebrata esse vere: *Panathenaeis* enim aperiri mare, ac navigari iterum coeptum est, quod tamen alii verius adscribunt Dionysiis. Aristoteles *de Animalium Generatione Libro I. cap.* 18. docens varie accipi praepositionem ἐκ, cum dicitur aliquid ἐκ τοῦδε γίνεσθαι ἢ εἶναι, ita scribit, οὐ γὰρ δὴ ὡς τόδε μετὰ τόδε, οἷον ἐκ τῶν Παναθηναίων ὁ πλοῦς. Ineunte vere solita maria aperiri, cum veteribus parum in usu esset hiberna navigatio, nemo it inficias. Ergo ista *Panathenaea*, de quibus Aristoteles, vere agitabantur: *Majora* autem *Panathenaea* mense Hecatombaeone celebrabantur, id est, per aestatis tempus. Restat igitur, ut *Minora* illa sint *Panathenaea*, quae vere agitabantur, & a quibus mare statim patebat navibus. Addunt iidem praestantissimi viri *Minora* haec *Panathenaea* fuisse celebrata postridie *Bendidiorum*, vicesimo scilicet Thargelionis mensis die. Proclus *Commentario I. in Timaeum* Platonis [*p.* 9.] δηλοῖ δὲ ἐκ τούτων εἰσὶ, καὶ οἱ χρόνοι τῶν διαλόγων τῆς τε πολιτείας, καὶ τοῦ Τιμαίου, εἴπερ ἡ μὲν ἐν τοῖς Βενδιδείοις ὑπόκειται τοῖς ἐν Πειραιεῖ δρωμένοις, ὁ δὲ, ἐν τῇ ἑξῆς τῶν Βενδιδείων. ὅτι γὰρ τὰ ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ ἐνάτῃ ἐπὶ δεκάτῃ Θαργηλιῶνος ὁμολογοῦσιν οἱ περὶ τῶν ἑορτῶν γράψαντες, ὥστε ὁ Τίμαιος ὑπόκειτο ἂν τῇ εἰκάδι τοῦ αὐτοῦ μηνός. εἰ δὲ, ὡς ἑξῆς ῥηθήσεται, καὶ Παναθηναίων ὄντων ὑπόκειται, δῆλον ὅτι τὰ μικρὰ ἦν ταῦτα Παναθήναια. τὰ γὰρ μεγάλα τοῦ Εκατομβαιῶνος ἐγίνετο τρίτῃ ἀπιόντος, ὡς καὶ τοῦτο τοῖς ἔμπροσθεν ἱστόρηται. Rursum ad haec Timaei verba: πάντων δὲ ἓν μέγιστον, οὗ νῦν ἐπιμνησθεῖσι, πρέπον ἂν ἡμῖν εἴη. σοί τε ἀποδοῦναι χάριν, καὶ τὴν Θεὸν ἅμα ἐν τῇ πανηγύρει δικαίως καὶ ἀληθῶς οἷόνπερ ὑμνοῦντες ἐγκωμιάζειν. Idem Proclus [*p.* 27.] ὅτι γε μὴν τὰ Παναθήναια τοῖς Βενδιδείοις εἵπετο, λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταὶ, καὶ Αριστοτέλης ὁ Ρόδιος ἱστορεῖ, τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἕπεσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Αθηνᾶν ἑορτάς. Habes iterum apud eundem Proclum Commentario 19.

1. *Jo. Meursium* Panath. C. 6. tangit.

tario in Politeiam [*p.* 353.] τὰ δὲ Παναθήναια καὶ ταῦτα μικρὰ λέγων τοῖς Βενδιδείοις ἑπόμενα τὴν Ἀθηνᾶν εἶχε τῆς ἑορτῆς πρόφασιν. Tertium argumentum petunt ex eo quod postridie *Bendidiorum* lampade certatum est. Plato *Lib. I. Polit.* [*princip.*] Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ προσευξόμενός τε τῇ Θεῷ, καὶ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι τίνα τρόπον ποιήσουσιν, ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες. προσευξάμενοι δὲ καὶ θεωρήσαντες, ἀπῇμεν πρὸς τὸ ἄστυ. κατιδὼν οὖν πόρρωθεν ἡμᾶς οἴκαδε ὡρμημένους Πολέμαρχος ὁ Κεφάλου, ἐκέλευσε δραμόντα τὸν παῖδα περιμεῖναί ἑ κελεύσαι. καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ὅ, τε Πολέμαρχος ἧκε, καὶ ἄλλοι τινὲς ὡς ἀπὸ τῆς πομπῆς. ὁ οὖν Πολέμαρχος ἔφη, ὦ Σώκρατες, δοκεῖτέ μοι πρὸς ἄστυ ὡρμῆσθαι ὡς ἀπιόντες, ἢ τοίνυν τούτων (ἔφη) κρείττους γένεσθε, ἢ μένετ' αὐτοῦ. ἆρα γε (ἦ δ' ὃς) οὐδ' ἴστε ὅτι λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ Θεῷ; ἀφ' ἵππων, ἦν δ' ἐγώ; καινόν γε τοῦτο. λαμπάδια ἔχοντες διαδώσουσιν ἀλλήλοις, ἁμιλλώμενοι τοῖς ἵπποις; ἢ πῶς λέγεις; οὕτως ἔφη ὁ Πολέμαρχος. καὶ πρός γε παννυχίδα ποιήσουσιν, ἣν ἄξιον θεάσασθαι. ἐξαναστησόμεθα γὰρ μετὰ τὸ δεῖπνον, καὶ τὴν παννυχίδα θεασόμεθα. ἡ μὲν οὖν οἴκαδε εἰς τοῦ Πολεμάρχου. Ego vero nullus dubito, *Panathenaea Minora* eodem tempore celebrata fuisse, quo *Majora*, nempe Hecatombaeone mense jam affecto. Argumenta vero, quae contra adferuntur, tantum abest ut adstruant Viri Clariss. sententiam, ut contra, si Procli unius verba excipias, hinc validissimae fabricentur machinae, quibus evertatur plane: Nam, ut ὕστερον πρότερον dicamus, Platonis verba huic maxime adversantur viri magni sententiae: Lampadis enim certamen, de quo Plato, fiebat in honorem *Dianae*, non autem *Minervae*. Plato quippe eandem designat Deam, his verbis, λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ Θεῷ, quam indicavit paulo ante istis: κατέβην χθὲς εἰς τὴν Πειραιᾶ προσευξόμενός τε τῇ Θεῷ, καὶ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι. Neque enim quicquam addit, quo alteram ab altera distinguat. Atqui certum est, primis Dialogi verbis *Dianam* intelligi, cujus honori *Bendidia* celebrabantur in Piraeeo. Adde quod Socrates inducitur tanquam plane ignarus eorum, quae post pompam *Bendidiorum* fieri debebant, nempe & futuri lampadum certaminis, & pervigilii. Redit enim e Piraeeo in urbem, quasi nihil amplius sibi videndum superesset. Attamen si Lampadum certamen, de quo Plato, si pervigilium peracta fuissent in honorem *Minervae*, ea ignorare non poterat, tanquam nova, Socrates, ut quae jam ab ipso Thesei aevo, aut paulo post, essent instituta, si excipias, Lampadum certamen in equis decertasse; quod plane novum & inauditum: Fuerunt igitur & pervigilium illud, & Lampadum certamen, quorum hic meminit Plato, pars festi *Bendidiorum*: Quare utrumque in Piraeeo peragebatur, eaque de caussa in Piraeeo remanent: Erat enim domus Polemarchi in ipso Piraeeo; unde dicebat Socrati Cephalus Polemarchi pater, cum ad eum domum venissent: ὦ Σώκρατες, οὐδὲ θαμίζεις ἡμῖν καταβαίνων εἰς τὸν Πειραιᾶ. Lampadis vero certamen, quod *Panathenaeis* certabatur, in Ceramico extra urbem, sive in Academia peragebatur: λαμπαδηδρομίαι γίνονται τρεῖς ἐν τῷ Κεραμεικῷ, Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστου, Προμηθέως, inquiunt veteres ad Aristophanis [*Ranas vs.* 132] Magistri: Ceramicum autem a Piraeeo longe distabat. Quod vero ad Proclum attinet, facile illi imposuit Aristoteles Rhodius, cujus verba laudat: τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἕπεσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἑορτάς. Non enim intelligit Aristoteles Rhodius *Panathenaea*, sed potius Καλλυντήρια καὶ Πλυντήρια festa, quae in honorem *Minervae* celebra-

lebrabantur, de quibus multa Vir magnus in *Libris Atticarum Lectionum*, & *Graeciae Feriatae*. *Plynteria* celebrantur die viceſimo quinto Thargelionis menſis, ut e Plutarcho in *Alcibiade* [*p.* 210. *B.*] conſtat: de *Callynteriis* nihil habemus certi dicere: conjecturae tamen ſi quis locus, putem iſtud feſtum conjiciendum in diem viceſimum ſecundum Thargelionis: nam die viceſimo Thargelionis, ut auctor eſt Ariſtoteles Rhodius, *Bendidia* celebrabantur. Poſtridie ſermones de Republica habentur apud Platonem: κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ προσευξόμενός τε τῇ Θεῷ, καὶ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι. Die verò inſequenti, qui viceſimus ſecundus eſt Thargelionis, fingitur haberi ſermo, qui Timaeus inſcribitur: Atque is dies *Minervae* ſacer eſt. Majoris momenti ad firmandam Viri Clariſſimi ſententiam videtur Ariſtotelis Stagiritae locus, ſed videtur tantum, nam revera nil minus praeſtat, quam quod adſtruunt: neque enim intelligendus eſt, ut interpretantur, quaſi tunc primum a *Panathenaeis* maria aperirentur; hoc enim falſum eſt: nam Elaphebolione menſe a *Dionyſiis* aperiebantur. Theophraſtus [*Charaćter.* C. 4.] καὶ τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλώϊμον εἶναι· neque dixit Ariſtoteles, τὴν θάλατταν ἐκ Παναθηναίων πλώϊμον εἶναι, ſed τὸν πλοῦν, quod longe aliud eſt. Trierarchiae (quod munus fuiſſe apud Athenienſes graviſſimum omnes norunt) legitimum tempus annus erat. Strategi autem ad obeundam Trierarchiam vocabant, & cenſum delectumque habebant: jam vero Strategi magiſtratum ſuum adibant Hecatombaeone menſe, quo novo Trierarchis triremes inſtruere imperabant, & judicia περὶ τριηραρχίας καὶ ἀντιδόσεως reddebant, ita ut circa vertentem Hecatombaeonem triremes e portu ſolverent, unde dixit Ariſtoteles, οἷον ἐκ τῶν Παναθηναίων ὁ πλοῦς. Longe autem ante Thargelionem (ne *Panathenaea* dicam) aperiebatur mare, nempe Elaphebolione menſe a Dionyſiis, ut e Theophraſto diximus, & paria facit cum obſervatione Vegetii *Lib. V. cap.* 9. *Sequitur menſium dierumque tractatus: Neque enim integro anno vis atque acerbitas maris patitur navigantes; ſed quidam menſes aptiſſimi, quidam dubii, reliqui claſſibus intractabiles ſunt lege naturae. Phaenitae decurſu, id eſt, poſt ortum Pleiadum a die ſexto Kalendarum Juniarum, uſque ad Arcturi ortum, id eſt, in diem octavum decimum Kalendarum Octobrium, ſecura navigatio creditur, quia aeſtatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur: ita poſt hoc tempus uſque in tertiam Idus Novembris incerta navigatio eſt, & diſcrimini propior, propterea, quia poſt Idus Septembris oritur Arcturus vehementiſſimum ſidus. Et octavo Kalendas Octobris aequinoctialis evenit acerba tempeſtas. Circa Nonas vero Octobris Haedi pluviales, quinto Idus ejuſdem Taurus. A Novembri autem menſe crebris tempeſtatibus navigia conturbat Vergiliarum biemalis occaſus. Ex die igitur tertio Iduum Novembris uſque in diem ſextum Iduum Martiarum, maria clauduntur: Nam lux minima; noxque prolixa; nubium denſitas, aëris obſcuritas, ventorum, imbri, vel nivibus geminata ſaevitia, non ſolum claſſes pelago, ſed etiam commeantes a terreſtri itinere deturbat. Poſt natalem vero (ut ita dicam) navigationis, qui ſolenni certamine, publicoque ſpectaculo multarum gentium celebratur, plurimorum ſiderum, ipſiuſque temporis ratione, uſque in Idus Maias periculoſe maria tentantur, non quod negotiatorum ceſſet induſtria, ſed quia major adhibenda eſt cautela, quando exercitus navigat cum Liburnis, quam cum privatorum mercium feſtinat audacia.* Mendoſum eſt illud, *Phaenitae decurſu*, & MSS. codices habent partim, *flagrante decurſu*, partim *pagnitae*. Vir maximus Hadrianus Turnebus teſtatum reliquit ſe in ſuo exemplari repeeriſſe, *Phagnitae decurſu*; indeque faciendum cenſuit, *Pharmuti decurſu*: nam Aegyptii menſis nomenclatura eſt, de quo in Epigrammate Graeco,

20.

21.

Εἰαρινῶν Φαρμουθὶ ῥόδων πρωτάγγελός ἐστι.

Verum emendatio maximi viri non poteſt probari, quia *Pharmuthi*, qui menſis Aegyptiacus fixus intelligitur in anno Juliano, incipit die viceſimo ſeptimo Martii Juliani: ergo tempus non convenit: nam inter menſem *Pharmuthi* & diem ſextum Kalendarum Juniarum intercedit menſis *Pachon*, dieſque ſextus Kalendarum Juniarum eſt ſecundus menſis *Payni*. Quare putem potius

legendum esse apud Vegetium [1], *Phoeniciae decursu:* Est enim *Phoenicias* ventus, cujus meminerunt Plinius, itemque Aristoteles Μετεωρολογικῶν *Lib. II. cap. 6.* cujus verba describemus, ut emendentur: καλεῖται δὲ κατὰ τὴν θέσιν τῶν τόπων τὰ πνεύματα ὧδε· Ζέφυρος μὲν, ἀπὸ τῆς δυσμῆς ἰσημερινῆς. ἐναντίος δὲ τούτῳ Ἀπηλιώτης, ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἰσημερινῆς. Βορέας δὲ καὶ Ἀπαρκτίας, ἀπὸ τῆς ἄρκτου. ἐναντίος δὲ τούτῳ Νότος, ἀπὸ τῆς μεσημβρίας. Καικίας δὲ, ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς θερινῆς· ἐναντίος δὲ τούτῳ Λίψ. ἀπὸ τῆς δυσμῆς χειμερινῆς. Εὖρος, ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς χειμερινῆς· ἐναντίος δὲ τούτῳ Ἀργέστης, ἀπὸ δυσμῆς θερινῆς. ἕτεροι δὲ εἰσὶ, καθ' οὓς οὐκ ἔστιν ἐναντία πνεύματα· Θρασκίας μέσος Ἀργέστου καὶ Ἀπαρκτίου, καὶ Μέσης μέσος Καικίου καὶ Ἀπαρκτίου. ἐναντία δὲ τούτοις οὐκ ἔστι τοῖς πνεύμασι, οὔτε τῷ Θρασκίᾳ, οὔτε τῷ Μέσῃ· εἰ μὴ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐπ' ὀλίγον πνεῖ τις ἄνεμος, ὃν καλοῦσιν οἱ περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον, Φοινικίαν. Ab Occidente aequinoctiali flat *Favonius*; ab Oriente aequinoctiali *Subsolanus*; a Septemtrionibus *Septemtrio*; a Meridie *Auster*; ab Ortu solstitiali *Caecias*; ab Occasu brumali *Africus*; ab Ortu brumali *Vulturnus*; ab Occasu solstitiali *Corus*; a media regione inter *Septentrionem* & *Corum Thrascias*; a media regione inter *Caeciam* & *Septemtrionem Meses* sive *Aquilo*; a media regione inter *Vulturnum* & *Austrum*, *Phoenicias*, quem alii *Euronotum* dixere: Plinius *Lib. II. cap.* 47. *Sunt ergo bini in quatuor coeli partibus: ab Oriente aequinoctiali* Subsolanus, *ab Oriente brumali* Vulturnus: *illum* Apeliotem, *hunc* Eurum *Graeci appellant. A Meridie* Auster, *& ab Occasu brumali* Africus; Noton *&* Liba *nominant. Ab Occasu aequinoctiali* Favonius: *ab Occasu solstitiali* Corus; Zephyron *&* Argesten *vocant. A Septemtrionibus* Septemtrio: *interque eum & Exortum Solstitialem* Aquilo: Aparctias *dicti &* Boreas: *Numerosior ratio quatuor bis interjecerat* Thrasciam, *media regione inter* Septemtrionem *& Occasum solstitialem: itemque* Caeciam, *media inter* Aquilonem *& Exortum aequinoctialem. Ab ortu solstitiali* Phoeniciam, *media regione inter Ortum brumalem & Meridiem. Item inter* Liba *&* Noton *compositum ex utroque, medium inter Meridiem & hibernum Occidentem* Libonoton. Corruptus est ab interpunctione hic locus Plinii, cetera sanus: Rescribo: [2] *Itemque* Caeciam, *media inter* Aquilonem *& Exortum aequinoctialem ab Ortu solstitiali.* Phoeniciam *media*, &c. Flat quippe *Caecias* ab Ortu solstitiali. Aristoteles: Καικίας δὲ ἀπὸ ἀνατολῆς θερινῆς. Sequitur apud Aristotelem paullo post: ἔστι δὲ τῶν εἰρημένων πνευμάτων, Βορέας μὲν, ὅ, τε Ἀπαρκτίας κυριώτατα, καὶ Θρασκίας κοινὸς Ἀργέστου καὶ Μέσου· ὁ δὲ Καικίας κοινὸς Ἀπηλιώτου καὶ Βορέου· Νότος δὲ, ὅ, τε ἰθαγενὴς ὁ ἀπὸ μεσημβρίας καὶ Λίψ· Ἀπηλιώτης δὲ, ὅ, τε ἀπὸ ἀνατολῆς ἰσημερινῆς καὶ ὁ Εὖρος· ὁ δὲ Φοινικίας, κοινός· Ζέφυρος δὲ, ὅ, τε ἰθαγενὴς, καὶ ὁ Ἀργέστης καλούμενος. Locum esse corruptum praecedentia
22. testantur. Corrigendum suspicor: ἔστι δὲ τῶν εἰρημένων πνευμάτων, Βορέας μὲν, ὅ, τε [3] Ἀπαρκτίας κυριώτατα· ἀλλὰ καὶ Θρασκίας κοινὸς Ἀργέστου. καὶ Μέσου ὅδε Καικίας, κοινὸς Ἀπηλιώτου καὶ Μέσης. Huic loco corrumpendo fuit, prius quidem quod ab aliquo studioso olim superscriptum huic voci, καὶ Μέσης, τὸ Βορέας. nam quem nominat Aristoteles *Mesen*, alii *Borean* dixere: deinde, quia quod commune est, inter duo saltem commune

1. Cum non constet *Phoeniciam* eo potissimum mense flasse, & propius a vestigiis scriptorum librorum recedat, *Paunitae decursu*, id malim; quod & *Scriverius* Illustri *Scaligero* probavit, & nuper admodum recipiendum esse monuit vir doctissimus in *Miscell. Observ.* Vol. IX. p. 405.

2. Eadem distinctione *Plinio* succurrit *Harduinus*, merito improbans vim, quam *Cl. Salmasius* verbis his fecerat in *Solin.* p. 883.

3. *Aristotelis* verbis leniorem medicinam fecit *Cl. Salmas.* in *Solin.* p. 884., quem vide.

ne est, putarunt τὸ καὶ Μέσου conjungendum esse cum τῷ Ἀργέστου. putabant enim *Thrasciam* communem esse faciendum *Argestae* & *Mesae*, cum, si interpungas inter Ἀργέστου & καὶ Μέσου, quemadmodum interpunximus, videretur illis *Thrascias* esse tantum κοινὸς Ἀργέστου, quod absurdum foret: Cum igitur τὸ καὶ Μέσου, conjunxissent cum voce Ἀργέστου, ne abesset alter ille ventus, quem participabat Caecias, mutarunt postremum Μέσης, sive superscriptum Βορέας, in Μέσου sive Βορέου. Sed res est, ut diximus. Emendationisque nostrae fundus est Plinius verbis jam laudatis optimus Aristotelis interpres: binos enim in quatuor coeli partibus scribit hic Aristoteles ventos esse, quorum unus sit ἰθαγενὴς sive κυριώτατα partis illius, e qua flare dicitur; alter non ita proprie. A Septentrionibus igitur *Septentrio*, quem dixit Aristoteles Ἀπαρκτίαν ἢ Βορέαν, flatque hic ventus a Septentrionibus ἰθαγενὴς καὶ κυριώτατα, cujus venti naturam *Thrascias* (id significant δ' καὶ Θρασκίας) participat, ut & *Argestae*. *Mesae* autem hic *Caecias* & *Apeliotae*. Addit καὶ Μέσης, quem alii Graeci scriptores Βορέαν nominant, Latini *Aquilonem*: Nempe alter hic ventus est, qui flat a Septentrionibus, quanquam minus proprie quam *Septentrio*: neque participat naturam venti alicujus flantis e quacunque alia ceterarum trium coeli regionum: Quare bene Plinius, & ex Aristotelis mente, *Mesen* hunc Aristotelis inter octo illos praecipuos recenset: Quod enim ab Aristotele in praecedentibus cum *Thrascia* conjungitur, factum est quia uterque nullum habet ventum, ex Aristotelis quidem sententia, sibi e contrario oppositum, nisi forte *Phoenicias* opponatur *Thrasciae*, non autem quod *Meses* accedat ad naturam venti alicujus flantis ex alia coeli regione praeterquam Septentrionali: non igitur κοινὸς dicitur ab Aristotele, sed μέσος tantum, quod & de omnibus aliis ventis etiam ἰθαγενέσι καὶ κυριωτάτοις, dici potest: soli *Thrascias*, *Caecias*, & *Phoenicias* hic dicuntur ab Aristotele κοινοί, quibus Plinius *Libonoton* ignotum Aristoteli addit, atque hi sunt, qui ventorum, quibus interjacent, naturam participant: Sed de his satis, ad Vegetii verba redeamus. Dicimus igitur apud Vegetium legendum esse, *Phoeniciae decursu, id est, post ortum Pleïadum, a die sexto Kalendarum Juniarum.* Intelligit tempus illud, quo posuit *Phoenicias* sive *Euronotus* post Pleïadum ortum: Pleïades oriuntur tertio Idus Maïas. Ovidius [*Fastor. V*, 599.]:

Pleïadas adspicies omnes, totumque sororum
Agmen, ubi ante Idus nox erit una super.
Tunc mihi non dubiis auctoribus incipit aestas,
Et tepidi finem tempora veris habent.

Idibus *Auster*, aut *Euronotus* flat, itemque sextodecimo atque quintodecimo Kalendarum Juniarum die, ut e Columella [*XI. R.R. C.* 2.] constat, sed majus facit intervallum Vegetius, ad diem scilicet usque sextum Kalendarum Juniarum. Emansores sumus, ad castra redeundum est: Altero igitur ante Thargelionem mense maria aperiebantur, Elaphebolione scilicet, ἐκ τῶν Διονυσίων,
id est, circa Liberalia: nam Liberalibus ipsis socii, quorum plerique insulani, 22.
tributum Athenas importabant. Scholiastes Comici ad haec ex [1] *Equitibus* verba:

Οὐ γάρ με καὶ νῦν διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι
Ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.

Εἶπε γὰρ δρᾶμα τοὺς Βαβυλωνίους, τῇ τῶν Διονυσίων ἑορτῇ, ἥτις ἐν τῷ ἔαρι ἐπιτελεῖται, ἐν ᾧ ἔφερον τοὺς φόρους οἱ σύμμαχοι. Quare in

1. Leguntur hi versus in *Acharn.* v. 501. Quae vero scholia connectit loco ex Poëtae Avibus, ca v. 1478. invenies.

in jus vocare ſolebant hoſpites inſulanos ad Munychionem menſem. Ariſtophanes *Avibus* [*vſ.* 1046.]:

> Καλοῦμαι Πεισθέταιρον ὕβρεως
> Ἐς τὸν Μουνυχιῶνα μῆνα.

Scholia: τῷ γὰρ Μουνυχιῶνι μηνὶ τοῦ ἔαρος δικάζονται αἱ πρὸς τοὺς ξένους δίκαι. Munychionem vero excipiebat Thargelion. Probat quoque *Minora* atque *Majora Panathenaea* eodem tempore celebrata fuiſſe, quod in *Minoribus* eadem agebantur quae in *Majoribus*, ſi excipias peplum, qui inferebatur tantum *Majoribus Panathenaeis*; Sed facile eſt demonſtrare *Panathenaea* quoque *Minora* agitata fuiſſe menſe Hecatombaeone. Pſephiſma ab Epicrate ſcriptum eſt die undecimo Hecatombaeonis ἐπὶ τῇ τῶν Παναθηναίων προφάσει. Habes in ipſo Pſephiſmate: ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος, πρώτης ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, Ἐπικράτης εἶπεν, ὅπως ἂν τὰ ἱερὰ θύηται, καὶ ἡ διοίκησις ἱκανὴ γίνηται, καὶ εἴ τινος ἐνδεῖ πρὸς τὰ Παναθήναια, διοικηθῇ, τοὺς Πρυτάνεις τοὺς τῆς Πανδιονίδος καθίσαι νομοθέτας αὔριον. Die ſequenti Legem ſcripſit Timocrates, ob quam dica illi ſcripta eſt παρανόμου. Eodem autem anno accuſatus eſt Timocrates, quo Legem ſcripſit: nam niſi intra vertentem annum, quo Lex ſcripta erat, accuſatio inſtitueretur, in nullam incurrebat poenam: νόμος γὰρ ἦν τὸν γράψαντα νόμον ἢ ψήφισμα, μετὰ ἐνιαυτὸν, μὴ εἶναι ὑπεύθυνον. Atqui ὑπεύθυνος erat Timocrates, ut ex hac oratione conſtat, itaque Oratio κατὰ Τιμοκράτους inſcribitur; Quare intra annum, quo Legem tulit Timocrates, ſcripta eſt haec Oratio κατὰ Τιμοκράτους. Idque accidit *Theodemo* ſive *Euthydemo* Athenis *Archonte*. Dionyſius Halicarnaſſeus in *Epiſtola ad Ammaeum* [*p.* 121. *Tom. II.*] ἐπὶ δὲ Θεοδήμου τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρξαντος, τόντε κατὰ Τιμοκράτους λόγον ἔγραψε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι παρανόμων τὸν Τιμοκράτην. Vertebat annus quartus Olympiadis ſextae ſupra centeſimam, ut videre eſt apud Anonymum in Deſcriptione Olympiadum, ad hunc annum IV. Olympiadis CVI. [1] ΘΕΟΔΗΜΟΣ· οἱ δὲ ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ. ὁ κατὰ Τιμοκράτους λόγος Δημοσθένους. His ita diſputatis, certum eſt *Panathenaea*, quorum praetextu Legem rogavit Timocrates die duodecimo menſis Hecatombaeonis anni quarti Olympiadis centeſimae ſextae, fuiſſe *Panathenaea Minora*: nam *Majora* tertio quoque anno Olympiadis celebrabantur: Atqui *Panathenaea*, quorum praetextu Legem rogavit Timocrates, celebrata ſunt menſe Hecatombaeone: Unde neceſſario ſequitur *Panathenaea Minora* celebrata fuiſſe menſe Hecatombaeone, quemadmodum & *Majora*, non autem [2] Munychione menſe, ut volebant Viri eruditiſſimi. Atque hoc feſto nemini licebat in veſte tincta pompam ludoſque ſpectare:

Ἐν τῷ τῶν Παναθηναίων ἀγῶνι μὴ ἐξεῖναι τῷ βαπτὸν ἔχοντι ἱμάτιον θεωρεῖν.	*Non licere in veſte tincta Panathenaeorum pompam ludoſque ſpectare.*

24. Qui ſecus fecerat in jus rapiebatur ad Agonothetam, qui in eum animadvertebat. Lucianus in *Nigrino* [C. 14.] ληφθέντα μὲν γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Παναθηναίων, ἄγεσθαι παρὰ τὸν Ἀγωνοθέτην, ὅτι βαπτὸν ἔχων ἱμάτιον ἐθεώρει· τοὺς δὲ ἰδόντας, ἐλεῆσαί τε καὶ παραιτεῖσθαι, καὶ τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος, ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐποίησε, τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος.

XII. Dixi-

1. Decepit Anonymum Olymp. deſcriptorem prava *Epiſt. ad Ammaeum* ſcriptura. Archon ejus anni vero nomine *Eudemus* fuit, ſicuti ex *Diodori* XVI. p. 527. & *Dinarcho* oſtendit diligentiſſimus *Sylburgius*.

2. Imo vero Thargelione, ea enim *Jo. Meurſii* Panath. C. 6. ſententia.

XII. Diximus in ſuperioribus *Panathenaeorum Majorum* proprium fuiſſe peplum inſerre, adde & iſtud, [1] quod Lege cautum ſit, ut *Panathenaeis Majoribus* Homeri carmina a Rhapſodis recitarentur.

Καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα Παναθηναίων τὰ τοῦ Ὁμήρου ἔπη ῥαψῳδεῖσθαι.	*Panathenaeis Majoribus Rhapſodi Homeri carmina recitent.*

Hipparchus Piſiſtrati Filius Legem hanc tulit: Lycurgus ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους [*p.* 161.] βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν. οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν, ὥστε νόμον ἔθεντο καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη. Aelianus *Variae Lib. VIII. cap.* 2. Ἵππαρχος, ὁ Πεισιστράτου παῖς, πρεσβύτατος ὢν τῶν Πεισιστράτου, καὶ σοφώτατος ἦν Ἀθηναίων οὗτος, καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη ἐκόμισε πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ᾄδειν. Plato Hipparcho de Hipparcho [*p.* 228. *B.*], ὃς ἄλλά τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο, καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνὶ, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι. Hipparchum aemulatus eſt Ariſtoteles, ut de ejus Peplo mihi nonnulla ὡς ἐν παρόδῳ liceat obſervare, atque Homeri ſtudioſus fuit, ut qui maxime: eoque factum eſt, ut Homeri Βοιωτίαν, ubi Principum Graeciae genus, patriam, claſſemque recenſet, iret illuſtratum, edito Libro in hanc rem, de quo Euſtathius [*in Iliad. B. p.* 285.] e Porphyrio, neque tantum Heroum genealogias, claſſem & geſta; ſed etiam conſcripſerat illorum extremi fati genus, ſupremumque diem, tumulumque fecerat, & tumulo ſuperaddiderat carmen; atque ita univerſae illi hiſtoriae antiquitati facem praeferebat, & Politicum informabat. Deſcripſiſſe Ariſtotelem iſto Libro Homericorum Heroum genealogias, itemque claſſem, teſtis eſt Porphyrius apud Euſtathium: γενεαλογίας τε ἡγεμόνων ἐξέθετο, καὶ νεῶν ἑκάστων ἀριθμόν. Genealogias cum dicimus, intellige non tantum Heroum majores, ſed etiam poſteros. Auctor *Etymologici M.* Ἦλις, ἔστι δὲ πόλις Πελοποννήσου. ὁ κτίσας δὲ αὐτὴν Ἠλεῖος παῖς Ποσειδῶνος καὶ Εὐρυπύλης τῆς Ἐνδυμίωνος, Ἠλείου δὲ Ἄλεξις καὶ Ἐπειος βασιλεύς· ἀφ' οὗ Ἐπειοὶ οἱ Ἠλεῖοι, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Πέπλῳ. Geſta quoque Heroum perſcripſiſſe colligimus e Libri titulo: nam iſte Liber ἐκλήθη Πέπλος, & a Peplo, qui Minervae *Panathenaeis* inſerebatur, nomen accepit: in illo autem peplo intexebatur Titanomachia, reſque a Minerva tum hic cum Jove patre, cum alibi geſtae: *depingebantur quoque qui ſtrenue ſe in bello geſſiſſent*, inquit Servius, qui inde a Comico [*Equit. vſ.* 563.] dicuntur ἄνδρες ἄξιοι τοῦ Πέπλου. Quare iſto Libro Ariſtoteles univerſa Heroum geſta in literas retulerat ad ſupremum uſque diem & exitum, quem etiam recenſebat; argumento eſt, quod omnia illa Epigrammata, quae de Ariſtotelis Peplo ſunt deſcripta, carmina ſint, quae tumulis illorum ſuperaddantur: praeterea neque illorum, ut qui Dii non ſint, nomina aut res geſtae intertexi & legi poterant in hoc Peplo, niſi vitam cum morte commutaſſent, quemadmodum in Minervae Peplo non pingebantur niſi ii, qui in bello fortiter fecerant & occubuerant, ſi Antigonum & Demetrium excipias, quia Athenienſium ſcito Dii habiti ſunt: Superaddiderat Ariſtoteles Heroum tumulis titulos & carmina, 25.
ἐπιγράμματα εἰς αὐτοὺς, ſingulis Heroïbus ſingula, quae duobus non amplius verſiculis, excepto uno quod Ajaci dederat, conſtarent: δίστιχα δὲ τὰ

1. Eadem haec *Jo. Meurſ.* Panath. C. 25., quem de Peplo quoque vide C. 17. &c. & *Jo. Alb. Fabricium* III. Bibl. Gr. 6. p. 160.

τὰ ὅλα ἐκεῖνα, δίχα τοῦ γραφέντος εἰς τὸν Αἴδωνα. Sed quid fiet binis illis Epigrammatis, quae leguntur hodie uni soli Heroï data? Alterum plane νοθεύει, καὶ οὐκ ἔστι τοῦ πατρὸς Ἀριστοτέλους παιδίον. Descripserat ista & in unum collegerat Epigrammata Porphyrius ex isto Aristotelis Peplo, sed nos hodie paucula tantum habemus, quorum numerum hoc fragmento augebis per nos:

— κεῖται,

Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ, πνεῦμα δ' ἀὴρ ὅδ' ἔχει.

Legitur apud Eustathium ad *Iliad. A.* οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀέρος, ὡς δηλοῦται καὶ ἔν τινι τῶν παρὰ Πορφυρίῳ, ἐν ᾧ κεῖται τὸ, σῶμα μὲν ἐν πόντῳ κεῖται, πνεῦμα δ' ἀὴρ ὅδ' ἔχει. Neque extat, quamquam valde affinia leguntur, ut illud ἐπὶ Γουνέως.

Σῆμα τὸ μὲν Γουνῆος ὁρᾷς, ψυχὴ δὲ θανόντος
Ἀέρ' ἐς ὑγρὸν ἔβη, σῶμα δὲ πόντος ἔχει.

Atque istud ἐπὶ κενοταφίου Πρόθου.

Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ Πρόθου, Τενθρηδόνος υἱοῦ,
Κεῖται. ἀνοίκητον δ' οὔνομα τύμβος ἔχει.

Scriptorem hujus Pepli Aristotelem Stagiritem non esse multi suspicantur, quia Diogenes Laërtius in accuratissimo illo syllabo inter opera Aristotelis non recenset: & alterum quendam Aristotelem auctorem facit Joannes Tzetzes in Hesiodum [*p.* 13.] Ἀριστοτέλης γὰρ, ἢ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ, οἶμαι, ὁ τοὺς πέπλους συντάξας ἐν τῇ Ὀρχομενίων Πολιτείᾳ. Atque is forte est, qui tertius a Diogene recensetur, & nonnulla ad Homeri *Iliadem* est commentatus. Verum, auctore ipso Tzetze, conjicimus non alium quam Philosophum Aristotelem Stagiritem Pepli fuisse auctorem: E verbis enim Tzetzis duo elicimus, prius est, eundem esse qui Peplum scripsit, & qui Πολιτείας. Atqui certissimum est, nullum alium esse Πολιτειῶν auctorem, quam Stagiritem Aristotelem: alterum vero est, scriptum hunc Aristoteli Librum, ut Politicum informaret, & Πολιτείας, magnum & arduum opus, consultius & tutius aggrederetur: Nam pleraeque illae civitates, quarum Πολιτείας describebat, erant ἀποικίαι & coloniae veterum illorum Heroum Homericorum; intererat autem scire, quae patria, quae gens nobile illorum eduxisset caput, quaenam illorum gesta & fatum, quod in Peplo erat executus, ut hac ratione uniuscujusque Πολιτείας sacrorum ritus, Leges, & instituta dignoscerentur, &, si forte, caussae illorum ab ipsis Coloniarum deductoribus, eorumque institutis patriis repetitae, aperirentur.

XIII. Maxima cum pompa peplus Panathenaeis inferebatur, prosequebantur enim Athenienses omnis ordinis, omnis aetatis, omnis, neque Athenienses tantum, sed etiam inquilini; & quidem mares cum ligonibus, feminae cum hydriis & umbellis:

Τοὺς μετοίκους ἐν ταῖς πομπαῖς, αὐτοὺς μὲν σκάφας φέρειν· τὰς δὲ θυγατέρας αὐτῶν ὑδρεῖα, καὶ σκιάδια.

Inquilini in pompa [1] *ligones ferant: eorumque filias hydrias & umbellas.*

Meminerunt hujus Legis Demetrius atque Theophrastus apud Harpocrationem:

1. Sequitur errantem *Jo. Meurs.* IV. L. Att. 9. & Panath. C. 21. Σκάφαι erant alvei, ut bene *Jac. Perizon.* in *Aelian.* VI. V. Hist. 1., in quibus gestari aliquid poterat. σκάφην κηρίων ἔχουσαν *Ammon.* in Ἰσοτελεῖς adpellat. Vide viros doctos ad *Aelianum* & *H. Valesium* in *Harpocrat.* Σκαφηφόροι.

nem: Σκαφηφόροι, Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ἀγασικλέους φησίν. οἱ ἀντὶ σκαφηφόρων ἔφηβοι εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβήσονται, οὐχ ὑμῖν ἔχοντες 26.
χάριν τῆς Πολιτείας, ἀλλὰ τῷ ἀργυρίῳ· οὗτοι γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι. Δημήτριος γοῦν ἐν τρίτῳ νομοθεσίας φησὶν, ὅτι προσέταττεν ὁ νόμος τοῖς μετοίκοις ἐν ταῖς πομπαῖς, αὐτοὺς μὲν σκάφας φέρειν· τὰς δὲ θυγατέρας αὐτῶν ὑδρεῖα, καὶ σκιάδια. διείλεκται περὶ τούτων καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν νόμων. Sed corruptus est numerus Libri Theophrastei: Scripserat Theophrastus Legum Libros viginti quatuor, ordine alphabetico, ut narrat Diogenes [*L. V*, 44.] Νόμων κατὰ στοιχεῖον κδ. Jam vero στοιχείῳ sive literae M assignatae sunt Leges illae, quae leguntur περὶ Μετοίκων. Duodecimus igitur Liber sive τὸ M erat, reponendumque est apud Harpocrationem ἐν δωδεκάτῳ τῶν Νόμων. nam Μέτοικοι, de quibus agitur, primam literam habent M. Intelligitur autem hic *pompa Panathenaïca*. Hesychius: Σκαφηφόροι, οἱ μέτοικοι οὕτως ἐκαλοῦντο· σκάφας γὰρ ἔφερον ἐν Παναθηναίοις, atque hanc *pompam* designant Dinarchi verba apud Harpocrationem: οἱ ἀντὶ Σκαφηφόρων ἔφηβοι εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβήσονται. Scripta autem videtur haec Lex τοῖς Μετοίκοις circa belli Peloponnesiaci tempora, ubi Athenienses prospero rerum suarum successu corrupti insolescere coeperunt: colligere est ex his Aeliani verbis *Variae Lib. VI. cap.* 1. Ἀθηναῖοι εὐτυχίας λαβόμενοι, τὴν εὐπραγίαν σωφρόνως οὐκ ἤνεγκαν· τὰς γοῦν παρθένους τῶν Μετοίκων σκιαδηφορεῖν ἐν ταῖς πομπαῖς ἠνάγκαζον ταῖς ἑαυτῶν κόραις, τὰς δὲ γυναῖκας ταῖς γυναιξὶ, τοὺς δὲ ἄνδρας σκαφηφορεῖν. In hac *Panathenaeorum pompa* Ephebos nigram indutos fuisse chlamydem existimat [1] Vir eruditissimus, idque obtinuisse ad Herodem Atticum usque, qui albas indui jussit. Philostratus *Soph. Lib. II. in Herode* [C. 5.]: μετεκόσμησε δὲ καὶ τοὺς Ἀθηναίοις ἐφήβοις ἐς τὸ νῦν σχῆμα, χλαμύδας πρῶτον ἀμφιέσας λευκὰς, τέως γὰρ δὴ μελαίνας ἐνημμένοι τὰς ἐκκλησίας περιεκάθηντο, καὶ τὰς πομπὰς ἔπεμπον, πενθούντων δημοσίᾳ τῶν Ἀθηναίων τὸν κήρυκα τὸν Κοπρέα, ὃν αὐτοὶ ἀπέκτειναν, τοὺς Ἡρακλείδας τοῦ βωμοῦ ἀποσπῶντα. Ego vero nullus dubito sententiam viri eruditissimi non posse cuiquam probari, qui attenderit ad ea quae jam ante observavimus [2]: nam nemini fas erat in veste tincta *pompam* hanc ludosque *Panathenaicos* spectare: quanto igitur minus pompam ipsam dedu-

1. *Jo. Meursius* Panath. C. 22.

2. Imo vir ille eruditissimus, quicumque tandem fiet, mihi videtur recte sentire: ejus sententiam confirmant, meo quidem judicio, ea, quae ante Petitus observavit; scilicet legem fuisse, *nemini licere in veste tincta ludos Panathenaicos spectare*: nam quod putat, vestem nigram necessario esse tinctam, id secus est. Veterum vestis nigra texebatur ex nigris furvisve lanis, quae, ut *Plinius* L. VIII, 48. ait, nullum colorem bibunt. Βαπτὰ vero ἱμάτια vestes erant laetioris & jucundioris coloris, quas ferebant οἱ τρυφῶντες τῶν ἐφήβων, puta πορφυρᾶ ἢ βατράχεια. Antiquissimam vero fuisse legem & ejus auctorem Theseum, testatur locus ex *Philostrato* a Petito laudatus. Theseus enim Athenis regnabat eo tempore, quo Heraclidae ἱκέται in eam urbem profugiebant. Videtur autem princeps aequalitatis studiosissimus eam promulgasse, ne ditiores in celebrioribus festis & solemnitatibus pauperes vestibus tinctis praestarent, & ne invidiae locus ullus esset. JAC. PALM.

Ibid. Facit cum Petito *Olearius* ad *Philostratum*. Equidem vellem ab alterutro ostensum esset, quo referri oporteat περὶ τὰς πομπὰς ἱματίων, si Panathenaeorum, de quibus *Philostratus*, solemnitatem haud spectent. Docere praeterea debuerant, τῶν περιπόλων chlamydem fuisse nigram, quod *Artemidorus* I, 56. perpetui moris fuisse negat. Jam quod *Palmerius* observat, Panathenaeorum festo omnes Athenienses pulla veste fuisse indutos, id validissime infringunt haec *Suidae* in Ἀσκοφορεῖν· οἱ μὲν γὰρ μέτοικοι χιτῶνας ἐνεδύοντο χρῶμα ἔχοντας φοινικοῦν καὶ σκάφας ἔφερον· ὅθεν Σκαφηφόροι προσηγορεύοντο. οἱ δὲ ἀστοὶ ἐσθῆτα εἶχον, ἣν ἐβούλοντο. Quare *Philostrati* verba ad solos Ephebos referenda putem.

deducere in veste nigra adeoque funesta: neque est quod quisquam putet Legem hanc ab Herode Attica censeri debere, quasi aut ab ipso Herode lata esset, aut certe ex quo ipse Ephebos jussit albas chlamydes indui: non enim id ita est. Lucianus enim Legis hujus meminit tanquam jamdiu ante observatae, & scripsit Lucianus meo judicio hunc Librum, antequam quicquam in Epheborum ornatu innovasset Herodes Atticus. Praeterea, quod caput est, *Panathenaeorum* dies atra aliqua veste ob memoriam caedis cujusquam funestatos fuisse, par non est credere: Erant enim laetitiae toti consecrati: neque in hanc anni tempestatem potest cadere caedes Coprei, quem lugebant atrati Ephebi, ut e Philostrato constat, πενθούντων δημοσίᾳ τῶν Ἀθηναίων τὸν κήρυκα τὸν Κοπρέα, ὃν αὐτοὶ ἀπέκτειναν, τοὺς Ἡρακλείδας τοῦ βωμοῦ ἀποσπῶντα. Circa Hecatombaeonem mensem mortalitatem exuit Hercules: praecipitata quippe hieme, quare Euenus, ut est apud ingeniosissimum Poëtarum, qui nonnulla in his peccat;

Uberior solito, nimbis hiemalibus auctus,
Vorticibusque frequens erat atque impervius amnis.

Hieme igitur praecipitata Thrachinem venit Hercules, ibidemque paululum
27. moratus Omphalae in servitutem venditus est, apud quam annum fuit: triennio fuisse scribit Apollodorus his verbis [*L. II. C.* 6, 2.] λαμβάνει χρησμὸν Ἡρακλῆς, ὃς ἔλεγεν ἀπαλλαγὴν αὐτῷ τῆς νόσου ἔσεσθαι πραθέντι, καὶ τρία ἔτη δουλεύσαντι, καὶ δόντι ποινὴν τοῦ φόνου τὴν τιμὴν Εὐρύτῳ. Sed tres annos apud Omphalem in servitute non fuit: nam impendit Hercules annos octo & mensem unum exsequendis primis decem laboribus ab Eurystheo imperatis. Apollodorus: τελεσθέντων δὲ τῶν ἄθλων ἐν μηνὶ καὶ ἔτεσιν ὀκτώ. Adde his triennium, quod, si Apollodori codicibus credimus, exegit apud Omphalem, fiunt anni undecim & mensis unus; itaque supererunt undecim tantum menses reliquis omnibus patrandis, quae ab Hercule gesta fuisse produntur: nam duodecimo tandem anno, ex quo imperata ab Eurystheo obire coepit, fato functus est: Atqui ἀπίθανον est intra tam exiguum temporis spatium, quod ne unius quidem anni est; tot laboribus fuisse defunctum Herculem, ut mittam nuptias cum Deianira, quae ad hoc intervallum omnino sunt referenda ex Apollodori sententia: e Deianira autem tres liberos sustulit: Rescribo itaque apud Apollodorum: ὃς ἔλεγεν ἀπαλλαγὴν αὐτῷ νόσου ἔσεσθαι πραθέντι, [1] καὶ ἤτρια ἔτει δουλεύσαντι, si annum, inquit, ad lanificium sive stamen servierit: atque huic ministerio deputatus est ab Omphale. Donatus in *Eunuchum: Omphale Lydiae Regina fuit, quae Herculem sibi servientem etiam ad lanificium compulit, cum ipsa calathum & colam, cultusque femineos, sagittis & clava, leonisque tegmine mutasset.* Exactum fuisse unum tantum annum ab Hercule in Omphales servitio testatur Hyllus apud Sophoclem in *Hercule Oetaeo* [*vs.* 69.]

Τὸν μὲν παρελθόντ᾽ ἄροτον ἐν μήκει χρόνου,
Λυδῇ γυναικί φασί νιν λάτριν πονεῖν.

Itemque Lychas apud eundem [*vs.* 256.]

Κεῖνος δὲ πραθεὶς Ὀμφάλῃ τῇ βαρβάρῳ
Ἐνιαυτὸν ἐξέπλησεν, ὡς αὐτὸς λέγει.

Annum igitur exegit apud Omphalem, tres deinde menses impendit in apparatu bellico, aut ipso adversus Eurytum bello; atque ita fiunt quindecim

1. Nihil dicam de novo dicendi genere καὶ ἤτρια ἔτει δουλεύειν, quod utique fulcro, ne rueret, indigebat. Oraculum correctionem respuit. Hercules sciscitabatur, qui morbo posset liberari? sors exiit, si in servitutem venderetur, & pretium ex se vendito redactum Ipheti liberis solveret. De genere servitii nihil; neque addi id poterat, cum emtor esset incertus. Adde *Joan. Tzetzen* Chiliad. II, 327. tres *Apollodori* annos egregie tueri.

cim illi menses, quibus a Deianira absuit Hercules. Sophocles e Deianirae persona [*vs.* 43.]

— ἀλλ' ἤδη δέκα
Μῆνας, πρὸς ἄλλοις πέντ', ἀκήρυκτος μένει.

Iteratque paullo post [*vs.* 168.]

Χρόνον προστάξας ὡς τρίμηνον, ἡνίκ' ἂν
Χώρας ἀπίῃ, χὠνιαύσιος βεβώς.

Quare mendosus est hic locus e Chori persona [*vs.* 654.]

Ον ἀπόπτολιν εἴχομεν
Πάντα δυοκαιδεκάμηνον
Αμμένουσαι χρόνον
Πελάγιον ἴδριες οὐδέν.

Non enim ipsos duodecim menses, hoc est, neque plures, neque pauciores (id enim significat istud loquendi genus πάντα δυοκαιδεκάμηνον χρόνον.) Trachine absuit, sed paullo plures, scilicet quindecim: itaque rescribo:

[1] Πέντε, δι' ὅ; καὶ δεκάμηνον
Αμμένουσαι χρόνον.

Favet hic Trachiniarum Chorus afflicta Deianirae, quae sibi pellicem super- 28.
induci aegre ferebat: Quare illud; δι' ὅ; cum interrogationis nota, interseritur, ut doceat non fuisse tanti illud, cujus caussa absuit Hercules, ut quindecim mensium moram traheret. Quanquam ne hos quidem totos menses absuit quindecim; nam adversus Eurytum profecturus Trachinem venit, & Melienses e Trachine secum ad bellum duxit. Apollodorus: ἀφικόμενος δὲ εἰς Τραχῖνα, στρατείαν ἐπ' Οἰχαλίαν συνήθροισεν, Εὔρυτον τιμωρήσασθαι θέλων, συμμαχούντων δὲ αὐτῷ Ἀρκάδων καὶ Μηλιέων τῶν ἐκ Τραχῖνος, καὶ Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, κτείνας μετὰ τῶν παίδων Εὔρυτον, αἱρεῖ τὴν πόλιν. Eaque de caussa apud Sophoclem Melienses Licham detinent ad Deianiram properantem, ut de suorum, qui ad hoc bellum profecti fuerant, salute certi fiant: [*vs.* 197.]

Κύκλῳ γὰρ αὐτὸν Μηλιεὺς ἅπας λεὼς
Κρίνει παραστάς, οὐδ' ἔχει βῆναι πρόσω.
Τὸ γὰρ ποθοῦν ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων,
Οὐκ ἂν μεθεῖτο πρὶν καθ' ἡδονὴν κλύειν.

Atque ex his colligitur Herculem sublatum fuisse intra Hecatombaeonem mensem: Accedit alterum, idque validissimum argumentum; Anno duodecimo, ex quo imperia Euristhei ceperat exsequi, exacto, rebus humanis est exemtus, ut oraculo acceperat. Sophocles [*vs.* 831.]

Ἴδ' οἷον, ὦ παῖδες, προσέμιξεν ἄφαρ
Τοὔπος τὸ θεοπρόπον ἡμῖν

Τᾶς

1. Mirifica haec interrogatio vim & elegantiam orationis exstinguit: qui quindecim menses abest, utique πάντα δυοκαιδεκάμηνον χρόνον, i. e. *totum annum* peregre egisse dici commode poterit. Verum sunt in sollicita & ingeniosa hac disputatione plura, quae si neges, firmari non poterunt: Veluti de Leone Nemaeo, mox atque elisus ab Hercule fuit, inter astra collocato; id enim serius contigisse non dubium est. De Heraclidis, statim atque Hercules igni absumtus est, Athenas confugientibus: negat id disertim *Diodorus Siculus* IV, p. 181. Ne nunc addam, Herculis labores omnes ad certum temporis intervallum adstringi non posse: considera *Apollodorum* I, 6. & *Diodorum* IV, p. 155. &c., & verum hoc esse agnosces.

Τᾶς παλαιφάτυ προνοίας,
Ὁ, τ' ἔλακεν ὁπότε τελεόμενος ἐκφέρει
Δωδέκατος τ' ἄροτος, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων
Τῷ Διὸς αὐτόπαιδι. καὶ τάδ' ὀρθῶς
Ἔμπεδα κατουρίζει.

Apollodorus [*L. II. C.* 3, 12.] ἡ δὲ Πυθία κατοικεῖν εἶπεν αὐτὸν ἐν Τίρυνθι Εὐρυσθεῖ λατρεύοντα ἔτη δώδεκα, καὶ τοὺς ἐπιτασσομένους ἄθλους δέκα ἐπιτελεῖν. καὶ οὕτω ἔφη τῶν ἄθλων συντελεσθέντων, ἀθάνατον αὐτὸν ἔσεσθαι. Quare etiam apud auctorem Herculis Oetei petit Hercules Diis inferri, peractis illis, quae Eurystheus imposuerat, certaminibus. Primus Herculis labor fuit in Nemaeo leone, qui inter astra a Jove constitutus est, *quod Herculis prima fuerit haec certatio, & quod inermis cum interfecit;* inquit Hyginus *Astronomiae Lib. II.* [C. 24.] Ubi autem inter astra est constitutus, tunc primum videri sive exoriri cepit: Exoritur autem *Leo* die tricesimo, quo Sol Cancrum peragrat. Geminus: Καρκῖνον διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λα. ἐν δὲ τῇ λ. Καλίππῳ Λέων ἄρχεται ἀνατέλλειν, quem diem comparat Ill. Scaliger cum septimo Kalendas Augusti. Jam igitur ceperat primus annus ex illis duodecim, quos impendere fatum erat Eurysthei jussis: quare annus duodecimus eodem fere tempore exactus est, ac proinde annus tertiusdecimus, quo ineunte mortalitatem exuit Hercules, cepit circa Hecatombaeonem mensem. Hercule coelis recepto, nihil antiquius habuit Eurystheus, quam Herculis liberos Trachine, atque adeo Graecia ipsa pellere, sed ab Atheniensibus recepti illi sunt, & Eurystheus illos sibi dedi postulans pugna commissa in fugam vertitur, ac denique caeditur. Apollodorus [*L. II. C.* 8, 1.] μεταστάντος δὲ Ηρακλέους εἰς θεοὺς, οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα πρὸς Κήυ-
29. κα παρεγένοντο, ὡς δὲ ἐκείνους ἐκδιδόναι λέγοντος Εὐρυσθέως, καὶ πόλεμον ἀπειλοῦντος, ἐδεδοίκεσαν, Τραχῖνα καταλιπόντες, διὰ τῆς Ἑλλάδος ἔφυγον. διωκόμενοι δὲ, ἦλθον εἰς Ἀθήνας, καὶ καθεσθέντες ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν ἠξίουν βοηθεῖσθαι. Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἐκδιδόντες αὐτοὺς πρὸς τὸν Εὐρυσθέα, πόλεμον ὑπέστησαν. αὐτὸν δὲ Εὐρυσθέα φεύγοντα ἐφ' ἅρματος, καὶ πέτρας ἤδη παριππεύοντα Σκειρωνίδας, κτείνει διώξας Ὕλλος. Quare non potuit Copreus, qui Eurystheo jubente avellere voluit ab aris Heraclidas, circa Hecatombaeonem mensem ea de caussa occidi: Quare aliud voluit Herodes Atticus, nec quicquam facit ejus institutum ad *pompam Panathenaïcam.* Sed Philostrati verba longe aliud sonant: μετεκόσμησε δὲ καὶ τοὺς Ἀθηναίοις εἰς τὸ νῦν σχῆμα, χλαμύδας πρῶτον ἀμφιέσας λευκάς. τέως γὰρ δὴ μελαίνας ἐνημμένοι τὰς ἐκκλησίας περιεκάθηντο, καὶ τὰς πομπὰς ἔπεμπον, πενθούντων δημοσίᾳ τῶν Ἀθηναίων τὸν κήρυκα τὸν Κοπρέα, ὃν αὐτοὶ ἀπέκτειναν, τοὺς Ηρακλείδας τοῦ βωμοῦ ἀποσπῶντα. Bene quidem Herodes Atticus Epheborum nigras chlamydes albis mutavit, jure namque caesus erat Copreus, ut qui ἀσυλίαν sacelli Misericordiae temerare aggressus fuerit: Ephebi autem hic sunt οἱ περίπολοι, de quibus, in sequentibus, Deo dante, dicemus: nam illis νόμῳ ἡ χλαμὺς περιτίθεται, ut est apud Artemidorum *Libro I. cap.* 56. & dum in urbe sunt, excubias agunt populo in concionem coacto, ut hinc patet, easque in transvectionibus suis sive lustrationibus (hae sunt apud Philostratum πομπαὶ) chlamydas induti sunt.

XIV. Multa eximia divinaque videntur Athenae peperisse, atque in vitam hominum attulisse: tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati sunt homines, initiaque ut appellantur,

lantur, ita re vera principia vitae cognoscuntur, neque solum cum laetitia vivendi rationem tradunt, sed etiam cum spe meliore moriendi: itaque inter maxime veneranda sacra ponit haec *Eleusinia* Galenus *Libro XVII. de Usu partium, &c.* [p. 556.] καὶ τὸ δοκεῖν αὐτῷ σμικρὸν εἶναι πρότερον, ἡ περὶ χρείας μορίων πραγματεία θεολογίας ἀκριβοῦς ἀληθῶς ἀρχὴ καταστήσεται, πολὺ μείζονός τε καὶ πολὺ τιμιωτέρου πράγματος ὅλης τῆς ἰατρικῆς. οὐκοῦν ἰατρῷ μόνον ἡ περὶ χρείας μορίων ἐστὶ πραγματεία χρησίμη, πολὺ δὴ μᾶλλον ἰατρῷ φιλοσόφῳ, τῆς ὅλης φύσεως ἐπιστήμην κτήσασθαι σπεύδοντι, καὶ κατ' αὐτὴν χρὴ τελεῖσθαι τὴν τελετὴν, ἅπαντας γὰρ, ὡς οἶμαι, καὶ κατ' ἔθνος, καὶ κατ' ἀριθμὸν ἀνθρώποις, ὅσοι τιμῶσιν ἑαυτοὺς, οὐδὲν ὅμοιον ἔχουσι, Ἐλευσινίοις τε καὶ Σαμοθρακίοις ὀργίοις. Nemini esse dubium potest ista verba, ὅσοι τιμῶσιν ἑαυτοὺς mendosa esse: itaque corrigunt ὅσαι τιμῶσι θεοὺς, non magis, si quid judico, ad Galeni mentem: Emendandum putamus [1] ὅσοι τι μυῶσιν ἑαυτούς. Dixerat Galenus cognitionem, quae de Deo habetur ex usu partium corporis humani eam esse, καθ' ἣν χρὴ τελεῖσθαι τὴν τελετὴν, atque adeo praestantissimam esse τελετὴν, ut si qui sacra suscipiant, huic τελετῇ nihil par, ne in ipsis quidem *Eleusiniis*, aut Samothraciis orgiis, reperiant: Erant autem haec *Eleusinia* mysteria, alia *Minora*, alia *Majora*, quae certum est intra eundem annum, & quidem utraque quotannis, celebrari solita. Veteres ad Aristophanem [*Plut. vs.* 846.] Magistri: μυστήρια δὲ δύο τελεῖται τοῦ ἐνιαυτοῦ Δήμητρι καὶ Κόρῃ, τὰ μικρὰ καὶ μεγάλα. [2] *Minora* Anthesterione mense: *Majora* Boëdromione agitabantur. Plutarchus in *Demetrio* [p. 900. *E.*] τὰ μικρὰ μυστήρια, τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο, τὰ δὲ μεγάλα, Βοηδρομιῶνος. *Minoribus* Mysteriis praepurgabantur ad acceptionem Majorum. Scholiastes Comici: καὶ ἐστὶ τὰ μικρὰ ὥσπερ προκάθαρσις καὶ προάγνευσις τῶν μεγάλων. 30.
Atque haec προκάθαρσις fiebat variis modis. Ubi defuncti erant hac *Minorum* Mysteriorum προκαθάρσει καὶ προαγνεύσει, intra eundem annum Mysteriis quoque *Majoribus* initiabantur, neque quicquam opus erat quinquennium expectare, ut volunt [3] Viri Incomparabiles. Interjecto vero anno post hanc τῶν μεγάλων μυστηρίων μύησιν, sequentibus proxime *Majoribus* Mysteriis intra sacrorum secretum admittebantur, atque *Epoptae* fiebant: nam *Majora* Mysteria erant μυστικὰ καὶ ἐποπτικά. Scholia Aristophanis ad *Ranas* [*vs.* 757.]: οἱ δὲ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες, μύσται καλοῦνται. οἱ δὲ παραλαβόντες αὐτὰ, τῷ αὖθις ἐνιαυτῷ ἐφορῶσι τὰ μυστήρια καὶ ἐποπτεύουσι. Suidas: οἱ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες, λέγονται ἐν ἀρχῇ μὲν μύσται, μετ' ἐνιαυτὸν δὲ, ἐπόπται καὶ ἔφοροι. Harpocration: οἱ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει, ἐποπτεύειν λέγονται. Plutarchus in *Demetrio* [p. 900. *E.*]: τότε δ' οὖν ἀναζευγνύων εἰς τὰς Ἀθήνας, ἔγραψεν ὅτι βούλεται παραγενόμενος εὐθὺς, μυηθῆναι καὶ τὴν τελετὴν ἅπασαν ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄχρι τῶν ἐποπτικῶν παραλαβεῖν. τοῦτο δὲ οὐ θεμιτὸν ἦν, οὐδὲ γεγονὸς πρότερον· ἀλλὰ τὰ μικρὰ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο, τὰ δὲ μεγάλα τοῦ Βοηδρομιῶνος· ἐπώπτευον δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν δια-

1. Saltem scripsisset ὅσοι τι μυῶσιν ἑαυτούς. Vide *Jo. Meursii* Eleusin. C. 1. & *Ciceron.* II. Leg. 14., unde sectionis hujus principium Petitus dumbravit.

2. Confer *Julian.* Orat. v. p. 173. A. B.

3. Illust. *Scaliger* in *Eusebii* Chron. A. MMCXLVII. & *Jo. Meurs.* Eleusin. C. 8.

διαλιπόντες. Eximius est hic locus, e quo non tantum constat annum fuisse a *Majorum* Mysteriorum acceptione interpositum ad eorundem τὰ ἐποπτικὰ, sed etiam, quod caput est, non fuisse interjectum quinquennii intervallum inter *Minorum* Mysteriorum acceptionem & *Majorum*: nam *Majorum* τὰ μυστικὰ eodem anno tradebantur, quo *Minora* Mysteria accipiebantur: neque id culpat Plutarchus in *Demetrio*, sed hoc tantum, quod cum *Minora* Mysteria nonnisi Anthesterione mense celebrentur, in gratiam Demetrii, qui Munychione mense venerat Athenas, Munychion factus sit Anthesterion; rursus ut eodem tempore suscipere posset *Majorum* Mysteriorum, quae Boëdromione mense agitabantur, τὰ μυστικὰ, Munychion de Anthesterione Boëdromion factus sit: nulla hic culpa, quod is, qui *Minoribus* Mysteriis initiatus fuerat Anthesterione mense, intra eundem annum vertentem Boëdromione mense acceperit τὰ μυστικὰ *Majorum*, id enim pro more fieri solebat: nota tamen non vacat, quod de Munychione Anthesterionem, ac rursum de Anthesterione Boëdromionem fecerint, sed longe istud gravissimum, quod eodem Boëdromione *Majorum* Mysteriorum τὰ μυστικὰ, καὶ τὰ ἐποπτικὰ tradiderint, quum nonnisi interjecto anno acceptione τῶν μυστικῶν *Majorum* Mysteriorum fieri soleret. Quare id exprobrat Philippides Comicus Stratocli, qui in hanc rem decretum scripserat, illiusque faciendi Atheniensibus auctor fuerat,

Ὁ τὸν ἐνιαυτὸν συντεμὼν εἰς μῆν᾽ ἕνα.

Sed adscribenda sunt Plutarchi verba, emendatione enim illis opus est: ἀλλὰ Στρατοκλέους γνώμην εἰπόντος, Ἀνθεστηριῶνα τὸν Μουνυχιῶνα ψηφισαμένους καλεῖν καὶ νομίζειν, ἐτέλουν Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἀγοράν. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐξ Ἀνθεστηριῶνος ὁ Μουνυχιὼν γενόμενος Βοηδρομιὼν, ἐδέξατο τὴν λοιπὴν τελετὴν, ἅμα καὶ τὴν ἐποπτείαν τοῦ Δημητρίου προσεπιλαβόντος. Sed quid hoc est: ἐτέλουν Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἀγοράν; neque hic audiendus est [1] Incomparabilis Casaubonus: multo minus eruditissimus Meursius, qui πρὸς ἀγυρμὸν rescribit: Est autem ἀγυρμὸς primus
31. *Majorum* Mysteriorum dies, quare *Minoribus* non debet imputari. Rescribimus: [2] ἐτέλουν Δημητρίῳ τὰ πρὸς Ἄγραν. *Minora* enim *Mysteria Agrae* sive *Agris* percipiebantur. Superest expendendus Tertulliani locus, quem in sententiae suae patrocinium advocant viri magni. Verba ejus sunt e *Libro I. adversus Valentinianos primore. Nam & illa* Eleusina, *haeresis & ipsa Atticae superstitionis, quod tacent, pudor est. Idcirco aditum prius cruciant, diutius initiant, quam consignant, quum Epoptas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis aedificent: atque ita tantam majestatem exhibere videantur, quantam praestruxerunt cupiditatem. Sequitur jam silentii officium, attente custoditur, quod tarde invenitur. Ceterum tota in adytis divinitas, tot suspiria Epoptarum, totum signaculum linguae, simulacrum membri virilis revelatur.* Distincte Tertullianus his verbis totam Mysteriorum Atticorum scenam atque apparatum describit & explicat, τὴν προκάθαρσιν τὴν μύησιν καὶ τὴν ἐποπτείαν. Singula ejus verba videamus & excutiamus: *Idcirco & aditu prius cruciant:* ita enim legimus cum viris summis. *Aditum* appellat τὰ μικρὰ μυστήρια, quibus praepurgabantur & praeparabantur mentes ad *Majorum* acceptionem: *Cruciare* autem dixit, quia haec προκάθαρσις fieri solebat cum incantationibus, salibus, lauro, hordeo, mari, transitione per ignem, προαγνεύσει, μετὰ θυσίας, καὶ μετ᾽ εὐχῶν. Quae sequuntur *Majora* spectant Mysteria, & ita le-

1. Animadv. in *Athen.* VI, 15. p. 282.
2. Verissima haec est emendatio, *D. Petavio* in *Themistii* Orat. V. p. 415. jure probata.

legenda nobis videntur: *Diutius initiant, quam consignant, quum* [1] *Epoptas ante κυκεωνίοις instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis aedificent, atque ita tantam majestatem exhibere videantur, quantam praestruxerunt cupiditatem:* μύησιν *Majorum* Mysteriorum nominat Tertullianus *initiationem:* Diuturnius autem esse tempus ἀπὸ τῆς μυήσεως τῶν μεγάλων μυστηρίων ad τὴν ἐπόπτευσιν, quam fuerit ἀπὸ τῶν μικρῶν μυστηρίων ad τῶν μυστικῶν *Majorum* Mysteriorum acceptionem, indicat Tertullianus, *adita prius cruciant, diutius initiant*, quod omnino verum est. Nam intra eundem annum acceptis Minoribus Mysteriis Anthesterione mense, septimo post mense, nempe Boëdromione, tradebantur τὰ μυστικὰ *Majorum* Mysteriorum. Post accepta vero haec *Majorum* Mysteriorum μυστικὰ, interponebatur annus, quo elapso τὰ eorundem *Majorum* Mysteriorum ἐποπτικὰ, mense Boëdromione, tradebantur. Addit Tertullianus, *quum consignant, quum Epoptas ante κυκεωνίοις instituunt.* Vocat *consignationem* τὸ τῶν Ἐλευσινίων μυστηρίων σύνθημα, notas, & symbola, quae rogati sacrorum in acceptionibus respondebant. Eorum meminit Clemens Alexandrinus *Protreptico* [*p.* 18.] τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων μυστηρίων, ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην. Arnobius *Lib. V.* [*p.* 220.] *Eleusinorum vestrorum notas & origines, produnt urbes, & antiquarum elogia literarum: Ipsa denique symbola, quae rogati sacrorum in acceptionibus respondetis. Jejunavi, atque ebibi cyceonem, ex cista sumsi, & in calathum misi. accepi rursus, & in cistulam transtuli.* Atque ex his patet, quare apud Tertullianum rescripserimus, *quum Epoptas ante κυκεωνίοις instituunt.* Hoc enim erat unum de symbolis, quae futuri Epoptae τῇ δευτέρᾳ τῶν μεγάλων μυστηρίων μυήσει, respondebant ἐν τῇ πρώτῃ eorundem. *Ebibi cyceonem:* ἔπιον τὸν κυκεῶνα. Quum autem imperiti librarii non intelligerent vocem Tertullianeam κυκεωνίοις, mutarunt, facili lapsu, feceruntque, *quinquennium.* Symbola autem haec esse *Majorum* Mysteriorum, probat quod Clemens & Arnobius scribant esse Ἐλευσινίων μυστηρίων. ergo Majorum, *Minora* ἐν Ἄγραις ἐπετελεῖτο. De *Majoribus* his Libanius *Declamatione XIX.* [*p.* 495. *D.*] ἐπεὶ δὲ μυστηρίων ἐμνη- 32.
μόνευσα, βούλομαί τι τῶν ἐκεῖθεν εἰπεῖν. ἔστι δὲ οὐ τῶν ἀρρήτων, ὃ μέλλω λέγειν. οὗτοι γὰρ τά τ' ἄλλα καθαροὺς εἶναι τοῖς μύσταις ἐν κοινῷ προαγορεύουσιν, [2] οἷον τὰς χεῖρας, τὴν ψυχὴν, τὴν φωνὴν Ἕλληνας εἶναι. ἰδίᾳ πάλιν τὸ, σίτου· καὶ τὸ, μὴ σίτου δὲ ἐγδύσω. Posteriora ista sana non sunt: καὶ ἰδίᾳ πάλιν, τὸ, σίτου. Quid enim praecipit περὶ τοῦ σίτου, cum sequatur, καὶ τὸ, μὴ σίτου ἐγδύσω. Rescribo, καὶ ἰδίᾳ πάλιν, τὸ, σὺ τοῦ· καὶ τὸ, μὴ σίτου δὲ ἐγδύσω. nominatim ἰδίᾳ, καὶ κατ' ἀριθμὸν singulos compellari dicit, σὺ τοῦ, exempli gratia, Δημόσθενες Δημοσθένους. nam ita compellare solebant, ὦ *Demosthenes Demosthenis fili.* Sed ad Tertulliani verba redeamus, qui nihil hac in parte de silentio: neque enim erant τῶν ἀρρήτων, ut constat e Libanio, sed tantum de morae caussa, dicit enim annum interpositum fuisse inter τὴν προτέραν μύησιν τῶν μεγάλων μυστηρίων, καὶ τὴν δευτέραν,

1 Potest Tertulliani *ante quinquennium* retineri, modo observes distulisse aliquando sacerdotes & ἱεροφάντας mysteriorum inspectionem, ut ardentiore cupiditate excitarentur mystae ad fruendum potiundumque beatitudine, quam imaginabantur illa se ἐποπτείᾳ consecuturos. Atque hunc in modum *Tertulliani* locum egregie explicuit *Ismaël Bullialdus* ad *Theonis* Mathemat. p. 219., ubi hanc controversiam cum cura examinavit.

2. Vide *Jo. Meursii* Eleusin. C. 10. & *Theonis* Mathemat. p. 18.

τέρων, ἐν ᾗ ἐπώπτευον, ut opinionem majestatis his Mysteriis conciliarent suspendio cognitionis, & cupiditatem differendo atque procrastinando praestruerent. Postrema horum Mysteriorum scena ἐπόπτεια restat, quae his verbis explicatur: *Sequitur jam silentii officium, attente custoditur, quod tarde invenitur. Caeterum tota in adytis divinitas, tot suspiria Epoptarum, totum signaculum linguae, simulacrum membri virilis revelatur.* Quibus verbis significat, grande illud arcanum, quod in adytis servabatur, quodque tantopere sibi Epoptis revelari exoptabant, & precibus multisque suspiriis contendebant Mystae, neque prodere licebat, simulacrum membri virilis fuisse. Non solebant autem olim eos, qui cives Athenienses non essent, his initiare Mysteriis:

Μηδένα ξένον μυεῖν, Peregrinum Mysteriis ne initiato.

Meminit hujus Legis Scholiastes Aristophanis ad *Plutum* [*vs.* 846.] νόμος ἦν Ἀθηναίοις, μηδένα ξένον μυεῖν. Apollodorus *Lib. II.* [C. 5, 12.] agens de Hercule: ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι. Optime autem dixit τότε, non enim aetate sua id observabant: sed primitus nemo initiabatur, qui civis Atheniensis non esset: quare Hercules, itemque Castor & Pollux in civitatem adsciti sunt adoptati, hi quidem ab Aphidno, ille vero a Pylio. Plutarchus in *Theseo* [*p.* 16. *A.*]: οὐδὲν γὰρ ἠξίωσαν Castor & Pollux, ἁπάντων κρατοῦντες, ἀλλ' ἢ μυηθῆναι, μηδὲν ἧττον Ἡρακλέους τῇ πόλει προσήκοντες. καὶ τοῦτο μὲν ὑπῆρξεν αὐτοῖς, Ἀφίδνου ποιησαμένου παῖδας, ὡς Πύλιος Ἡρακλέα: atque cives δημοποιητοὶ Eleusiniis Mysteriis initiati sunt: estque ex his emaculandus Apollodori codex *loco laudato*: μέλλων οὖν ἐπὶ τοῦτον ἀπιέναι, ἦλθε πρὸς Εὔμολπον, πρὸς Ἐλευσῖνα, βουλόμενος μυηθῆναι. ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι. ἐπειδὴ περ Θέσπιος Πυλίου παῖς γενόμενος ἐμυεῖτο. Thespius Herculis coaevus is non est, qui a Pylio adoptatus est, itaque reponendum est: [1] θέσμιος Πυλίου παῖς γενόμενος ἐμυεῖτο. Legitimus factus adoptione Pylii filius, ac proinde civis Atheniensis, initiatus est. Postea [2] omnibus Graecis id concessum est, ut his Mysteriis possent initiari. Herodotus *Lib. VIII.* [C. 65.] τὴν δὲ ὁρτὴν ταύτην ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἀνὰ πάντα ἔτεα τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ, καὶ αὐτέων τε ὁ βουλόμενος, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, μυέεται. Neque tantum Graeci initiati sunt, sed quaecumque etiam aliae gentes. Cicero *de Nat. Deorum Lib. I.* [C. 42.] *Omitto Eleusinam sanctam illam, & augustam,*

Ubi initiantur gentes orarum ultimae.

Cum hac tamen, puto, cautione, si Graece scirent: colligo ex his Libanii verbis jam ante laudatis, *Declamatione XIX.* [*p.* 495. *D.*] ἐπεὶ δὲ μυστηρίων ἐμνημόνευσα, βούλομαί τι τῶν ἐκεῖθεν εἰπεῖν. ἔστι δὲ οὐ τῶν ἀρρήτων, ὃ μέλλω λέγειν. οὗτοι γὰρ τά τ' ἄλλα καθαροῖς εἶναι τοῖς μύσταις ἐν κοινῷ προαγορεύουσιν, οἷον τὰς χεῖρας, τὴν ψυχὴν, τὴν φωνὴν Ἑλλήνας εἶναι.

33. Submovebantur tamen voce praeconis omnes barbari, & excesse jubebantur, quemadmodum & homicidae, aliique impii, & scelerati. Isocrates *Panegyrico* de Medis & Persis agens [*p.* 106.]: Εὐμολπίδαι δὲ καὶ Κήρυκες, διὰ τὸ τούτων μῖσος καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ τοῖς ἀνδροφόνοις, προαγορεύουσιν. Lucianus *in Demonacte* [C. 34.]: ἐτόλμη-

τες

1 Schol. in *Homeri* Iliad. Θ, 368. *Apollodorum* exscribens, δι' ὃ γίνεται Πυλίου θετὸς υἱὸς, καὶ παραγινόμενος ἐμυεῖτο· quod ego praefero, in hac re tritissimi usus. *Plutarch.* Thes. p. 5. F. χαλκοῦς φέροντας οἱ βασιλεῖς μετὰ Αἰγέως, θετὸς γενόμενος Πανδίονι. *Diodorus Sicul.* L. IV. p. 170. ὅπερ μέχρι τοῦ νῦν ποιεῖν τοὺς βαρβάρους, ὅταν ξένον υἱὸν ποιεῖσθαι βούλωνται.

2. Longe uberius haec *Jo. Meurs.* Eleusin. C. 16. exsequitur.

σε δέ ποτε καὶ Ἀθηναίοις ἐρωτῆσαι δημοσίᾳ, τῆς προῤῥήσεως ἀκούσας· διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους, καὶ ταῦτα, τοῦ τὴν τελετὴν αὐτοῖς καταστησαμένου Εὐμόλπου βαρβάρου, καὶ Θρᾳκὸς ὄντος. Theon in *Progymnasmatis*: κάλλιστον μὲν οὖν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν, τὸ μυστηρίων μετέχειν. ἀλλὰ καὶ τούτων τῶν μυστηρίων ἀποκεκλείκασι homicidam, καὶ οὐδὲ τοῖς ἀκουσίοις φόνοις παντελῶς συγγνώμην εἴασιν εἶναι.

XV. Diximus in superioribus Mysteria Cereris in initiorum sacra nullo magis quam silentio, solennia fuisse, itaque neque dicere, neque audire licebat, cum parem noxam contraherent aures, & linguae, temerariae curiositatis. Quare si quis arcanae Mysteria Cereris sacra vulgasset, Lege morti addicebatur:

Τὸν ἐξειπόντα τὰ Μυστήρια τεθνάναι. *Qui Mysteria vulgarit, capite luat.*

Meminit hujus Legis Sopater in Divisione Quaestionis, nosque ex eo descripsimus, νόμος, τὸν ἐξειπόντα τὰ μυστήρια τεθνάναι, aliunde namque nobis constat capital fuisse Athenis vulgare haec initia: Ea quippe de caussa proscriptus fuit ab Atheniensibus Diagoras Melius, ac propositum talentum unum ei, qui Diagoram interfecisset, duo, qui vivum adduxisset. Interpres Comici *ad Aves* [*vs.* 1073.] & ex eo Suidas: Διαγόρας ὁ Μήλιος. ἐκήρυξαν κατ᾽ αὐτοῦ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐν χαλκῇ στήλῃ ἔγραψαν· τῷ μὲν ἀποκτείναντι, τάλαντον λαμβάνειν τῷ δὲ ἄγοντι, δύο. ἐκηρύχθη δὲ τοῦτο, διὰ τὸ ἀσεβὲς αὐτοῦ· ἐπεὶ τὰ μυστήρια πᾶσι διηγεῖτο, κοινοποιῶν αὐτὰ, καὶ μικρὰ ποιῶν, καὶ τοὺς βουλομένους μυεῖσθαι ἀποτρέπων. Etiam Aeschylus in vitae discrimen venit, cum in Tragoediis nonnulla, quae haec initia spectabant, evulgasse crederetur. Clemens Alexandrinus *Stromat. II.* [*p.* 461.] ὡς Αἰσχύλος, τὰ μυστήρια ἐπὶ σκηνῆς ἐξειπὼν, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κριθεὶς, οὕτως ἀφείθη, ἐπιδείξας αὐτὸν μὴ μεμυημένον. Eustrathius *in c.* 1. *Libri III. Ethicor. Nicomach.* δοκεῖ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα ἔν τε ταῖς Τοξότισι, καὶ Ἱερείαις, καὶ ἐν Σισύφῳ Πετροκυλιστῇ, καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ. ἐν γὰρ τούτοις πᾶσι περὶ Δήμητρος λέγων τῶν μυστικωτέρων περιεργότερον ἅπτεσθαι ἔοικε· λέγει δὲ καὶ περὶ Αἰσχύλου Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ὁμήρου, ὡς κινδυνεύοντος ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεθῆναι ἐπὶ τῷ τῶν μυστικῶν τινὰ προφέρειν δοκεῖν, εἰ μὴ προαισθόμενος κατέφυγεν ἐπὶ τὸν τοῦ Διονύσου βωμὸν, καὶ Ἀρεοπαγιτῶν αὐτὸν παραιτησαμένων, ὡς ὀφείλοντα κριθῆναι πρῶτον. Itaque si quod judicium de rebus, quae ad haec referrentur Mysteria esset reddendum, cancellis fori arcebantur, ne judicio interessent, qui non essent Epoptae. Pollux *Lib. VIII. c.* 12. περισχοινίσαι δὲ τὸ δικαστήριον, ὁπότε περὶ μυστικῶν δικάζοιεν, ἵνα μὴ προσίῃ μηδεὶς ἀνεπόπτευτος ὤν. Haec tamen Mysteria vocat Ἀνακαλυπτήρια, Synesius *in Calvitici encomio*: nam ubi nonnulla de frugibus observavit, addit [*p.* 70. *B.*], ἐπὶ τούτοις Ἐλευσὶς ἄγει τὰ Δήμητρος Ἀνακαλυπτήρια. Putat Cl. Meursius Synesium ludentem, quae Μυστήρια alii, Ἀνακαλυπτήρια dixisse, in quibus nempe Cereris acta revelarentur. Nuperus Synesii Interpres caussam appellationis hanc esse existimat, [1] quod in Cereris prodeuntis, atque e gluma & invo-

1 Diem a nuptiis tertium, quo novae nuptae flammeum detrahebant, τὰ ἀνακαλυπτήρια, sicuti & dona, quae a marito cognatisque illi dabantur, appellabant: quem diem laeti si obirent, dicebantur ἄγειν τὰ ἀνακαλυπτήρια, ut in *Philostrati* L. II. Vit. Sophist. C. 25, 4. Huc nisi *Synesius* respexerit, Eleusine festum ejusmodi diem agi arbitratus, acquiescam in *D. Petavii* hac opinione: Petiti enim conjectura & violenta & longius arcessita videtur. Opportune *Philo Jud.* de Temul. p. 241. A. veritatem esse ait, τὴν τὰ τῶν ἐσκιασμένων πραγμάτων ἀνακαλυπτήρια ἄγουσαν δύναμιν, quae rebus obscuratis & fuco inductis velum detrahit.

involucris explicitae, ac retectae, honorem celebrarentur: Nam postea calvorum capita effluentibus pilis ἀνακαλύπτεσθαι, ait, ob idque eorum Ἀνακαλυπτήρια celebranda. Ad hoc pertinere videntur Ovidiani illi versus *X. Metam.* [*vs.* 431.]

Festa piae Cereris celebrabant orgia matres
Illa, quibus nivea velatae corpora veste,
Primitias frugum dant spicea serta suarum.

34. Ego vero existimo locum leviter esse corruptum, maximo tamen cum sententiae damno; emendamus: ἐπὶ τούτοις Ἐλευσὶς ἄγει τὰ Δήμητρος, ἅμα καλύπτει ῥοιὰς, nam in hac Eleusina pompa cistis condebantur mala Punica: Clemens *Protreptico* [*p.* 19.] οἷαι δὲ καὶ αἱ κίσται αἱ μυστικαί; οὐχὶ δὲ ῥοιαὶ, &c. cujus rei caussam hanc accipe ab Ovidio *Metamorph. Libro V*, 530.

——— *sed tanta cupido*
Si tibi dissidii est, repetet Proserpina caelum,
Lege tamen certa, si nullos contigit illic
Ore cibos: nam sic Parcarum foedere cautum est.
Dixerat: at Cereri certum est educere natam.
Non ita fata sinunt: quoniam jejunia virgo
Solverat, & cultis dum simplex errat in hortis,
Puniceum curva decerpserat arbore pomum:
Sumptaque pallenti septem de cortice grana
Presserat ore suo.

XVI. Initiati vestem, qua tunc essent amicti, usu jam detritam Cereri & Proserpinae consecrabant ex hac Lege.

Ἐν οἷς τις ἱματίοις μυηθεὶν, εἰς ταῖν θεαῖν ταῦτα ἀνατιθέναι. — *Initiati, qua tunc essent amicti veste, Deabus consecranto.*

Hanc Legem descripsit e Melanthio Graecus Aristophanis Interpres ad haec *Pluti* verba, [*vs.* 846.] quae eo alludunt:

Καρ. Τὸ τριβώνιον δὲ τί δύναται πρὸς τῶν θεῶν,
Ὃ φέρει μετὰ σοῦ τὸ παιδάριον τουτί; φράσον;
Δικ. Καὶ τοῦτ' ἀναθήσων ἔρχομαι πρὸς τὸν θεόν.
Καρ. Μῶν οὖν ἐμυήθης ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα;
Δικ. Οὔκ. ἀλλ' ἐνεῤῥίγησ' ἔτη τρισκαίδεκα.

Παίζει παρὰ τὸν Ἐλευσίνιον νόμον. ἔθος γὰρ ἦν, ἐν οἷς τις ἱματίοις μυηθείη, εἰς θεοῦ τινος ἀνατιθέναι ταῦτα, ὥσπερ δηλοῖ καὶ Μελάνθιος ἐν τῷ περὶ μυστηρίων. πάτριόν ἐστι ταῖς θεαῖς ἀνιερῶσαι καὶ τὰς στολὰς τοῖς μύσταις ἐν αἷς τύχοιεν μυηθέντες. Sed fallitur Interpres cum consecrari dicit Deo alicui, nam Cereris Proserpinaeque tantum meminit Melanthius, a quo accepit Scholiastes Comici: Nonnulli illas ad infantum sibi fascias reservabant. Scholia *ibidem*: ἔνιοι δὲ τὰς τοιαύτας στολὰς εἰς τέκνων σπάργανα φυλάττουσι. Non autem eas initiati, nisi longo jam usu tritas & laceras deponebant. Scholia *ibidem*: ὁ δὲ μυούμενος τὸ ἱμάτιον, ὃ ἐφόρει ἐν τῇ μυήσει, οὐδέποτε ἀπεδύετο, μέχρις ἂν τελέως ἀφανισθῇ διαῤῥυέν. At vero paulo ante idem Scholiastes videtur indicare vestes hujusmodi, quae dedicarentur ab initiatis, aut etiam forte ab aliis, fuisse non tantum a fullone candentes, sed etiam novas: σκώπτων εἰς τὰ ἱμάτια τοῦτο φησὶν, ὅτι ῥυπαρά ἐστι· ἔνιοι δὲ τὰς τοιαύτας στολὰς εἰς τέκνων σπάργανα φυλάττουσι. [1] καθαραὶ δὲ πάνυ ὑπάρχουσι

1 Haec ita emendavit Petitus, καταῤῥέοι δ' ἐὰν ὑπάρχωσι καὶ νέαι· *etiamsi novae essent vestes, nihilo tamen minus eas lacerabant.* καταῤῥέωσι significat *defluant*, *consumantur*, nunquam *lacerabuntur*: & ἐὰν non significat *etiamsi*, sed κἄν. Scholia e variis auctoribus consarcinata sunt, quare absurdum in iis requirere constantiam. A. M. SALVIN.

Ibid.

χουσι καὶ νέαι. Sed misere corruptus est hic locus, nam hic latet mos antiquus, quem nos docet Hesychius: Καταιγίσας, καταισχήσας, sed legendum est καταισχίσας· οἱ γὰρ ἀναπθέντες ἱμάτια κατέσχιζον αὐτὰ, ἵνα μὴ δοθῶσι παρὰ τινῶν. Quando vestes consecrabant, eas prius quam suspenderent, lacerabant & scindebant, ne quis posset in usum suum convertere: hoc ipsum docebat Scholiastes his verbis, quae ita emendo, καταῤῥύοι δ' ἐπὰν 35.
ὑπάρχουσι καὶ νέαι. etiamsi novae essent vestes, nihilo tamen minus eas lacerabant.

XVII. Quum autem Cereri Eleusiniae atque Proserpinae initiarentur aeque pauperes atque divites, viri feminaeque, ne quod inter feminas discrimen haberetur, hac consultum est Lege,

Επὶ ζεύγους μὴ ἀπεῖναι γυναῖκα Ελευσινάδε· εἰ δέ τις φωραθείη, ἀποτίνειν δραχμὰς ἑξακισχιλίας.	*Femina bigis ad sacra Eleusinia ne vehitor: si qua secus faxit, multa drachmarum sex mille irrogator.*

Meminit hujus Legis Plutarchus in *Lycurgo Rhetore*, ubi recenset Leges ab eo latas suis Atheniensibus, in eamque Legem prima feminarum commisit ipsius uxor Lycurgi [*p.* 842. *A.*] εἰσήνεγκε δὲ νόμον, Επὶ ζεύγους μὴ ἀπεῖναι γυναῖκα Ελευσινάδε, ὅπως μὴ ἐλαττῶνται ὑπὸ τῶν πλουσίων· εἰ δέ τις φωραθείη, ἀποτίνειν δραχμὰς ἑξακισχιλίας. τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ μὴ πεισθείσης, τῶν συκοφαντῶν φωρασάντων τάλαντον αὐτοῖς ἔδωκε. Refert quoque Aelianus *Variae Libro XIII. cap.* 24. ubi tamen male ψήφισμα dixit, quae revera Lex erat; Olim curru vehebantur feminae Eleusinem. Aristophanes *Pluto* [*vs.* 1015.]

> Μυστηρίοις δὲ τοῖς μεγάλοις ὀχουμένην
> Επὶ τῆς ἁμάξης, ὅτι προσέβλεψέν μέ τις,
> Ετυπτόμην διὰ τοῦθ' ὅλην τὴν ἡμέραν.

Scholia: αἱ τῶν Αθηναίων γυναῖκες ἐπὶ ἁμαξῶν ὀχούμεναι εἰς τὰ μεγάλα Ελευσίνια ἀπήρχοντο. Demosthenes quoque *in Midiana* Midiae luxum notat, non quod uxorem suam Eleusinem deduceret bigis, id enim solenne erat, sed insolens illud fuit, quod bigis albis Sicyoniis deduceret [*p.* 363.] καὶ εἰς μυστήρια τὴν γυναῖκα ἄγει, κἂν ἄλλοσέ ποι βούλεται, ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ζεύγους τοῦ ἐκ Σικυῶνος. Quibus e verbis colligere licet, nondum hanc a Lycurgo latam fuisse Legem, qua sanciebatur, ne qua femina bigis Eleusinem veheretur; Midianam autem scripsit Demosthenes Callimacho Athenis Praetore. Dionysius Halicarnasseus *Epistola ad Ammaeum* [I. 11. *p.* 121.] κατὰ Καλλίμαχον γέγραπται τὸν Αρχοντα καὶ ὁ κατὰ Μειδίου λόγος, ὃν συνετάξατο μετὰ τὴν χειροτονίαν, ἣν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησε. Fuit autem Callimachus Archon anno quarto Olympiadis centesimae septimae. Quare post annum quartum Olympiadis centesimae septimae lata est haec Lex a Lycurgo, viro & generis nobilitate & actibus illustri, qui malis terrori, bonis praesidio fuit: itaque urbis custodia, & maleficorum hominum coërcitio illi commissa est. Plutarchus *in ejus vita* [*p.* 841. *D.*] ἔσχε δὲ καὶ τοῦ ἄστεως τὴν φυλακὴν, καὶ τῶν κακούργων τὴν σύλληψιν, οὓς ἐξήλασεν ἅπαντας. Atque

Ibid. Petitus corrumpit locum, qui emendatione non eget. Nam quis dubitare potest de eo, quod Scholiastes dicit, stolas, in quibus initiabantur scilicet, puras & novas fuisse. Nec tamen inconstantiae argui possunt Scholiastae, quum alios has vestes Cereri & Proserpinae consecrasse, alios ad fascias infantum servasse dicunt: nam eadem res ab uno ad hunc, ab alio ad alium usum adhiberi potest. C. A. Duker.

Atque hinc cognomen invenit: nam *Ibis* cognominatus est. Plutarchus [*p.* 843. *D.*]: ἐπεκαλεῖτο δὲ ὁ Λυκοῦργος, ἴβις Λυκούργῳ, Ξενοφῶντι νυκτερίς. Sed misere corrupta sunt Plutarchi verba, exciditque cognomen Lycurgi, quia ab eo incipit versus, quem ita restitues: [1] ἐπεκαλεῖτο δὲ ὁ Λυκοῦργος Ἶβις.

Ἶβις Λυκοῦργος ξένῳ, φωνῇ νυκτερίς.

Invocant Aegyptii Ibes suas contra serpentium adventum, inquit Plinius *Libro X. cap.* 28. Erat igitur Lycurgus peregrinis & inquilinis, tanquam *Ibis* Aegyptiis
36. adversus serpentium adventum: quod vel Xenocratis, quem tutatus est, exemplum comprobat: at vero nocturnis grassatoribus, qui caedes patrant, est tanquam vespertilio, frustra enim noctem suis obtendunt caedibus, oculos Lycurgi namque effugere possunt. Elegans & venustum procul dubio de Lycurgo dicterium, & quod illum maxime commendet: nam & peregrinos tutatur, & homicidas mediis in tenebris latentes in solem profert, ut meritas dent poenas.

XVIII. Tam religiose autem hi Mysteriorum dies observabantur, ut ne libellum quidem supplicem per eos offerre Lege liceret.

Μὴ τιθέναι ἱκετηρίαν τοῖς Μυστηρίοις.	[2] *Libellum supplicem Mysteriorum diebus ne offerto.*

Meminit hujus Legis Andocides ἐν τῷ περὶ τῶν Μυστηρίων [*p.* 15.] cujus inimici dicebant capital esse ei qui adversus hanc Legem commisisset: Κατηγόρησον

1 Petitus: ἐπεκαλεῖτο δὲ ὁ Λυκοῦργος ἶβις·
Ἶβις Λυκοῦργος ξένῳ, φωνῇ νυκτερίς.

Versus non constat, & φωνῇ pro *homicida* ita seorsum nunquam audivi. Interpretatur *ibin* esse pro patrocinio adversus serpentium adventum, vespertilionem grassatoribus, ne noctu lateant. A. M. SALVIN.

Ibid. Non male Petito in prima loci hujus parte successit conjectura: versum autem plane corrumpit, a quo profecto manus abstinuisset, si recordatus esset in *Aristophanis* Avib. v. 1296.

Ἶβις Λυκούργῳ, Χαιρεφῶντι νυκτερίς

legi. Vid. *Kuster.* & *H. Valesium* ad *Ammian. Marcellin.* L. XXII, 9. p. 348., locum dextre explicantes.

2 Petitus: *Libellum supplicem Mysteriorum diebus ne offerto.* Ἱκετηρία est ramus oleae cum vittis, supplicationis indicium. A. M. SALVIN.

Ibid. Hoc plerumque significat ἱκετηρία. *Apollod.* III, 7, 1. Ἄδραστος δὲ εἰς Ἀθήνας ἀφικόμενος ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν κατέφυγε, καὶ ἱκετηρίαν θεὶς ἠξίου θάπτειν τοὺς νεκρούς. Auctor argumenti Supplicum *Euripidis* de eadem re: καὶ ἱκετηρίαν θέμενος ἠξίου θάπτειν τοὺς νεκρούς· quod de supplicum insignibus, non libello supplice intelligendum esse constat ex ipso dramate. Nec ulla ratio est, cur hic aliter accipi debeat. Haec autem supplices dicuntur θεῖναι & καταθεῖναι, quia non tantum manibus ea praeferebant, verum etiam in aris ponebant. *Aeschylus* in supplic. v. 249. Κλάδοι γε μὴν δὴ, κατὰ νόμους ἀφικτόρων (id est, Ἑλληνικῶν ἱκετῶν, ut Scholiastes) κεῖνται παρ᾽ ὑμῶν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις. Et *Andocides* in eadem Oratione, e qua hanc legem descripsit Petitus, ἀναστὰς Καλλίας ὁ Ἱππονίκου τὴν σκευὴν ἔχων λέγει, ὅτι ἱκετηρία κεῖται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ. *Meursius* quidem Eleusiniorum C. 31. ἱκετηρίαν apud *Andocidem*, itidem ut Petitus, interpretatur *libellum supplicem.* Sed non magis mihi persuadet, quam Petitus. C. A. DUKER.

Ibid. Non ignorasse Petitum, ἱκετηρίαν esse ramum olivae, quem supplices praeferebant, abunde infra L. IV. Tit. 9. declaratur: quam vocabuli significationem si & hic recepisset, utique consultius fecisset. Nec ego tamen negavero ἱκετηρίαν θεῖναι non aliud subinde esse ac supplicem libellum porrigere aut supplicare. *Jo. Tzetzem* si audimus Chiliad. XII, 301. certa res erit: Ἱκετηρία μὲν ἐστὶν, inquit, ἄν τις πρὸς δέησις, Εἰκόνα φέρων ἐν χερσὶν, ἢ κλάδον, ἢ λαμπάδα. Ἔστι καὶ χάρτης ἔγγραφον ἔχοντα τὰς δεήσεις. Sed ejus quia levior auctoritas, locupletioribus utemur testibus. *Jo. Chrysostomus* Orat. v. in Judaeos p. 636. A. Tom. I. *Ed. Bened.* Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δανιὴλ οὐ πρότερον ὑπὲρ αὐτῶν τὴν ἱκετηρίαν ἔθηκεν. i. e. *rogavit, supplicavit*, sive, uti in sequentibus ait, τὴν ἱκετηρίαν προσήγαγεν. *Aeschines* in Timarch. p. 14. καὶ τὸ πολιτικόν, ὁ καὶ δεινότατον, ἀπολειφθέντος τοῦ πρεσβύτου τῆς γενομένης τοῖς ἀδυνάτοις δοκιμασίας, ἱκετηρίαν θέντος εἰς τὴν βουλὴν ὑπὲρ τοῦ μισθοῦ, —— —— ἐκ ἠξίωσεν αὐτῷ συνειπεῖν. ubi bene *Stephanus* vertit: *atque senatui pro mercede impetranda supplicasset.* Nec aliter accepit accipiendumve videtur in his ejusdem *Aeschinis* Orat. de Legat. perperam gesta p. 30. ὑπὸ τῆς αὐλῆς καιρὸς Ὄλυνθος ἑάλω, καὶ πολλοὶ τῶν ὑμετέρων ἐγκατελήφθησαν πολιτῶν· —— —— ὑπὲρ δὲ τούτων ἱκετηρίαν θέντες οἱ οἰκεῖοι, ἐδέοντο ὑμῶν ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι. Cui junge non dissimilem locum *Demosthenis* Orat. pro Corona p. 155., quem nunc exscribere non vacat.

ρητον δέ μοι καὶ περὶ τῆς ἱκετηρίας, ὡς κατέθηκα ἐγὼ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ· νόμος δ' ἦν πάτριος, ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυστηρίοις, τεθνάναι. Rursum: πάλιν ὁ Καλλίας στὰς ἔλεγεν, ὅτι εἴη νόμος πάτριος, εἴ τις ἱκετηρίαν θείη ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ, ἄκριτον ἀποθανεῖν. Sed id negat Andocides, scribitque *ibidem* multam tantum mille drachmarum illi irrogari: ἔπειτα δὴ νόμον πάτριον λέγεις· ἡ δὲ στήλη, παρ' ἣ ἕστηκας, χιλίας δραχμὰς κελεύει ὀφείλειν, ἐάν τις ἱκετηρίαν θῇ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ.

XIX. Neque item his Mysteriorum diebus Lege licebat cuiquam manum injicere.

Μηδενὸς τοῖς μυστηρίοις [1] ἐπιλαμβάνεσθαι. — *Nemini Mysteriorum diebus manum injicito.*

Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. [*p.* 368.] πρῶτον μὲν τοίνυν, ἵνα πρώτης τῆς τελευταίας γεγονυίας μνησθῶ καταγνώσεως, περὶ τὰ μυστήρια ἀδικεῖν, Εὐάνδρου κατεχειροτόνησεν ὁ δῆμος, τοῦ Θεσπιέως, προσβαλομένου αὐτὸν Μενίππου, Καρός τινος ἀνθρώπου· ἔστι δ' ὁ αὐτός νόμος τῷ δὲ τῷ περὶ τῶν Διονυσίων, ὁ περὶ τῶν μυστηρίων· κἀκεῖνος ὕστερος τούτου ἐτέθη· τί οὖν ποιήσαντος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατεχειροτονήσατε τοῦ Εὐάνδρου; τοῦτ' ἀκούσατε· ὅτι δίκην ἐμπορικὴν καταδικασάμενος τοῦ Μενίππου, οὐκ ἔχων πρότερον λαβεῖν αὐτὸν, ὡς ἔφη, τοῖς μυστηρίοις ἐπιδημοῦντος ἐπελάβετο· κατεχειροτονήσατε μὲν διὰ ταῦτα, καὶ οὐδὲ ὁτιοῦν ἄλλο προσῆν. Ulpianus: ἴσως τὴν ἑορτὴν πρόβλημα καὶ ἀσφάλειαν ἡγησάμενος, ἐτόλμησεν ὀφθῆναι. Praecipuis quoque festis Christianorum hanc haberi voluerunt reverentiam Imperatores Christiani. Imperatores Valentinianus, Theodosius & Arcadius: *In quindecim autem Paschalibus diebus compulsio annonariae functionis, & omnium publicorum & privatorum debitorum differatur exactio. Dat. II. Id. Aug. Romae Timasio & Promoto Coss. l.* 7. *C. de Feriis.* Constantinus Magnus die Dominico itemque Veneris omnes caussas & lites reliquaque negotia quiescere jussit Lege, quam laudat Sozomenus *Hist. Eccl. Lib. I. cap.* 8. τὴν δὲ Κυριακὴν καλουμένην ἡμέραν ἣν Ἑβραῖοι πρώτην τῆς ἑβδομάδος ὀνομάζουσι, Ἕλληνες δὲ ἡλίῳ ἀνατιθέασι, καὶ τὴν πρὸ τῆς ἑβδόμης ἐνομοθέτησε δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων σχολὴν ἄγειν πάντας, καὶ ἐν εὐχαῖς, καὶ λιταῖς τὸ θεῖον θεραπεύειν. Ejusque Legis nonnulla leguntur *l.* 1. *C. Tveod. eodem* in haec verba: *Imp. Constantinus Aug. Helpidio. Sicut indignissimum videbatur, diem Solis venerationis suae celebrem altercantibus jurgiis & noxiis partium contentionibus occupari: ita gratum ac jocundum est, eo die quae sunt maxime votiva compleri. Atque ideo emancipandi & manumittendi die festo cuncti licentiam habeant, & super his rebus actu non prohi-* 37.
beantur. PP. V. Non. Junii. Caralis Crispo II. & Constantino II. Coss. Habes etiam Leonis & Anthemii Constitutionem *l.* 10. *C. eodem. Impp. Leo & Anthemius AA. Armasio Praef. Praet. Dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus & venerandum, ut a cunctis executionibus excusetur: nulla quemque urgeat admonitio, nulla fidejussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio delitescat, sit ille dies a cognitionibus alienus, praeconis horrida vox silescat, respirent a controversiis litigantes, & habeant foederis intervallum, ad sese simul veniant adversarii non timentes, subeat animos vicaria poenitudo, pacta conferant, transactiones loquantur. Dat Id. Decemb. Constantinop. Zenone & Marciano Coss.* Idemque Judaeis indultum est diebus Sabbatis aut festis ab Imperatoribus Ho-

1 Ejusmodi ne quid Mysteriorum diebus fieret, ad curam regis sacrificuli, τοῦ βασιλέως, pertinebat, *Lysia* Orat. in Andocid. C. 2. auctore.

Honorio & Theodosio, ut constat e *l.* 3. *Cod. Theod. eodem. Impp. Honorius & Theodosius AA. Joanni PF. P. Post alia. Die Sabbati ac reliquis, sub tempore quo Judaei cultus sui reverentiam servant, neminem aut facere aliquid, aut ulla ex parte conveniri debere praecipimus, cum Fiscalibus commodis, & litigiis privatorum constat reliquos dies posse sufficere, &c. Dat. VII. Kalend. Aug. Ravennae DD. NN. Honorio VIII. & Theodosio III. Coss.* Habes *l.* 13. *C. de Judaeis & Caelicolis*, non ad *Joannem*, sed ad *Jovium PP.* datam VIII. *Kal. Aug. Ravennae DD. NN. Honorio VIII. & Theod. Aug. III. Coss.* Vide etiam *l.* 2. *C. eodem* quae legitur *in Nomocanone* Photii *Tit. VII. cap.* 4. εἴρηται δὲ βιβλίῳ α΄. τίτ. θ. διατάξει β. ιγ. ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι ἐν τῷ Σαββάτῳ, καὶ ταῖς ἄλλαις αὐτῶν ἑορταῖς, οὔτε σωματικῶς λειτουργοῦσιν, οὔτε διὰ δημοσίαν ἢ ἰδιωτικὴν αἰτίαν ἐνάγονται, ἢ Χριστιανοῖς ἐνάγουσι. idque jam olim ab Augusto institutum, cujus Rescriptum extat apud Josephum *Lib.* 16. *cap.* 10. ἐγγύας τε μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἐν Σάββασιν, ἢ τῇ πρὸ ταύτης παρασκευῇ ἀπὸ ὥρας ἐνάτης.

XX. Cum fieri vix quiret, ut omnia rite atque ordine peragerentur, Lege cautum, ut postridie Mysteriorum Senatus in Eleusinio haberetur.

Τὴν βουλὴν τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. — *Postridie Mysteriorum Senatus in Eleusinio habetor.*

Solonis Lex haec est, ex qua postridie Mysteriorum, Rege referente, Senatus in Eleusinio habebatur, cogniturus de iis qui in Mysteria aut diei festi religionem commisissent, Andocides ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων. [*p.* 15.] ἐπειδὴ γὰρ ἤλθομεν Ἐλευσινόθεν, καὶ ἡ ἔνδειξις ἐγεγένητο, προσῄει ὁ βασιλεὺς περὶ τῶν γεγενημένων ἐν Ἐλευσῖνι κατὰ τὴν τελετὴν ὥσπερ ἔθος ἐστίν· οἱ δὲ Πρυτάνεις προσάξειν ἔφασαν αὐτὸν πρὸς τὴν βουλὴν, ἐπαγγεῖλαί τ᾽ ἐκέλευον ἐμοί τε καὶ Κηφισίῳ παρεῖναι εἰς τὸ Ἐλευσίνιον. ἡ γὰρ βουλὴ ἐκεῖ καθεδεῖσθαι ἔμελλε, κατὰ τὸν Σόλωνος νόμον, ὃς κελεύει, τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ.

XXI. Cereri quoque Eleusiniae Thesmophoria agitabantur, idque quotannis ex Lege:

Κατ᾽ ἔτος τελεῖν τὰ Θεσμοφόρια. — *Quotannis Thesmophoria celebrantor.*

Meminit hujus Legis Graecus Theocriti Interpres *ad Idyllium IV.* [*vs.* 25.] docetque festum istud procuratum fuisse a matronis, sed quae, ut aliunde constat, essent in casto: νόμος ἦν Ἀθηναίοις, κατ᾽ ἔτος τελεῖν τὰ Θεσμοφόρια, καὶ παρθένοι γυναῖκες, καὶ τὸν βίον σεμναὶ, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τελετῆς τὰς νομικὰς βίβλους καὶ ἱερὰς, ὑπὲρ τῶν κορυφῶν αὐτῶν ἀνετίθεσαν, καὶ ὡσανεὶ λιτανεύουσαι ἐπήρχοντο εἰς Ἐλευσῖνα. [1] Quam in rem sumtus facere tene-
58. batur maritus, siquidem uxorem duxisset, cui dos esset tria talenta. Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Πύρρου κλήρου. [*p.* 46.] καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ κεκτημένος τριτάλαντον οἶκον, εἰ ἦν γεγαμηκὼς, ἠναγκάζετο ἂν ὑπὲρ τῆς γαμετῆς γυναικὸς [2] καὶ Θεσμοφόρια, καὶ τἄλλα, ὅσα προσῆκε, λειτουργεῖν ἐν τῷ δήμῳ ὑπὲρ τῆς γυναικὸς, ἀπό γε οὐσίας τηλικαύτης.

XXII. His autem festis Thesmophoriorum diebus nexi vinculis solvebantur, itaque Lege cautum erat:

Ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις λύεσθαι τοὺς δεσμώτας. — *Thesmophoriis nexi vinculis solvuntor.*

De-

1 Vide *Isaeum* Orat. de Ciron. Hered. p. 70.

2 *Isaei* verba libri a *Stephano* editi aliter praeferunt. Secutusne ergo est *Jo. Meursium* in Graecia Feriata, ubi de *Thesmophoriis*, ita legentem ?

Descripsimus hanc Legem e Marcellino atque Sopatro, quia nobis ex Ulpiano constat id etiam aliis nonnullis festis observatum fuisse: nam ecce de *Panathenaeis* Ulpianus *in Timocrateam* [*p.* 466.] κατὰ πέντε ἔτη ἤγετο τὰ Παναθήναια· ὅτε δ' ἐξῆν ἀφεῖσθαι τοῦ δεσμοῦ τοὺς δεσμώτας διὰ τὴν πανήγυριν. Item Liberalibus: idem Ulpianus *in Androtianam*, [*p.* 399.] ἔθος γὰρ ἦν ἀνίεσθαι ὅτε διὰ τὴν Διονυσίων ἑορτὴν, εἶτα ἐμβάλλεσθαι. Laudat itaque Legem hanc Marcellinus in Hermogenem. νόμος ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις λύεσθαι τοὺς δεσμώτας. Sopater *de Divisione Quaestionis.* νόμος τοὺς δεσμώτας τοῖς Θεσμοφορίοις λύεσθαι, ὑποπτεύσας τις ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ, τὸν οἰκέτην ἔδησε, καὶ δήσας, ἀπεδήμησεν· ἐπιστάντων τῶν Θεσμοφορίων ἔλυσε τὸν οἰκέτην ἡ γυνή· ἐπιστάντων τῶν Θεσμοφορίων, est, ipsis Thesmophoriis, cum inchoarentur. E captivis autem illi tantum liberabantur, qui sacris poterant interesse, at quibus ob piaculum, aut alia de caussa interdicebatur, illi vinculis non eximebantur. Sopater *ibidem*: ἐξάγειν δεσμωτηρίου δίδωσιν, οἷς μετέχειν ἱερῶν, καὶ σπονδῶν, εὐαγὲς, οὐ τοὺς ἀκαθάρτους, καὶ ἐναγεῖς, καὶ τῶν περιῤῥαντηρίων ἀπελαυνομένους. Idem indulgere consueverant Imperatores Christiani diebus festis Paschatis, idque quotannis Rescripto cavebant: in hanc rem leguntur nonnulla Imperatorum Rescripta *Cod. Theod. de Indulgentiis criminum*: [1] primumque habetur *l.* 3. in haec verba: *Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. ad Viventium P. V. Ob diem Paschae, quem intimo corde celebramus, omnibus, quos reatus adstringit, carcer inclusit, claustra dissolvimus. Attamen sacrilegus, in majestate reus, in mortuos veneficus, sive maleficus, adulter, raptor, homicida, communione istius muneris separentur. Dat. III. Non. Maij, Rom. Lupicino & Jovino Coss.* Titulus *hujus Legis* praefert nomen Gratiani, tanquam Augusti, sed falso, nondum enim erat Augustus Gratianus, levatus enim est a patre Augustus nono Kal. Septembr. his Coss. Lupicino & Jovino, ut videre est apud Socratem & Idatium. Secundo quod datum dicitur hoc Rescriptum *Rom.* id est, *Romae*, [2] verum non est: Est quippe hoc Rescriptum Valentiniani, qui tunc temporis non erat *Romae*, sed in Galliis: nam anno praecedenti, qui Consules habuit Gratianum NB. P. & Dagalaïphum, VIII. Id. Octobr. erat *Remis.* vide *l.* 11. *Cod. Theod. de Poenis. Dat. VIII. Id. Octob.* Remis *Gratiano A.* 1. *& Dagalaïfo Coss.* item quinto decimo Kalendas Decembreis *l.* 8. *Cod. Theod. de Accusationibus & Inscriptionibus, ad Maximinum Correctorem Tusciae. Dat. XV. Kalend. Decemb.* Remis, *Acc. Florentiae, Gratiano Nob. Caes. & Dagaelcifo Conss.* & septimo earundem Kalendarum *l.* 9. *Cod. Theod. eodem. ad Valerianum P. V. Dat. VII. Kal. Decemb.* Remis, *Gratiano NB. P. & Dagaëleifo Conss.* At octavo Idus Decembreis *Veronae* statuit subscriptio *l.* 9. *Cod. Theod. de Veteranis. ad Dagalaïfum Magistrum Militum, Dat. VIII. Id. Decemb.* Veronae, *Gratiano NB. P. & Dagalaipho Conss.* Sed *Veronae* scriptam esse mihi non possum persuadere, 39.
nam toto eo tempore fuit in illo Lugdunensis aut Belgicae Galliae tractu: Quare rescribendum puto *Viroduni.* Haec urbs distabat *Durocortoro Remorum* triginta novem millibus passuum. *Itinerarium* Antonini [*p.* 364.].

1 Satis itaque oratorie *Jo. Chrysostomus* Homil. VI. ad Popul. Antiochen. p. 76. C. de Imp. Theodosio ἔναγχος ἐδέθη καὶ ἐπίκειτο (τὴν παροῦσαν ἑορτὴν sive *Paschatis festum diem*) εἰς ἅπαντας τοὺς περὶ αὐτοῦ μετ' ἐνστάσεως κεχρημένους ὑπερβαλέσθαι βασιλέας· ἐν ταύταις γὰρ ταῖς ἡμέραις πέμψας ἐπιστολὴν εἰς τιμὴν τῆς ἑορτῆς, τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας σχεδὸν ἀφῆκεν ἅπαντας, nisi forte Imperator indulgentiam ad eos etiam extenderit reos, qui scelerum convicti & condemnati erant, ἐληλεγμένοι καὶ καταδικασθέντες, ut post pauca Orator addit.

2 Confer *Jac. Gothofredi* Chronol. Cod. Theodosiani, & quae in recentata editione illi adscripsit p. LXXIX, *Jo. Dan. Ritter.*

ITER A DUROCORTORO DIVODURUM USQUE. M. P. LXII.

Sic

Basilia	M. P. X.
Axuenam	M. P. XII.
Virodunum	M. P. XVII.

Anno sequenti, *Lupicino* atque *Jovino Coss.* quarto Kalendas Februarias erat *Remis. l. 9. Cod. Theod. de Re militari, ad Jovinum Magistrum Equitum, Dat. IV. Kalendas Feb. Remis, Lupicino & Jovino Conss.* Unde fit ut putem corrigendam esse subscriptionem *l.* 4. *Cod. Theod. de Metallis & Metallariis*, quae 2. est *Cod. eod.* itemque *l.* 13. *Cod. Theod. de Susceptoribus, praepositis, & arcariis*, quae est 5. *C. eod.* utraque est *ad Germanianum Com. S. L. Dat. VI. Id. Jan. Rom. Lupicino & Jovino Coss.* itaque ἀντὶ τοῦ *Romae*, rescribo *Remis*, quibus item in locis, ut jam vidimus, morabatur quarto Kalendas Februarias hujus anni: ibidemque etiam fuit sexto decimo Kalendas Martias, *l.* 10. *Cod. Theod. de Re militari, ad Jovinum Magistrum Militum, Dat. XVI. Kal. Mart.* Remis, *Lupicino & Jovino Conss.* Fuit quoque quarto Kalendas Maij, *l.* 3. *Cod. Theod. de praediis Naviculariorum, ad Dracontium Vic. Afric. Dat. IV. Kal. Maij*, Remis, *Lupicino & Jovino Coss.* Non igitur *Romae* fuit *tertio Nonas Maij* hujus anni: quare ἀντὶ τοῦ *Rom. l. illa* 3. *Cod. Theod. de Indulgentiis criminum*, reponendum est *Remis*: quibus in sedibus tunc erat, ut & quarto decimo Kalendas Junias, *l.* 4. *Cod. Theod. de Advocato Fisci, ad Rufinum P F. P. Dat. XIV. Kal. Jun. Remis, Lupicino & Jovino Coss.* Denique *Legem hanc tertiam Cod. Theod. de Indulgentiis criminum*, datam non credo *tertio Nonas Maij*: nam quid fieri velint iis, quos ob reatum carcer includebat, cavent Imperatores *ob diem Paschae*, nempe claustra illis dissolvi. Atqui frustra id caverent; celebritas enim Paschae jam erat peracta: erat quippe hic annus, qui Consules habuit Lupicinum atque Jovinum, Christi Dionysianus tercentesimus sexagesimus septimus, Cyclo Solis duodecimo, Lunae septimo, litera Dominicali G. Terminus Paschalis tertio Kalendas Aprileis, feria sexta: Pascha celebratum est Kalendis Aprilibus: Nec est, quod quisnam objiciat, ista caveri ab Imperatore in sequentem annum: nam & quotannis hac de re rescribebant ad Praefectos atque Magistratus, ut jam ante diximus, & praeterea, quod caput est, habes Rescriptum anni sequentis *l.* 4. *Cod. Theod. eod. Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. ad Olybrium P. V. Paschae celebritas postulat, ut quoscumque nunc aegra expectatio quaestionis, poenaeque formido sollicitat, absolvamus: decretis tamen veterum mos gerendus est, ne temere homicidii crimen, adulterii foeditatem, majestatis injuriam, maleficiorum scelus, insidias venenorum, raptusque violentiam sinamus evadere. Lecta VIII. Id. Jun. Valentiniano & Valente II. AA. Coss.* Rescribendum itaque nullus dubito ad *Legem tertiam. Dat. III. Non. Mart. Remis, Lupicino & Jovino Coss.* Mirari autem satis non possum *Legem quartam* lectam fuisse tantum octavo Idus Junias. atqui annus erat Christi Dionysianus tercentesimus sexagesimus octavus, Cyclo Solis tertiodecimo, Lunae octavo, litera Dominicali FE, Terminus Paschalis quarto decimo Kalendas Maïas, feria sexta, Pascha duodecimo Kalendas Maïas, Valentiniano & Valente II. AA. Coss. Sed multo magis stupendum est, quod subscribitur *l.* 6. *Cod. Theod. eod. Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad Antidium V. C. Vicarium. Paschalis laetitiae dies ne illa quidem tenere finit ingenia, quae flagitia fecerunt: pateat insuetis horridus carcer aliquando luminibus. Alienum autem censemus ab indulgentia, qui nefariam criminum conscientiam in maje-*

majestatem superbe animaverit, qui parricidali furore raptus, sanguine proprio manum tinxit, qui cujusque praeterea hominis caede maculatus est, qui genialis tori ac lectuli fuit invasor alieni, qui verecundiae virginalis raptor extitit, qui venerandum cognati sanguinis vinculum profano caecus violavit incestu, vel qui noxiis quaesita graminibus & diris immurmurata secretis, mentis & corporis venena composuit: aut qui sacri oris imitator & divinorum vultuum adpetitor, venerabiles formas sacrilegio eruditus impressit. His ergo tali quoque sub absolutione damnatis, indultum nostrae Serenitatis eo praecepti fine concludimus, ut remissionem veniae crimina, nisi semel commissa, non habeant; ne in eos liberalitatis Augustae referatur humanitas, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quam consuetudini deputarunt: Recitatae XII. Kal. Aug. Rom. Syagrio & Eucherio Coss. Annus hic erat Christi Dionysianus tercentesimus octagesimus primus, Cyclo Solis vicesimo sexto, Lunae secundo, litera Dominicali C, Terminus Paschalis octavo Kalendas Aprileis, feria quinta, Pascha quinto Kalendas easdem. Sequitur *l.* 7. *Cod. Theod. eod. Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad Marcianum Vic. Religio anniversariae obsecrationis hortatur, ut omnes omnino periculo carceris, metuque poenarum eximi juberemus, qui leviore crimine rei sunt postulati. Unde apparet, eos excipi, quos atrox cupiditas in scelera compulit saeviora, in quibus est primum crimen, & maxime majestatis, deinde homicidii, veneficiique, ac maleficiorum, stupri atque adulterii, parique immanitate sacrilegii, sepulchrique violatio, raptus, monetaeque adulterata figuratio. Dat. XI. Kal. April. Med. Richomere & Clearcho Coss.* Hi Consules fuerunt anno Christi Dionysiano tercentesimo quarto, Cyclo Solis primo, Lunae quinto, litera Dominicali GF, Terminus Paschalis undecimo Kalendas Aprileis, feria sexta, Pascha nono Kalendas easdem. Scripta *haec Lex* in ipso Paschali Termino, hoc est, undecimo Kalendas Aprileis die, ad Marcianum *Vicarium*, ut puto, Italiae, qui Mediolani quoque erat, ut & Imperator. Ultimum hujus argumenti Rescriptum, quo Judices vult Imperator, non expectato alio Rescripto Principis, cum saepius Rescripta haec, ut exemplis praecedentibus potest comprobari, tardius, adeoque post Paschae celebritatem, deferrentur, exequi quod consueverant Imperatores, habetur *l.* 8. *Cod. Theod. eodem Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad Neotherium PP. Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostrae perennitatis expectet: exequantur judices,* 41. *quod indulgere consuevimus. Ubi primum dies Paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincla solvantur. Sed ab his secernimus eos, quibus contaminari potius gaudia laetitiamque communem, si dimittantur, advertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? quis adultero, vel incesti reo tempore castitatis ignoscat? quis non raptorem in summa quiete & gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem vinculorum, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit: patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulteratorque monetae: homicida quod fecit, semper expectet: reus etiam majestatis, de domino adversum quem talia molitus est, veniam sperare non debet: Dat. V. Kal. Mar. Med. Arcadio I. & Bautone Coss.* Eadem haec Lex habetur *l.* 3. *C. de Episcopali audientia:* sed finis, ab his verbis, *His ergo tali sub adstrictione damnatis,* &c. petitur e *l.* 6. *Cod. Theod. de Indulgentiis criminum:* subscriptio vero haec, *Dat. Kal. Maij, Arcadio A. & Bautone V. C. Conss.* emendanda est e *Codice Theodosiano, Dat. V. Kal. Mart.* Annus erat Christi Dionysianus tercentesimus octagesimus quintus, Cyclo Solis secundo, Lunae sexto, litera Dominicali E, Terminus Paschalis fuit quarto Idus Aprileis, feria quinta, Pascha Idibus Aprilibus. Quin etiam [1] moribus Romanis *abolitio publice fit ob diem insignem, l. 8. D. ad Senatusconsultum Turpillianum.* Quin etiam Honorius jussit, ut

1 Festis diebus, cujusmodi Imperatorum natales, Romani suppliciis etiam in provinciis abstinebant. *Philo Jud.* in Flacc. p. 976. E. τοῖς γὰρ ὀρθῶς πολιτευομένοις τῶν ἀρχόντων καὶ μὴ σεμνοποιοῦσιν τὸ τιμᾶν (ita recte legit *Casaubon.* ad *Sueton.* August. C. 57., non τολμᾶν) ἀλλ' ὄντως τιμῶσιν εὐεργέτας, ἔθος ἐστὶ μηδένα κολάζειν τῶν κατακρίτων, ἄχρις ἂν αἱ ἐπιφανεῖς γενέθλιοι καὶ πανηγύρεις αὗται τῶν ἐπιφανῶν σεβαστῶν διεξέλθωσιν. Quin ipsi Praesides nonnunquam in crucem sublatos ob talem sollemnitatem cognatis ad sepulturam reddebant. ἤδη τινὰς οἶδα, pergit *Philo*, τῶν ἀνεσκολοπισμένων, μελλούσης ἐνίστασθαι τοιαύτης ἐκεχειρίας, καθαιρεθέντας, καὶ τοῖς συγγενέσιν ἐπὶ τῷ ταφῆς ἀξιωθῆναι καὶ τυχεῖν τῶν νενομισμένων ἀποδοθέντας. Vide H. *Grotium* in S. *Matth.* C. XXVII, 58.

ut ſingulis Dominicis diebus rei de carcere educerentur, quo poſſet victuâlis ſubſtantia illis miniſtrari, & ut ad balneum praedictis diebus ſub fida cuſtodia ducerentur. *l. ult. C. Theod. de Cuſtodia Reorum.*

XXIII. Inter ſacra, quae maxime coluerunt Athenienſes, non infimum locum obtinent *Dionyſia*, itaque & ut ea rite fierent, & celebrantibus bene eſſet, qua potuerunt ratione caverunt ſuis Legibus.

ΕΥΗΓΟΡΟΣ ΕΙΠΕΝ ΟΤΑΝ
Η ΠΟΜΠΗ Ηι ΤΩι ΔΙΟΝΥ-
ΣΩι ΕΝ ΠΕΙΡΑΙΕΙ, ΚΑΙ ΟΙ
ΚΩΜΩιΔΟΙ ΚΑΙ ΟΙ ΤΡΑΓΩι-
ΔΟΙ ΚΑΙ ΕΠΙ ΛΗΝΑΙΩι
ΠΟΜΠΗ ΚΑΙ ΟΙ ΤΡΑΓΩι-
ΔΟΙ ΚΑΙ ΟΙ ΚΩΜΩιΔΟΙ ΚΑΙ
ΤΟΙΣ ΕΝ ΑΣΤΕΙ ΔΙΟΝΥ-
ΣΙΟΙΣ Η ΠΟΜΠΗ ΚΑΙ ΟΙ
ΠΑΙΔΕΣ, ΚΑΙ Ο ΚΩΜΟΣ
ΚΑΙ ΟΙ ΚΩΜΩιΔΟΙ, ΚΑΙ ΟΙ
ΤΡΑΓΩιΔΟΙ, ΚΑΙ ΘΑΡΓΗ-
ΛΙΩΝ ΤΗι ΠΟΜΠΗι ΚΑΙ
ΤΩι ΑΓΩΝΙ ΜΗΤΕ ΕΞΕΙ-
ΝΑΙ, ΜΗΤΕ ΕΝΕΧΥΡΑΣΑΙ,
ΜΗΤΕ ΛΑΜΒΑΝΕΙΝ ΕΤΕ-
ΡΟΝ ΕΤΕΡΟΥ, ΜΗΔΕ ΤΩΝ
ΥΠΕΡΗΜΕΡΩΝ ΕΝ ΤΑΥ-
ΤΑΙΣ ΤΑΙΣ ΗΜΕΡΑΙΣ.
ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ ΤΟΥΤΩΝ ΤΙΣ
ΠΑΡΑΒΑΙΝΗι, ΥΠΟΔΙΚΟΣ
ΕΣΤΩ ΤΩι ΠΑΘΟΝΤΙ, ΚΑΙ
ΠΡΟΒΟΛΑΙ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΥ
ΕΣΤΩΣΑΝ ΕΝ ΤΗι ΕΚ-
42. ΚΛΗΣΙΑι ΤΗι ΕΝ ΔΙΟΝΥ-
ΣΟΥ ΩΣ ΑΔΙΚΟΥΝΤΟΣ
ΚΑΘ' Α ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ
ΑΔΙΚΟΥΝΤΩΝ ΓΕΓΡΑΠ-
ΤΑΙ.

Cum pompa Libero ducitur in Piraeeo, agunt Comoedi, & Tragoedi, item Lenaea pompa, & agentibus Tragoedis atque Comoedis: Aſtycorum quoque Liberalium pompa, ſaltante puerorum Choro, dum ſit Comus, aguntque Comoedi, & Tragoedi: Thargeliorum item pompa ac certamine: neque pignus, neque quicquam alterius capito, neve poenam pro mora exigito ab eo, qui judicatum non ſolverit: Qui ſecus faxit, accuſator a laeſo, & parabolae adverſus eum dantor apud populum pro concione in Bacchi, ſirempſe Lege, qua adverſus alios, qui feſti religionem temerarint.

Lex extat apud Demoſthenem in *Midiana* [*p.* 321.]: Ea autem ut commode intelligatur, ſciendum eſt trina fuiſſe apud Athenienſes Dionyſia, nempe τὰ κατ' ἀγροὺς, quae menſe Poſideone, τὰ Ἀνθεστήρια, quae Antheſterione, τὰ ἐν ἄστει, ἢ κατ' ἄστυ quae Elaphebolione menſe celebrabantur, neque de his quiſquam diſputat: At vero quod τὰ κατ' ἀγροὺς Dionyſia eadem ſint, quae Λήναια etiam dicuntur, negat [1] vir ſummus, & contendit *Lenaea* Dionyſia illa eſſe, quae menſe Antheſterione peragebantur: auctoremque laudat Heſychium: qui expreſſiſſime de nomine, ad hanc rem, *Lenaeorum:* Λίμναι, ἐν Ἀθήναις τόπος ἀνειμένος Διονύσῳ, ὅπου τὰ Λήναια ἤγετο. Dionyſia, quae in *Limnis*, Antheſteria ipſiſſima fuiſſe nemo dubitat. Idem Heſychius: Ληναιὼν μὴν, οὐδένα τῶν μηνῶν Βοιωτοὶ οὕτω καλοῦσιν. εἰκάζει δὲ ὁ Πλούταρχος Βουκάτιον, καὶ γὰρ ψυχρός ἐστιν. ἔνιοι δὲ τὸν Ἑρμαῖον, ὃς μετὰ τὸν Βουκάτιόν ἐστι. καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι τὴν τῶν Ληναίων ἑορτὴν ἐν αὐτῷ ἄγουσιν. Quin & ipſe Heſychius Antheſterionem ipſum Lenaeonem appellat: Διονύσια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἣ Διονύσῳ ἤγετο, τὰ μὲν, κατ' ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος. τὰ δὲ κλαΐα μηνὸς Ληναιῶνος, τὰ δὲ ἐν ἄστει Ἐλαφηβολιῶνος. Vocem nihili

1 *Seldenus* eſt, qui erudita diſputatione ad Marm. Oxoniens. p. 36. conficere conatus eſt, duo olim Dionyſia Athenis agi fuiſſe ſolita.

nihili κλαῖα varie emendant, alii enim ſubſtituunt πάλαι. alii, inter quos eſt vir ſummus, Λήναια, vel ἀρχαῖα, atque ita triplicia Dionyſia ſuis ſigillatim menſibus pulchre ab Heſychio ordinata: Quare ita intelligendus Ariſtophanes *in Acharnenſibus* [*vſ.* 200.]:

Ἐγὼ δὲ πολέμου καὶ κακῶν ἀπαλλαγεὶς
Ἄξω τὰ κατ᾽ ἀγροὺς εἰσιὼν Διονύσια.

De *Lenaeis* male interpretari Scholiaſtem pugnat vir eruditiſſimus: Poſideonis ſacra eſſe nemo non videt. Sed de iis verba ibi fiunt a perſona Acharnenſi, quae gravioribus ſoluta curis, rus ſe conferre deſtinat: & tempus, in quo loquitur, ad inducias, de quibus ibi mentio, ſpectat. Neque melius idem putat intelligi ab Graeco Interprete, quae in *eadem Comoedia* hiſce verbis traduntur [*vſ.* 503.]:

Αὐτοὶ γάρ ἐσμεν, οὑπὶ Ληναίῳ τ᾽ ἀγὼν
Κοὔπω ξένοι πάρεισιν. οὔτε γὰρ φόροι
Ἥκουσιν οὔτε ἐκ τῶν πόλεων σύμμαχοι.

O ἐπὶ Ληναίῳ ἀγὼν ipſiſſima Antheſteria ſunt, ſeu Liberalia, quae in Limnis agebantur, id eſt, *Lenaea*, quibus ſcilicet Comoedia illa, *Acharnenſes*, docebatur Euthymene Archonte. *Lenaeon* enim erat in urbe, non rure, locus in quo certamina celebrabant Athenienſes ante Theatrum extructum. Ibi etiam Bacchi Lenaei fanum, adeoque a Limnis locus hic non diverſus. Heſychius: ἐπὶ Ληναίῳ, ἀγὼν ἐστιν ἐν τῷ ἄστει Λήναιον περίβολον ἔχον μέγα, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερὸν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι. Verum non poſſumus diſcedere a ſententia, quae vulgo recepta eſt: neque dubitamus aſſerere *Lenaea* Liberalia eſſe τὰ κατ᾽ ἀγροὺς Διονύσια. mitto auctoritatem Graeci Ariſtophanis Scholiaſtae, quam elevat vir magnus, at non eſt, quod reſpondeat Thraſyllo apud Diogenem Laërtium *in Platone* [C. 56.] Tragoedi, inquit, τέτρασι δράμασιν ἠγωνίζοντο, Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις. Recenſentur hic feſta, per quae fabulas ſuas committebant Tragici, nempe Dionyſia, Lenaea, Panathenaea, & Chytri: Sed non negat Vir magnus Dionyſia hic eſſe τὰ κατ᾽ ἄστυ. 43.
Panathenaea ſunt vere in his ἀπροσδιόνυσα. ſuperſunt igitur Lenaea, atque Chytri, quibus Dionyſia τὰ κατ᾽ ἀγροὺς, Antheſteriaque deſignari nullum eſt dubium; & quidem *Chytri* pars ſunt Liberalium Antheſteriorum. Scholiaſtes Ariſtophanis *ad Acharnenſes* [*vſ.* 960.]: φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος Ἀνθεστήρια καλεῖσθαι κοινῶς ὅλην τὴν ἑορτὴν Διονύσῳ ἀγομένην. κατὰ μέρος δὲ, Πιθοιγίαν, Χόας, Χύτρους. Pithoegia celebrabantur die undecimo menſis Antheſterionis, Choës, duodecimo; Chytri tertio decimo. Plutarchus *Sympoſiac. Lib. III. Quaeſt. VII.* τοῦ νέου οἴνου Ἀθήνησι μὲν ἑνδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς κατάρχονται Πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες. Harpocration: Χόες, Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ὀνόματος. ἑορτή τις παρ᾽ Ἀθηναίοις, ἀγομένη Ἀνθεστηριῶνος δωδεκάτῃ, quo die celebrari ſcribit Thucydides *Lib. II.* [C. 15.] Dionyſia in Limnis, ſive Antheſteria: τὸ δὲ πρὸ τούτου, ἡ ἀκρόπολις ἡ νῦν οὖσα, πόλις ἦν, καὶ τὸ ὑπ᾽ αὐτὴν πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένον. τεκμήριον δέ· τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό, τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον, καὶ τὸ τῆς Γῆς, καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι.

De Chytris Harpocration. ἔστι δὲ καὶ Ἀττικὴ τις ἑορτὴ Χύτροι, ἧς μνημονεύει Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου. ἤγετο δὲ ἡ ἑορτὴ Ἀνθεστηριῶνος τρίτη ἐπὶ δέκα, ὥς φησὶ Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν. Quanquam Ariſtophanis Scholiaſtes *ad Acharnenſ.* [*vſ.* 1075.] Choum & Chytrorum eundem eſſe diem ſtatuit. ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἄγονται οἵ τε Χύτροι καὶ οἱ Χόες Ἀθήνησι. Quare dicendum eſt *Chytrorum* nomine intelligi Dionyſia *Antheſteria* in *Limnis*, ut qui eſſent hujus feſti pars, & quidem illa, in qua Tragoediae docebantur. Reſtat igitur, ut apud Thraſyllum *Lenaeorum* nomine intelligantur Dionyſia τὰ κατ' ἀγροὺς, quae alioquin praetermitterentur, cum tamen certum ſit Dionyſiis his τοῖς κατ' ἀγροὺς dramata committi ſolita fuiſſe. Praeterea *Limnae* erant in urbe meridiem verſus, ut habes in laudatis Thucydidis verbis, cujus Interpres Graecus haec notat: Λίμναι, τόπος ἐν τῇ ἀκροπόλει τῶν Ἀθηνῶν. Lenaeum vero erat extra urbem. Stephanus: Λήναιος ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τῆς ληνοῦ, Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ Χρονικῶν. καὶ Ληναϊκὸς, καὶ Ληναιεύς. ἔστι δὲ καὶ δῆμος. Quare non eſt exiſtimandus Heſychius his adverſari, itaque reſcribo illius verba: ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών. [1] ἔστι ἐν τῷ ἄστει Λήναιον περίβολον ἔχον μέγα, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερὸν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι. Non dicit Heſychius *Lenaeum* eſſe intra urbem: ſed hoc tantum: Commentabatur ille haec Ariſtophanis verba:

Αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, ὁ ὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών.

Notat itaque praeter hunc ἐπὶ Ληναίῳ ἀγῶνα, alterum etiam fuiſſe, ſcilicet Liberalium τῶν κατ' ἄστυ, quae menſe Elaphebolione celebrabantur: Deinde quid ſit Λήναιον, docet. Meminit autem Dionyſiorum Lenaeorum ſive κατ' ἀγροὺς, & τῶν κατ' ἄστυ tantum, quia ea tempeſtate, qua fabulam *Acharnenſes* docebat Ariſtophanes, nondum Dionyſiis Antheſteriis, ſive Chytris committebantur & producebantur in ſcenam Comicorum dramata: idque primum inſtitutum Callia μετὰ Ἀντιγένην Athenis Praetore, ut ſuo loco dicemus, Deo dante, anno tertio Olympiadis nonageſimae tertiae, quo anno commiſit Comicus drama, cui titulum fecit *Ranis*. Atqui *Acharnenſes* docuit Ariſtophanes Euthydemo Archonte, anno tertio Olympiadis octageſimae octavae. Unde ſequitur optime Ariſtophanis Scholiaſten *Lenaea* interpretari τὰ κατ' ἀγροὺς Dionyſia, neque alia intelligere potuit Ariſtophanes hoc verſu:

44\.

Αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, ὁ ὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών.

Nam Dionyſia τὰ κατ' ἄστυ non ſunt, at multo minus *Antheſteria*, quia his Dionyſiis nondum Comici docebant fabulas: Reſtat ergo ut de Dionyſiis τοῖς κατ' ἀγροὺς interpretemur: atque ob id ipſum meminit tantum Heſychius duorum Liberalium, eorum quae κατ' ἀγροὺς Poſideone, & illorum quae κατ' ἄστυ Elaphebolione menſe peragebantur commiſſione Comoediarum: Heſychii autem verba ita ſunt legenda: Διονύσια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣ Διονύσῳ ἤγετο, τὰ μὲν, κατ' ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος, [2] τὰ δὲ κλέα μηνὸς Ληναιῶνος, τὰ δὲ ἐν ἄστει Ἐλαφηβολιῶνος. Dicit Heſychius Dionyſia κατ' ἀγροὺς

1 Conjectura audacior eſt & orationem turbat. Malim dicere, Lenaea, etſi non alia fuerint ac Dionyſia τὰ κατ' ἀγροὺς, ſubinde quoque in urbe fuiſſe celebrata: idque docuiſſe Grammaticos ad *Ariſtoph.* Acharn. v. 503., quos *Heſychius* exſcripſit. Mecum ſentit Illuſtr. *Ezech. Spanhem.* ad Princip. Ranar. Poëtae ejuſdem.

2 Haec ne Graeca quidem videntur. Quanto rectius τὰ δὲ ἀρχαῖα *Seldenus* & *Palmerius*, aut Λήναια, quod Grammaticus in Ληναιῶν praeſtare ſignificat.

ἀγροὺς celebrari mense *Posideone*, τὰ δὲ κλέα μηνὸς Ληναιῶνος, sed nomen famamque sortiri & accipere a mense *Lenaeone*, qui procul dubio idem apud Athenienses cum Posideone, & certe id verum est: nam haec Dionysia κατ' ἀγροὺς maxime celebrantur *Lenaeorum* nomine. Non sunt igitur *Lenaea* Dionysia eadem cum *Anthesteriis*, neque *Lenaea* celebrabantur in *Limnis*, sed κατ' ἀγροὺς: itaque rescribo apud Hesychium, Λίμναι ἐν Ἀθήναις τόπος ἀνιερωμένος Διονύσῳ, ᾧ που τὰ Λήναια ἤγετο. *Limnae* locus est intra Athenarum urbem Baccho consecratus, in cujus honorem *Lenaea* alibi peragebantur: Neque item mensis *Lenaeon* idem est cum *Anthesterione*, neque id dicit Hesychius, sed hoc unum, *Lenaea* eo mense peragi solita, quem alii cum Bucatio, alii cum Hermaeo comparabant: Ληναιὼν μὴν, οὐδένα τῶν μηνῶν Βοιωτοὶ οὕτω καλοῦσιν, εἰκάζει δὲ ὁ Πλούταρχος Βουκάτιον, καὶ γὰρ ψυχρός ἐστιν. ἔνιοι δὲ τὸν Ἑρμαῖον, ὃς μετὰ τὸν Βουκάτιόν ἐστιν. καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι τὴν τῶν Ληναίων ἑορτὴν ἐν αὐτῷ ἄγουσιν. Optime certe Plutarchus comparat cum *Bucatio* suorum Boeotorum mensem *Lenaeonem*, unde sequitur *Lenaeonem* eundem esse cum *Posideone*, quo mense τὰ κατ' ἀγροὺς Dionysia celebrabantur: id liquido constabit ex ipso Plutarcho, cujus haec verba sunt *in Aristide* ubi agit de Plataeensi pugna [*p.* 330. *F.*] ταύτην τὴν μάχην ἐμαχέσαντο τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ' Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς, τετράδι τοῦ Πανέμου φθίνοντος. Dies vicesimus septimus *Panemi* Boeotorum est quartus politice, id est, tertius vere *Boëdromionis* Atheniensium: Ergo cepit *Panemus* die septimo *Metagitnionis* anni Lunaris Atheniensis: itaque optime idem Plutarchus *Panemum* hunc confert cum Metagitnione *in Camillo* [*p.* 138. *C.*] ἀνάπαλιν δὲ ὁ Μεταγειτνιὼν (ὃν Βοιωτοὶ Πάνεμον καλοῦσιν) Ἕλλησιν οὐκ εὐμενὴς γέγονε. τούτου γὰρ τοῦ μηνὸς ἑβδόμῃ καὶ τὴν ἐν Κρανῶνι μάχην ἡττηθέντες, &c. Eratque dies hic septimus *Metagitnionis* Atheniensium dies primus *Panemi* Boeotorum. Atque hinc emendandus est, ut hoc obiter addam, Plutarchus *ibidem* in his, quae paullo ante leguntur: Βοιωτοῖς, ἱπποδρομίου μηνὸς, ὡς δὲ Ἀθηναῖοι καλοῦσιν, Ἑκατομβαιῶνος ἱσταμένου πέμπτῃ, δύο λαβεῖν συνέβη νίκας ἐπιφανεστάτας, τήν τε περὶ Λεῦκτρα, καὶ τὴν ἐπὶ Γεραιστῷ. Quae de *Panemo* diximus faciunt, ut possimus pronunciare de *Hippodromio*, quem frustra putant [1] viri magni septimum esse, imo octavus est, cepitque a vero die septimo Hecatombaeonis, qui politice octavus numeratur, occupatque ex hinc Hecatombaeonis ceteros dies, ejusque dies ultimus (nam cavus est hic Boeotorum mensis) cadit in sextum Metagitnionis, a die vero septimo Metagitnionis incipit *Panemus*, ut jam diximus, ejusque vicesimus septimus dies cadit in diem tertium, politice quartum, Boedromionis, quae observatio nos 45.
deducet ad investigationem veri: Manifestum autem est hic a Plutarcho Ἱπποδρομίου ἱσταμένου intelligi, quod etiam monet vir Illustris, qui non est audiendus in eo, quod negat Plutarchum apposuisse τὴν ποσταίαν τοῦ Ἱπποδρομίου. Nam nullus dubito ita rescribendum esse apud Plutarchum: βοιωτοῖς, Ἱπποδρομίου μηνὸς (ὡς δὲ Ἀθηναῖοι καλοῦσιν Ἑκατομβαιῶνος ι) ἱσταμένου πέμπτῃ. Exciderat litera numeralis ι, quia ab ea incipiebat sequens dictio: est autem Ἑκατομβαιῶνος δεκάτῃ, dies vere decimus Hecatombaeonis, qui politice undecimus numerabatur, nam hic mensis erat cavus, ut alibi probavimus: Erat autem dies πέμπτῃ ἱσταμένου μηνὸς Ἱπποδρομίου. dies quintus politice *Hippodromii*, revera autem quartus, qui incidit in diem decimum Hecatom-

1 Vide potius Ill. *Scaliger*. L. 1. Emend. Temp. p. 44. & *H. Dodwellum* Differt. v. de Cyclis, Sect. 21.

tombaeonis. Incipit namque *Hippodromius* a die septimo Hecatombaeonis: Atque ex his repetendum est initium mensis *Bucatii*: Hinc nempe patet coepisse die septimo mensis Posideonis: Quare optime Plutarchus apud Hesychium comparat cum *Lenaeone*, qui Posideon est, optimeque convenit cum iis, quae de tempestate anni refert idem Plutarch. *in Pelopida* [*p.* 290. *A.*] καὶ τοῦ χειμῶνος ἤδη αἱ περὶ τροπὰς ἀκμαί· μηνὸς δὲ τοῦ τελευταίου φθίνοντος ὀλίγαι περιῆσαν ἡμέραι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔδει παραλαμβάνειν ἑτέρους εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ πρώτου μηνὸς, ἢ θνήσκειν τοὺς μὴ παραδιδόντας. & paulo post [*p.* 290. *E.*] τοῦ νόμου κελεύοντος ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ παραδοῦναι τὴν Βοιωταρχίαν ἑτέροις, ὃν Βουκάτιον ὀνομάζουσι. Atque ex his facile posset, si quidem rem tanti faceremus, pro ea, quae est inter hos Boeotorum menses atque Atticos, comparatione, Periodum sive Octaëteridem, sive, quod potius puto, dum tempora Pelopidae specto, Enneadecaëteridem extruere, atque caput illius deprehendere. Atque haec de *Lenaeis* sive Dionysiis κατ' ἀγροὺς satis, si addidero, videri dies festos non fuisse ab omnibus otiose transactos: nam in palliata Terentii *Heautontimorumeno*, dies, quo erant Dionysia τὰ κατ' ἀγροὺς, Menedemo, qui in illo ipso populo, *Lenaeo*, apud quem agitabantur haec Dionysia, degebat, fuit ἐργάσιμος· ecce namque tibi Menedemum occantem; huic quippe rei rastros prae manibus habebat: & procul dubio Menander hanc fabulam docuerat Liberalibus τοῖς κατ' ἀγρούς. De Liberalibus habes *Scena I.* [I, 110.]

Dionysia hic sunt: hodie apud me sis volo.

Liberalia vero κατ' ἀγροὺς intelligi, accipies ex *eadem Scena*: nam ἐν ἀγροῖς Chremetem aedes habuisse suas probat, quod Menedemi ager in proximo: [*vs.* 2.]

Inde adeo quod agrum in proxime hic mercatus es.

Idque pro aedibus Chremetis, unde dicebat [*vs.* 15.]

Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi
Domum revertor, quin te in fundo conspicer
Fodere aut arare.

Atque ex his, ut & ex istis *ejusdem Scenae* [*vs.* 34.]

——— *Istos rastros interea tamen*
Adpone, ne labora.

Tempus Liberalium τῶν κατ' ἀγροὺς designari certum est, nam & fodit fossas, quo pluvia aqua delabatur, & arat, & occat, quae omnia incidunt in illam an-
46. ni tempestatem, quae ab autumnali aequinoctio ad brumam intercedit, cum jam clausa sunt maria, itaque tributa Athenas non importabant socii tunc temporis, & soli suum *Lenaeorum* sive Dionysiorum τῶν κατ' ἀγροὺς festum agitabant Athenienses: Aristophanes verbis jam saepe laudatis [*vs.* 503.].

Αὐτοὶ γάρ ἐσμεν, οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών.
Κοὔπω ξένοι πάρεισιν. οὔτε γὰρ φόροι
Ἥκουσιν οὔτ' ἐκ τῶν πόλεων οἱ σύμμαχοι.

Scholiastes: ὁ τῶν Διονυσίων ἀγὼν ἐτελεῖτο δὶς τοῦ ἔτους. τὸ μὲν πρῶτον ἔαρος ἐν ἄστει· ὅτε οἱ φόροι Ἀθήναζε ἐφέροντο. τὸ δεύτερον ἐν ἀγροῖς, ὁ ἐπὶ Ληναίῳ λεγόμενος. ὅτε ξένοι οὐ παρῆσαν Ἀθήνησι· χειμὼν γὰρ λοιπὸν ἦν. Hunc locum descripsimus, quia ea confirmant maxime, de quibus in superioribus disputavimus, cum de constituendis aliquot Hesychii locis ageremus: scilicet tunc duo tantum Dionysia, τὰ κατ' ἄστυ, & τὰ κατ' ἀγροὺς, ἢ Λήναια, celebrabantur commissione Comoediarum: ex hypothesi hac itaque dicunt

dicunt duo tantum fuiſſe Dionyſiorum feſta, non quod *Antheſteria* non celebrarentur, ſed quia Comici iis nondum ſua producebant dramata. Verum quod diximus tributa non fuiſſe Athenas importata quando celebrabantur *Lenaea*, videtur adverſari titulo Orationis cujuſdam Antiphontis, cujus meminit Harpocration: Ἀμφίπολις. Ἀντιφῶν [1] περὶ τοῦ Ληναίων φόρου, πόλις αὕτη τῆς Θρᾴκης. Sed hic, meo judicio, agitur de tributo, quod pendebant Athenienſibus Lenaei Elidis populi, quorum e Phlegonte meminit Stephanus: Λῆνος, χώρα τῶν Πισάων. ὁ πολίτης Ληναῖος· Φλέγων τεσσαρακοστῇ ὀγδόῃ Ὀλυμπιάδι. Hoc unum commune *Lenaeis* & *Antheſteriis* Liberalibus, quod utriſque praeerat Rex: de *Lenaeis* habes apud Pollucem, de *Antheſteriis* colligere licet e Demoſthenis *Oratione in Neaeram.* Sed nimium multa fortaſſe, quae tamen, ſpero, certe opto, ingrata non erunt ingenuis & liberalibus adoleſcentibus. Nunc porro reſtat expendenda Lex, qua cavetur ne quis *Liberalibus*, aut *Thargeliis* pignus, aut quicquam alterius ἐν χρέως νόμῳ capiat, neve poenam a quoquam, quod judicatum non ſolverit, pro mora exigat: qui ſecus feciſſet, poterat apud populum injuriarum in feſti religionem poſtulari: Legem hanc αὐτολεξεὶ deſcripſit Demoſthenes *in Midiana*: ſed in illa quaedam non ſatis emendate leguntur: ΕΥΗΓΟΡΟΣ ΕΙΠΕΝ ΟΤΑΝ Η ΠΟΜΠΗ Ηι ΤΩι ΔΙΟΝΥΣΩι ΕΝ ΠΕΙΡΑΙΕΙ ΚΑΙ ΟΙ ΚΩΜΩιΔΟΙ ΚΑΙ ΟΙ ΤΡΑΓΩιΔΟΙ. Triplicia illa *Liberalia* recenſentur hac Lege, quorum in ſuperioribus meminimus: nam en tibi *Dionyſia* quae dicit eſſe ΕΝ ΠΕΙΡΑΙΕΙ. Sequitur ΕΠΙ ΛΗΝΑΙΩι ΠΟΜΠΗ, id eſt, Dionyſia τὰ κατ' ἀγρούς. Denique ΤΟΙΣ ΕΝ ΑΣΤΕΙ ΔΙΟΝΥΣΙΟΙΣ Η ΠΟΜΠΗ, Dionyſia, quae menſe Elaphebolione celebrabantur. Sunt igitur prima illa Dionyſia ΕΝ ΠΕΙΡΑΙΕΙ, antiquiſſima, quae in *Limnis* menſe *Antheſterione* peragebantur. Quomodo igitur dicentur in *Piraeeo*? Sane non poteſt, nam ſi in *Piraeeo* celebrabantur, non igitur in *Limnis*, nam *Limnae* intra urbem: Λίμναι, τόπος ἐν τῇ ἀκροπόλει τῶν Ἀθηνῶν, inquit Thucydidis Scholiaſtes: Atqui certum eſt, atque indubitatum eſt in *Limnis* fuiſſe celebrata *Antheſteria* iſta Dionyſia: Eſt igitur mendum in his ΕΝ ΠΕΙΡΑΙΕΙ. Quare reſcribendum putamus: ΟΤΑΝ Η ΠΟΜΠΗ Ηι ΤΩι ΔΙΟΝΥΣΩι [2] ΗΝ ΠΕΡ ΑΙΕΙ ΚΑΙ ΟΙ ΚΩΜΩιΔΟΙ ΚΑΙ ΟΙ ΤΡΑΓΩιΔΟΙ. Ratio emendationis noſtrae haec eſt: Ante annum ter- 47.
tium Olympiadis nonageſimae tertiae in ſcenam producta non ſunt Comicorum dramata *Antheſteriis* Liberalibus: hoc primum anno, cujus Faſtos ſignavit Praetor Athenis Callias μετ' Ἀντιγένη, inſtitutum eſt, ut ſcribit Ariſtoteles, *Antheſteria* Dionyſia celebrari commiſſione Comoediarum: ſed id diu non obtinuit, nam Cineſias Ariſtophanis aequalis, & Poëtis Comicis, a quibus vexabatur, parum aequus, hanc Legem abrogari curavit, & demum Lycurgus Rhetor Legem tulit, qua Comoedias doceri *Antheſteriis*, cavebatur: Cum igitur *Euegorus* hujus Legis auctor videret rem adeo firmam non eſſe, ut mutari nequiret, & paululum ante Lycurgus Legem hanc, de Comoediarum commiſſione Liberalibus *Antheſteriis*, tuliſſet, optime *Euegorus* in hac ſua Lege dixit, ἣν περ αἰεὶ καὶ οἱ Κωμῳδοὶ, *agentibus, ſiquidem id ſemper, Comoedis.* Atque ex his circumſcribere licet tempus latae hujus Legis, nam lata eſt poſt illam Lycurgi, qui in Republica eadem tempeſtate cum Demoſthene floruit, ejus vero meminit Demoſthenes *in Midiana*, quam ſcripſit anno quarto Olympiadis centeſimae ſeptimae, Callimacho Athenis Praetore: Ergo ante hunc annum quartum Olympiadis centeſimae ſeptimae ſcripta eſt haec Lex ab *Euegoro*, ſed non longe ante, ſiquidem poſt latam alteram illam a Lycurgo de Comoediis docen-

1 *H. Valeſius* ex conjectura περὶ τῶν Λινδίων, quam *Jac. Gronovius*, incertum an a MS. confirmatam, *Harpocrationis* orationi inſeruit.

2 *Demoſthenem* ſine gravi cauſſa emendat: in Piraeeo ſcenicos etiam ludos fuiſſe editos & Baccho pompam actam ex *Aeliano* II. V. H. 13. colligas: quem quidem locum itidem corrigere ingreſſus eſt *Petitus* Miſcellan. L. I. C. 2., ſed injuria, docentibus *Kuhnio* ad *Aelian.* & *Spanhemio* ad Argum. Ranar. *Ariſtophanis.*

docendis Liberalibus *Anthesteriis* scripta est: Hac igitur Lege non licebat quicquam alterius, vel pignori capere ἐν χειρὸς νόμῳ, ac ne quidem ὑπερημερίαν πράττειν. Ulpianus: τοὺς ὑπερημέρους ὁ νόμος κελεύει μὴ ἀπαιτεῖσθαι ἐν τῇ ἑορτῇ χρέη. Demosthenes paulo post [p. 321.] ἐν τούτῳ τῷ νόμῳ καὶ κατὰ τῶν τοὺς ὑπερημέρους εἰσπραττόντων, ἢ καὶ ἄλλο ὁτιοῦν τινὸς λαμβανόντων, ἢ βιαζομένων ἐποιήσατε τὰς προβολάς. De Liberalibus autem non tantum agitur, verum etiam de *Thargeliis*, quae in honorem Apollinis atque Dianae celebrabantur: Sed non possumus satis mirari [1] virum eruditissimum ad hanc Legem referre ista ex Andocidis περὶ Χορευτοῦ *Oratione* [p. 142.] ἐπειδὴ χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια, τὸν χορὸν συνέλεξα ὡς ἐδυνάμην ἄριστα, οὔτε ζημιώσας οὐδένα, οὔτε ἐνέχυρα βίᾳ φέρων, οὔτ' ἀπεχθανόμενος οὐδενί. Nam ista ante *Thargelia* facta sunt, non ipsis *Thargeliis*, nempe statim ac Choragus renunciatus est: & certe Theodotus puer, periit die vicesimo septimo Munychionis, elatus est die vicesimo nono: en tibi *eadem Oratione* elatum esse die tertio a morte [p. 145.] οὗτοι γὰρ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ, ᾗ ἀπέθανεν ὁ παῖς, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ, ᾗ προέκειτο, τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ ᾗ ἐξεφέρετο ὁ παῖς. incidisse autem hunc diem in vicesimum nonum Munychionis ex his constat, quae *eadem Oratione* leguntur [p. 143.] ἔλεξε μὲν γὰρ Φιλοκράτης οὑτοσὶ ἀναβὰς εἰς τὴν Ἡλιαίαν τὴν τῶν Θεσμοθετῶν, τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ὁ παῖς ἐξεφέρετο, ὅτι ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀποκτείναιμι ἐγὼ ἐν τῷ χορῷ φάρμακον ἀναγκάσας πιεῖν. ἐπειδὴ δὲ οὗτος ταῦτ' ἔλεγεν, ἀναβὰς ἐγὼ εἰς τὸ δικαστήριον, τοῖς αὐτοῖς δικασταῖς ἔλεξα, ὅτι τὸν μὲν νόμον οὐ δίκαιον εἴη προκαθῆσθαι εἰ Φιλοκράτης κατηγορῶν καὶ διαβάλλων εἰς τὸ δικαστήριον μελλόντων ἔσεσθαί μοι ἀγώνων πρὸς Ἀρίστωνα καὶ Φιλῖνον αὔριον τῇ ἕνῃ, ὧνπερ ἕνεκα τοὺς λόγους τούτους λέγει. Die tricesimo mensis, τῇ ἕνῃ reos erat peracturus Aristonem & Philinum, pridie eum accusavit caedis Philocrates, quo die puer elatus erat: ergo elatus est die vicesimo nono mensis, qui Munychion est: quod hinc patet. Philocrates cum suis deferunt hunc Choragum, cui Orationem scripsit Antiphon, apud Regem die ultimo mensis, quo noster hic
48. Choragus causam agebat apud judices adversus Aristonem, aut alium ex iis, quos accusaverat [p. 145.] αὐτὴν ταύτην φυλάξαντες τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἔμελλεν ὁ πρῶτος ἐκείνων κριθήσεσθαι, ὅπως μηδὲ καθ' ἑνὸς αὐτῶν οἷός τέ με γενοίμην ἐπεξελθεῖν, μηδ' ἐνδεῖξαι τῷ δικαστηρίῳ τὰ ἀδικήματα. Rex negat posse per Leges illum ἀπογράφεσθαι. habes in sequentibus: ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τούς τε νόμους ἀνέγνω, καὶ χρόνον ἀπέδειξεν, ὅτι οὐκ ἐγχωροίη ἀπογράψασθαι, καὶ τὰς κλήσεις καλεῖσθαι ὅσας ἔδει. Nam futurus erat adhuc in Magistratu duos tantum menses, Thargelionem & Scirrhophorionem, quatuor autem opus erat [p. 146.] ἔδει μὲν γὰρ τὸν Βασιλέα, ἐπειδὴ ἀπεγράψατο, τρεῖς προδικασίας ποιῆσαι ἐν τρισὶ μησί, τὴν δὲ δίκην εἰσάγειν τετάρτῳ μηνί, ὥσπερ νυνί. τῆς δ' ἀρχῆς αὐτῷ λοιποὶ δύο μῆνες ἦσαν, Θαργηλιὼν καὶ Σκιρροφοριών. Dicuntur igitur ista a Rege die tricesimo mensis Munychionis, cum superessent duo menses Thargelion atque Scirrophorion anno perficiendo. Longe autem antequam ista accidissent, dicit se neque ullum multasse, neque pignus cepisse, scilicet, cum Chorum legeret, qui saltare debebat Thargeliis, ipse optimus interpres his verbis: ἐπειδὴ χορη-

1 *Jo. Meursium* perstringit, qui Graec. Feriat., ubi de *Thargeliis*, *Andocid.* verba ad hanc legem retulit.

χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια, τὸν χορὸν συνέλεξα ὡς ἐδυνάμην ἄριστα, οὔτε ζημιώσας οὐδένα, οὔτε ἐνέχυρα βίᾳ φέρων. Non igitur cum *Thargeliorum* festum celebraretur: ac proinde neque ad hanc Legem attendit, adde quod non negat his verbis, siquidem illa capio, se potuisse multare, aut pignus capere, sed ex eo quod non fecerit, suam probat ἐπιείκειαν. Denique, etiamsi ista omnia contigissent Thargeliis, non potuisset animum advertere ad hanc Legem, siquidem nondum erat scripta: nam Antiphon longe antequam ferretur suum obiverat diem. Atque haec quidem satis, sed non possum, quia tam commoda se offert occasio, praetermittere quaedam ex *eadem* Antiphontis *Oratione*, quin emendem & illustrem. Docet igitur in sequentibus e Choragi persona Antiphon, quando scripta fuerit apud Regem, qui anno sequenti Magistratum iniit, dica: ἐπειδὴ γὰρ οὑτοσὶ ὁ Βασιλεὺς εἰσῆλθεν, ἐξὸν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἀρξαμένοις τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς τριάκονθ' ἡμέρας, συνεχῶς τούτων ἥτινι ἐβούλοντο ἀπογράφεσθαι, ἀπεγράφοντο οὐδεμιᾷ· καὶ αὖθις τοῦ Μεταγειτνιῶνος μηνὸς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἀρξαμένοις ἐξὸν αὐτοῖς ἀπογράφεσθαι. ἥτινι ἐβούλοντο, οὐδ' αὐτοῦ ἐνταῦθ' ἀπεγράψαντο, ἀλλὰ παρῆσαν καὶ τούτου τοῦ μηνὸς εἴκοσιν ἡμέρας. ὥστε αἱ σύμπασαι ἡμέραι ἐγένοντο αὐτοῖς πλέον ἢ πεντήκοντα ἐπὶ τούτου τοῦ Βασιλέως· ἐν αἷς ἐξὸν αὐτοῖς ἀπογράψασθαι, οὐκ ἀπεγράψαντο. Verum non optime convenit his numeris cum calculo, quia in sequentibus docet se fuisse unum e Quingentorum Senatu, cui absolvendae suae Tribus Prytaneiae duo tantum dies supererant. Tribus autem ejus primam sortita erat Prytaneiam, quando nomen apud Regem delatum est [*p.* 146.] καὶ ἐν αὐτῷ τῷ Βουλευτηρίῳ Διὸς Βουλαίου καὶ Ἀθηνᾶς Βουλαίας ἱερόν ἐστι, καὶ εἰσιόντες οἱ Βουλευταὶ προσεύχονται. ὧν κἀγὼ εἷς ἦν ὁ ταῦτα πράττων, καὶ εἰς τἄλλα πάντα ἱερὰ εἰσιὼν μετὰ τῆς Βουλῆς, καὶ θύων καὶ εὐχόμενος ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης, καὶ πρὸς τούτοις πρυτανεύσας τὴν πρώτην Πρυτανείαν ἅπασαν, πλὴν δυοῖν ἡμέραιν. Erat autem Prytaneia numerus dierum triginta quinque. Harpocration: ἔστι δὲ ἀριθμὸς ἡμερῶν ἡ πρυτάνεια, ἤτοι τριάκοντα ἕξ, ἢ τριάκοντα πέντε. Ergo Choragi nostri nomen delatum est apud Regem πρυτανεύσαντος τὴν πρώτην πρυτανείαν ἅπασαν, πλὴν δυοῖν ἡμέραιν, die tricesimo quarto Prytaneias, qui erat quintus Metagitnionis; nam Hecatombaeon cavus est: itaque neque vicesimo Metagitnionis die delatus est, neque Rex ab adito suo Magistratu dies quinquaginta praefuerat. Rescribo igitur: ἀλλὰ παρῆσαν καὶ τούτου 49.
τοῦ [1] μηνὸς ε΄, εἰ καὶ ὦσιν, ἡμέρας. *Advenerant*, inquit, *Metagitnionis mensis dies quinque, si quidem sunt.* Optime certe, ut subductis rationibus demonstratur. Hecatombaeoni viginti novem dies sunt imputandi, adde quinque dies Metagitnionis, fiunt triginta quatuor, tricesimo autem quarto die Prytaneias delatus est apud Regem, itaque vix quintus dies advenerat. Ex his quoque constat in sequentibus legendum esse: ὥστε αἱ σύμπασαι ἡμέραι ἐγένοντο αὐτοῖς πλέον ἢ τριάκοντα ἐπὶ τούτου τοῦ Βασιλέως. Facilis lapsus in literis numeralibus, ita ut litera ν΄ scribatur ἀντὶ λ΄.

XXV. Peractis Liberalium ludis concio cogebatur ad Bacchi aedem, refereba-

1 Mallem hac correctione, quae *Antiphontis* Orationem inconcinnam facit, abstinuisset: quam enim vim habent εἰ κ' ὦσιν, *si quidem sunt*, & cui bono ea adduntur? Praeterea rationem prave subducit: dat Hecatombaeoni dies viginti novem, cui Orator ipse XXX., adfirmatque Prytaneias Choragi hujus principium cum ipso mense Hecatombaeone fuisse inchoatum, quo de nihil *Antiphon*. Mitto, scribi oportuisse ἀλλὰ παρῆσαν — — — ἡμέρας, si addita versio, *advenerant Metagitnionis mensis dies quinque*, bene haberet. In vulgatis ratio numerorum constat egregie.

rebaturque de Praetoris circa hoc festum cura, injuriisque festi tempore factis, de quibus inter partes non erat transactum: Legis haec sunt verba:

ΤΟΥΣ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΠΟΙΕΙΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΕΝ ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΤΗι ΥΣΤΕΡΑΙΑι ΕΝ ΠΑΝΔΙΟΙΣ, ΕΝ ΔΕ ΤΑΥΤΗι ΧΡΗΜΑΤΙΖΕΙΝ ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΝ, ΕΠΕΙΤΑ ΤΑΣ ΠΡΟΒΟΛΑΣ ΠΑΡΑΔΙΔΟΤΩΣΑΝ ΤΑΣ ΓΕΓΕΝΗΜΕΝΑΣ ΕΝΕΚΑ ΤΗΣ ΠΟΜΠΗΣ, Η ΤΩΝ ΑΓΩΝΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΙΣ, ΟΣΑΙ ΑΝ ΜΗ ΕΚΤΕΤΙΣΜΕΝΑΙ ΩΣΙΝ.

Prytaneis concionem in Bacchi cogunto, Pandiis, postridie Dionysiorum, & de sacris primum referunto, probolae deinde dantor de injuriis illatis pompae vel Ludorum Dionysiacorum caussa, de quibus transactum non fuerit.

Refert hanc Legem Demosthenes *in Midiana*, [*p.* 320.] e cujus verbis constat in Lege legendum esse, ΜΕΤΑ ΠΑΝΔΙΑ, non autem ΕΝ ΠΑΝΔΙΟΙΣ, nam ita habet Demosthenes *in sequentibus*: ὁ μὲν νόμος οὗτός ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καθ' ὃν αἱ προβολαί γίγνονται, λέγων, ὥσπερ ἠκούσατε, ποιεῖν τὴν ἐκκλησίαν ἐν Διονύσου μετὰ τὰ Πάνδια. Erant autem *Pandia*, Jovis, sive potius Lunae festum post Liberalia agitatum, ut docent Ulpianus, Harpocration, alii. Postridie igitur *Pandiorum* cogebatur concio in Theatro ad Bacchi fanum. Ulpianus: ἐν Διονύσου μὲν ἐν τῷ θεάτρῳ· συνῆπτο γὰρ ἐν τῷ θεάτρῳ τὸ τέμενος. Ad populum referebatur, an Archon, ὃς διατίθησι τὰ Διονύσια, religiose curasset ea omnia, quae festi erant, atque ea administrasset. Demosthenes: ἐν δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ χρηματίζουσιν οἱ πρόεδροι, περὶ ὧν διῴκηκεν ὁ Ἄρχων. Ulpianus: ἐξητάζετο ὁ Ἄρχων περὶ ὧν διῴκησε. Paulo post: καὶ Πρόεδροι ἠρώτων τὸν δῆμον, εἰ δοκεῖ αὐτοῖς ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν κατὰ τὴν ἑορτήν. οἱ δὲ, ἦρον τὰς χεῖρας. Rursum: ἐδίδου γὰρ λόγον ὁ Ἄρχων, εἰ τὸ ἄγαλμα ἀλώβητον ἔσωσεν, εἰ τῶν ἄλλων μηδέν τι ἐνέλιπε χρηματίζων. His peractis referebant quoque de iis, qui diebus festis illis sibi non temperaverant ab inferendis injuriis, quod vocant. Pollux *Lib. VIII. cap.* 6. ἐγίνοντο δὲ προβολαὶ καὶ περὶ τῶν ἐξυβρισάντων, ἢ ἀδικησάντων, ἢ ἀσεβησάντων περὶ τὰς ἑορτάς. Demosthenes [*p.* 320.] ἐν δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπειδὰν χρηματίσωσιν οἱ Πρόεδροι, περὶ ὧν διῴκηκεν ὁ Ἄρχων, χρηματίζειν κελεύει, καὶ περὶ ὧν ἄν τις ἠδικηκὼς ᾖ περὶ τὴν ἑορτὴν, ἢ παρανενομηκώς. Ulpianus: ἐξητάζετο ὁ Ἄρχων περὶ ὧν διῴκησε. καὶ περὶ ὧν ἠδίκησέ τις καὶ παρηνόμησεν.

XXVI. Non licebat festis *Liberalium* diebus cuiquam manum injicere, ut hac Lege cautum est.

Μηδενὸς τοῖς Διονυσίοις [1] ἐπιλαμβάνεσθαι.

Nemini diebus Liberalium festis manum injicito.

Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Μειδίου, docetque scriptam
50. esse post Legem sirempsem de Mysteriis [*p.* 368.] πρῶτον μὲν τοίνυν, ἵνα πρώτης τῆς τελευταίας γεγονυίας μνησθῶ καταγνώσεως, περὶ τὰ Μυστήρια ἀδικεῖν, Εὐάνδρου κατεχειροτόνησεν ὁ δῆμος, τοῦ Θεσπιέως, προβαλλομένου αὐτὸν Μενίππου, Καρός τινος ἀνθρώπου. ἔστι δὲ ὁ αὐτὸς νόμος τῷ περὶ τῶν Διονυσίων, ὁ περὶ τῶν Μυστηρίων. κἀκεῖνος ὕστερος τούτου ἐτέθη. τί οὖν ποιήσαντος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατεχειροτονήσατε τοῦ Εὐάνδρου;

τοῦτ'

1 Caussam fuisse arbitror, tum ne quid in Bacchum committeretur, tum ne laetitia, cui his diebus mirifice studebant, docente *Philochoro* in *Athen.* L. XI. p. 464. F., interturbaretur.

τοῦτ᾽ ἀκούσατε. ὅτι δίκην ἐμπορικὴν καταδικασάμενος τοῦ Μενίππου, οὐκ ἔχων πρότερον λαβεῖν αὐτὸν, ὡς ἔφη, τοῖς Μυστηρίοις ἐπιδημοῦντος ἐπελάβετο, κατεχειροτονήσατε μὲν διὰ ταῦτα, καὶ οὐδὲ ποιοῦν ἄλλο προσῆν. Ulpianus: ἴσως τὴν ἑορτὴν πρόβλημα καὶ ἀσφάλειαν ἡγησάμενος, ἐτόλμησεν ὀφθῆναι.

XXVII. Atheniensibus eximie cultus est Apollo, eique passim tota urbe aedes sacrae constitutae, & festa in ejus honorem instituta: sed *Deliorum* maxime toto tempore sacris operata Urbs noluit, quenquam capitis damnatum, dum Delum eunt redeuntque Theori, poenas dare:

Δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι πρὶν ἂν εἰς Δῆλον ἀφίκηται τὸ πλοῖον, καὶ πάλιν δεῦρο.	*Deliorum festos dies, dum Delum itur, reditur, damnatorum suppliciis ne funestato.*

Meminerunt hujus Legis Xenophon ac Plato, qui observant Socratem triginta dies in carcere & in expectatione mortis exegisse post damnationem, quia Delia festa intervenerunt. Verba Xenophontis sunt ἀπομνημονευμάτων *Lib. IV.* ἀνάγκη μὲν γὰρ ἐγένετο αὐτῷ μετὰ τὴν κρίσιν τριάκοντα ἡμέρας βιῶναι, διὰ τὰ Δήλια μὲν ἐκείνου τοῦ μηνὸς εἶναι· τὸν δὲ νόμον, μηδένα δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν ἐᾶν, ἕως ἂν θεωρία ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ. Plato *Phoedone* [*p.* 58. *B.*] ἐπειδὰν ἄρξωνται τῆς θεωρίας, νόμος ἐστὶν αὐτοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθαρεύειν τὴν πόλιν, καὶ δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι πρὶν ἂν εἰς Δῆλον ἀφίκηται τὸ πλοῖον, καὶ πάλιν δεῦρο. τοῦτο δὲ ἐνίοτε ἐν πολλῷ χρόνῳ γίνεται, ὅταν τύχωσιν οἱ ἄνεμοι ἀπολαβόντες αὐτούς. Quod hic observant Athenienses, ne funestent damnatorum poenis *Deliorum* dies festos atque laetos, honori Apollinis id datum, quem non tantum Graeci, sed etiam ultimarum terrarum homines in Graecia coluerunt, primitiasque obtulerunt, quod vel Abaridis testatur historia, & Tyriorum exemplum probat apud Euripidem *Phoenissis*, cujus versus [210. *& seq.*] e persona Chori merentur hic expendi, multum enim conferent ad praeferendam lucem iis quae de Tyriorum coloniis in Africa vicinisque Insulis dicuntur:

Τύριον οἶδμα λιποῦσ᾽, ἔβαν
(ἀκροθίνια Λοξίᾳ
Φοινίσσας ἀπὸ νάσου,
Φοίβῳ δούλα μελάθρων,
ἵν᾽ ὑπὸ δειράσι νιφοβόλοισ
Παρνασοῦ κατενάσθην)
Ἰόνιον κατὰ πόντον
ἐλάτᾳ πλεύσασα, περιρ-
ρύτων ὑπὲρ ἀκαρπίστων
πεδίων Σικελίας,
Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος ἐν οὐρανῷ
κάλλιστον κελάδημα.

Male ista veteres Graeci Magistri interpretantur de Tyro; quasi Tyrus ab Agenoris nepotibus vi fuerit capta, & delecta puellarum, quae in servitutem redactae fuerant, manus Apollini Delphico consecrata: sed Tyrus semper fuit in potestate Regum Phoeniciae totius tractus Metropolis: Adde quod huic sen- 11.
tentiae plane adversantur verba Chori, Phoenissas Tyro, si Dis placet, Baeotiam petentes Siciliam praetervehi, ut ut istud itineris tempestatibus tribuas: nam Tyro Boeotiam navigantes, nunquam in Siciliam aget tempestas Zephyro

 flante:

flante: Zephyrus autem flabat, ut testatur Chorus, isque non adeo validus, ut tempestatem excitaret, si Euripidi credimus,

> Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος ἐν οὐρανῷ
> Κάλλιστον κελάδημα.

Non est tempestas, sed potius prosper ventus atque secundus. Quare aliud investigandum est. Diverse refertur tempus conditae Carthaginis propter diversos conditores: Phoenicum primi, qui in illo Africae tractu sedes suas posuerunt, ii sunt, qui Cananitide pulsi sunt a Josua, ut a Procopio *Vandalicor. Lib. II.* [*C.* 10.] refertur, & nos alibi diximus. Neque tantum Africani insederunt, sed etiam progressu temporis, negotiandi caussa, Insulas, quae interjacent inter Africam & Siciliam, adeoque etiam nonnullam Siciliae partem, ut scribit Thucydides *Lib. VI.* [*C.* 2.] inter ceteras Insulas recenset Diodorus Siculus *Lib. V.* [*p.* 204.] *Melitam* itemque *Gaulum*: itaque Anna Carthagine pulsa ad *Melites* insulae Regem hospitio confisa vetusto se recipit apud Ovidium *Lib. III. Fastorum.* Insecutis deinde temporibus etiam alii coloni a Tyriis eodem deducti sunt, quam saepissime autem Carthaginem: nam & ante captum Ilium, & post ejusdem excidium, Carthaginem conditam a Tyriis fuisse produnt veteres memoriae: Est igitur apud Euripidem, Φοινίσσας νάσου nomine, intelligenda non Tyrus, [1] sed aliqua illarum Insularum, quae inter Africam & Siciliam sitae sunt: Φοίνισσα autem dicitur, non quod sit in Phoenicia, sed quia Phoenicibus habitabatur colonis, quemadmodum apud Latinum Poëtam Carthaginis arces *Tyriae* dicuntur, atque ipsa Carthago *Tyria urbs*, quia scilicet *Tyrii tenuere Coloni.* *Melitam* igitur aut *Gaulum* designat Poëta, in quas colonias deduxerant Phoenices ἐμπορίας ἕνεκεν, ut loquuntur Thucydides & Diodorus, etiam longe ante Trojana tempora. Sed videntur boni isti coloni Tyrios, quorum erant ἄποικοι, suis noluisse consistere littoribus, & portubus prohibuisse; itaque Tyrii classe instructa illos adorti expugnarunt, primitiasque praedae Apollini Delphico consecrarunt [*vs.* 287.]

> Φοίνισσα μὲν γῆ πατρὶς, ἡ θρέψασά με,
> Ἀγήνορος δὲ παῖδες ἐκ παίδων δορὸς
> Φοίβῳ μ' ἔπεμψαν ἐνθάδ' ἀκροθίνιον.

Quod diximus, Insulanos illos noluisse admittere Phoenices in portus suos, claret

1 Quid si potius insulam Gades intelligas, in quam omnia optime conveniunt: origo Phoenicia; idcirco se jure Phoenissam dicit, quaecunque apud *Euripidem* loquitur: deinde Gadium destructio a Carthaginiensibus, de qua me legisse alicubi memini: tum navigatio Zephyro flante per Siciliam. JAC. PALM.

Ibid. Gades intelligi non possunt: quid enim erit Τύριον οἶδμα; marene, quod Gades alluit? Id vero inauditum prorsus. Quid porro ad hanc rem Carthaginienses? qui necdum erant, certe non ea potentia, ut Gades destruere possent, quum feminae hae Thebas mitterentur. Petiti conjectura nulla parte melior est: Meliten & Gaulon *Diodorus* Φοινίκων ἀποικίας appellat, sed Phoenicum, qui Carthagine profecti utramque condiderunt, *Scylace* & *Stephano* auctoribus. Carthaginem vero qui citissime fundatam prodiderunt, hoc circiter tempore exstructam adfirmant. Qui autem ea & condi potuit & eodem tempore colonos in insulas Meliten & Gaulon deducere? Fac tamen Tyrios utramque insulam colonis frequentasse: quo teste probabitur, *bonos istos colonos noluisse Tyrios, quorum erant* ἄποικοι, *suis consistere littoribus & portubus prohibuisse*? neque enim id claret e primo Chori versu, si vel maxime legas:

> Τύριον ὄδμα λιποῦσ', ἔβαν.

nihili enim vocabulum est ὄδμα: & si boni foret commatis, quid ὄδμα λιποῦσα tandem notabit? Φοίνισσα νᾶσος haud dubie Tyrus est, unde hae mulieres, captae ex aliqua Phoenices urbe ab Agenoridis (Tyrus enim capta non videtur, ut bene Petitus) donoque missae Apollini, adverso vento praeter Ioniam, nisi si Ἰόνιος πόντος sit mediterraneum mare, ut censet *Stanleius* ad Prometh. v. 839. *Aeschyli*, in Graeciam navigarunt. Falluntur enim, qui Zephyro flante Siciliam legisse opinantur. id poëta non dicit; jungi artissime debent Ζεφύρου ἱππεύσαντος ὑπὲρ πεδίων Σικελίας, *Zephyro equitante per campos Siculos.* qua ratione non opus est, ut Κιλικίας pro Σικελίας cum viro doctissimo legatur. Sed vide ipsum *Stanleium*, Petitum refutantem, ad Argum. Persar. *Aeschyli*, & *Jo. King* ad *Euripid.* Phoeniss. vs. 212.

claret e primo Chori verſu, quem leviter corruptum, ſed maximo tamen cum ſententiae detrimento, ita emendandum putamus:

Τύριον ὄδμα λιποῦσ', ἔβαν.

Ab ὀδέω ſive ὀδάω deduxit ὄδημα, quemadmodum ab οἰδέω ἢ οἰδάω fit οἴδημα, unde οἶδμα, atque ita ab ὄδημα fit ὄδμα. ὀδέω autem apud Euripidem ſignificat *vendo*. Tempus convenit, quo refert Appianus Phoenices in Africam, adde vicinas Inſulas, novos deduxiſſe colonos, cum priores illi ſcilicet deſciviſſent: Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ Φοίνικες ᾤκισαν ἔτεσι πεντήκοντα πρὸ ἁλώσεως Ἰλίου. Bellum autem iſtud Thebanum prius eſt Ilii excidio annis quinquaginta. Quare unius anni prochroniſmus eſt apud Euſebium, cujus haec eſt nota ad numerum IↃCCLXXXIV. *Septem, qui adver-* 52.
ſus Thebas pugnaverunt: οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἐστράτευσαν. Numero enim IↃCCLXXXV. aſſignandum eſt hoc bellum. Quod vero diximus intelligi Inſulam, ſi forte *Meliten*, quae inter Africam & Siciliam interjacet, facile probare eſt ex itinere: Siciliam quippe praetervehuntur, non tempeſtate acti, ſed ſecundo vento, quem Zephyrum eſſe dicit Euripides, impellente:

Ἰόνιον κατὰ πόντον.
ἐλάτᾳ πλεύσασα, περιρ-
ρύτων ὑπὲρ ἀκαρπίστων
πεδίων Σικελίας,
Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος ἐν οὐρανῷ
κάλλιστον κελάδημα.

Solviſſe igitur ex Inſula conſtat, e qua in Boeotiam navigantes neceſſe fuerit Siciliam praetervehi, Zephyrumque navigantibus fuiſſe ventum ſecundum: Ergo ex Inſula aliqua ſolverunt, quae erat in mari Africo inter Africam & Siciliam ſita, e qua in Boeotiam navigantes Siciliam neceſſe erat praetervehi, ventuſque ſecundus eſt Zephyrus. Quare ſuſpicio noſtra eſt Phoeniciam hanc Inſulam fuiſſe Meliten, e qua ſolverunt. Sed in Atticam revertamur: Honori Apollinis id datum eſſe diximus, ne *Deliorum* dies ultimo damnatorum ſupplicio polluerentur: nam non omnibus diebus feſtis id obſervatum; nam quando Phocion veneno ſublatus eſt ex plebiſcito dies erat feſtus. Plutarch. *Phocione* [*p.* 758. *E. F.*] ἦν δὲ ἡμέρα μηνὸς Μουνυχιῶνος ἐνάτη ἐπὶ δέκα, καὶ τῷ Διῒ τὴν πομπὴν πέμποντες οἱ Ἱππεῖς παρεξῄεσαν. ἐφάνη δὲ ἀνοσιώτατον γεγονέναι, τὸ μηδὲ ἐπισχεῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, μηδὲ καθαρεῦσαι δημοσίου φόνου τὴν πόλιν ἑορτάζουσαν. Neque certe poenis convenit cum dici feſti ac laeti religione: itaque Romani hac in parte religioſiores exemplo edocti: nam anno, quo Coriolanus in exilium pulſus eſt, *Ludi Magni* Romae hac de cauſſa inſtaurati ſunt. *Mane ſervum quidam paterfamiliae nondum commiſſo ſpectaculo ſub furca caeſum medio egerat Circo. coepti inde Ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuiſſet; haud ita multo poſt, T. Latinio de plebe homini ſomnium fuit. Viſus Jupiter dicere, ſibi Ludis praeſultatorem diſplicuiſſe: niſi magnifice inſtaurarentur hi Ludi, periculum Urbi fore. iret, ea Conſulibus nunciaret*: ut eſt apud Livium *Lib. II.* [*C.* 36.]: Itaque diebus *feriatis*, nedum *feſtis*, dabatur vacatio ab omnibus forenſibus negotiis. *Divus Trajanus*, inquit Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconſulis: *Minucio Natali reſcripſit, ferias a forenſibus tantum negotiis dare vacationem: ea autem, quae ad diſciplinam militarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda: inter quae cuſtodiarum quoque cognitionem eſſe. l.* 9. *D. de Feriis.* Sed non poſſumus ire in ſententiam viri longe praeſtantiſſimi, qui *cuſtodiarum* interpretatur eorum, qui in cuſtodia & carcere ſunt, ut & latronum *l.* 10. *C. eodem.* Nam ſive illi ſint milites, qui ſub cuſtodia vel in carcere ſint, ſive quicumque alii, non poterat quaeſtio eorum haberi, ex hoc quidem Divi Trajani Reſcripto, cum feriae ab omnibus forenſibus negotiis dent vacationem, cognitio autem eorum, qui ſub cuſtodia vel in carcere ſunt,

 non

non poteſt non cenſeri in negotiis forenſibus: ſola illa excipiuntur, quae *ad diſciplinam militarem pertinent*, diſciplinae autem militaris erat haec *cuſtodiarum cognitio*. Igitur *cuſtodiae* hic ſunt, cum excubiae, tum vigiliae: quas *interdum*
53. *circumire Tribunum vel eum qui exercitui praeeſt*, diſciplinae eſſe militaris docet Macer *l.* 12. *D. de Re militari.* Quemadmodum autem anxie ſervatae ſunt hae ſtationes cuſtodiarum; ita etiam accurate de illis quaeſtio habita, ſi deruiſſent, itaque *feriatis* diebus earum quaeſtionem haberi reſcripto hoc cavit Divus Trajanus, nam iſtud omiſſum nocuiſſet. Quanquam poſtea Honorius & Theodoſius Imperatores in Conſtitutione ad Anthemium Praefectum Praetorio quaeſtionem haberi de latronibus, etiam per tormenta, praeceperunt, nullo, ne ſanctiſſimo quidem, die feſto excepto. *Provinciarum Praeſides moneantur, ut in quaeſtionibus latronum, & maxime Iſaurorum, nullum quadrageſimae tempus, nec venerabilem Paſchae diem exiſtiment excipiendum: ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum, quae per latronum tormenta quaerenda eſt: cum facillime & in hoc ſummi numinis ſperetur venia, per quod multorum ſalus & incolumitas procuratur. Dat. V. Kal. Mart. Baſſo & Philippo Conſſ. l.* 10. *C. de Feriis.* Deſcripta eſt haec Lex e *Codice Theodoſiano*, eſtque *ultima* tituli de *Quaeſtionibus.* Sed data legitur *Conſtantinopoli V. Kal. Maij, Baſſo & Philippo Coſſ.* Atqui vel ſubſcriptio haec, vel Conſtitutionis inſcriptio eſt corrupta: ut & *l.* 4. *Cod. Theod. de Equorum conlatione*, quae ſcripta dicitur ab Honorio & Theodoſio AA. ad Herculium Praefectum Praetorio Illyrici, *Dat. III. Id. April. Conſtp. Baſſ. & Philippo Coſſ.* Nam Arcadius mortuus eſt Kalendis Maij hujus anni, ut auctor eſt Socrates *Hiſtoria VI.* [C.23.] Καταλιπὼν δὲ ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος τὸν υἱὸν Θεοδόσιον ὀκταετῆ τυγχάνοντα, ἐτελεύτησεν ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Φιλίππου, τῇ πρώτῃ τοῦ Μαΐου μηνὸς, τοῦτο δὲ ἦν τὸ δεύτερον ἔτος τῆς διακοσιοστῆς καὶ ἐνενηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Quanquam etiam Theophanes [*Chronogr. p.* 68.] confert, [1] & recte meo quidem animo, in diem undecimum Kalendas Septembris hujus anni. Nec diſſentit admodum Socrates, ut prima fronte videri poſſet: nam his quae jam deſcripſimus iſta ſubjicit: συμβασιλεύσας δὲ τῷ πατρὶ Θεοδοσίῳ, ἔτη δεκατρία. μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς, ἔτη δεκατέσσαρα, ζήσας ἔτη τριακονταέν. περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν δώδεκα, μηνῶν ἕξ. Sed poſtrema iſta, περιέχει ἡ βίβλος χρόνων ἐτῶν δώδεκα, μηνῶν ἕξ, corrupta ſunt indubie: nam Liber hic complectitur res geſtas ab obitu Theodoſii ad mortem Arcadii: primaque haec ſunt capitis primi verba: τοῦ δὴ βασιλέως Θεοδοσίου τελευτήσαντος, ἐν ὑπατείᾳ Ὀλυβρίου καὶ Προβίνου τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, &c. Quare reſcribendum eſt extremo hoc Libro: περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν τρισκαίδεκα, μηνῶν ἕξ. Quod vero hic additur de ſex menſibus ſupra annos tredecim, indicat conferendam eſſe mortem Arcadii in diem undecimum Kalendas Septembris: nam a die decimoſeptimo Januarii, quo Theodoſius obiit, ad viceſimum ſecundum Auguſti, qui de natali eſt Arcadii, ſeptem ſunt menſes, & qui excurrunt dies: itaque reponendum eſt μηνῶν ἑπτὰ, nam facile mutarunt hic literae numerales ϛ'. καὶ ζ'. Quare etiam Arcadio adſcribit Socrates annos quatuordecim poſt exceſſum Theodoſii, quia ſupra

1 Errat *Theophanes*, a *Zoſimo*, ut viri docti dudum monuerunt, deceptus. *Socrati* L. VI. Hiſt. Eccleſ. C. 23., & VII, I. adſtipulantur *Theodorus Lector* fine L. II. & Hiſtoriae Miſcellae auctor L. XIII. Quin ipſe *Theophanes* in Kal. Majas diem, quo Arcadius fatis conceſſit, conferendum neceſſario eſſe indicat, quando imperaſſe cum μετὰ τὴν τελευτὴν Θεοδοσίου τοῦ πατρὸς ἔτη ιδ'., μῆνας γ'., ἡμέρας ιδ'. *a morte patris Theodoſii annis* XIV., *tribus menſibus & diebus* XIV., docet: ubi ſi pro annis XIV. tredecim reponas cum *Anton. Pagi*, habebis eum Kal. Maj. Anni CCCCVIII. ſupremum diem obiiſſe: ſucceſſerat enim patri die XVII. Januarii Anni CCCXCV. Hoc amplius, Leges *Theod.* Codicis ultra Kal. Maji Anni CCCCVIII. nullae ſunt Arcadii. Satis itaque fuerit, ſi extremo L. VI. *Socratis* legatur ἐτῶν τρισκαίδεκα, μηνῶν τριῶν. Vide & *D. Petavium* XI. D. T. C. 49. & *Ant. Pagi* Critic. in *Baron.* Ann. CCCCVIII.

pra annos tredecim menſibus ſeptem, diebus quinque imperaverat. Sed his videtur obſtare, quod intra annum ſecundum Olympiadis ducenteſimae nonageſimae ſeptimae fato functum eſſe Arcadium tradat Socrates: τοῦτο δὲ ἦν ἔτος δεύτερον τῆς διακοσιοστῆς ἐνενηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Ego vero nullus dubito annos Olympicos Socrati cepiſſe a Septembri, ſive autumno. Nam Valentis caedem confert in annum vertentem quartum Olympiadis du- 54.
centeſimae octogeſimae nonae, diemque nonum Auguſti. Verba ejus ſunt *Lib. IV. extremo.* ἐκεῖ τε συμβαλὼν τοῖς βαρβάροις, ἀπέθανε τῇ ἐννάτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, ἐν τῇ αὐτῇ ὑπατείᾳ. τοῦτο δὲ ἦν τέταρτον ἔτος τῆς διακοσιοστῆς ὀγδοηκοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος. Annus hic quartus Olympiadis eſt affectus: eodemque anno Juliano a diebus autumnalibus cepit annus primus Olympiadis ducenteſimae nonageſimae, alioqui Kalendis Maij anni Chriſti Dionyſiani quadringenteſimi octavi, Baſſo & Philippo Coſſ. non verteret annus ſecundus Olympiadis ducenteſimae nonageſimae ſeptimae. Dicendum igitur eſt, his diſputatis, in inſcriptione harum Legum reponendum eſſe Arcadii nomen, quod exciderat.

XXVIII. Menſe Poſideone celebrabatur quoque Cereri atque Baccho feſtum, [1] cui *Aloa* nomen fecerunt: eoque die Lege non licebat victimam mactare.

Ἁλώοις ἱερεῖα μὴ θύειν. *Alois victimam ne mactato.*

Meminit hujus Legis Demoſthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, ex eoque Athenaeus *Lib. XIII.* [*p.* 594. *A.*] Demoſthenis verba haec ſunt: ἄξιον δὲ κἀκεῖνο ἐνθυμηθῆναι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι Ἀρχίαν τὸν Ἱεροφάντην γενόμενον, ἐξελεγχθέντα ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἀσεβεῖν, θύοντα παρὰ τὰ πάτρια τὰς θυσίας ἐκολάσατε ὑμεῖς. καὶ ἄλλα τε κατηγορήθη αὐτοῦ, καὶ ὅτι Σινώπῃ τῇ ἑταίρᾳ Ἁλώοις ἐπὶ τῆς ἐσχάρας τῆς ἐν τῇ αὐτῇ Ἐλευσῖνι προσαγούσῃ ἱερεῖον θύσειεν, οὐ νομίμου ὄντος ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἱερεῖα θύειν, οὐδ' ἐκείνου οὔσης τῆς θυσίας ἀλλὰ τῆς ἱερείας.

XXIX. Non ſemel inſtituta fuiſſe atque inſtaurata *Olympica* ludicra in veterum Commentariis legimus, ſed ii, quorum potior ratio habenda videtur, ſunt Pelops, Hercules, atque Iphitus; Ac quidem quod ad Pelopem attinet, Olympicum agonem ab eo inſtitutum fuiſſe numero Euſebiano ſeptingenteſimo primo, id eſt, anno Periodi Julianae termilleſimo tercenteſimo nonageſimo octavo, Cyclo Solis decimo, facile nobis probat Ill. Scaliger auctoritate codicis Euſebiani V. A. Pauli Petavii Senatoris Pariſienſis, nec negant alii, ut qui ſciant in duplici membranaceo codice Euſebiani Chronici ſane vetuſtiſſimo iſta legi ad numerum Euſebianum IↃCCI. *Pelops Peloponneſiis regnavit, Olympiis quoque praefuit.* Eo anno Novilunium commiſſum fuit die nono Julii (nam Graeci dies numerant ab Occaſo Sole) ac proinde Plenilunium fuit die viceſimo tertio.

ANNI. PER. IVL.	DIES.	HOR.	I.	II.	NOVILVNIVM. DIES.	HOR.	I.	II.	PLENILVNIVM. DIES.	HOR.	I.	II.
3398. 3301.	24.	11.	19.	0.	60.	1.	28.	7.	74.	19.	50.	8.
97.	22.	19.	37.	24.	51.	2.	32.	4.	51.	2.	32.	4.
Julius.	3.	19.	35.	40.	8.	22.	56.	3.	23.	17.	18.	4.
	51.	2.	32.	4.								

Quod

1 Nihil dicitur de etymo. credo [illegible], ab *area*, *triturando.* Fiebant Eleuſine, ut apparet ex loco *Demoſthenis* contra Neaeram, allato etiam ab *Athenaeo.* Ergo erant feſta Cerealia. Ego ſcriberem non *Aloa*, ſed *Haloa.* A. M. SALVIN.

Ibid. Ab [illegible] eſſe conſtat e Grammaticis. Vide *Caſtellanum* & *Meurſium* de Feſtis Graecorum. C. A. DUKER.

Ii

Quod vero hinc concludendum putat maximus Heros Olympicum Novilunium nunquam promotum fuisse citra nonum Julii diem, cum pridie statutum esset solstitium, nobis non probat, tum quod aetate Pelopis solstitium nondum committebatur die octavo Julii, sed id observatum est [1] aetate Iphiti, qui O-
55. lympia instauravit, cum etiam quia primo Elidensium mensi, ut & Atheniensium Hecatombaeoni adscribuntur τροπαὶ θεριναὶ, & certe primum Novilunium Iphiti Olympicum historicum, quod in annum Periodi Julianae termillesimum nongentesimum tricesimum octavum cadit, commissum est ipso solstitii die, ut infra, Deo dante, sumus dicturi, hoc est, die octavo Julii. Sed de ludicro Olympico ab Hercule instaurato major oritur difficultas: nam Scaliger ὁ μακαρίτης ad numerum Eusebianum octingentesimum quintum decimum adscribit, id est, ad annum Periodi Julianae termillesimum quingentesimum duodecimum: cui nullus codex adstipulatur. Nuperus scriptor conjicit in annum Periodi Julianae termillesimum quadringentesimum nonagesimum sextum. Ego vero ibo potius in sententiam eorum, qui adsignant anno Periodi Julianae termillesimo quingentesimo septimo, sive numero Eusebiano octingentesimo decimo, ut habet editio Pontaci ad hunc numerum IↃCCCX. *Hercules agonem Olympicum constituit: a quo usque ad primam Olympiadem supputantur anni quadringenti triginta.* Eo anno Novilunium Olympicum commissum est quarto Julii die: Plenilunium vero die decimo nono ineunte, ut Graeci suos numerant dies.

ANNI. PER. IVL.	DIES.	HOR.	I.	II.	NOVILVNIVM. DIES.	HOR.	I.	II.	PLENILVNIVM. DIES.	HOR.	I.	II.
3507.												
3501.	15.	18.	45.	33.	30.	12.	44.	3.	45.	7.	6.	5.
6.	6.	17.	39.	53.	26.	9.	3.	6.	26.	9.	3.	6.
Julius.	3.	19.	35.	40.	4.	3.	40.	57.	18.	22.	2.	59.
	26.	9.	3.	6.								

Quod huic anno Olympicum agonem ab Hercule instauratum adscribamus; facit non tantum Eusebius, sed etiam Seneca *Agamemnone* [*vs.* 918.], & is a quo accepit. Nam eo, quo occisus est Agamemnon, anno fingitur Strophius Pyladis pater coronam ex Olympico agone reportasse, paucis antequam Agamemnonem reducem salutatum veniret diebus:

Phocide relicta Strophius, Elea inclytus
Palma revertor. causa veniendi fuit,
Gratari amico, cujus impulsum manu
Cecidit decenni Marte concussum Ilium.

& paullo post [*vs.* 935.]

Cape hoc decorum ludicri certaminis
Insigne frontis. laeva victricem tenens
Frondem, virenti protegat ramo caput.
Et ista, donum palma Pisaei Jovis,
Velamen eadem praestet atque omen tibi.

Agamemnon autem occisus est eodem anno Juliano, quo captum est Ilium, e Senecae quidem sententia: nempe anno Periodi Julianae termillesimo quingentesimo tricesimo primo: nam decem tantum annos abfuit, [2] undecimo ineunte domum rediit, ita Clytemnestra ad Eurybatem [*vs.* 397.]

Felix

1 Id citra dubium non est. Fuerunt e veteribus, qui Iphitum mense Atheniensium Thargelione Olympicos ludos instaurasse atque egisse censerent: testis est *Tzetzes* in eo fragmento, quod *H. Dodwellus* primus publicavit post Dissertationes de Cyclis p. 799., quem vidisse operae pretium erit.

2 Neque ea res confessa est. Si quae auctoritas, quae profecto non exigua est, Marmori Arundeliano inest, Troja exacto nono anno fuit

Felix ad aures nuncius venit meas,
Ubinam petitus per decem conjux mihi
Annos moratur? pelagus an terras premit? 56.

Adde quod narrat Eurybates Graecos ſtatim atque praeda diviſa eſt, naves conſcendiſſe in patriam reverſuros, ſed foeda tempeſtate coorta, huc illuc claſſis acta diſperſaque eſt, Agamemnone cum ſociis ad Caphareum Euboeae poene in ſcopulos impacto & alliſo, unde tandem in patriam appulit [*vſ.* 421.]

Ut Pergamum Dorica cecidit face,
Diviſa praeda eſt, maria properantes petunt.
* * * *
Omniſque nimium longa properanti mora eſt.
* * * * *
* * * * *
Jam littus omne tegitur, & campi latent,
Et dubia parent montis Idaei juga.
Et jam, quod unum pervicax acies videt,
Iliacus atra fumus apparet nota.
Jam laſſa Titan colla relevabat jugo,
In aſtra jam lux prona, jam praeceps dies,
Exigua nubes ſordido creſcens globo,
Nitidum cadentis inquinat Phoebi jubar.
Suſpecta varius occidens fecit freta.
Nox prima caelum ſparſerat ſtellis. jacent
Deſerta vento vela. tum murmur grave
Majora minitans collibus ſummis cadit,
Tractuque longo littus ac petrae gemunt.
Agitata ventis unda venturis tumet.
Cum Luna ſubito conditur, ſtellae latent,
In aſtra pontus tollitur, caelum perit.
* * * *
* * * *
Nos alia major naufragos peſtis vocat.
Eſt humilis unda, ſcrupeis mendax vadis,
Ubi ſaxa rapidis cluſa verticibus tegit
Fallax Caphareus.
* * *
Hanc arcem occupat
Palamedis ille genitor, & clarum manu
Lumen nefanda vertice e ſummo efferens,
In ſaxa ducit perfida claſſem face.
* * *
Jam timent terram rates,
Volvuntque maria. cedit in luctum furor.
Poſtquam litatum eſt, Phoebus in lucem redit,
Et damna noctis triſtis oſtendit dies.

An id factum ſit commode, & ex vero, non diſputo, quanquam longe prudentius Seneca, quam Aeſchylus, qui eodem die everſum Ilium, & reducem Agamemnonem praeſtat: nam quo facem die vidiſſe accenſam refert ſpeculator 57.
ad Clytaemneſtram [*vſ.* 9.]

Καὶ

fuit exciſa, redieruntque Graeci inſequenti decimo anno. Oſtendit id *Seldenus* ad Marm. Oxon. p. 37. *Aeſchyli* verſus ex ea opinione haud difficulter explicantur, ut factum a *Stanlejo* ad Poëtae Agamem. vſ. 40.

Καὶ νῦν φυλάσσω λαμπάδος τὸ σύμβολον,
Αὐγὴν πυρὸς, φέρουσαν ἐκ Τροίας φάτιν,
Ἁλώσιμόν τε βάξιν.

* * * * * *

Ω χαῖρε λαμπτὴρ νυκτὸς, ἡμερήσιον
Φάος πιφαύσκων, καὶ χορῶν κατάστασιν
Πολλῶν ἐν Ἄργει, τῆσδε συμφορᾶς χάριν.
Ἰοὺ, ἰού.
Ἀγαμέμνονος γυναικὶ σημαίνω τορῶς,
Εὐνῆς ἐπαντείλασαν ὡς τάχος, δόμοις
Ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι
Ἐπορθιάζειν, εἴπερ Ἰλίου πόλις
Ἑάλωκεν, ὡς ὁ φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει.

Auctor Argumenti: Ἀγαμέμνων εἰς Ἴλιον ἀπιὼν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ, εἰ πορθήσοι τὸ Ἴλιον, ὑπέσχετο τῆς αὐτῆς ἡμέρας σημαίνειν διὰ πυρσοῦ. ὅθεν σκοπὸν ἐκάθισεν ἐπὶ μισθῷ Κλυταιμνήστρα, ἵνα τηροίη τὸν πυρσόν· καὶ ὁ μὲν ἰδὼν ἀπήγγελλεν. Eodem, inquam, die redit Agamemnon, ipso decimo a profectione anno finiente, ut in his *Talthybii* habes [*vs.* 512.]

Ἰὼ πατρῷον οὖδας Ἀργείας χθονός.
Δεκάτῳ σε φέγγει τῷδ' ἀφικόμην ἔτους

Quo nomine veterum meruit censuram. Scholia: τίνες μέμφονται τῷ ποιητῇ, ὅτι αὐθήμερον ποιεῖ τοὺς Ἕλληνας ἥκοντας. Sed longe prudentius, ut diximus, Seneca, qui poene unius mensis intervallum facit a capto Ilio ad reditum Agamemnonis in patriam, itque in eorum sententiam, qui apud Clementem Alexandrinum *Florido* I. [*p.* 381.] Ilium volunt esse captum [1] τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος Σκιῤῥοφοριῶνος, ultimo Lunae quadrante:

Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα.

In eorum sententiam, inquam, ivit Seneca. Troïa solvunt Graeci Luna septima, circiter: nam nocte prima Luna lucebat, quando coorta est maris tempestas,

Cum Luna subito conditur, stellae latent.

Intra tempus quod est a quintadecima Luna (nam in Ludis Olympicis τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης γίνεται ἡ κρίσις.) ad vicesimam secundam redit Agamemnon, Strophius venit ad eum salutandum post reportatam ex agone Olympico victoriam. Cum igitur anno Periodi Julianae CIↃCIↃCIↃIↃXXXI. statim a capto Ilio domum redierit Agamemnon, & Strophius Olympia vicerit, ut auctor est Seneca, omnino sequitur Olympia ab Hercule instaurata fuisse anno ejusdem Periodi Julianae CIↃCIↃCIↃIↃVII. a diebus aestivis, a quibus septima sunt, si Olympia fingas jam tum quinto quoque anno ineunte celebrata fuisse, ut facit Seneca, ea quae anno Periodi Julianae CIↃCIↃCIↃIↃXXXI. agitata sunt, qui Olympiadum contextus texi non poterit, si vel anno Periodi Julianae CIↃCIↃCIↃIↃXII. cum Ill. viro, vel anno ejusdem Periodi CIↃCIↃCIↃCCCCXCVI. cum nupero scriptore, agonem hunc
58. Olympicum ab Hercule constitutum fuisse diximus. Olympias vero, quam primam memorant Graeci, ab Iphito celebrata est numero Eusebiano CIↃCCXLI. sive anno Periodi Julianae termillesimo nongentesimo tricesimo octa-

1 Conf. *Jos. Scaliger.* v. Emend. Temp. p. 206. & *H. Dodwellum* Differt. de Cycl. p. 808.

octavo: Quanquam non intelligitur prima tempore, sed dignitate. Eusebius *Chronic. Lib. I.* [*p.* 37.] in Graecis Scaligeri: τὸν δὲ ἀγῶνα τέθεικεν Ἴφιτος Ἡρακλείδης σὺν Λυκούργῳ συγγενεῖ, ἑκάτεροι δὲ Ἡρακλεῖδαι. τότε δὲ ἀγὼν σταδίου μόνος ἦν· οὐδεὶς ἀνεγράφετο νικηφόρος ἀμελῶς τὴν τηνικαῦτα. ὀγδόῃ δὲ καὶ εἰκάδι Ὀλυμπιάδι Κόρυβος Ἠλεῖος ἀνεγράφη στάδιον νικήσας, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν Ὀλυμπιὰς πρώτη ἐτάχθη, ἀφ' ἧς Ἕλληνες ἀριθμεῖν τι δοκοῦσιν ἀκριβῶς χρονικόν· ταῦτα Ἀριστόδημος ἱστορεῖ καὶ συνῳδὰ τούτῳ Πολύβιος. Καλλίμαχος δὲ φησὶν Ὀλυμπιάδα ιγʹ. παρῶσθαι μὴ ἀναγραφεῖσαν. τῇ δὲ ιδʹ. Κόρυβον Ἠλεῖον νικῆσαι. Prima igitur revera non fuit, quia viginti septem, si Aristodemo & Polybio fides, aut tredecim, si Callimachum sequimur auctorem, Olympiades ante hanc, quam Coroebus vicit stadio, celebratae fuerant: atque huic Aristodemi & Polybii calculo accedere videtur Eusebianus: hæc enim Olympias, quae dicitur prima, eratque vicesima octava, confertur ab Eusebio in numerum CIƆCCXLI. de quo detractis viginti septem Olympiadibus, aut, quod idem, annis centum octo, relinquetur numerus Eusebii CIƆCXXXIII. in quo Lycurgus cum Iphito primam Olympiadem instituerit. Sane hoc numero CIƆCXXXIII. notatum est, *Lycurgus insignis habetur.* Annus autem hic erat Periodi Julianae termillesimus octingentesimus tricesimus, Novilunium commissum est die, ut Graeci numerant ab occaso Sole, tertio Julii: Plenilunium die decimo septimo.

ANNI. PER. IVL.	DIES.	HOR.	I.	I.	NOVILVNIVM.				PLENILVNIVM.			
3830.					DIES.	HOR.	I.	II.	DIES.	HOR.	I.	II.
3801.	2.	17.	55.	23.	30.	12.	44.	3.	45.	7.	6.	5.
29.	21.	1.	8.	7.	27.	14.	39.	10.	27.	14.	39.	10.
Julius.	3.	19.	35.	40.	2.	22.	4.	53.	17.	16.	26.	55.
	27.	14.	39.	10.								

Vicesima octava Olympias, quae dignitate prima est, atque titulus temporis historici Graecorum celebrata est, ut jam diximus, anno Periodi Julianae termillesimo nongentesimo tricesimo octavo: Novilunium incidit in diem octavum Julii, paullo ante occasum Solem: Plenilunium commissum est die vicesimo tertio Julii.

ANNI. PER. IVL.	DIES.	HOR.	I.	II.	NOVILVNIVM.				PLENILVNIVM.			
3938.					DIES	HOR.	I.	II.	DIES	HOR.	I.	II.
3901.	27.	22.	22.	43.	60.	1.	28.	7.	74.	19.	50.	8.
37.	19.	12.	26.	37.	51,	6.	25.	0.	51.	6.	25.	0.
Julius.	3.	19.	35.	40.	8.	19.	3.	7.	23.	13.	25.	8.
	51.	6.	25.	0.								

Novilunium commissum fuisse diximus die octavo Julii, nam vertebat adhuc dies Julii octavus, etiam apud Graecos, qui suos numerant dies ab occaso Sole: quinque enim ante mediam noctem horis Sol nondum erat occasus. Quae autem a nobis de hac Olympiade, ut & altera, quae instaurata est anno Periodi Julianae, ut diximus, CIƆCIƆCIƆIƆCCCXXX. auctorem & fundum habent Africanum, cujus ista leguntur apud Eusebium *loco laudato* in Graecis Scaligeri.

Α Φ Ρ Ι Κ Α Ν Ο Υ. 59.

Οὐκ ἄμουσον δ' ἂν εἴη καὶ τὴν παρ' Αἰγυπτίοις περὶ τῶν τετραετηρικῶν Ὀλυμπιάδων ἔννοιαν τινὰ ἄλλην τῆς παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις οὖσαν ἐν ἀρχῇ δηλῶσαι τοῖς ἀγνοοῦσι. ἡ γὰρ σελήνη παρ' Αἰγυπτίοις κυρίως Ὀλυμ-

πιὰς καλεῖται, διὰ τὸ κατὰ μῆνα περιπολεῖν τὸν ζωδιακὸν κύκλον, ὃν παλαιοὶ αὐτῶν Ὄλυμπον ἐκάλουν. αὕτη γὰρ ἀπὸ καρκίνου τοῦ ἰδίου οἴκου, ἢ ἀπὸ κέντρου προεξερχομένη τὰ ιβʹ. καταπλάζεται ζώδια ἐν νυχθημέροις κθʹ. καὶ λεπτοῖς λγʹ. γ. τῷ δὲ ἐνιαυτῷ ὅλῳ δωδεκάκις αὐτὰ περιπολοῦσα πληροῖ νυχθήμερα τνδʹ. καὶ ὥρας ηʹ. λεπτὰ μʹ. ὁ δὲ ἥλιος ἐν νυχθημέροις τξέ. δʹ. περιπολεῖ τὸν αὐτὸν Ὄλυμπον. ὡς λείπεσθαι τὸν σεληνιακὸν ἐνιαυτὸν τοῦ ἡλιακοῦ νυχθήμερα ιʹ. ὥρας καʹ. λεπτὰ ϛʹ. πληροῖ οὖν ὁ ἥλιος ἐν Ὀλυμπιάδι μιᾷ τετραετηρικῇ ἡμέρας ͵αυξαʹ. ἡ δὲ σελήνη νυχθήμερα ͵αυιζ. ὥρας ια. λεπτὰ κθʹ. σελήνιοι αʹ. ἐν δὲ Ὀλυμπιάσι βʹ. γίνονται σελήνια ϙθʹ. νυχθήμερα δὲ ͵βϡκδ. ἃ καὶ ὁ ἥλιος ἐν τοῖς ηʹ. ἔτεσι. Atque in his quaedam sunt, cum bono Deo, a nobis diligenter animadvertenda. Primum est, existimasse Africanum praecise ἀποκαταστάσεις fieri Solis & Lunae intra Octaëteridem, & utriusque sideris rationes paria facere, interkalatis tribus mensibus tricenariis in Octaëteride Lunari, cujus sunt nonaginta novem syzygiae, ut optime observat Africanus, apud quem potior fuit ratio Octaëteridis, quam Enneadecaëteridis, ut & apud ceteros Christianos, qui ante Anatolium ex Octaëteride Paschalem festivitatem investigarunt. Alterum est, Africanum existimasse cardines committi in illis signorum partibus, quibus adscribit Eudoxus. Jam vero adnotat Geminus brumam committi ex Eudoxi sententia in quarta Capricorni parte: τὸν δὲ αἰγόκερων ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις κθʹ. ἐν δὲ τῇ δʹ. Εὐδόξῳ τροπαὶ χειμεριναί. aequinoctium vero vernum in sexta Arietis parte: τὸν δὲ κριὸν διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λαʹ. ἐν δὲ τῇ ϛʹ. Εὐδόξῳ ἰσημερία. Unde conjecturam facere licet solstitium quoque commissum fuisse in sexta Cancri parte ex Eudoxi, quem sequitur Africanus, mente. Tertium est, eundem Africanum solstitium constituisse eodem mensis Juliani die, quo commissum fuisse Iphiti aetate persuasum erat prioribus, nempe die octavo Julii, quanquam veteres illi huic octavo Julii diei adscripserint, quia cardines committi putabant in octavis signorum partibus, contra quam Africanus Eudoxum secutus sentiebat. His ita positis, facile est nosse, quare dixerit Africanus apud Eusebium: αὕτη γὰρ ἀπὸ καρκίνου τοῦ ἰδίου οἴκου, ἢ ἀπὸ κέντρου προεξερχομένη τὰ ιβʹ. καταπλάζεται ζώδια, &c. Dicit Lunam, cujus Novilunium observatum fuit, ubi instaurata est Olympias ab Iphito, cepisse peragrare Zodiacum a primo Cancri gradu, vel ab ipso solstitio, quod omnino verum est: nam, ut ὕστερον πρότερον de posteriori prius dicamus, primae illius, quae est titulus temporis historici apud Graecos, Olympiadis Novilunium Olympicum commissum est octavo Julii die vertente apud Graecos, id est, ipso *solstitii* die: Ergo vere dixit Africanus Lunam προεληλυκέναι ἀπὸ κέντρου. Rursum quia centum & octo ante annis celebratum fuisse agonem Olympicum ab Iphito & Lycurgo traditum est, & Novilunium illud Olympicum incidit in diem, qui tertius Julii dicendus est Graecis, nam jam iniverat, optime adnotavit Africanus Lunam προεληλυκέναι ἀπὸ καρκίνου. Etenim, si octavo Julii die committitur solstitium, idem-
60. que committitur in sexta Cancri parte, ut cum Eudoxo sciscebat Africanus, sequitur necessario primam Cancri partem adscribendam esse diei tertio Julii: Atque ex his duo elicimus corollaria, quorum prius est solstitium e veterum sententia adsignandum esse diei octavo Julii: alterum colligitur e doctrina Octaëteridis, nempe remotissimum Novilunium Olympicum incidisse in diem Julii octavum.

Celebratissima autem fuit haec Olympica Panegyris, ad quam fiebat concursus omnium Graeci nominis populorum, & Barbarorum quoque: itaque qui ex illo agone victoriam reportabant, etiam & nomen sibi conciliabant magnum, nec sibi tantum, sed & patriae, quae in partem victoriae praeconio veniebat. Plato *Apologia Socratis* [p. 36. D.] οὐκ ἔσθ' ὅ, τι μᾶλλον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,

ναίοι, πρέπει οὕτως ὡς τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι· πολύ γε μᾶλλον ἢ εἴ τις ὑμῶν ἵππῳ ἢ ξυνωρίδι ἢ ζεύγει νενίκηκεν Ὀλυμπιάσιν. ὁ μὲν γὰρ ὑμᾶς ποιεῖ εὐδαίμονας δοκεῖν εἶναι, ἐγὼ δὲ εἶναι. Unde Pindarus *Pythionicarum Ode* I.

——— Τοῦ μὲν ἐπωνυμίαν
Κλεινὸς οἰκιστὴρ ἐκύδανε πόλιν
Γείτονα. Πυθιάδος
δ' ἐν δρόμῳ κᾶρυξ ἀνέειπέ νιν ἀγ-
γέλων Ἱέρωνος ὑπὲρ
καλλινίκου
ἅρμασι.

Habes quoque apud Heliodorum, alios, quos non exſcribo, nam occuparunt jam pridem Ampliſſimi eruditiſſimique viri. Cum igitur urbes e victoriis civium ſuorum Olympionicarum honorem conſequerentur, Athenienſes ne ingrati viderentur, Olympionicis honorem habuerunt vel magno ſuae Reipublicae diſpendio & ſumptu, quem coërcendum cenſuit Solon. Diogenes *in ejus Vita* [§. 56.] ἀθληταὶ δὲ καὶ ἀσκούμενοι, πολυδάπανοι, καὶ νικῶντες ἐπιζήμιοι, καὶ στεφανοῦνται κατὰ τῆς πατρίδος μᾶλλον, ἢ κατὰ τῶν ἀνταγωνιστῶν. γέροντές τε γενόμενοι, κατὰ τὸν Εὐριπίδην,

Τρίβωνες ἐκλιπόντες οἴχονται κρόκας.

Ὅπερ συνιδὼν ὁ Σόλων, μετρίως αὐτοὺς ἀπεδέξατο, ſcripta hac Lege:

Τῷ Ὀλύμπια νικήσαντι δραχμὰς πεντακοσίας διδόναι. *Olympionicis quingentae de publico drachmae dantor.*

Legem hanc habes apud Plutarchum *in Solone* [*p.* 91. *B.*] τῷ δ' Ἴσθμια νικήσαντι δραχμὰς ἔταξεν ἑκατὸν δίδοσθαι· τῷ δ' Ὀλύμπια, πεντακοσίας. Diogenes *loco laudato*: συνέστειλε δὲ καὶ τὰς τιμὰς τῶν ἐν ἀγῶνι ἀθλητῶν, Ὀλυμπιονίκῃ μὲν τάξας πεντακοσίας δραχμάς. Verum haec Solonis Lex diu non obtinuit: nam non longe poſt Olympionicae publice ſunt excepti [1] in Prytaneio. Calliſthenes apud Plutarchum *in Ariſtide* [*p.* 335. *C.*] de Polycrita Lyſimachi filia: καὶ ταύτῃ σίτησιν ὅσην καὶ τοῖς Ὀλυμπιονίκαις ὁ δῆμος ἐψηφίσατο. Antiphanes Poëta Comicus [apud Athen. *VI*, 8.]

Γέρα γὰρ αὐτοῖς ταῦτα τοῖς τ' Ὀλύμπια
Νικῶσι δίδοται, χρηστότητος ἕνεκα,
Σίτησις· οὐ γὰρ μὴ τίθενται συμβολαί.
Πρυτανεῖα ταῦτα πάντα προσαγορεύεται.

Duos ultimos verſus [2] ita interpungo, & reſcribo:

Οὗ γὰρ μὴ τίθενται συμβολαί,
Πρυτανεῖα ταῦτα πάντα προσαγορεύεται.

Itaque ut ad epulum admitterentur, [3] ſymbola fidem faciebant, & nicteria de collo geſtabant. Juvenalis [*Sat. III*, 67.]

Ruſti-

1 Praedicant haec conmoda *Demoſthenes* & *Iſocrates*, quorum hic principio Panegyr. μεγάλας δωρεάς. ille Orat. in Leptin. p. 308. μεγίστας adpellat δωρεάς. Adde P. *Fabri* L. II. Agoniſt. C. 17. & 18, ubi pleraque eorum, quae Petitus ad hanc & ſequentem legem conmentatur, praecepta animadvertis.

2 Praeivit Petito *Caſaubonus*, quem verſus hos egregie illuſtrantem vide Animadv. in *Athen.* L. VI, 8.

3 Romae id fortaſſe verum fuit, quamquam apud Poëtam nihil de convivio, ſed palaeſtra & ceromate. Athenis Olympionicae adeo frequentes non erant, ut illis ejuſmodi ſymbolis opus eſſet. Vide tamen *Jo. Ger. Voſſium* Vit. Serm. Latin. C. 29., cum Petito paene conſentientem.

Rusticus ille tuus sumit trecbedipna, Quirine,
Et ceromatico fert niceteria collo.

Atque istae σιτήσεις an quotidianae fuerint dubitari potest, fuisse tamen facile mihi persuadeo, inductus auctoritate Aeliani περὶ ζώων ἰδιότητος, *Lib. VI. cap.* 49. in historia muli illius vetuli, qui juniores & robustiores ad vecturam comitabatur, atque adeo qua poterat cohortabatur, cum aedem Minervae Athenienses conderent: ὁ δῆμος οὖν μαθόντες ταῦτα, τῷ κήρυκι ἀνειπεῖν προσέταξαν, εἴτε ἀφίκοιτο ἐς τὰ ἄλφιτα, εἴτε ἐς τὰς κριθὰς παραβάλλοι, μὴ ἀνείργειν, ἀλλ' ἐᾶν, ἐς κόρον σιτεῖσθαι, καὶ τὸν δῆμον ἐκτίνειν τὸ ἀργύριον, ἐν πρυτανείῳ τρόπον τινὰ ἀθλητῇ σιτήσεως δοθείσης ἤδη γέροντι.

XXX. Non solis autem Olympionicis, verum etiam Isthmionicis Solonis Lege datum honorarium e fisco:

Τῷ Ἴσθμια νικήσαντι δραχμὰς ἑκατὸν δίδοσθαι.	*Isthmionicis centum de publico drachmae dantor.*

Laudat hanc Legem Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *B.*] τῷ δ' Ἴσθμια νικήσαντι, δραχμὰς ἔταξεν ἑκατὸν δίδοσθαι. Diogenes *loco laudato*: συνέστειλε δὲ καὶ τὰς τιμὰς τῶν ἐν ἀγῶνι ἀθλητῶν, Ὀλυμπιονίκῃ μὲν τάξας πεντακοσίας δραχμάς· Ἰσθμιονίκῃ δὲ ἑκατόν, καὶ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ἄλλων. Unde disces etiam aliis Hieronicis ceterorum certaminum, Pythiorum puta & Nemeorum constituta esse a Solone honoraria; sed quanta illa fuerint non referunt, satis quippe illis fuit, meo judicio, nos docere quantum fuerit honorarium Olympionicarum, qui omnium maximo in pretio ac fama, quantum etiam fuerit Isthmionicarum, qui infra dignitatem Pythionicarum, & Nemeonicarum: itaque maximi atque infimi pretii honorarium in literas retulerunt, quod horum scriptorum instituto satis erat.

Habuerunt quoque honorem Hieronicis Imperatores Romani Augusti vestigia legentes, praemiaque sive opsonia pro Iselasticis certaminibus constituerunt, eaque de re extant Plinii & Trajani amoebaeae Epistolae in haec verba:

C. PLINIVS TRAJANO IMP. S.

Athletae, Domine, ea quae pro Iselasticis *certaminibus constituisti, deberi sibi putant statim ex eo die quo sunt coronati. Nihil enim referre, quando sint patriam invecti, sed quando certamine vicerint, ex quo invehi possint. Ego contra Scribo* Iselasticorum *nomine. Itaque eorum vehementer addubitem an sit potius id tempus quo* εἰσέλασαν *intuendum, &c.*

TRAJANVS PLINIO S.

Iselasticum *tunc primum mihi videtur incipere deberi, quum quis in civitatem suam ipse* εἰσέλασεν, &c.

62. Plinii verba descripsimus, ut emendemus: Rescribo: [1] *Ego cum transcribo*, Iselasticorum, *nomine itaque eorum vehementer addubitem, an sit potius id tempus, quo* εἰσέλασαν, *intuendum.* Nempe cum libellum ab *Iselasticis* sibi oblatum Imperatori mittendum transcriberet Plinius, ipso eorum nomine monitus facile vidit *Iselasticos* dictos fuisse, non ex eo tempore, quo sunt coronati, sed ex quo patriam invecti sunt, εἰσέλασαν. Atque haec praemia Hieronicarum ab iis capi poterant, qui pecuniam Hieronicis crediderant, auctore Papiniano Libro

1 Nimis acutum videtur commentum, nec constat satis, id si probes, oratio. Ego *Gruterum* sequi soleo corrigentem, *Ego contra Iselasticorum nomine vehementer addubitem, an sit*, &c. Εἰσέλασεν & εἰσέλασαν in ἤλασαν converti oportere *Stephanus* admonuit.

Libro X. Reſponſorum: *Commodis praemiorum, quae propter coronas ſacras praeſtantur*, condemnato placuit interdici, & eam pecuniam jure pignoris in cauſam judicati capi. *l.* 40. *D. de re judicata*: quanquam non poterat, qui nondum e ſacro certamine coronam reportaverat, pignori obligare praemia, quae ſibi penſitanda ſperabat. Pro coronis: *Imp. Alexander A. Septimio. Spem eorum praemiorum, quae pro coronis athletis penſitanda ſunt, privata pactione pignorari minime admittendum eſt: & ideo nec ſi generale pactum de omnibus bonis pignori obligandis intervenerit, tenet. PP. Kal. Maij, Maximo II. & Paterno Conſſ. l.* 5. *C. Quae res pignori obligari poſſunt.* Quin etiam qui tribus coronis erant coronati, civilium munerum vacatio illis tribuebatur. *Impp. Diocletianus & Maxim. Auguſti & Caeſ. Hermeti. Athletis ita demum, ſi per omnem aetatem certaſſe, coronis quoque non minus tribus certaminis ſacri, (in quibus vel ſemel Romae, ſeu antiquae Graeciae) merito coronati, non aemulis corruptis ac redemptis probentur, civilium munerum tribui ſolet vacatio. l. unica. C. de Athletis.* Excuſantur quoque a tutelis, ut docet Modeſtinus Libro II. Excuſationum, ex Ulpiano Lib. ſingulari de officio Praetoris tutelaris: *Athletae habent a tutela excuſationem, ſed qui ſacris certaminibus coronati ſunt. l.* 6. *§.* 13. *D. de Excuſationibus.* Neque ulla notantur infamia. Ulpianus Libro VI. ad Edictum, cujus verba hic repraeſentabimus, ut mendum tollamus. *Athletas autem Sabinus, & Caſſius reſponderunt omnino artem ludicram non facere: virtutis enim gratia hoc facere, & generaliter ita omnes opinantur, & utile videtur, ut neque Thymelici, neque exuſtici, neque agitatores, nec qui aquam equis ſpargunt, ceteraque eorum miniſteria, qui certaminibus ſacris deſerviunt, ignominioſi habeantur. l.* 4. *D. de his, qui notantur infamia.* Non poteſt hic ferri τὸ *Thymelici*, neque ita legerunt Graeci, qui vertunt in Baſilicis *Libro XXI. Titulo II. cap.* 2. ὅτι πάντες διὰ πόρον εἰς ἀγῶνα κατιόντες, ἄτιμοι εἰσιν, καὶ οἱ διὰ φιλοτιμίαν ἐπὶ σκηνῆς παριόντες. ἔστι δὲ σκηνὴ ἔνθα ἧς ἵσαλαι ἢ κεῖται, παιδικὴν ἐπιδεικνύμενος τέχνην. οὐκ ἔστι δὲ παιγνικὴ τέχνη, οὐδὲ ἀτιμοποιὸς ἡ τῶν ἀθλητῶν, καὶ τῶν λεγόντων ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις τὰ ἐνθύρεα, καὶ τῶν ἐν ξυστῷ ἀγωνιζομένων, καὶ τῶν ἡνιόχων, καὶ τῶν ἄλλως ὑπουργούντων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀγῶσι. Non ignoro praeſtantiſſimum Jurecconſultorum longe aliter interpretari in Notis ad *l.* 3. *C. de Spectaculis*: *Scenici*, inquit, *a Graecis appellantur Thymelici, veluti mimi, hiſtriones, ludiones. Hos conſtat eſſe famoſos, & tribu moveri. Specialiter Thymelici dicuntur cantores, qui modos faciebant & ſaltationes. Hi non ſunt famoſi: & hos videntur* intellexiſſe Graeci *l.* 4. *D. de his qui not. inf.* quam praeceptoris quondam ſui ſententiam Ampliſſimus, &, quod pluris facimus, eruditiſſimus Faber *in Agoniſtico* amplectitur: ſed vix eſt, ut credam *Thymelicos* eo ſenſu hic uſurpari, cum nuſquam alibi id ſignificet: ſed ſemper de *ſcaenicis* dicatur, qui infames ſunt. Putem igitur corruptam eſſe hanc vocem, eique corrumpendae compendioſam ſcribendi rationem fuiſſe. Scriptum 63.
igitur olim apud Ulpianum, [1] *ut neque* Θῦ μελικοὶ, ſive *thymelici*, id eſt, illi

[1] Neſcio quid hoc emendationis ſit, quaſi ſit Θεῦ μελικοί Hoc eſt fortaſſis etymon: ſed *thymelici* eſt a *thymele*. In Baſilicis pro τὰ ἐνθύρεα, legit τὰ ἐνθύρεα, *quae ad pugnam ſcilicet Apollinis cum Pythone ſpectant*; ſed Olympiis eos attribuere dicit, quae ſunt Pythiorum. A. M. Salvin.

Ibid. De hac emendatione nihil addiderat *Salvinius*, niſi quod oſtenderat, ſibi eam non placere. Conjectore opus eſt ad divinandam rationem harum emendationum Petiti, quae, ſi ipſi perſpecta fuit, paullo explicatius aliis minus acutis tradenda fuerat, ne ſe ſomnia legere crederent, & oſtendendum an vocabulum *thymelici* hic magis corruptum haberi debeat, quam *leg.* 10. *D. de Pollicitationibus* & in Cod. Theodoſiano, atque apud alios Scriptores. In Baſilicis non exprimitur vox *thymelici*, ſed pro ea leguntur, quae laudat Petitus. Scholiaſtes tamen thymelicos & τοὺς τὰ ἐνθύρεα λέγοντας pro iiſdem habuit: nam dicit, οἱ θυμελικοὶ, τουτέστιν, οἱ τὰ ἐνθύρεα λέγοντες ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις. Quae ſint ἐνθύρεα, quae in Olympiis pronunciare dicunt, nondum didici: nam quod in *Heſychio* eſt, ἐνθύριον, μέρος τι τοῦ νεώς, ad ſpectacula pertinere non poteſt. Neque juvat Interpres Latinus Baſilicorum, qui vertit, *qui in Olympicis Enthyria dicunt.* Non magis ſcio, quid ſint ἐνθύρεα, aut quem auctorem hoc vocabulum habeat. Petitus fundamentum emen-

illi qui τὸν Πυθικὸν νόμον τὸν αὐλητικὸν ᾄδουσι, de quibus Pollux *Libro IV*, *cap.* 10. τοῦ δὲ πυθικοῦ νόμου τοῦ αὐλητικοῦ, μέρη πέντε, πεῖρα, κατακελευσμὸς, ἰαμβικὸν, σπονδεῖον, καταχόρευσις. δήλωμα δ᾽ ἔστι νόμος τῆς τοῦ Ἀπόλλωνος μάχης πρὸς τὸν δράκοντα. καὶ ἐν μὲν τῇ πείρᾳ, διορᾷ τὸν τόπον, εἰ ἄξιός ἐστι τοῦ ἀγῶνος. ἐν δὲ τῷ κατακελευσμῷ, προκαλεῖται τὸν δράκοντα. ἐν δὲ τῷ ἰαμβικῷ, μάχεται. ἐμπεριείληφε δὲ τὸ ἰαμβικὸν, καὶ τὰ σαλπιστικὰ κρούματα καὶ τὸν ὀδοντισμὸν, ὡς τοῦ δράκοντος ἐν τῷ τετοξεῦσθαι συμπρίοντος τοὺς ὀδόντας. τὸ δὲ σπονδεῖον δηλοῖ τὴν νίκην τοῦ Θεοῦ. ἐν δὲ τῇ καταχορεύσει, ὁ θεὸς τὰ ἐπινίκια χορεύει. Neque hinc abeunt Graeci, si leviter unicam vocem emendes, praeterquam quod Olympiis attribuunt quae sunt Pythiorum: καὶ τῶν λεγόντων ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις τὰ ἐνθήρια, quae ad pugnam scilicet Apollinis cum Pythone spectant.

Atque haec erant satis, adeoque plura quam instituti nostri ratio exigit: non possumus tamen nonnulla praetermittere, quae *Pythia*, *Nemeaque* spectant: cum enim nobis non constet pro certo, quot drachmas de fisco voluerit dari Solon *Pythionicis* aut *Nemeonicis*, saltem investigabimus tempus, quo haec ludicra peragebantur. Ac quidem quod ad *Pythia* attinet, longe fallitur meo judicio Vir Illustris, qui celebrata scribit anno tertio Olympiadis vertente: quanquam enim auctorem laudet Eusebium, qui ad annum tertium Olympiadis XLVIII. notat prima *Pythia* celebrata fuisse, tamen potior apud me est auctoritas Thucydidis, e quo discimus *Pythia* celebrata fuisse secundo quoque anno vertente Olympiadis: Nam incunte anno nono belli Peloponnesiaci annuae induciae inter Athenienses & Lacedaemonios pactae sunt. Thucydides *Libro IV.* [C. 116.] καὶ τοῦ χειμῶνος διελθόντος, ὄγδοον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ. Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ Ἀθηναῖοι, ἅμα ἦρι τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, εὐθὺς ἐκεχειρίαν ἐποιήσαντο ἐνιαύσιον. Cepitque hic annus induciarum a quartodecimo mensis Elaphebolionis die: habes in psephismate Atheniensium *ibidem*: καὶ ὡμολόγησαν ἐν τῷ δήμῳ τὴν ἐκεχειρίαν εἶναι ἐνιαυτόν. ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν, τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός. Annus erat primus vertens Olympiadis octagesimae nonae, Isarcho Athenis Praetore: Inciditque hic dies quartusdecimus, sive potius tertiusdecimus Elaphebolionis in diem septimum Aprilis, ut alibi diximus. Quare annus induciarum finiebatur die quartodecimo Elaphebolionis, vertente anno secundo ejusdem Olympiadis octagesimae nonae, Amynia Archonte. [1] Atqui durarunt induciae

emendationis ponit in loco *Pollucis* IV, 84. ubi agitur de his, qui nomum Pythium tibia canebant in Pythiis. Hos θῦ μελικούς, id est si θῦ per compendium pro θεοῦ apud *Ulpianum* scribi putat, ut videtur, *Dei melicos* vocat Petitus. Verum ubi hoc scriptum est, tibicines vel in Pythiis, vel in aliis ludis sacris, dictos fuisse θεοῦ μελικούς? *Strabo* L. IX. p. 421. de eadem re ita scribit: Προσέθεσαν δὲ τοῖς κιθαρῳδοῖς αὐλητάς τε καὶ κιθαριστὰς χωρὶς ᾠδῆς, ἀποδώσοντάς τι μέλος, ὃ καλεῖται νόμος Πύθιος. *Addiderunt autem citharoedis tibicines & citharistas sine cantu, qui carmen modularentur, quod Nomus Pythius vocabatur.* Quomodo haec cum iis conveniunt, quae Basilici dicunt, οἱ τὰ ἐνθύρια (vel, ut Petito placet, τὰ ἐνθήρια) λέγοντες, *qui enthyria dicunt, pronuntiant?* an qui tibia, vel cithara carmen canit, id etiam λέγειν dicitur? Mihi non videtur. Et de iis, quae dicuntur ac pronuntiantur, non quae tibia, vel cithara canuntur accipienda esse verba Basilicorum, vel unus locus *Salviani* L. VI. de Gubern. Dei p. 113. Edit. Brem. evincit: *Quaero ab omnium conscientia — — dicta Evangeliorum magis diligant, an* thymelicorum? Hinc jam liquet, quam infirmo argumento Basilicos erroris arguat Petitus, ut qui perperam scripserint ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις, pro ἐν τοῖς Πυθίοις. Ἐνθήρια fortassis alicubi invenit; nam & *Kuhnius* ad *Polluc.* l. c. de nomo Pythio scribit, ἐνθήρια *alias vocant*: nisi & hic a Petito id habet. Sed quum non omnes aeque versati sint in lectione Scriptorum Graecorum, non debebat pro ἐνθύρια substituere ἐνθήρια, nisi prolata auctoritate probati Scriptoris. C. A. Duker.

1 Ait Petitus: *Atqui durarunt inducias ad Pythia usque* & allegat *Thucydidem* ipso initio L. V. Id vero non ait *Thucydides*, licet interpretes sic vulgo accipiant, excepto *H. Stephano*, qui pro sua sagacitate eorum errorem vidit

duciae ad *Pythia* usque: Thucydides primis *Libri V.* verbis: τῷ δὲ ἐπιγιγνομένῳ θέρει, αἱ μὲν ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων. Quare *Pythia* celebrata sunt secundo quoque anno Olympiadis vertente, circa medium Elaphebolionem mensem. Atque id optime etiam observavit nuperus scriptor: sed pessime tempus confert peractorum *Nemeorum* in annum primum Olympiadis: non ignoro eum Livium laudare in hanc rem, qui *Libro XXVII. Nemea*, inquit, celebrata narrat eo anno, quo T. Quinctius Crispinus & M. Marcellus Coss. fuerunt: qui est Urbis DXLVI. quo Olympiadis CXLIII. caepit annus primus. Sed de Livii loco agemus postea. Diodorus Siculus *Libro XIX.* ad annum secundum Olympiadis centesimae sextaedecimae, Praxibulo Archon- 64.
te, *Nemea* a Cassandro celebrata fuisse refert: Scio quid respondeat [1] nuperus scriptor, Diodori Chronologiam tardidate peccare, itaque *Nemea* in annum primum esse conjicienda. Sed huic effugio non est locus: Nam si quis penitius attendat ad Livii historiam, facile videbit *Nemea* celebrata fuisse anno quarto vertente Olympiadis: itaque mire hic res turbat Livius. Atqui si anno quarto Olympiadis celebrabantur *Nemea*, ergo secundo quoque non primo: nam tertio quoque anno instaurabatur hic agon. Scholia Pindari ad *Nemeonicas*: περιέστησαν δὲ τοῦ ἀγῶνος, πρῶτοι μὲν [2] Δεκελεωναῖοι. εἶτα Κορίνθιοι. καὶ ἔστι τριετής· τελέμενος μηνὶ Πανέμῳ, δωδεκάτη. Panemus hic, ut puto, Corinthiorum est, qui Hecatombaeoni respondet, non autem Macedonum: nam tempus non convenit. *Nemea* namque, ante *Pythia* celebrabantur, (quod fieri non posset, si Panemo Macedonum celebrarentur,) idque eodem anno: qua de re eximius est Aristotelis locus *Libro V. Metaphys.* C. 11. ubi πρότερα καὶ ὕστερα ποσαχῶς λέγεται docet. τὰ δὲ τῷ ἐγγυτέρῳ τοῦ νῦν. οἷον ἐπὶ τῶν μελλόντων. πρότερον γὰρ Νέμεα Πυθίων, ὅτι ἐγγύτερον τοῦ νῦν, τῷ νῦν ὡς ἀρχῇ καὶ πρώτῳ κεχρημένων. Quod enim eodem anno ludicra haec duo celebrarentur, conjungit Philosophus: *Pythia* autem secundo quoque anno vertente Olympiadis instaurabantur: ergo etiam & *Nemea*. Unde etiam colliges Librum hunc ab Aristotele scriptum fuisse ineunte anno secundo Olympiadis, idque, ut puto, si audiamus Scriptorem *Noctium Atticarum* de editis in vulgus ab Aristotele Libris Ἀκροαματικοῖς, Olympiadis centesimae undecimae.

XXXI. Inter praecipua dierum festorum oblectamenta numerandae veniunt commissiones Tragoediarum, quibus tum delectare, cum prodesse volebant Poëtae, qui illas docebant, δι' ἐλέους καὶ φόβου περαίνοντες τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν, ut loquitur Aristoteles in Libello *de Poëtica*. Itaque plerique eorum, qui in scenam inducuntur a Tragicis, boni sunt, longeque adeo meliores quam nunc sunt, si viris summis, quibus ipsam poene dixerim vitam, lucem certe debet aureolus hic Aristotelis libellus, assensum praebeamus. Sed non possumus in illorum ire sententiam: nam qui in Tragoediis inducuntur, non sunt adeo probi, ut meliores, quam qui nunc sunt, dici possint; quia si in adversam fortunam mutetur eorum felicitas, id nec terrorem incutit, nec mise-

dit & notavit. Αἱ μὲν ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων. Foedera, quae in annuum spatium pepigerant, usque ad Pythia soluta sunt. Cum ait μέχρι Πυθίων, indicat inducias ultra annum usque ad Pythia durasse: quae cum in sequentem annum inciderent, *Eusebii* opinioni nocere non possunt. Aliunde ergo probet Petitus suam opinionem: nam *Thucydidis* locus pro *Eusebio* facit, ut videtur. JAC. PALM.

Ibid. Justa est Petiti opinio de Pythiis, secundis Olympiadum annis celebratis: non item de mense Elaphebolione, circa quem medium ea celebrata ait, quemadmodum & *D. Petavius* L. I. D. T. C. 33 *Thucydidis* verba μέχρι Πυθίων spatium supra annuas inducias requirunt, Pythiaque ultra Elaphebolionem in vernum tempus rejiciunt. Docet id pluribus *H. Dodwellus* Diss. v. de Cyclis p. 238. & in Annal. Thucydid. p. 157. &c.

1 *D. Petavium*, hunc enim tangit, L. I. D. T. C. 33., defendit *H. Dodwellus*, Petitique argumentis docte rescribit Dissert. VII. de Cyclis p. 303.

2 Pravum est Δεκελεωναῖοι, quo nomine nulli in omni Peloponneso. Scripserat πρῶτοι μὲν δὴ Κλεωναῖοι. Sic enim Schol. in Hypothesi Nemeor. III. περιέστησαν δὲ τοῦ ἀγῶνος πρῶτοι Ἀργεῖοι, καὶ Κορίνθιοι καὶ Κλεωναῖοι. Quod non observasse κριτικώτατον Petitum miratur idem *Dodwellus* p. 305.

miserationem movet, sed scelestum est: Improbus vero neque cum infelix est affectum movet, & felicitas commiserationem excludit, horrorem autem multo magis: neque enim improbum miseratur quisquam, quia dignum existimat, nec terrorem excitat ejus calamitas: nam nemo sibi eventurum idem putat, quippe optime sentit quisque de probitate sua. Sed inducuntur, qui nec virtute admodum excellant, nec vitiis turpentur, quique inter probum atque improbum sint constituti, id est, qui cum imprudentes peccent, boni viri nomen non tuentur, neque merentur, quia illius officium sunt transgressi, neque contra improbi, quia inconsulto peccant. Praeterea similes iis qui nunc sunt repraesentat Tragoedia, neque enim alioqui terror excitaretur, nam terror est περὶ τὸν ὅμοιον δυστυχοῦντα. Verum, inquies, scripsit Aristoteles *cap.* 2. eos, qui repraesentantur esse aut probos, aut improbos, itaque exprimi vel meliores quam nunc sunt, vel deteriores, vel similes: ἤτοι βελτίονας ἢ καθ'
65. ἡμᾶς, ἢ χείρονας, ἢ καὶ τοιούτους ἀνάγκη μιμεῖσθαι. & paulo post: ἡ μὲν γὰρ κωμῳδία χείρους, ἡ δὲ τραγῳδία βελτίους μιμεῖσθαι βούλεται τῶν νῦν. Comoedia deteriores, Tragoedia meliores quam nunc sit, imitari conantur. Sed videndum est jam, quomodo ipse se interpretetur Aristoteles, scribatque Tragoediam imitari meliores. Plutarchus de Menandri agens gnomis, καὶ τὰ σκληρότατα τῶν ἠθῶν, inquit, μελαίνουσι καὶ κάμπτουσι πρὸς τὸ ἐπιεικέστατον. De Tragoedia vero speciatim scribens Aristoteles docet bonos pictores esse imitandos, qui cum vultus alicujus exprimant, & similem quidem, pulcriorem tamen pingunt. Poëtas quoque ad hoc exemplum debere, cum iracundos exempli gratia inducunt, aequitatis potius, quam asperitatis habere rationem, atque ita meliores quam fuerunt exhibere: ἐπεὶ δὲ μίμησίς ἐστιν ἡ τραγῳδία βελτιόνων, ἡμᾶς δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς εἰκονογράφους. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὴν οἰκείαν μορφὴν, ὁμοίους ποιοῦντες, καλλίους γράφουσιν. οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν μιμούμενον τοὺς ὀργίλους καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα ἔχοντας ἐπὶ τῶν ἠθῶν, ἐπιεικείας ποιεῖν παράδειγμα ἢ σκληρότητος δεῖν. Quare cum dixit Aristoteles Tragoediam imitari *meliores*, voluit significare *meliores* eos esse, qui exhibentur, quam olim fuerant, ita tamen ut semper vitae suae institutum moresque referant, & vultum exprimant similem. Quare ita legendum est verbis laudatis: ἤτοι βελτίονας [1] ἢ καθ' ἡμᾶς, ἢ χείρονας, id est, debet meliores exprimere, quatenus in nostra positum est potestate, aut improbiores: nempe penes Poëtam non est, ut alios mores affingat, & plane dissimiles. *Meliores* igitur inducet Poëta, quatenus illi per imitationis leges licebit, quam revera fuerunt, id est, οἵους εἶναι δεῖ. Inducet quoque Comoedia *deteriores*, id est, magis ridiculos quam fuerant: Non enim improbi dicuntur κατὰ πᾶσαν κακίαν, ἀλλὰ κατὰ τὸ γελοῖον. Quod vero ad posteriora Aristotelis verba attinet, ita lego, ἡ μὲν γὰρ κωμῳδία χείρους, ἡ δὲ τραγῳδία βελτίους μιμεῖσθαι βούλεται τῷ νῦν. Comoedia, inquit, *deteriores*, Tragoedia vero *meliores*, *nunc quidem*, imitari conatur. Quod certe verum est. Nam Tragoediae initia non solum humilia, sed etiam cum lascivia & petulantia Satyrica conjuncta fuerunt: testis est locupletissimus Aristoteles ipse, ubi agit de Tragoedia: ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐκ μικρῶν μύθων καὶ λέξεως γελοίας, διὰ τὸ ἐκ τοῦ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν, ὀψὲ ἀπεσεμνύνθη. Sero, inquit, ad majestatis suae splendorem pervenit Tragoedia, sed prius habebat multa γελοῖα, eaque ratione illi conveniebat cum Comoedia, quae τοὺς χείρους κατὰ τὸ γελοῖον imitatur. Ergo olim Tragoedia, non minus quam Comoedia *deteriores*

1 Petitus legit, ἢ καθ' ἡμᾶς, *quatenus in nostra potestate positum est.* Insanit. Nestor Iliad. A, 272. οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. Quum pro τῶν νῦν scribit τῷ νῦν, & vertit, *nunc quidem*, plane furit, & sinceram fideliam incrustat.' SALVIN.

teriores imitabatur: Et certe olim etiam scribendis Tragoediis adhibita sunt Tetrametra, quia tota illa Poësis erat Satyrica: τό, τε μέτρον ἐκ τετραμέτρου ἰαμβεῖον ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶντο διὰ τὸ σατυρικὴν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν ποίησιν. Nunc vero, id est, ex quo splendorem suum est consecuta, *meliores* inducit Tragoedia, *deterioribus* ad Comicos & Satyricos Poëtas amandatis: Itaque plerique, qui in Tragoediis inducuntur, boni sunt, ac proinde bene morati, at si quando improbos condignis exhibent moribus & sententiis, poenas quoque extremo dramate dantes repraesentantur. Quare *cum hi versus*, inquit Seneca *Epistola CXV.*

Pecunia ingens generis humani bonum,
Cui non voluptas matris, aut blandae potest
Par esse prolis, non sacer meritis parens.
Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores caelitum atque hominum movet.

in Tragoedia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad ejiciendum & actorem & carmen consurrexit uno impetu: donec Euripides ipse in medium prosiluit, petens, ut expectarent, viderentque quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula poenas Bellerophontes, quas in sua quisque dat. Nam hic Bellerophon- 66.
tes animo ferox & elatus, ob prosperos successus, magnam opum vim, & regnum, impie in Deos debacchatur (quo refero illa quae leguntur ex hoc dramate apud Justinum Martyrem περὶ μοναρχίας θεοῦ [*p.* 108. *C.*]) & opes commendat: huc spectat hoc fragmentum, quod vertit Seneca. Sunt enim illius, qui adversus Venerem alioquin invictus, cedit & frangitur animo ob opes. Quare desinat mirari Cl. Lipsius, quid huic cum auro. Opibus enim elatus in coelum affectat viam. Sed Jupiter ira commotus cum Pegaso jam subvolantem excutit & deturbat, unde crus sibi fregit, regnoque excidit: Vide Aristophanem *Ranis* [*vs.* 183.] & ejus Scholiastem [*in Pac. vs.* 146.] itemque Eustathium ad *Iliad. Z.* [*p.* 632.] Atque haec est hujus dramatis περιοχή. Atque ex his habebat unusquisque unde exemplum sumeret sibi, meliorque fieret, maxime cum ista viris contingant principibus, hi enim in Tragoediis inducuntur: Unde, cum in Athenienses saevirent Triginta Tyranni, & viros civitatis primores irent de medio sublatum, Antisthenem docet Socrates non esse caussae, cur tenuis conditionis homo viris principibus invideat, si attendamus quales exitus faciant apud Tragicas Atrei, Thyestae, Agamemnones, & Aegysthi: at Tragicorum nullus in scena mactari fecit de plebe hominem: Hoc nobis repraesentaverat Aelianus *Variae Lib. II. Cap.* 11. sed olim, nam hodie ita editur: οὐδεὶς δὲ οὕτως ἐγένετο τολμηρὸς, οὐδὲ ἀναίσχυντος τραγῳδίας ποιητὴς, ὥστε εἰσάγειν εἰς δρᾶμα ἀποσφαττόμενον χοῖρον. Rescribo [1] ἀποσφαττόμενον χείρονα. Nam Tragoedia imitatur τοὺς βελτίους, non autem τοὺς χείρους, non tantum eo sensu, quo jam diximus, sed etiam ea significatione, qua βέλτιον omne, id est, quod ἔξω τῶν πολλῶν, splendidum & regale est: χεῖρον vero est vulgus, & exponunt apud Homerum Interpretes λεπτὸν τοῦ λαοῦ. Incompositus autem fuit olim Tragicorum Chorus prae personarum multitudine, e quibus constituebatur. Quinquaginta fuisse testantur veteres: sed contractior factus est, & quindecim tantum personarum ex hac Lege:

Τὸν Τραγικὸν Χορὸν συνίστασθαι ἐκ πεντεκαίδεκα.	*Tragicorum Chorus e quindecim personis constituitor.*

Lex ista lata est occasione Eumenidum fabulae, quam docuit Aeschylus Pollux *Lib. IV. Cap.* 15. τὸ δὲ παλαιὸν ὁ Τραγικὸς Χορὸς πεντήκοντα ἦσαν, ἄχρι τῶν Εὐμενί-

1 Ingeniosam hanc Petiti conjecturam ad *Aelianum* laudat doctissimus *Schefferus*, eam tamen merito postponens *Holstenianae* suspicioni ἀποσφαττόμενον χεῖρον· quae & commodior est, & minore molimine ex vulgato extunditur.

Εὐμενίδων Αἰσχύλου. πρὸς δὲ τὸν ὄχλον αὐτῶν, τοῦ πλήθους ἐκπτοηθέντος, συνέστειλεν ὁ νόμος εἰς ἐλάττω ἀριθμὸν τὸν Χορόν. Commode igitur intelligendus Aristoteles, qui Aeschylum hujus instituti auctorem laudat *Lib. de Poetica cap.* 4. πρῶτος Αἰσχύλος τὰ τοῦ Χοροῦ ἠλάττωσε. Imo potius caussam dedit ferendae hujus Legis Aeschylus, non ipse tulit, nisi forte dicamus ipsum etiam Aeschylum suo praeivisse exemplo, qui in sua Agamemnone e quindecim tantum personis Chorum constituit, qui numerus Lege ista sit postea constitutus. Referunt Scholia Aristophanis *ad Equites* [*vs.* 586.] συνέστηκε ὁ Τραγικὸς Χορὸς ἐκ ιε΄. ὡς Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. Neque idem tamen numerus usurpatus postea ab eodem Aeschylo in constituendo Choro: Nam cum Eumenidas docuit Aeschylus, Furias in scenam tanto numero (erat enim Chorus constitutus e quinquaginta personis) adeo horribili ornatu induxit, ut populum universum terror invaderet, pueri e pavore exanimarentur, gravidae mulieres abortum facerent; habes in laudatis Pollucis verbis, & testatur Auctor vitae Aeschyli: τινὲς δέ φασιν, ἐν τῇ ἐπιδείξει τῶν Εὐμενίδων σποράδην εἰσαγαγόντα τὸν Χορὸν, τοσοῦτον ἐκπλῆξαι τὸν δῆμον, ὥστε τὰ μὲν νήπια ἐκψύξαι, τὰ δὲ ἔμβρυα ἐξαμβλωθῆναι. Agamemnonem autem in scenam produxit Aeschylus ante Eumenidas, quanquam eodem anno, nam utraque fabula erat in Tetralogia, quae Orestia dicebatur. Docent
67. veteres Didascaliae in Agamemnonis Argumento, ut mittam ea, quae ex illis referuntur ab Aristophanis Interprete *ad Ranas* [*vs.* 1155.] ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Ἄρχοντος Φιλοκλέους, Ὀλυμπιάδι εἰκοστῇ ὀγδόῃ, ἔτει δευτέρῳ, πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ Σατυρικῷ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδναῖος. Annus erat secundus Olympiadis, non XXVIII. sed octuagesimae, Philocle Athenis Praetore, cum commissa est ab Aeschylo Orestia Tetralogia, itaque rescribendum est, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ. Unde colligimus novam istam Legem, qua personarum, e quibus Chorus constituebatur, numerus contractior factus est, & sancitum, ne plures essent quindecim, latam fuisse anno sequenti. Chorus autem hic Tragicus personarum quindecim in quinque juga distribuebatur, tres scilicet personae in singula juga; aut in tres ordines, quorum unicuique quinque adscribebantur personae: Atque ubi in scenam prodibat Chorus, tres nonnunquam ex illo prodibant, aliquando quinque, est & ubi una tantum persona. Pollux *loco laudato*: μέρη δὲ χοροῦ, στοῖχος καὶ ζυγός. καὶ τραγικοῦ μὲν χοροῦ, ζυγὰ πέντε ἐκ τριῶν, καὶ στοῖχοι τρεῖς ἐκ πέντε· πεντεκαίδεκα γὰρ ἦσαν ὁ χορός. καὶ κατὰ τρεῖς μὲν εἰσῄεσαν, εἰ κατὰ ζυγὰ γίγνοιτο ἡ πάροδος. εἰ δὲ κατὰ στοίχους, ἀνὰ πέντε εἰσῄεσαν. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ καθ' ἕνα ἐποιοῦντο τὴν πάροδον. Ex his illustranda atque emendanda sunt Ciceronis verba in Epistola ad Trebatium, quae est *VI. Libri VII. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medeae, quae Corinthum arcem altam habebant, matronae opulentae, optimates: quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria: Nam multi suam rem bene gessere, & publicam, patria procul. Multi, qui domi aetatem agerent, propterea sunt improbati.* Quid hic est, *manibus gypsatissimis?* Notavit vir doctus ad editionem principem talem glossam: id est, *fugitivis, improbissimis.* Gypsati enim de catasta venalicii. Talis & Medea fugitiva erat patris & patriae proditrix. Sed quid ista de cretatis sive gypsatis in catasta venalicii, ad Medeam? Numquid illa inter venalicios? Non certe unquam. Inter feminas Tragicas optimates censebantur anus illae, quas πολιὰς κατακόμους nominant Graeci, quibus cani erant crines, & totae nitebant candebantque, unde etiam olim παραχρώμων nomen invenerunt. Pollux *Lib. IV. Cap.* 19. τὰ δὲ τῶν γυναικῶν πρόσωπα, πολιὰ κατάκομος, γραΐδιον ἐλεύθερον, &c. ἡ μὲν πολιὰ κατάκομος, ὑπὲρ τὰς ἄλλας τὴν

τε

τε ἡλικίαν καὶ τὴν ἀξίωσιν, λευκόκομος, μετρία τὸν ὄγκον, ὕπωχρος. πάλαι δὲ παράχρωμος ἐκαλεῖτο. Hinc illustrandus & emaculandus M. Tullius. Chorus in hac Tragoedia est mulierum Corinthiarum, id est, matronarum opulentarum; optimatum, ut loquitur Cicero; quare pleraeque fuerunt inter illas πολιαὶ κατάκομοι, certe eae quas compellat Medea, & quae tunc in scenam prodierant: Videntur autem κατὰ ζυγὸν prodiisse, ac proinde tres tantum, idque scripserat Cicero, sed numerales notae loco fuerunt corrumpendo: Olim ita scriptum: [1] *quibus illa III. anibus gypsatissimis:* quod cum sequentes librarii non intelligerent, pessimo exemplo e numerali nota III. id est, *tribus*, literam *m* fecerunt; quod erat in proclivi. Quare autem hac *tres anus* dicantur *gypsatissimae*, facile est demonstrare e laudatis Pollucis verbis: nam hae anus non tantum erant canis capillis λευκόκομοι, sed etiam παράχρωμοι, & totae candebant. Quod vero attinet ad verba Medeae, desumpta sunt e dramate, [*vs.* 214.] quod Euripidis nomen praefert, nec male reddita sunt a Latino Poëta, aut praeter Graeci mentem. Quanquam enim prima fronte videatur Medea hoc tantum dicere, se ex aedibus prodiisse, attamen, si quis attendat, sequentia, videbit & id satagere Medeam, ne sibi vitio verterent, quod abesset 63.
a patria. Sed locus ita est legendus, atque interpungendus:

> Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων
> Μή μοί τι μέμψησθ'· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
> Σεμνοὺς γεγῶτας τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο.
> [2] Τοὺς δ' ἐν θυραίοις οἱ δ', ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
> Δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν.

XXXII. Honorem haberi voluit Lycurgus Rhetor Poëtis Tragicis, Aeschylo, Sophocli, & Euripidi hac Lege lata:

Τὰς Τραγῳδίας τῶν ποιητῶν, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου, τὸν Γραμματέα τῆς πόλεως παραναγινώσκειν, τοῖς ὑποκρινομένοις οὐκ ἐξεῖναι αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι.

Aeschyli, Sophoclis, & Euripidis Tragoedias Urbis Scriba publice praelegito: Histriones eas ne agunto.

Statuas his Poëtis statui jussit Lycurgus, eorumque Tragoedias publice asservari, & Lege cavit ne quis eas histrio doceret, sed ut publice [3] ab Urbis Scriba recitarentur. Plutarchus *in Lycurgi vita* [*p.* 841. *F.*] εἰσήνεγκε δὲ καὶ τὸν νόμον, ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου, καὶ τὰς Τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένους φυλάττειν, καὶ τὸν γραμματέα τῆς πόλεως παραγινώσκειν τοῖς ὑποκρινομένοις οὐκ

1 Apud *Pollucem* L. IV. cap. 19. inter personas muliebres Comicas sunt πολιὰ κατάκομος — ὕπωχρος. Hinc Petitus emendat in Cicerone, *quibus illa III. anibus gypsatissimis persuasit.* Videntur enim κατὰ ζυγὸν prodiisse, ac proinde tres tantum. Cur tres ac non potius duae? Legerem potius, *quibus illa anibus.* SALVIN.

Ibid. Sumit sibi audacter Petitus, quod probare nunquam poterit. Qua enim conclusione ex *Euripide* conficiet Chorum κατὰ ζυγὸν in scenam, non κατὰ στοίχους prodiisse? *Videntur* ait. Sed quid si alius reponat, *non videntur?* quo is teste coarguetur? Vidit id *Joach. Kuhnius*, Petitique conjecturam repudiavit in *Polluc.* IV, 139. Ciceronis *manus gypsatissimae* recte explicantur & defenduntur ab eruditissimis viris *Hier. Columna* ad Fragm. *Ennii* p. 320. & *P. Burmanno* ad Satir. *Petron.* C. 127.

2 Vellem docuisset Petitus, unde pendeant, facta hac mutatione:

> Δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν.

quae quidem optime procedunt, si vulgata valeant:

> Τοὺς δ' ἐν θυραίοις, οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
> Δύσκλειαν, &c.

non item, si mutes & distinctionem & scripturam.

3 Summa diligentia Aeschyli, Sophoclis & Euripidis tragoediae asservabantur, neque adeo induci Athenienses potuere, ut describendas petenti Ptolemaeo tramitterent, nisi accepto xv. talentorum pignore, teste *Galeno* in L. III. Epidem. *Hippocrat.* p. 412.

οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι. Statuarum quae his tribus Poëtis in Theatro positae sunt, meminit Pausanias *in Atticis* [C. 21.] εἰσὶ δὲ Ἀθηναίοις εἰκόνες ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ Τραγῳδίας καὶ Κωμῳδίας ποιητῶν. Τραγῳδίας δὲ κεῖνται τῶν φανερῶν Εὐριπίδης καὶ Σοφοκλῆς. τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Αἰσχύλου, πολλῷ τε ὕστερον τῆς τελευτῆς δοκῶ ποιηθῆναι, καὶ τῆς γραφῆς, ἢ τὸ ἔργον ἔχει τὸ ἐν Μαραθῶνι. Existimat Vir Cl. excidisse nomen Aeschyli, esseque reponendum: Τραγῳδίας δὲ κεῖνται τῶν φανερῶν Αἰσχύλος, Εὐριπίδης, καὶ Σοφοκλῆς. Sed nihil esse addendum arguunt sequentia, quia satis indicat statuam ibidem positam Aeschylo, cum suum de ea judicium exponat. Neque item mutilum esse Harpocrationem in Θεωρικὰ putem in his: Φιλῖνος δὲ ἐν τῇ πρὸς Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας, (ita optime restituit Vir Amplissimus & eruditissimus Maussacus noster) περὶ Εὐβούλου λέγων. Cl. Meursius reponit, ἐν τῇ πρὸς Αἰσχύλου, καὶ Σοφοκλέους, καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας. Quia, inquit, Lycurgus legem tulit, ut Aeschylo, Sophocli, & Euripidi aeneae statuae ponerentur. Ego vero nullus dubito hanc rationem non adeo firmam esse, ut ei sit standum. Quamvis enim Aeschylo, non minus, quam Sophocli & Euripidi, statua posita sit, auctore Lycurgo, quod vetat dicere neminem fuisse, qui huic Lycurgi sive Legi sive psephismati de ponenda Aeschylo statua, adversaretur, fuisse, quibus non placeret poni Sophocli atque Euripidi? In his fuit, meo judicio, Philinus Rhetor, qui adversus partem hanc Legis Lycurgi orationem habuit, inscriptam itaque πρὸς Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας. Nam quod ad Aeschylum spectat, fuit suis Atheniensibus magno in pretio. Narrat Auctor Vitae ejus Athenienses psephismate pretium posuisse arti illorum, qui Aeschyli fabulas docerent: Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἠγάπησαν Αἰσχύλον ὡς ψηφίσασθαι μετὰ θάνατον αὐτοῦ, τὸν βουλόμενον διδάσκειν τὰ Αἰσχύλου, [1] χρυσὸν λαμβάνειν. Huc facit Comicus *Acharnensibus* [*vs.* 11.]

Ὅτε δὴ κεχήνη προσδοκῶν τὸν Αἰσχύλον,
Ὁ δ᾽ ἀνεῖπεν, εἴσαγ᾽ ὦ Θέογνι τὸν χορόν.

69. Ad quae notant veteres Magistri: τιμῆς δὲ μεγίστης ἔτυχε παρὰ Ἀθηναίοις ὁ Αἰσχύλος. καὶ μόνου αὐτοῦ τὰ δράματα ψηφίσματι κοινῷ καὶ μετὰ θάνατον ἐδιδάσκετο. Verum hoc quidem est, id primum datum fuisse uni Aeschylo Atheniensium plebiscito; postea Lycurgi Lege Aeschyli, Sophoclis, Euripidisque Tragoediae histrionibus datae non sunt agendae, sed recitandae ab Urbis Scriba. Sed quia hic sumus, illustranda sunt nonnulla quae Sophoclis aetatem, numerumque dramatum ejus spectant. Natum eum referunt anno secundo Olympiadis septuagesimae primae, Philippo Athenis Praetore. Anonymus *in ejus Vita*: γεννηθῆναι αὐτὸν φασὶν ἑβδομηκοστῇ πρώτῃ Ὀλυμπιάδι, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος, ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀθήνησι Φιλίππου. Habes quoque apud Anonymum in Descriptione Olympiadum ad hunc annum II. Olympiadis LXXI. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς ἐγεννήθη. Paria facit Diodorus Siculus *Lib. XIII.* [*p.* 387.] nam denatum scribit anno tertio Olympiadis nonagesimae tertiae, Callia Archonte, annos natum nonaginta: περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς Σοφίλου, ποιητὴς τραγῳδιῶν, ἔτη βιώσας ἐνενήκοντα. Quare anno secundo Olympiadis septuagesimae primae, ab eo enim ad annum

1 Lege χορὸν λαμβάνειν cum *Casaubono*, & vide accuratissime explicantem, quid δοῦναι χορὸν & χορὸν λαμβάνειν Athenis fuerit in *Athen.* XIV, 9.

annum tertium Olympiadis nonagesimae tertiae, utroque termino incluso, intervallum est annorum nonaginta, adscribendus est Natalis Sophoclis e Diodori Siculi sententia. Alii tamen natum volebant anno tertio Olympiadis septuagesimae tertiae. Anonymus in Descriptione Olympiadum ad hunc annum, Σοφοκλῆς ἐγεννήθη κατά τινας. Suidas annum non adnotat, sed tamen in Olympiadem septuagesimam tertiam ejus natalem conjicit. Σοφοκλῆς Σοφίλου, Κολωνῆθεν, Ἀθηναῖος, τραγικὸς, τεχθεὶς κατὰ τὴν ογ'. Ὀλυμπιάδα. Quod ad mortem ejus attinet, conferunt in annum tertium Olympiadis nonagesimae tertiae, Callia Athenis Praetore. Anonymus ad hunc annum in Descriptione Olympiadum. Σοφοκλῆς καὶ Εὐριπίδης οἱ τραγῳδοποιοὶ ἐτελεύτησαν. Idem habet Diodorus Siculus ad hunc annum *Lib. XIII.* [*p.* 387.] περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς Σοφίλου, ποιητὴς τραγῳδιῶν, ἔτη βιώσας ἐνενήκοντα, νίκας δ' ἔχων ὀκτωκαίδεκα. Ἀπολλόδωρος δὲ, τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενος, φησὶ, καὶ τὸν Εὐριπίδην κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι. Hunc quoque annum indicat Anonymus in Sophoclis Vita. Huicque anno adscribendam esse Sophoclis mortem unice probat coaevus Poëta Aristophanes, qui *Ranas*, quo dramate testatur jam tum cum ista scriberet in vivis esse desiisse Sophoclem, docuit hoc anno tertio Olympiadis nonagesimae tertiae, Callia Athenis Praetore, post Antigenem, Lenaeis Liberalibus. Eo dramate primore [*vs.* 66.] ista leguntur de Sophoclis obitu, quae non sunt omittenda, ut a nobis illustrentur obiter atque emendentur.

Δι. Τοιουτοσὶ τοίνυν με δαρδάπτει πόθος
Εὐριπίδου, καὶ ταῦτα τοῦ τεθνηκότος.
Κοὐδείς γέ με ἂν πείσειεν ἀνθρώπων, τὸ μὴ οὐκ
Ἐλθεῖν ἐπ' ἐκεῖνον. Ηρ. πότερον, εἰς ᾅδου κάτω;
Δι. Καὶ νὴ Δί'. εἴ τι γ' ἐστὶν ἔτι κατωτέρω.
Ηρ. Τί βουλόμενος; Δι. δέομαι ποιητοῦ δεξιοῦ,
Οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔτ' εἰσὶν, οἱ δ' ὄντες, κακοί.
Ηρ. Τί δ' οὐκ Ἰοφῶν ζῇ; Δι. τοῦτο γάρ τοι καὶ μόνον
Ἔτ' ἐστὶ λοιπὸν ἀγαθόν· εἰ καὶ τοῦτ' ἄρα.
Οὐ γὰρ σάφ' οἶδ', οὐδ' αὐτὸ τοῦθ' ὅπως ἔχει.
Ηρ. Εἶτ' οὐχὶ Σοφοκλέα πρότερον ὄντα Εὐριπίδου
Μέλλεις ἀναγαγεῖν, εἴπερ ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἄγειν;
Δι. Οὔ, πρίν γ' ἂν Ἰοφῶν τ' ἀπολαβὼν αὐτὸν μόνον,
Ἄνευ Σοφοκλέους, ὅ, τι ποιεῖ κωδωνίσω.
Κἄλλως. ὁ μέν γ' Εὐριπίδης πανοῦργος ὤν,
Καὶ ξυναποδρᾶναι δεῦρ' ἐπιχειρήσειέ μοι.
Ὁ δ' εὔκολος μὲν ἐνθάδ', εὔκολος δ' ἐκεῖ.

Horum versuum tertiusdecimus cum sequenti, ut quidem eduntur & interpunguntur, tenebris sunt offusi, sed facile est ex historia illustrare & emendare. Lego:

Οὔ, πρίν γ' ἂν Ἰοφῶντ' ἀπολαβὼν αὐτὸν μόνον,
Ἄνευθ', Σοφοκλέους ὅ, τι ποιεῖ, κωδωνίσω.

Oblique carpit Comicus Iophontem cum patre Sophocle: nam accusaverat patrem Iophon quasi desipientem apud judices, ut a re familiari removerent eum, sibique potestatem darent in eo, ejusque bonis; habes apud Ciceronem *Lib. de Senectute* [C. 7.] Scholiastem Comici ad haec verba, itemque Anonymum in Sophoclis Vita. Suspicio autem erat Iophontem patris fabulas tan-

quam a ſe compoſitas in ſcenam producere. Ἰοφῶν τὴν ὑιὸς Σοφοκλέους ἐκ Νικοστράτης. ὃς δόκησιν παρεῖχεν, ὅτι τοῖς τοῦ πατρὸς ἐχρῆτο ποιήμασιν ὡς οἰκείοις. Atque ex his quaeſitus eſt Comico τωθασμός. Cauſſam enim reddit Bacchus, quare ex inferis non educat Sophoclem, nam prius, inquit, Iophon mihi ſolus eſſet conveniendus, & explorandum, [1] ἃ νεύει, quid annueret: neque enim Sophocles ipſe quicquam ſine filii auctoritate, qui in eo tanquam deſipiente ejusque bonis poteſtatem habebat, poterat polliceri, Σοφοκλέους ὅ, τι ποιεῖ. Videtur prima fronte idem dicere, quid de Sophocle faceret, ſed tamen alludit ad id quod Iophonti diximus objici, nempe paterna dramata pro ſuis edere, quid faciat eorum, quae ſunt Sophoclis. Atque hinc factum puto partim, ut nonnulla quae Sophoclis non ſunt, Sophocli adſcribantur dramata, de quorum numero paucis eſt jam diſputandum. Primam ſuarum fabularum docuit Sophocles anno tertio Olympiadis ſeptuageſimae ſeptimae, Demotione Archonte, ut alibi diximus, & tunc primum Tetralogiam edidit, ut & alii Tragici, quo labore perterritus, ceteris inſequentibus annis nonniſi unum drama quotannis in ſcenam produxit: itaque Antigone quam commiſit anno tertio Olympiadis octogeſimae quartae, Diphilo Athenis Praetore, λέλεκται δρᾶμα τριακοστὸν δεύτερον, inquit Ariſtophanes Grammaticus, ordine eſt triceſimum ſecundum eorum dramatum quae edidit Sophocles. Philoctetes ejuſdem productus in ſcenam eſt anno tertio Olympiadis nonageſimae ſecundae, Glaucippo Archonte. Anonymus in Argumento Philoctetae: ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου. πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς. Poſtremum drama edidit paullo ante ſupremum ſuum diem: nam cum in commiſſione illius victor renunciatus eſſet, prae gaudio animam efflavit. Anonymus in ejus Vita: οἱ δὲ, ὅτι μετὰ τὴν τοῦ δράματος ἀνάγνωσιν, ὅτε νικῶν ἐκηρύχθη, χαρᾷ νικηθεὶς ἐξέλιπε. Diodorus Siculus *loco laudato.* φασὶ δὲ τὸν ἄνδρα τοῦτον τὴν ἐσχάτην τραγῳδίαν εἰσάγοντα καὶ νικήσαντα, χαρᾷ περιπεσεῖν ἀνυπερβλήτῳ, δι' ἣν καὶ τελευτῆσαι. Dramata ejus recenſet Suidas centum
71. viginti tria, quanquam alii longe plura referant: ἐδίδαξε δὲ δράματα ρκγ. ὡς δέ

1 Petitus pro Ἄνευ legit ἃ νεύει, *quid annueret.* Male. nam ita verſus non conſtat. Cui bono igitur haec mutatio? SALVIN.

Ibid. *Kuſterus* quoque, cui Petitus infelix, ſi quiſquam alius, Criticus eſt, animadvertit hanc emendationem in legem metri peccare. Nec recte ſententiam horum verborum explicat Petitus: Bacchus quum ad inferos deſcendiſſet ab Hercule interrogatus, cur eo veniſſet, reſpondet ſe teneri deſiderio videndi Euripidis: nam ſibi bono Poeta opus eſſe. Quaerente deinde Hercule, cur ergo non potius excitet Sophoclem: *non*, ait, *priuſquam Iophonta*, & cetera, quae ſupra ſcripta ſunt. Ea Petitus ita exponit, iis oblique cum Sophocle carpi Iophontem, filium Sophoclis, qui patrem quaſi deſipientem apud judices accuſaverat, ut a re familiari removerent eum, ſibique poteſtatem darent in eo, ejuſque bonis. Praeterea, ſuſpicionem fuiſſe, Iophontem patris fabulas, tanquam a ſe compoſitas, in ſcenam producere. Inde quaeſitum Comico riſum. Nam Bacchum cauſſam reddere, quare ex inferis non educat Sophoclem: *prius enim*, inquit, *Iophon mihi ſolus eſſet conveniendus, & explorandum*, ἃ νεύει, quid annueret; *neque enim Sophocles ipſe quicquam ſine filii auctoritate, qui in eo, tanquam deſipiente, ejuſque bonis poteſtatem habebat, poterat polliceri.* Haec omnia eo refelli poſſunt, quod Sophocles a filio quidem παρανοίας accuſatus, ſed judicum ſententia liberatus fuit, teſtibus Scholiaſte *Ariſtophanis* ad vſ. 73. *Cicerone* de Senect. C. 7., quos ipſe Petitus laudat, & Auctore vitae Sophoclis. Quomodo ergo *Ariſtophanes* fingere potuit, filium in patre, tanquam deſipiente, ejuſque bonis poteſtatem habere? Senſus verborum Bacchi hic eſſe poteſt: *Non poſſum*, nempe excitare Sophoclem, *priuſquam Iophontem ſeorſum ſeduxero ſine Sophocle, & exploravero quid faciat*, id eſt, *quid ſcribat, componat.* nam ποιεῖν hic, ut apud omnes, poteſt accipi pro ἐμμέτρως *ſcribere*, ut in Latinis *facere fabulas.* In quo non Sophoclem tangit *Ariſtophanes*, ſed Iophontem, qui fabulas patris pro ſuis ferebatur edere, ut Scholiaſtes ait ad vers. 75. *Kuſterus* hic diſtinctionem, quae in aliis editionibus poſt μόνον eſt, ſuſtulit. Non multum intereſt, ſi etiam ponenda eſt poſt Σοφοκλέους. Sed ſi quis putaret ſine diſtinctione conjungenda eſſe haec, ἄνευ Σοφοκλέους ὅ, τι ποιεῖ, non repugnarem: *Quid ſine Sophocle faciat*, id eſt, an verum ſit eum patris fabulas pro ſuis in ſcenam proferre; nam ita apertius perſtringit Iophontem Ariſtophanes, quam ſi diceret ſeducam Iophontem ſolum ſine Sophocle. Petitus illa, Σοφοκλέους ὅ, τι ποιεῖ, mire interpretatur, *quid faciat eorum, quae ſunt Sophoclis*: in qua interpretatione nihil, vel parum boni ſenſus eſt. C. A. DUKER.

δέ τινες, καὶ πολλῷ πλείω. Anonymus in ejus Vita numerat ex Aristophanis Grammatici sententia centum triginta: ἔγραψε δὲ, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης, δράματα ἑκατοντριάκοντα. Sed numerum hunc [1] corruptum esse suspicor, neque plura recensuisse, quam numeret Suidas, sed cum literis numeralibus scriptum esset, δράματα ρκγ. proclivi lapsu mutavit in ρκλ. unde factum ἑκατοντριάκοντα. Verum tot fabulas non docuit Sophocles, siquidem singulis annis, si primum, quo docere cepit, excipias, unum tantum drama commisit, quod, teste Suida, omnino verum est, & ex Antigones editione probatur. Quare cum anno tertio Olympiadis septuagesimae septimae Dionysiis docere ceperit, & anno tertio Olympiadis nonagesimae tertiae fato sit functus, dicendum est docuisse tantum sexaginta sex dramata. Videbitur tamen non nemini, plura, etiam e nostro calculo, adtribuenda esse dramata Sophocli, nempe sexaginta octo. Sed nos putamus produxisse tantum in scenam sexaginta sex: nam certe anno quarto Olympiadis octogesimae quartae, quo Strategus fuit, & praefuit bello Anaeensi, non potuit rei musicae vacare, cum res Atheniensium bello tueretur, ita ut etiam, neque anno sequenti, qui primus est Olympiadis octogesimae quintae, potuerit drama in scenam producere; solenne enim illi fuit, ut mox dicemus, dramata sua edere quotannis *Panathenaeis*. Non igitur tot dramata edidit Sophocles, quot recensent Suidas & Anonymus in ejus Vita: sed adscribunt illi fabulas minoris Sophoclis, qui ejus fuit filius, sive, ut alii volunt, ex Aristone filio nepos, adscribunt, inquam, majori Sophocli: Nam major Sophocles dramata docuit sexaginta sex, ut jam diximus: minor vero produxit in scenam quadraginta: non desunt tamen qui minoris Sophoclis fabulas numerent quinquaginta & unam, estque hic numerus rescribendus. Suidas; Σοφοκλῆς Ἀρίστωνος, υἱωνὸς δὲ τοῦ προτέρου Σοφοκλέους τοῦ πρεσβυτέρου, Ἀθηναῖος, Τραγικός. ἐδίδαξε δὲ δράματα μ. οἱ δέ φασιν ια. Rescribo: οἱ δέ φασιν να. Fiunt igitur in universum utriusque Sophoclis fabulae numero centum & sex. Adde septemdecim illas, quas spurias esse pronunciat Aristophanes Grammaticus, fiunt centum viginti tres. Anonymus in Sophoclis Vita e nostra emendatione. ἔγραψε δὲ, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης, δράματα ρκγ. τούτων δὲ νοθευὴ δεκαεπτά. Quem fabularum numerum centum viginti trium habet Suidas, qui addit multo plures etiam a nonnullis numerari, ὡς δέ τινες πολλῷ πλείω. Nempe minori Sophocli adscribebant, non quadraginta tantum, sed quinquaginta & unam: Ex illis vero, quas Iophon docuit, multas Sophoclis patris esse volebant, atque ex his non tantum ille spuriarum septemdecim fabularum, quas obelo suo notavit & transfixit Aristophanes Grammaticus, numerus, sed etiam longe plurium conflabatur: nam Iophon docuit dramata quinquaginta, e quibus multa Sophoclis patris fuerunt. Suidas: Ἰοφῶν Ἀθηναῖος Τραγικὸς υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγῳδοποιοῦ γνήσιος ἀπὸ Νικοστράτης. δράματα δὲ Ἰοφῶν ἐδίδαξε γ. ὧν ἐστι Ἀχιλλεὺς, Τήλεφος, Ακταίων, Ἰλίου πέρσις, Δεξάμενος, Βάκχαι, Πενθεύς. καὶ ἄλλα τινὰ τοῦ πατρὸς Σοφοκλέους. Diximus Sophoclem, ubi singulis annis unum tantum drama in scenam produxit, ea docuisse *Panathenaeis*, quod maxime illustratur ex iis, quae de morte ejus referunt Ister & Neanthes apud Anonymum in Sophoclis Vita: Τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν Ἴστρος καὶ Νεάνθης φασὶ τοῦτον τὸν τρόπον. Καλλιππίδην ὑποκριτὴν ἀπὸ ἐργασίας ἐξ Ὀπούντος 72.
τος ἥκοντα περὶ τοὺς Χόας πέμψαι αὐτῷ σταφυλήν· τὸν δὲ Σοφοκλέα λα-

1 Cur tandem? *Suidas* esse ait, qui plus CXXIII. Sophocli tribuant: & collegerunt *Is. Casaub.* & *Jo. Meursius* titulos fabularum Sophoclis plures CL. Quidni ergo Grammaticus *Aristophanes* numerum *Suidae* potuit excedere? Multa Petitus agit ex arbitrio suo, & quia opinioni commodum videtur, uti mox, cum Sophocli juniori quinquaginta & unam fabulas obtrudit, & *Suidae* numeros auget, nemine jubente.

λαβόντα καὶ βαλόντα ῥᾶγα ἔτι ὀμφακίζουσαν εἰς τὸ στόμα, ὑπὸ τῆς ἄγαν γήρως ἀποπνιγέντα τελευτῆσαι. Corruptus est hic locus; nam, ut editur, mortuus est *Choum* festo, sive Liberalibus *Anthesteriis*, atqui tunc nullae sunt uvae, nisi passae forte, non autem acerbae. Callippides autem Sophocli attulerat uvas nondum plane maturas, sed pubescentes, & adhuc acerbas. Quare Sophocles obiit paullo ante vindemiam, uvis pubescentibus. Adde quod periit Sophocles, Callia Archonte, anno tertio Olympiadis nonagesimae tertiae, antequam *Ranas* doceret Aristophanes. *Ranas* autem edidit Comicus hoc ipso anno *Lenaeis* Liberalibus: ergo non abiit in communem locum *Choum* festo, quod sequebatur *Lenaea* Liberalia. Sed rescribendum est, [1] παρὰ τὰς χοὰς, id est, inter ipsas mensas secundas, cum libaretur Anno hoc tertio Olympiadis nonagesimae tertiae, Callia Archonte, cum celebrarentur *majora Panathenaea* mense *Hecatombaeone*, postremum hoc suum drama commisit Sophocles, victorque renunciatus est, ea de caussa correptum gaudio expirasse volunt nonnulli, sed Ister atque Neanthes paullo aliter referunt: scilicet victor Sophocles convivio, ut moris erat, excepit amicos, cum autem appositae essent mensae secundae, commodum Callippides uvas dono misit Sophocli, quarum acinis adhuc acerbis suffocatus est. Optime tempus convenit. Erat annus quintus Octaëteridis Harpaleae, cujus Gamelion cepit decimo octavo Kalendas Januarias anno secundo Olympiadis nonagesimae tertiae, Hecatombaeon vero cepit quarto Eidus Julias, ineunte anno tertio ejusdem Olympiadis nonagesimae tertiae. Circa medium Hecatombaeonem celebrata sunt *Panathenaea*, id est, extremo fere mense Julio. Quod si jam tum usurpabatur Enneadecaëteris Metonica, erat annus illius octavus, cujus Hecatombaeon caepit quarto Kalendas Julij: ergo *Panathenaea* peracta sunt circa medium mensem Julium: paullo post celebratum est a Sophocle convivium, quo ex dono Callippidis appositae sunt uvae, quas nil mirum per anni tempestatem fuisse adhuc acerbiusculas. Postea fabulae Aeschyli, permittente populo, correctae a posterioribus Poëtis in scenam productae sunt. Quintilianus *Lib. X.* [C. 1.] *Sed rudis in plerisque & incompositus Aeschylus, propter quod correctas ejus fabulas in certamen deferre posterioribus Poëtis Athenienses permisere: suntque eo modo multi coronati.*

XXXIII. Institutum primum fuit anno tertio Olympiadis nonagesimae tertiae, Archonte Athenis Callia, qui in Praetura excepit Antigonem, ut [2] *Anthesteria* Dionysia celebrarentur agone Comicorum. Scribit Aristoteles apud Graecum Aristophanis Interpretem ad haec Comici verba *Ranis* [*vs.* 405.]

Σὺ γὰρ κατεσχίσω μὲν ἐπὶ γέλωτι
Κἀπ' εὐτελείᾳ, τόνδε
Τὸν σανδαλίσκον καὶ τὸ ῥάκος.

Εοικε δὲ παρεμφαίνειν ὅτι ἤδη λιτῶς ἐχορηγεῖτο τοῖς ποιηταῖς. ἐπὶ γοῦν τοῦ Καλλίου τούτου φησὶν Αριστοτέλης, ὅτι σύνδυο ἔδοξε χορηγεῖν τὰ Διονύσια τοῖς Τραγῳδοῖς καὶ Κωμῳδοῖς. ὥστε ἴσως τις καὶ παρὰ τὸν Ληναϊκὸν

1 Ostendendum hic fuerat, τὰς χοὰς mensas esse *secundas*. Libabant sane sub coenae finem, jamjam discessuri, uti apud *Athen.* I, 14. & *Eustath.* in Homer. p. 1470. *Ed. Rom.*; quis vero propterea mensas secundas appellavit χοὰς? Ego ita si legeretur in Auctore vitae Sophoclis, *inferias* intelligerem, quae vocis praecipua potestas. *Glossae*, χοαί. *Inferiae.* Χοαὶ, αἱ ἐπὶ τῶν νεκρῶν σπονδαί, *Inferiae.* Χοὰς ποιῶ, *Parento.* Hinc *Choephori*, χοηφόροι *Aeschyli*, cujus Fabulae vs. 13. vide. *Inferiarum* autem apud Anonymum cum parum opportuna mentio.

2 Nihil *Aristoteles* in scholiis ad *Aristophanem* citatus de Anthesteriis; tantum ostendit, Callia Archonte institutum fuisse, ut eos sumptus bini choragi ad commissiones comoediarum & tragoediarum suppeditarent, quos unus antea conferre solebat. Vox σύνδυο non cohaeret τοῖς Διονυσίοις, sed, qui subintelliguntur, χορηγοῖς. Quod autem Scholiastem refingit hunc in modum, δι' ὃ (ὁ χορὸς) πρὸ τοῦ ὑπερῷον id intelliget nemo. Melius *L. Kusterus*, χορὸν δὲ ὁ πρὸ τοῦ ὑπῆρχεν. quem vide Petitum sollerter refutantem.

κὸν συστολὴ χρόνῳ. δι' οὗ πολλοὶ ὕστερον καθάπερ τὰς χορηγίας περιεῖλε Κινησίας. Hic τὸ σύνδυο referendum esse ad *Dionysia*, non autem ad *Choragos* qui sumptus facerent, dubium esse non potest: nam si duo, non autem unus 73.
tantum, sumptus fecissent, nullus poterat esse metus fore, ut progressu temporis non ita splendide *Lenaïci* Comicorum Ludi celebrarentur; imo contra spes fuisset fore splendidiores, cum duo essent collaturi in sumptus, quos antea unus tantum faciebat. Quod igitur metuebant, ne progressu temporis *Lenaïci* Ludi aeque atque antea splendidi forent, hinc fiebat; quod Dionysia *Anthesteria*, quae antea non celebrabantur editione Comoediarum, essent in posterum celebranda: unde oportebat colligere, cum hi sumptus de novo essent accessuri, illos iri minutum, qui fiebant in celebrandis *Lenaïcis* ludis, nam non tanta habebatur ratio *Lenaïcorum*, quam Dionysiorum τῶν κατ' ἄστυ, aut Panathenaïcorum, quibus intererant tota Graecia populi. De Dionysiis autem *Anthesteriis* hic agi, vel hinc liquet, quod diu ante & post Calliam Praetorem, ut constat ex historia Attica, Διονυσίοις τοῖς κατ' ἄστυ, καὶ τοῖς κατ' ἀγροὺς, sive *Lenaeis*, exhibitae sint populo Comoediae: At vero tunc primum Callia post Antigenem Archonte *Anthesteriis* Liberalibus. Sed paullo post mutavit hic mos, neque amplius datae sunt Comoediae *Anthesteriis* Liberalibus, cum progressu temporis fieret, ut pauci docerent, Cinesia ea de re populum rogante. Aristoteles verbis laudatis, quae ita emendabis: δι' οὗ (χρόνου) πολλοὶ ὑστέρου, καὶ τὰ περὶ τὰς χορηγίας περιεῖλε Κινησίας. Cinesias hic Aristophanis erat aequalis, cujus passim meminit. Sustulit autem quae addita de novo, nempe editionem Comoediarum Liberalibus *Anthesteriis*: atque hinc intelligi debet idem Scholiastes ad hanc ipsam fabulam: ὁ Κινησίας ἐπραγματεύσατο κατὰ τῶν Κωμικῶν, ὡς εἶεν ἀχορήγητοι. Tandem obsoletum hunc morem Lycurgus Rhetor renovavit, [1] Legemque hanc tulit.

Τὸν περὶ τῶν Κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς Χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι.	*Comoedi Anthesteriis fabulas docento atque committunto in Theatro. Victorem civitate donato.*

Meminit hujus Legis Plutarchus *in Lycurgi Vita* [*p.* 841. *E.*] εἰσήνεγκε δὲ καὶ τοὺς νόμους, τὸν περὶ τῶν Κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς Χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι, πρότερον οὐκ ἐξὸν, ἀναλαμβάνων τὸν ἀγῶνα ἐκλελοιπότα. Confunduntur hic, ut & apud alios Scriptores saepius, *Chytri* cum Liberalibus *Anthesteriis*, quia *Anthesteria* die tantum uno *Chytros* praecedebant: die enim duodecimo Anthesterionis *Anthesteria* celebrabantur. *Chytri* vero die tertiodecimo: praeterea *Chytri* erant Bacchi festum, ut ipse prodit Bacchus apud Aristophanem *Ranis* [*vs.* 220.]

Ἡνίχ' ὁ ἱερὸς Χυτρείοισι
Χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος.

Scholia: Χύτροι, ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις γινομένη τῷ Διονύσῳ.

XXXIV. Nullus autem histrio poterat in scenam prodire minor annorum triginta ex hac Lege:

Μὴ εἰσελθεῖν τινα εἰπεῖν, μήπω τριάκοντα ἔτη γεγονότα.	*Histrio fabulam ne agito annorum triginta minor.*

Re-

1 Retulisse obsoletum ludorum edendorum morem Oratorem Lycurgum, *Plutarchi* verba apertissime declarant: de Theatro, in quo commissos ait Petitus, dubium superest. Mihi potior *Ezech. Spanhemii* ad Argum. Ranar. videtur sententia, arbitrati Lycurgum edixisse, ut ludi Comici, qui Chytris agi solebant, eodem apparatu & pompa deinceps ederentur, quo ii, qui in urbis Athenarum theatro Liberalium majorum tempore agi consueverant.

Referendam esse hanc Legem ad *Histriones* omnino constat ex Graeco Aristophanis Interprete, qui observat nonnullos existimasse annum quadragesimum, non autem tricesimum, Lege hac fuisse definitum. Aristophanis verba sunt in
74. eximia illa *Nubium Parecbasi* [*vs.* 530.]

Κἀγὼ παρθένος γὰρ ἔτ' ἦν, κοὐκ ἐξῆν πω μοι τεκεῖν.

Scholia: οὔπω ἐπέτρεπον ἐμαυτῷ τὸ λέγειν δημοσίᾳ, διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας. οὐ γὰρ πρῶτον δι' ἑαυτοῦ καθίει τὰ δράματα ὁ ποιητὴς εὐλαβούμενος. ἀπὸ δὲ τῶν Ἱππέων ἤρξατο εἰσιέναι. νόμος δὲ ἦν, [1] μὴ εἰσελθεῖν τινα εἰπεῖν, μήπω τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότα, ὡς δέ τινες τριάκοντα.

Longe autem dispar Romanorum judicium ab illo Atheniensium hac in parte: nam Athenis histriones omni nota erant vacui, itaque etiam Poëtae ipsi cives Attici in scenam prodibant, quod de Sophocle, Aristophane, aliis, observatum est veteribus. Romae contra histriones notabantur infamia: unde Laberii querela, quem asperae libertatis Equitem Romanum Caesar invitavit quingentis millibus, ut prodiret in scenam, & ipse Mimos ageret, quos scriptitabat:

Ergo bis tricenis annis actis sine nota
Eques Romanus Lare egressus meo
Domum revertar Mimus. nimirum hoc die
Uno plus vixi mihi quam vivendum fuit.

Scilicet: *Ait Praetor*: qui in scenam prodierit, *infamis est. Scena est, ut Labeo definit, quae ludorum faciendorum caussa, quolibet loco, ubi quis consistit, moveaturque spectaculum sui praebiturus, posita sit in publico, privatove, vel in vico: quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittantur: eos enim, qui quaestus causa in certamina descendunt, & omnes propter praemium in scenam prodeuntes, & famosos esse, Pegasus & Nerva filius responderunt. l. 2. §. ult. D. De his, qui notantur infamia.* Unde factum est, ut *Scenici* spectaculorum debeantur obsequiis; eaque *Scenicis nati* non possint detrectare, sed vel inviti ad ea praestanda adigantur. Primus, quod sciam, Valentinianus Princeps optimus, anno Christi Dionysiano tercentesimo septuagesimo primo, constituit, liceret *Scenicos* in extremo vitae periculo constitutos baptizare, & si forte evasissent, noluit ad scenam revocari: ne autem fraus aliqua fieret, inspicere jussit judices, aut Urbium Curatores, an vitae periculum adiissent *Scenici*: non enim volebat eos baptizari nisi salute conclamata, ne consideratio sacratissimae religionis & Christianae Legis reverentia scenae emanciparet. *l.* 1. *Cod. Theod. de Scenicis.* Anno Christi Dionysiano tercentesimo octogesimo lata est haec Lex, quae legitur *l.* 4. *Cod. Theod. eod. Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad Paulinum P. V. Mulieres, quae ex viliori sorte progenitae spectaculorum debentur obsequiis, si scenica officia declinarint, ludicris ministeriis deputentur, quas necdum tamen consideratio sacratissimae religionis & Christianae Legis reverentia suae fidei mancipavit. Eas enim quas melior vivendi usus vinculo naturalis conditionis evolvit, retrahi vetamus. Dat. VIII. Kalend. Maij, Med. Gratiano V. & Theodosio II. AA. Coss.* Quid appellent Imperatores, *ludicris ministeriis deputari*, paullo post videbimus. Haec Lex mulieres spectat, quae cum *Scenicis* essent progenitae, debebantur, natalium jure, spectaculorum obsequiis: illae vero ea detrectabant, & declinabant: jubent itaque Imperatores eas in pulpitum retrahi, ludicrisque deputari ministeriis, nisi, antequam possent scenae in-
75. servire, Christo dixissent sacramento. Unde colligas licitum fuisse tunc *Scenicis* progenitas, antequam possent scenica praestare officia, sacro tingere lavacro, cum nondum tamen *Scenicos* & *Scenicas* liceret baptizare, nisi in extremo vitae peri-

1 Non moveor Scholiastae Aristophanis auctoritate, ut credam τὸ λέγειν referendum potius ad scenam esse quam suggestum Oratorum, quorum λέγειν, quando cum populo agebant, sollemne verbum, ut supra Parag. XXIV. Εὔγρος εἶπεν, & saepe alias. JAC. PALM.

Ibid. Recte vir doctus. Sophocles, quem in scenam prodiisse Petitus agnoscit, suo exemplo contrarium docet: annorum enim XXVIII. tragoedia vicit, teste marmoris Arundeliani auctore Epoch. LVIII. Petitus ipse aut sui oblitus est, aut sententiam mutavit, quando hac lege Oratorum aetatem finitam profitetur L. III. Tit. 3, 1.

periculo constitutos. Postea de *Scenicis* ipsis scenae obsequia, quae debebant, praestantibus ab iisdem Imperatoribus scripta *Lex* est, quae 8. legitur *Cod. Theod. eod.* anno Christi Dionysiano tercentesimo octogesimo primo. *Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad Valerianum P. V. Scenae mulier, si vacationem religionis nomine postularit, obtentu quidem petitionis veniae non desit, verum si post turpibus volutata complexibus, & religionem, quam expetierit, prodidisse, & gerere, quod officio desierat, animo tamen scenica detegetur, detracta in pulpitum, sine spe absolutionis ullius, ibi eousque permaneat, donec anus ridicula senectute deformis. Nec tunc quidem absolutione potiatur, cum aliud quam casta esse non possit. Dat. VIII. Id. Maij, Aquila, Syagrio & Eucherio Coss. Hac Lege* constituitur, ut si qua mulier *Scenica*, quae velit in Ecclesiam Christi admitti, & baptismate tingi, postulet eo nomine vacationem officiorum scenicorum, impetret; poena tamen sancitur adversus eam, quae cum vacationem scenicorum officiorum impetraverit, sui copiam fecerit: poena ea est, quam iidem appellant Imperatores *Lege proxime ante hanc* descripta, meo quidem judicio, *ludicris ministeriis deputari.* Sed quaenam sint haec *ludicra ministeria* investigandum est ex *hac Lege*: *Detracta in pulpitum*, inquiunt, *ibi eousque permaneat, donec anus ridicula senectute deformis.* Inter Comicas personas erant *anus*, quae *ridiculae* repraesentabantur: habes apud Pollucem titulo περὶ προσώπων Κωμικῶν *Lib. IV. cap.* 19. τὰ δὲ τῶν γυναικῶν, γρᾴδιον ἰσχνὸν, ἢ λυκαίνιον, γραῦς παχεῖα, γρᾴδιον οἰκουρὸν, ἢ οἰκετικὸν, ἢ ὀξύ. τὸ μὲν λυκαίνιον, ὑπόμηκες, ῥυτίδες λεπταὶ, καὶ πυκναί. λευκὸν, ὕπωχρον, στρεβλὸν τὸ ὄμμα. ἡ δὲ παχεῖα γραῦς, παχείας ἔχει ῥυτίδας ἐν ἑαυτῇ, καὶ ταινίδιον τὰς τρίχας περιλαμβάνον. τὸ δὲ οἰκουρὸν γρᾴδιον, σιμὸν ἐν ἑκατέρᾳ τῇ σιαγόνι, ἑκατέρωθεν ἀνὰ δύο ἔχει γομφίους. *Scenae* igitur *mulieres*, quae officiorum scenicorum vacationem impetraverant religionis obtentu, si quaestum corpore fecissent, in scenam revocabantur, ut scenica praestarent ministeria, verum *ministeria* nonnisi *ludicra*, poenae ergo, illis deputabantur, id est, non repraesentabant nisi γραΐδια, quae ridicula erant, ut γραΐδια λυκαίνια ἢ οἰκουρά. Volebant igitur Imperatores, ut ad officia scenae revocarentur, illisque *ministeria ludicra* deputarentur, id est, ut cogerentur *ridiculas anus* repraesentare, donec ipsae revera senectute fierent deformes, nec tunc tamen absolverentur, quanquam non possent non pudice, quod aevi reliquum supererat, agere propter senectutem & deformitatem: Putamus igitur in *Lege* unicam vocem transponendam esse hoc modo. *Detracta in pulpitum sine spe absolutionis ullius, ibi eousque permaneat anus ridicula, donec senectute deformis.* Inter histriones tamen infames non censebantur, qui agebant *Atellanas*, de quibus, earumque *Exodiis* pauca dicemus: *Exodia Atellanarum* in fabularum fine non dicebantur, sive potius jactabantur, & plane erant alia & diversa ab *Atellanis*, quibus conserta erant, fabulis *Exodia*: id liquet manifesto e Livii verbis *Lib. VII. C.* 2. *Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, & paullatim ludus in artem verterat, juventus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cepit, quae inde* Exodia *postea appellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt.* Ex his duo ista elicimus, quorum prius est, *Exodia* ista non 76.
fuisse de argumento fabularum, sed iis tantum inserta; alterum est, non jactitata fuisse in fine fabularum, sed sparsim conserta fuisse fabulis. Objicies Scholiastem Juvenalis docere *Exodiarios* intrasse in fine ludorum. Verum id quidem est, illud dici a Scholiaste, sed nimirum ille confundit *Atellanas* fabulas cum *Exodiis*, quae illis erant conserta. *Atellanae* enim fabulae docebantur in fine ludorum, ut postea dicemus. Opponi quoque potest ratio nominis: *Exodium* namque exitum significat, & in ludis scenicis μέλος τι Ἐξόδιον appellatur, ὃ ἐξιόντες ᾖδον. Sed *Exodia Atellanarum* alia ratione dicebantur, ut constat e Livio, *verbis laudatis*: ex quo enim risus atque solutus jocus a re fabularum avocatus est, *Exodia*, quae risus & solutus ille jocus ridiculaque sunt, exinde dici ceperunt, quasi dicas, quae ἐξοδικῶς, id est, obiter & praeter argu-

mentum

mentum fabulae jactitata sunt: neque enim de argumento *Atellanarum* fabularum erant *Exodia*; verum illis inserebantur. Significat hic igitur *Exodium* τὸ ὁδοῦ πάρεργον, quod non est de fabulae argumento, sed illi inseritur: Constat e Livii verbis *Exodia* esse jocularia & ridicula versibus intexta, quae *juventus* inter se more antiquo jactitabant; ac primum quidem, ut paullo ante docet Livius, inconditis inter se jocularia fundentes versibus cepere. Postea non sicut ante Fescennino versu similem incompositum temere ac rudem alternis jaciebant, sed impletas modis satyras descripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. Demum ubi Livius post aliquot annos a Satyris ausus est primus argumento fabulam serere, atque ita fabularum res a risu & soluto joco avocata est, & ludus in artem vertit, *juventus* histrionibus fabularum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula versibus intexta jactitare cepit, quae exinde *Exodia* postea appellata sunt, consertaque fabulis potissimum *Atellanis*. Vera haec sunt & ὑπάλληλα *Exodiorum* principia, itemque verum *Exodiorum* argumentum, jocularia nempe & ridicula versibus intexta, sed antiqua simplicitate, quam designat Donatus his verbis. *Atellanae salibus & jocis compositae, quae in se non habent nisi vetustam elegantiam.* Hinc dicebantur ἀρχαιολόγοι. Glossae. *Atellani*, σκηνικοὶ, ἀρχαιολόγοι, βιολόγοι. Quod autem βιολόγοι appellantur, non inde est, quod in *Exodiis* sententias βιωφελεῖς ad vitam utiles jacerent, sed quia repraesentabant & ludebant τὰ γελοῖα & opprobria φαυλοτέρων (e quibus certe non negamus posse comparari πολλὰ, ut loquitur Epicharmus, πολλὰν ζωὰν χρήσιμα. Nam

—— teneros animos aliena opprobria saepe
Exterrent vitiis.)

Id liquet maxime ex eo quod eadem fuerant olim *Exodia* cum Satyra, ut auctor est T. Livius, at certe Satyra tangit & carpit hominum, etiam singulorum καὶ ὀνομαστὶ opprobria & γελοῖα. Quod factitatum in *Exodiis* fuisse nullus dubito, & en tibi exemplum apud Suet. *in Tiberio* [C. 45.] de obscoenitate oris hirsuto atque olido illi seni exprobrata. *Unde nota in* Atellanico Exodio *proximis ludis assensu maximo excepta, percrebuit: Hircum vetulum capris naturam ligurrire.* En tibi aliud apud Juvenal. *Sat. VI*, 71.

Urbicus Exodio *risum movet* Atellanae,
Gestibus Autonoës.

Quae verba ita interpretor, Mimum movisse spectatoribus risum, cum in alicujus *Atellanae* fabulae *Exodio* ad manum saltaret nescio cujus Autonoës opprobria & ridicula quaedam. Sed jam quoque de *Atellanis* fabulis pauca dicenda,
77. ut doceamus quinam illi sint qui *Exodia* jactarent, quae *Atellanis* fabulis intertexta, & sparsim conserta fuisse e Livio diximus. Graecorum Satyrico dramati respondet *Atellana* fabula. Diomedes *Libro III.* [*p.* 487.] *Tertia species est, fabularum Latinarum, quae a civitate Oscorum Atella, in qua primum coeptae, Atellanae dictae sunt, argumentis dictisque jocularibus similes Satyricis fabulis Graecis.* & paulo post: *Latina Atellana a Graeca Satyrica differt, quod in Satyrica fere Satyrorum personae inducuntur, aut si quae sunt ridiculae similes Satyris, Autolycus, Burrhi.* (ita alibi emendavimus) *In Atellanae Oscae personae, ut Maccus.* Neque tantum argumento inter se conveniunt Satyrica dramata Graecorum *Atellanaeque*, Latinorum fabulae, sed etiam quod cum hae tum illa editis Tragicis dramatis subjiciebantur. Diomedes de Satyricis: *Satyrica est apud Graecos fabula, in qua item Tragici Poëtae non Reges aut Heroas, sed Satyros induxerunt, ludendi caussa jocandique, ut simul spectator inter res Tragicas seriasque, Satyrorum quoque jocis & lusibus delectaretur, ut & Horatius sensit his versibus,*

Carmine qui Tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agrestes Satyros nudavit, & asper
Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod
Illecebris erat & grata novitate morandus
Spectator.

Idem

Idemque videtur non obscure Horatius [*A. P. vs.* 227.] significare, cum de Satyricis salibus praecipiens, his utitur verbis,

Ne quicumque Deus, quicumque adhibebitur Heros,
Regali conspectus in auro nuper & ostro,
Migret in obscoenas humili sermone tabernas.

Atellanas fabulas, quae *Exodiis* erant consertae & intertextae, post Tragicorum dramatum commissiones, datas fuisse probant Scholiastae Juvenalis verba [*Satir. III*, 175.] *Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret: ut quicquid lacrymarum atque tristitiae coegissent ex Tragicis affectibus hujus spectaculi risus detergeret.* Istas autem *Atellanas* fabulas, & iis sparsim conserta *Exodia* tenuit olim Romana *juventus*. Livius *loco laudato* addit iis quae descripsimus. *Quod genus ludorum* (fabularum *Atellanarum*) *ab Oscis acceptum tenuit* juventus; nec *ab histrionibus pollui passa est.* Postea tamen illas fabulas egerunt histriones, & earum *Exodia* jactitarunt. Sed & hi histriones, qui *Atellanas* docebant, inter ceteros ludiones honestissimi, & cum caeteri, *qui artis ludicrae, pronunciandive caussa in scenam prodirent, infamia notarentur*: ut est in Edicto Praetoris *l.* 1. *D. De his, qui notantur infamia*, neque pro civibus haberentur, *Atellanarum* actores omni nota vacui erant. Livius: *Eo institutum manet, ut actores* Atellanarum *nec tribu moveantur, & stipendia tanquam expertes artis ludicrae faciant.* Valerius Maximus *Libro II. Cap.* 1. *Atellani autem ab Oscis acciti sunt, quod genus delectationis Italica severitate temperatum, ideoque vacuum nota est: nam neque tribu movetur, neque a militaribus stipendiis repellitur.* Quinam autem histriones isti sint, & quo nomine designati videamus. Putamus itaque histriones illos esse, qui *juvenes* appellantur, & quorum ludos meminerunt veteres Inscriptiones: & de his Callistratus Libro VI. de Cognitionibus apud Jurisconsultos *l.* 28. §. 3. *D. de Poenis. Solent quidam, qui vulgo se juve-* 78.
nes appellant, in quibusdam civitatibus turbulentissimis se acclamationibus popularium accommodare. Omnino enim hos *juvenes* ad ludos histrioniamque pertinere, [1] evincunt sequentia paulo post verba: nam *spectaculis eis interdicitur*, si turbas in Theatro fecerint. Sed frustra sunt Viri eruditissimi, qui *juvenes* istos ad Neronis institutum referunt, qui delectos Equites, quos *juvenes Augustanos* appellari voluit, ut constat e comparatis Suetonii *Nerone* [C. 20. & 25.] & Taciti *Annalium Libro XIV.* [C. 15.] locis, habuit, qui plausus ederent: nam *juvenes* isti, de quibus Callistratus, si quid peccati fecissent, quo in poenam incurrerent, *fustibus caesi dimittuntur*, inquit Jurisconsultus. At vero haec poena hominum tenuiorum erat, ut constat e verbis Callistrati *hac ipsa Lege* §. 2. *Non omnes fustibus caedi solent, sed hi dumtaxat, qui liberi sunt, & quidem tenuiores homines.* Non ergo poena erat Equitum, ac proinde *juvenes* isti non sunt Equites illi *Augustani juvenes* dicti, de quibus Tacitus & Suetonius. Cum autem constet *juvenes* hos histriones fuisse, & rursum histriones omnes, praeter *Atellanarum* actores, infamia notatos, & tribu motos fuisse: *juvenes* vero istos inter liberos homines & famae integros, sed tenuiores censitos fuisse (quod liquet ex eo quod *caesi fustibus dimittantur.*) inde quoque constabit, meo quidem judicio, histriones istos, qui *juvenes* dicuntur, *Atellanarum* actores fuisse, ut qui essent omni nota vacui. Ita autem appellatos fuisse existimo, ut vel saltem nomine referrent eos, qui primi *Atellanarum*, quibus conserta erant *Exodia*, ludos tenuerant, *juventutem* nempe Romanam. Callistrati autem verba de *juvenibus*, ad scenicos tantum ludos referimus. Nemo autem ignorat, histrio-

1 Imo vero non evincunt. Justa conclusione id solum inde confeceris, spectaculis eos *juvenes* interfuisse: histriones aut Atellanarum actores egisse, nunquam. Fortassis etiam, si Legis verba penitius consideraveris, alia omnia apparebunt. Atellanis praecipuus honor Romae erat. Haec, de quibus *Callistratus*, extra eam urbem gesta fuerunt; ait enim *in quibusdam civitatibus*; in quibus turbarum hi faces & signiferi, cum *juvenes* essent & appellarentur, Romam utique referri commode haud possunt, neque adeo *juvenum* is titulus Atellanarum actoribus fuit proprius. Id vero novum atque inauditum, *populares dici spectatores, quia in popularibus sedebant.* Cui opinioni alius auctor erit quaerendus: nam *Ulpianus* L. 1. §. 12. D. de Offic. Praefecti Urbi. auctoritatem defugiet, *popularium* voce haud aliter usus ac *Suetonius* Domit. C. 4.

ſtriones invicem de victoria certaſſe, quae victoria, non virtute ſemper, ſed etiam ſavore parabatur, & affectu in hunc vel illum hiſtrionem, aut Poëtam, qui fabulam docebat, aut Choragum, qui ſumptum faciebat, itaque ſavitores delegabant, qui in ſubſelliis & cuneis Theatri ſedentes applaudebant huic vel illi hiſtrioni, & extorquebant plauſum ſpectatorum, quos *Popularium* nomine intelligit Calliſtratus, ut & Ulpianus *l.* 1. *§.* 12. *D. de Officio Praefecti Urbi. Quies quoque* Popularium, *& diſciplina ſpectaculorum ad Praefecti Urbi curam pertinere videtur.* Appellant *Populares*, quia in *popularibus*, ut Suetonius in *Domitiano* [C. 4.] loquitur, ſedebant. Plauſus autem iſte comites ſaepe habebat rixas atque verbera. Quare providendum erat, ne quis hiſtrioni in ſcena agenti operam ſuam navaret in edendo plauſu, eliciendoque illo *Popularium*, id eſt, ſpectatorum clamore. At, ut liquet e Calliſtrato, *juvenes* id praeſtabant hiſtrionibus, & Theatrum ſuo plauſu commovebant, ut ſpectatores ſuum darent ei hiſtrioni, cui *juvenes* applaudebant, & factum vellent. Quia autem *juvenes* non agebant *Atellanas*, niſi in fine ludorum, poterant illi inter ſpectatores ſedere, ut eſſent ſigniferi motuum & clamorum Theatralium, in gratiam illius hiſtrionis, aut Poëtae, cui ſtudebant, & poſt cujus commiſſam fabulam ii *Atellanam* edebant.

XXXV. Quam licenter Comici apud Athenienſes, quo jure quave injuria, bonos malos carperent & vexarent, notum eſt omnibus vel ex unius pagellae Ariſtophanis lectione, neque Magiſtratus ipſi, qui Reipublicae praeerant, ab
79. illorum cenſura erant immunes, [1] quod cum grave atque iniquum videretur, ut par erat, Lege cautum ne id poſterum auderent Comici:

Τὸν Ἄρχοντα μὴ φανερῶς κωμῳδεῖν.	*Magiſtratui in Comoedia convicium palam ne facito.*

Legitur haec Lex apud Graecum Ariſtophanis Interpretem ad *Nubes* [*vſ.* 31.] παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ νόμος, φανερῶς ἐκώλυε τὸν Ἄρχοντα κωμῳδεῖν. [2] Qui enim Magiſtratum carpebat, toti urbi convicium faciebat, quod cum feciſſet dramate, cui titulus eſt *Babyloniis* Ariſtophanes, dicam ei ſcripſit Cleon. Interpres Comici *ad Acharnenſes* [*vſ.* 377.] Βαβυλωνίοις δράματι πολλοὺς κακῶς εἶπεν. ἐκωμῴδησε γὰρ τάς τε κληρωτὰς καὶ χειροτονητὰς ἀρχὰς, καὶ Κλέωνα, παρόντων τῶν ξένων. καὶ διὰ τοῦτο ὀργισθεὶς ὁ Κλέων, ἐγράψατο αὐτὸν ἀδικίας εἰς τοὺς πολίτας, ὡς εἰς ὕβριν τοῦ δήμου ταῦτα πεποιηκότα. Quare damnati ſerio ſunt, qui jocoſe ſcripſerant. Hinc intelligenda Apollonii verba, quae leguntur in Scholiis Comici *ad Ranas* [*vſ.* 504.] Ἀπολλώνιος δὲ οὐ κακῶς ὑπονενοῆσθαί φησι, τὸ κωμῳδεῖσθαι ἵνα. ἴσως δὲ ὅτι ἦρχε, διὰ τοῦτο οὐκ ὠνομάσθη, ἢ ὀλίγον πρότερον εἰρῆσθαι. Καλλίας γὰρ ὁ Ἱππονίκου ἐν Μελίτῃ ᾤκει. Callia autem Praetore Ranas docuit Ariſtophanes, unde dixit tantum,

Μὰ Δί', ἀλλ' ἀληθῶς οὐκ Μελίτης μαστιγίας.

Neque Calliam Archontem notavit δἰ ὀνόματος. Quando autem lata fuerit haec Lex, inquiramus. *Babylonios* docuit Ariſtophanes, ut alibi probavimus, anno ſecundo Olympiadis octogeſimae octavae, Praetore Athenis Euclide; eo dramate ἐκωμῴδησε τάς τε κληρωτὰς καὶ χειροτονητὰς ἀρχὰς, καὶ Κλέω-

1 Colorem convitiandi Comicorum libidini hunc Solon dat, ut objurgati ad meliorem frugem redirent, ceteri vero ſibi caverent, ne ſimilium facinorum reprehenſionem commereantur. Τοῖς δέ γε κωμῳδοῖς καὶ ἀποσκώπτειν καὶ λοιδορεῖσθαι ἐφίεμεν ἐς τοὺς πολίτας, οὓς ἂν αἰσχρὰ καὶ ἀνάξια τῆς πόλεως ἐπιτηδεύοντας αἴσθωνται, αὐτῶν τε ἐκείνων χάριν, ἀμείνους γὰρ οὕτω γίγνονται ὀνειδιζόμενοι, καὶ τῶν πολλῶν, ὡς φεύγοιεν τὸν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις ἔλεγχον. in *Luciani* Anacharſide. C. 22.

2 Magiſtratum male dictis qui lacerant, legum quoque contemptum prae ſe ferunt. Optime *Julianus* Imperator Miſopog. p. 342. B. Οἱ νόμοι φοβεροὶ διὰ τοὺς ἄρχοντας. ὥστε ὅστις ἄρχοντα ὑβρίζει, οὗτος ἐκ περιουσίας τοὺς νόμους καταπατεῖ.

Κλέωνα, παρόντων τῶν ξένων. Quo nomine dicam illi scripsit, ea autem erat ἀδικίας εἰς τοὺς πολίτας. nempe nondum Lex ista erat scripta, & Cleonis si forte, de caussa, anno ab hinc tertio lata est: nam anno quarto Olympiadis octogesimae octavae, Stratocle Archonte, Lenaeis docuit *Equites* Aristophanes, quo invehitur in Strategum Cleonem. Ergo anno primo Olympiadis octogesimae nonae lata est: nam certe obtinebat Lex haec anno secundo Olympiadis octogesimae nonae, Aminia Archonte, quando docuit τὰς δευτέρας Νεφέλας [*vs.* 31.] e quibus ista leguntur, quae indicant jam tum hanc Legem latam fuisse:

Τρεῖς μναῖ δίφρίσκου, καὶ τροχοῖν Ἀμυνίᾳ.

Scholia: τότε γὰρ ἦρχεν Ἀμυνίας Προνάπου υἱός. ἐκεῖνον οὖν ἐπισκῶψαι θελήσας, παρέτρεψε τὸ ι εἰς τὸ υ, καὶ παρεγραμμάτισε γελοίως. ἐπεὶ παρ᾽ Ἀθηναίοις ὁ νόμος, φανερῶς ἐκώλυε τὸν Ἄρχοντα κωμῳδεῖν. Ἀμυνίαν δὲ αὐτὸν εἶπεν, ἀντὶ τοῦ Ἀμινίαν.

XXXVI. Cum antiquae Comoediae libertas in vitium excidisset, & vim dignam Lege regi, Olympiade octogesima quinta, Praetore Athenis Myrichida, ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν ἐγράφη. Quod tamen antiquatum est, cum Euthymenes Athenis Archon esset, anno quarto ejusdem Olympiadis octogesimae quintae. Anonymus in Descriptione Olympiadum ad hunc annum, τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν γραφὲν ἐπὶ Μυριχίδου ἐλύθη. Idem testantur Comici Scholia *ad Acharnenses* [*vs.* 67.] sed locus male affectus est, nos medebimur: ἐπ᾽ Εὐθυμένους Ἄρχοντος κατελύθη τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν γραφὲν ἐπὶ Μορυχίδου (scribe Μυριχίδου,) καὶ ἴσχυσεν ἐκεῖνόν τε τὸν ἐνιαυτὸν καὶ δύο τοὺς ἑξῆς, Επιγίνου, (lego [1] Γλαυκίδου. nam Diodoro Siculo & Anonymo in Descriptione Olympiadum, hic est Archon anni secundi Olympiadis octogesimae quintae, a quo ἀρχὴ τοῦ Κορινθιακοῦ πολέμου,) τε καὶ Θεοδώρου, μεθ᾽, οὓς ἐπ᾽ Εὐθυμένους κατελύθη. Postea omnino vetitum est cui- 80.
quam expresso nomine in Comoedia convicium facere.

Μὴ κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος.	*Nemini in Comoedia expresso nomine convicium facito.*

Meminit hujus [2] Legis, sed non solus, Hermogenes περὶ στάσεων [*Sect.* 13. *p.* 75.] ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν ὁ νόμος ἐκώλυσεν. Horatius *Epistola ad Augustum* [*vs.* 145.]

Fescennina per hunc inventa licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit,

Liber-

1 Archontis id nomen ita instaurari oportere, docuit & *Jo. Meursius* L. III. de Archontibus C. I.

2 Fuit & alia lex, neglecta a Petito, de Comoediis.

Τὸν τεθνηκότα μὴ κωμῳδεῖν.

Habet eam Scholiastes *Aristophanis* ad haec verba Εἰρήνης v. 647.

— — Ταῦτα δ᾽ ἦν ὁ δρῶν
Ὁ βυρσοπώλης. ΤΡ. παῦε, παῦ᾽, ὦ δέσποθ᾽
Ἑρμῆ, μὴ λέγε.

Inhumanum enim atque inclemens jure videbatur, vita functos famoso carmine proscindere, & conviciis quasi ab inferis evocare. Jac. Palm.

Ibid. Petitus eam neglectui non habuit. Haud enim alia est, ac τοῦ τεθνηκότα μὴ κακῶς ἀγορεύειν, qua de L. VI. Tit. 8. Κωμῳδεῖν apud Comici Scholiastem idem est atque κακῶς λέγειν, ut saepe. *Strabo* L. IX. p. 628. A. de Hesiodo, Ascram patriam suam traducente, ἣν καὶ κεκωμῴδηκεν αὐτὸς ἐκεῖνος. Vide Cel. *Jac. Perizon.* in *Aelian.* II, 13. Desit autem hic lex, μηδένα ποιεῖν κωμῳδίας Ἀρεοπαγίτην, *ne quis Areopagitarum Comoediam doceret*, apud *Plutarch.* de Glor. Athen. p. 348. B.

Libertasque recurrenteis accepta per annos
Lusit amabiliter: donec jam saevus apertam
In rabiem verti cepit jocus, & per honestas
Ire domos impune minax. doluere cruento
Dente lacessiti, fuit intactis quoque cura
Conditione super communi. quin etiam Lex,
Poenaque lata, malo quae nollet carmine quenquam
Describi.

Idem *ad Pisones* [*vs.* 281.]

Successit vetus his Comoedia non sine multa
Laude; sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam Lege regi. Lex est accepta, Chorusque
Turpiter obticuit, sublato jure nocendi.

Donatus: *Vetus Comoedia* ἐπώνυμος *dicta est, quia inest in ea velut historica fides verae narrationis, & denominatio omnium, de quibus libere describebatur. Etenim per priscos Poëtas, non, ut nunc, penitus ficta argumenta, sed res gestae a civibus palam cum eorum saepe, qui gesserant, nomine decantabantur. Sed cum Poëtae abuti licentius stylo, & passim laedere ex libidine cepissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponeret, Lege lata siluere.* Legem hanc tulit Antimachus Poëta Aristophanis aequalis. Comici Interpres [*ad Acharnens. vs.* 1149.] ἐδόκει δὲ ὁ Ἀντίμαχος ἀπὸ ψήφισμα, imo potius Legem, πεποιηκέναι μὴ δεῖν κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος. Idque intra nonagesimam septimam Olympiadem: Nam post Olympiadem nonagesimam septimam Cocalum & Aeolosicona fabulas scripsit Aristophanes. Plutus enim postrema est fabularum, quas ipse docuit, acta anno quarto Olympiadis nonagesimae septimae, Antipatro Archonte, antequam ederentur Cocalus & Aeolosicon, ut est *in argumento Pluti*: atqui ἔγραψε Κώκαλον, inquiunt veteres Magistri, ψηφίσματος γενομένου, ὥστε μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τινα. Praeterea ipse Πλοῦτος δεύτερος (etsi etiam prior, [1] cujus hic δεύτερος διασκευὴ tantum est, ἐνεωτέριζε κατὰ τὸ πλάσμα· τήν τε γὰρ ὑπόθεσιν ὡς ἀληθῆ εἶχε,) propter hanc Legem χορῶν ἐστέρηται, Chorum non habet, (quem tamen habebat ὁ πρῶτος Πλοῦτος,) ut neque Cocalus & Aeolosicon Aristophanis, neque Nova Comoedia omnis: nam

—— *Lex est accepta, Chorusque*
Turpiter obticuit, sublato jure nocendi.

Quia hac praecipue erant Chori, λοιδορεῖν, τοὺς κακῶς πράττοντας διαβάλλειν, καὶ ὥσπερ δημοσίᾳ μάστιγι τῇ κωμῳδίᾳ κολάζειν. Quare in-
81. tra nonagesimam septimam Olympiadem videtur scripta haec Lex ante editionem τοῦ δευτέρου Πλούτου. Ante nonagesimam septimam Olympiadem lata non est, quia τὰς Ἐκκλησιαζούσας drama, quod Chorum habet, καὶ τωθασμὸν ἐξ ὀνόματος, docuit anno quarto Olympiadis nonagesimae sextae, Archonte Demostrato μετ' Εὐβουλίδην. Ergo non ante, neque post Olympiadem nonagesimam septimam, sed intra ipsam rogata & lata est haec Lex. Cui qui impune fraudem facere volebant, nomina omittebant, personas servabant, id est, larvas, quibus singuli, quos traducebant, exprimebantur, quod αὐτοπροσώπως κωμῳδεῖν dicebant; non nominabantur enim ea ratione, sed repraesentabantur tantum; unde lites saepe atque controversiae. Hermogenes *loco laudato*: αὐτοπροσώπως εἰσάγων τοὺς κωμῳδουμένους, ὑπάγεται τῷ νόμῳ, ὡς ὀνομαστὶ κωμῳδῶν. Quanquam etiam, dum licebat ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν,

1 Vide Petiti nostri L. 1. Miscellan. C. 16.

δεῖν, licebat quoque αὐτοπροσώπως. atque id ita fiebat. Habes *in Excerptis* Platonii: ἐν μὲν γὰρ τῇ παλαιᾷ κωμῳδίᾳ εἴκαζον τὰ προσωπεῖα τοῖς κωμῳδουμένοις, ἵνα πρὶν ἢ καὶ τοὺς ὑποκριτὰς εἰπεῖν ὁ κωμῳδούμενος ἐκ τῆς ὁμοιότητος τῆς ὄψεως κατάδηλος ᾖ. Huc pertinet quod in Aristophanis Vita legitur, habeturque partim *in Equitum Argumento*: καὶ γράψας κατὰ Κλέωνος τοὺς Ἱππέας, ἐν οἷς διελέγχει αὐτοῦ τὰς κλοπὰς καὶ τὸ τυραννικὸν, οὐδενὸς δὲ τῶν σκευοποιῶν τολμήσαντος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ σκευάσαι δι' ὑπερβολὴν φόβου ἅτε δὴ τυραννικοῦ ὄντος, μηδὲ τὴν ὑποκρίνεσθαι τινος τολμῶντος, δι' ἑαυτοῦ Ἀριστοφάνης ὑπεκρίνατο αὐτοῦ τὸ πρόσωπον μίλτῳ χρίσας. καὶ αἴτιος αὐτῷ γέγονε ζημίας πέντε ταλάντων ἃ ὑπὸ τῶν Ἱππέων κατεδικάσθη. Itaque cum Lege sublata est libertas τοῦ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν, sublata quoque & haec est, τοῦ αὐτοπροσώπως. Quare neque in Media neque in Nova Comoedia usurpatum est αὐτοπροσώπως κωμῳδεῖν. Platonius *ibidem*: ἐν δὲ τῇ μέσῃ καὶ νέᾳ κωμῳδίᾳ, ἐπίτηδες τὰ προσωπεῖα πρὸς τὸ γελοιότερον ἐδημιούργησαν, δεδοικότες τοὺς Μακεδόνας, καὶ τοὺς ἐπηρτημένους ἐξ ἐκείνων φόβους. ἵνα δὲ μὴ ἐκ τύχης τινὸς ὁμοιότης προσώπου συμπέσῃ τινὶ Μακεδόνων Ἄρχοντι, καὶ δόξας ὁ ποιητὴς ἐκ προαιρέσεως κωμῳδεῖν, δίκας ὑπόσχῃ.

XXXVII. Vetustissima Atheniensium Lege *Musica* distributa erat in species suas, quas non licebat temere confundere; qui secus fecisset, in illum a peritis artis ad hanc rem constitutis, judicio peracto, animadvertebatur.

Τὴν μουσικὴν κατὰ εἴδη ἑαυτῆς διαιρεῖσθαι, καὶ οὐκ ἐξεῖναι ἄλλῳ εἰς ἄλλο καταχρῆσθαι μέλους εἶδος.	*Musica in sua genera distribuitor, eaque ne invicem permutantor.*

Meminit hujus Legis Plato *Libro III. de Legibus* [*p.* 700. *B.*] οὐκ ἦν, ὦ φίλοι, ἡμῖν ἐπὶ τῶν παλαιῶν νόμων ὁ δῆμός τινων κύριος, ἀλλὰ τρόπον τινὰ ἑκὼν ἐδούλευε τοῖς νόμοις. ΜΕΓ. ποίοις δὴ λέγεις; ΑΘΗΝ. τοῖς περὶ τὴν Μουσικὴν πρῶτον τὴν τότε· ἵνα ἐξ ἀρχῆς διέλθωμεν τὴν τοῦ ἐλευθέρου λίαν ἐπίδοσιν βίου. διῃρημένη γὰρ τότε ἦν ἡμῖν ἡ Μουσικὴ κατὰ εἴδη τε ἑαυτῆς ἄττα καὶ σχήματα. καί τι ἦν εἶδος ᾠδῆς, εὐχαὶ πρὸς Θεούς· ὄνομα δὲ Ὕμνοι ἐπεκαλοῦντο· καὶ τούτῳ δὴ τὸ ἐναντίον ἦν ᾠδῆς ἕτερον εἶδος· Θρήνους δέ τις ἂν αὐτοὺς μάλιστα ἐκάλεσε· καὶ Παίωνες, ἕτερον· καὶ ἄλλο, Διονύσου Γένεσις, οἶμαι, διθύραμβος λεγόμενος. νόμους τε αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα ἐκάλουν, ᾠδὴν ὥς τινα ἑτέραν· ἐπέλεγον δὲ κιθαρῳδικούς. τούτων δὴ διατεταγμένων, καὶ ἄλλων τινῶν, οὐκ ἐξῆν ἄλλῳ εἰς ἄλλω καταχρῆσθαι μέλους εἶδος. τὸ δὲ κῦρος τούτων γνῶναί τε καὶ ἅμα γνόντα δικάσαι, ζημιοῦν τε αὖ τὸν μὴ πειθόμενον, οὐ σύριγξ ἦν, 2. οὐδέ τινες ἄμουσοι βοαὶ πλήθους, καθάπερ τανῦν, οὐδ' αὖ κρότοι ἐπαίνους ἀποδιδόντες· ἀλλὰ τοῖς μὲν γεγονόσι περὶ παίδευσιν, δεδογμένον ἀκούειν ἦν αὐτοῖς μετὰ σιγῆς διὰ τέλους. παισὶ δὲ καὶ παιδαγωγοῖς καὶ τῷ πλείστῳ ὄχλῳ, ῥάβδου κοσμούσης ἡ νουθέτησις ἐγίγνετο. Verum haec Lex, non decreto jussoque, sed tacito illiteratoque Atheniensium consensu obliterata est, Poëtis omnia susque deque habentibus. Plato *ibidem*: μετὰ δὲ ταῦτα, προϊόντος τοῦ χρόνου, ἄρχοντες μὲν τῆς ἀμούσου παρανομίας ποιηταὶ ἐγίγνοντο. Judiciumque non penes sapientes fuit, sed penes vulgus. Plato: καὶ ἀντὶ ἀριστοκρα-

στοκρατίας ἐν αὐτῇ θεατροκρατία τις πονηρὰ γέγονεν. Theatri nomine, ut & saepe Aristoteles illos indigetat, qui spectatum admissi fuerant. Quanquam tamen e veteri more judices dati sunt his Musicorum Ludis: ita Comicorum natio a [1] quinque judicibus judicabatur, iisque juratis. Bacchus judex apud Comicum *Ranis* [*vs.* 895.]

> Ἴθι νυν λιβανωτὸν δεῦρό τις καὶ πῦρ δότω,
> Ὅπως ἂν εὔξωμαι πρὸ τῶν σοφισμάτων,
> Ἀγῶνα κρῖναι τόνδε μουσικώτατα.

Idem Comicus ἐκκλησιαζούσαις [*vs.* 1150.]

> —— ἀλλ' ἁπλῶς ταυτὶ χρὴ μεμνημένους
> Μὴ 'πιορκεῖν· ἀλλὰ κρίνειν τοὺς χοροὺς ὀρθῶς ἀεί.

Tragicorum vero judices decem erant, jurati & hi quoque, forte ab Archonte capti, e singulis tribubus unus, ut e Plutarchi narratione *in Cimone* [*p.* 483.] constat. Horum judicum meminit Aristoteles *Libro III. Rhetoric.* [*C.* 14. *p.* 146.] qui refert Euripidem publice aliquando accusatum, provocasse ad Theatri Judices, apud quos, si qua minus honeste, aut pie, & probe dicta videbantur, caussam dicebant, & multabantur: ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ ἀντιδόσει κατηγοροῦντα, ὡς ἀσεβής, ὅς γε ἐποίησε κελεύων ἐπιορκεῖν,

> Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Ἔφη γὰρ αὐτὸν ἀδικεῖν τὰς ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἀγῶνος κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα. ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν δεδωκέναι λόγον ἢ δώσειν εἰ βούλεται κατηγορεῖν. Si praeter aequum pronunciasse convincebantur, a judicibus aliis, ad quos videtur provocatum, multabantur. Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. [*p.* 87.] καὶ τοὺς μὲν κριτὰς τοὺς ἐκ Διονυσίων, ἐὰν μὴ δικαίως τοὺς κυκλίους χοροὺς κρίνωσι, ζημιοῦτε. Sed hi judices, qui antiquum morem repraesentabant quidem, idem auctoritatis non habebant cum antiquis. Veteres enim illi nihil ad gratiam spectatorum faciebant, sed illorum auctoritate, τῷ θεάτρῳ ῥάβδου κοσμούσης ἡ νουθέτησις ἐγίγνετο, factum vero aliquando, ut hi juberentur a populo victorem illum renunciare qui favebat. Aelianus *Variae Libro II. cap.* 13. de Aristophanis *Nebulis*: ἄκουσμα ἔδοξεν ἥδιστον αἵδε αἱ Νεφέλαι, καὶ ἐκρότουν τὸν ποιητὴν ὡς οὔποτε ἄλλοτε, καὶ ἐβόων νικᾶν, καὶ προσέταττον τοῖς κριταῖς ἄνωθεν Ἀριστοφάνην, ἀλλὰ μὴ ἄλλον, γράφειν.

XXXVIII. Cum populus in Theatrum conveniret ad spectacula, de sedibus, quas occuparent, inter populares rixas oriri, mirum sane non est, eas tamen tolli voluerunt Athenienses, atque Archonti εὐκοσμίαν spectatorum curae esse, Lege hac in eam rem lata:

83. [2] Εὐκοσμίαν ἔχειν ἐν τοῖς θεάτροις· *Spectatores sine rixa in Theatro sedento:*

1 Hinc repetunt frequens illud, Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι κεῖται *Zenobius* III, 64. *Hesychius*, *Suidas*. *Demostheni* in Midian. p. 324. judices hi οἱ ἐν θεάτρῳ κριταί. Confer Schol. in Comici Aves vs. 445., & quae notavit *H. Valesius* in Maussaci Dissert. *Harpocrationi* junctam p. 82.

2 Difficulter mihi persuadeo, haec Legis fuisse verba: ex *Demosthene* id quidem non apparet, docente quietem theatri & disciplinam spectaculorum ad curam Archontis pertinuisse, ejusque jussu praeconem pronuntiasse, εὐκοσμίαν ἔχειν ἐν τοῖς θεάτροις. Porro in verbis ipsis, ut legitima viderentur, scribi ἂν ᾖ μὴ στάσις oportuerat.

τὸν Ἄρχοντα τοῖς ὑπηρέταις ἐξείργειν τὸν μὴ πειθόμενον εἰπεῖν, οὐδ' οὕτω ἐπείθετο, ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν.

dento: qui secus fecerit, Archontis jussu ab apparitoribus submovetor: ni paret, mulctator.

Archon ad ἀκοσμίαν sedentium in Theatro, per praeconem jubebat, modeste & sine tumultu aut rixa sedere atque spectare. Qui praeconio non paruisset, ab Archontis apparitoribus submovebatur: Si nil minus turbas daret, ab Archonte multabatur: Legem hanc descripsit Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Μειδίου [p. 369.] ἕτερος ἀδικεῖν ποτ' ἔδοξεν ὑμῖν περὶ τὰ Διονύσια, καὶ κατεχειροτονήσατε αὐτοῦ, παρεδρεύοντος Ἄρχοντι τῷ υἱεῖ, ὅτι θέαν τινὸς καταλαμβάνοντος ἥψατο, ἐξείργων ἐκ τοῦ θεάτρου. ἦν δ' οὗτος, ὁ τοῦ βελτίστου πατὴρ Χαρικλείδου τοῦ ἄρξαντος. καὶ μέγα γ' ὑμῖν τοῦτο ἐδόκει, καὶ δίκαιον ἔχειν ὁ προβαλλόμενος λέγειν, εἰ κατελάμβανον, ἄνθρωπε, θέαν. καὶ εἰ μὴ τοῖς κηρύγμασιν, ὡς σύ με φῇς, ἐπειθόμην, τίνος ἐκ τῶν νόμων εἶ κύριος, καὶ ὁ Ἄρχων αὐτός; τοῖς ὑπηρέταις ἐξείργειν εἰπεῖν, οὐκ αὐτὸς τύπτειν. οὐδ' οὕτω πείθομαι; ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν. Ulpianus: ἐκήρυττε γὰρ ὁ Ἄρχων διὰ τοῦ κήρυκος ἀκοσμίαν ἔχειν ἐν τοῖς θεάτροις. τίνος ἐκ τῶν νόμων εἶ κύριος, [τουτέστιν, οὐ σοὶ παρέδρῳ δεδώκασιν οἱ νόμοι τὸν ἀκοσμοῦντα ἐξείργειν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτῷ τῷ Ἄρχοντι τοῦτο ἔξεστιν αὐτοχειρίως ποιεῖν, ἀλλ' ἐπιτάττειν τοῖς ὑπηρέταις. καὶ ὁ ἄρχων αὐτός;] ἀλλὰ πατὴρ εἶ, φησὶ, τοῦ Ἄρχοντος, οὐδ' αὐτὸς, οὐδ' ὁ Ἄρχων τύπτειν κύριος, ἀλλὰ προστάττειν τοῖς ὑπηρέταις ἐπέχειν τὰ γινόμενα. οὐδ' οὕτω πείθομαι; ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν.] ἀλλ' ὑπομνήσθητι τῷ ὑπηρέτῃ οὐκ ἐπείθετο ἐξείργοντι. ἐχρῆν σε ὡς μὴ πειθομένῳ ζημίαν ἐπιθεῖναι καὶ ὁρίσαι. Meminit hic semper Demosthenes Archontis, quia de *Liberalibus* agitur & sermo est, non quod, meo quidem judicio, Archon omnibus semper Ludis curet ἀκοσμίαν spectatorum, qui in Theatro sedent: sed illi curabant, qui Ludis praeerant, Magistratus, ut exempli gratia, ὁ Βασιλεὺς *Lenaeis*, Liberalibus item *Anthesteriis*, atque ita de ceteris.

Apud Romanos in Urbe, *quies popularium, & disciplina spectaculorum ad Praefecti Urbi curam pertinere videtur. l. 1. §. 12. D. de Officio Praefecti Urbi.* In Provinciis haec cura ad Praesides pertinebat. *Solent quidam, qui vulgo se juvenes appellant, in quibusdam civitatibus turbulentis se acclamationibus popularium accommodare. qui si nihil amplius admiserint, nec ante sint a Praeside admoniti: fustibus caesi dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur. quod si ita correcti, in eisdem deprehendantur, exilio puniendi sint. nonnunquam capite plectendi, scilicet cum saepius seditiose & turbulente se gesserint, & aliquotiens adprehensi, tractati clementius, in eadem temeritate propositi perseveraverint. l. 28. §. 3. D. de Poenis.*

XXXIX. Tulit Lycurgus Rhetor Legem de celebrandis Neptuno Ludis in Piraeeo: εἰσήνεγκε δὲ καὶ νόμον, ὡς

Τοῦ Ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν Πειραιεῖ, κυκλίων Χορῶν οὐκ ἔλαττον

Neptuno Ludi celebrantor in Piraeo, Choris tribus ad minimum [1] ἐγκυκλίοις

1 Χοροὶ κύκλιοι principio uni Baccho erant sacrati, deinceps tamen aliorum etiam honori tributi. Agebantur in orbem, dithyramborum cantilenis accinentibus. Quamobrem Philoxenus & Cinesias modo κυκλίων modo διθυράμβων ποιηταὶ aut κυκλιοδιδάσκαλοι, velut in *Aristophanis* Avib. vs. 1403. & Schol. Nub. vs. 332. Ran. 443., sicuti egregie docuit ad *Aelian.* x. Hist. Var. C. 6. *Jac. Perizonius*, & Dissert. ad *Phalarid.* Epist. p. 301. *Rich. Bentleius.* Aderant his choris, qui saltantium motus tibia accenderent, tibicines, *Luciano* propterea

τρῶν. δίδοσθαι μὲν τοῖς νικῶσιν οὐκ ἔλαττον δέκα μνᾶς· τοῖς δὲ δευτέροις, ὀκτώ· ἓξ δὲ τοῖς τρίτοις κριθεῖσι.

κλίοις saltantibus. Decem minae Victori praemium esto: octo ei, qui secundas: sex vero ei, qui tertias obtinuerit.

Descripsit hanc Legem Plutarchus in *Lycurgi Rhetoris Vita* [*p.* 842. *A.*]

84. XL. Athenienses gallos gallinaceos ex lege committebant in Theatro publice.

Ἀλεκτρυόνας ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους.

Galli gallinacei publice committuntor in Theatro, uno quotannis die.

Legem hanc laudat Aelianus *Variae Libro II. cap.* 28. μετὰ τὴν κατὰ τῶν Περσῶν νίκην, Ἀθηναῖοι νόμον ἔθεντο, ἀλεκτρυόνας ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους. Convocabantque populum, in his juvenes praecipue ad hoc spectaculum. Lucianus περὶ γυμνασίων [C. 37.] e Solonis persona: καίτοι τί ἂν πάθοις, εἰ θεάσαιο καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν, καὶ σπουδὴν ἐπὶ τούτοις οὐ μικράν; ἢ γελάσῃ δηλονότι καὶ μάλιστα ἢν μάθῃς ὡς ὑπὸ νόμῳ αὐτὸ δρῶμεν, καὶ προστέτακται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ παρεῖναι, καὶ ὁρᾷν τὰ ὄρνεα διαπυκτεύοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως; Commissio haec fiebat in Theatro, ut est in Lege apud Aelianum: At prius Lanistae, quos avium vocat Columella, gallos condocefaciebant ad pugnam, ut liquet ex his Aeschinis ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [*p.* 8.] οὐκ ἐνουθέτησεν ἑαυτὸν, οὐδὲ βελτιόνων διατριβῶν ἥψατο, ἀλλὰ διημέρευεν ἐν τῷ κυβείῳ, οὗ ἡ τηλία τίθεται, καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας συμβάλλουσι, καὶ κυβεύουσιν. Plato *de Legibus Libro VII.* [*p.* 789. *B.*] ἔστι τοίνυν παρ' ἡμῖν μᾶλλον τὸ τοιοῦτον κατανοεῖν, διὰ τὸ τὰς παιδιὰς αὐτόθι μειζόνως τινὰς παίζειν ἢ δεῖ. τρέφουσι γὰρ δὴ παρ' ἡμῖν οὐ μόνον παῖδες, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτεροί τινές, ὀρνίθων θρέμματα ἐπὶ τὰς μάχας τὰς πρὸς ἄλληλα ἀσκοῦντες τὰ τοιαῦτα τῶν θηρίων. πολλοῦ δὴ δέουσιν ἡγεῖσθαι τοὺς πόνους αὐτοῖς εἶναι τοὺς πρὸς ἄλληλα μετρίους, ἐν οἷς αὐτὰ ἀνακινοῦσι γυμνάζοντες. πρὸς γὰρ τούτοις, λαβόντες ὑπὸ μάλης ἕκαστος, τοὺς μὲν ἐλάττονας εἰς τὰς χεῖρας, μείζους δ' ὑπὸ τὴν ἀγκάλην ἐντὸς, πορεύονται περιπατοῦντες σταδίους παμπόλλους ἕνεκα τῆς εὐεξίας, οὔτι τῆς τῶν αὐτῶν σωμάτων, ἀλλὰ τῆς τούτων τῶν θρεμμάτων. Ludi hi Lanistarum avium erant in Sciro; nam fuisse ἐν τῷ κυβείῳ testis est omni exceptione major Aeschines *loco laudato*: at vero τὸ κυβεῖον erat in Sciro, ἐν τῷ Σκίρῳ διατριβὴν ἔχουσιν οἱ κυβεύοντες, inquiunt veteres Magistri. Pugna autem & commissio gallorum fiebat in pegmate quadrangulari. Auctor Etymologici e Rhetorico Lexico: [1] ἡ τηλία, πῆγμα τετράγωνον, ἐφ' οὗ ἀλεκτρυόνες συμβάλλονται, & in laudatis Aeschinis verbis: διημέρευεν ἐν τῷ κυβείῳ,

terea κυκλικοὶ, seu κύκλιοι potius, dicti Lib. de Saltat. C. 2. & 25. Statuta quoque victoribus praemia erant, quae, ut ex aequo & bono dividerentur, prospicere κριτὰ ἐκ Διονυσίων debebant apud *Aeschin.* in Ctesiphont. p. 87.

1 Sic quoque *Suidas* in Τηλία. sed omnes ex *Aeschinis* loco. vix autem inducor, ut credam pegma quadrangulum illi certamini satis fuisse accommodatum: nulla quidem certe caussa est, ut in *Aeschinis* verbis id notet. Τηλία illic, sicuti & apud *Synesium* Epist. XXXII. p. 178., tabula est, in qua ludebant, quod Grammaticorum alii apud *Suidam* atque *Etymologum* ultro agnoscunt & *Pollux* inprimis L. X, 150. Utcunque id fuerit, Athenis gallorum qui lanistae erant, aves eas & allio pascebant, quo in pugnam acerrime inflammari putabantur, & aeneis calcaribus armabant. Hinc explicant Critici veteres *Aristophanem* Nub. vs. 760. Acharnens. vs. 165. Equit. vs. 492.

κυβείῳ, ὃ ἡ πηλία τίθεται, καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας συμβάλλουσι. Victorem autem gallum victus sequebatur. Hinc Aristophanes *Avibus* [*vs.* 70.]

Θε. ὄρνις ἔγωγε δοῦλος. Ευ. ἡττήθης τινὸς
ἀλεκτρυόνος;

Graecus Interpres: φυσικὸν τοῦτο ἐν ταῖς συμβολαῖς τῶν ἀλεκτρυόνων, τοὺς ἡττηθέντας ἕπεσθαι νενικηκόσι. Hinc quoque Theocriti ista *in Dioscuris* [*vs.* 71.]

π. ἦ καὶ ἄεθλον ἑτοῖμον ἐφ' ᾧ δηρισόμεθ' ἄμφω;
α. σὸς μὲν ἐγὼ, σὺ δ' ἐμὸς κεκλήσεαι αἴ κε κρατήσω.
π. ὀρνίθων φοινικολόφων τοιοίδε κυδοιμοί.

Tempus, quo lata est haec Lex, docet Aelianus, μετὰ τὴν κατὰ τῶν Περσῶν νίκην, & caussam praebuit gallorum pugna, quae Atheniensibus oblata est, cum duce Themistocle arma inferrent Barbaris: fuit quippe illis exemplo & incitamento ad fortitudinem, quod imitari quoque posteros voluerunt, ut forti- 85
ter agerent, fortiter paterentur. Aelianus: πόθεν δὲ τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ὁ νόμος ὅδε, ἐρῶ. ὅτε Θεμιστοκλῆς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἐξῆγε τὴν πολιτικὴν δύναμιν, ἀλεκτρυόνας ἐθεάσατο μαχομένους. οὐδὲ ἀργῶς αὐτοὺς εἶδεν, ἐπέστησε δὲ τὴν στρατιάν. τὸ τοίνυν γενόμενον αὐτοῖς σύνθημα τότε εἰς ἀρετὴν, ἐβουλήθη διαφυλάττειν καὶ εἰς τὰ ὅμοια ἔργα ὑπόμνησιν. atque in hunc finem laudat & probat Solon apud Lucianum *loco laudato*: ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο γελοῖον. ὑποδύεται γὰρ τις ἠρέμα ταῖς ψυχαῖς ὁρμὴ ἐς τοὺς κινδύνους, ὡς μὴ ἀγεννέστεροι καὶ ἀτολμότεροι φαίνοιντο τῶν ἀλεκτρυόνων, μηδὲ προαπαγορεύοιεν ὑπὸ τραυμάτων, ἢ καμάτων, ἢ τοῦ ἄλλου δυσχεροῦς.

Romanis in usu quoque fuisse hoc delectationis genus, [1] si non publice, privatim saltem, constat ex his Plutarchi *in Antonio* [*p.* 930. *E.*] πολλάκις δὲ συμβαλόντων ἀλεκτρυόνας, πολλάκις δὲ μαχίμους ὄρτυγας, ἐνίκων οἱ Καίσαρος.

XLI. Singulae mensium Kalendae sacratissimae erant, quod testatur Plutarchus *Lib. de vitando aere alieno* [*T. II. p.* 828. *A.*] οὐδὲ ἀναμνήσει τῶν [2] Καλανδῶν, καὶ τῆς νουμηνίας, ἣν ἱερωτάτην ἡμέραν οὖσαν, ἀποφράδα ποιοῦσιν οἱ δανεισταὶ, καὶ στύγιον. Neque tamen inter festa censebatur. Suidas: ἔξω τῶν ἑορτῶν ἡμέραι τινὲς ἐνομίζοντο Ἀθήνησι θεοῖς τισὶν, οἷον, Νουμηνία, καὶ ἑβδόμη, Ἀπόλλωνος. Quanquam non tam Apollini sacra erat, quam omnibus DIs. Scholiastes Homeri *ad Odyss.* Υ. ἐπεὶ καὶ πᾶσιν ἑορτή. τὴν Νεομηνίαν πάντων τῶν θεῶν νομίζουσιν εἶναι. ταύτην γὰρ οἱ πρόγονοι τοῖς θεοῖς ἀνέθεσαν, διὰ τὸ πρώτην αὐτὴν εἶναι τοῦ μηνός. Plutarchus *in Quaest. Rom.*

1 Publice in usu Romanis simile genus certaminis fuit, quo coturnices committebantur. *Eustathius* in *Homer.* p. 740. Ὅμοιον δὲ καὶ Ῥωμαῖοι ἐποίουν δι' ὀρτύγων μονομαχίας, κήρυκος προφωνοῦντος τὸ ΠΟΤΑΛΟΙ ΠΟΤΓΝΑΝΤ, ἢ τὰ πόλεμα μάχονται, καὶ οὕτω τοὺς θεατὰς ἀθροίζοντος. Locum animadvertit & *Kuhnius* ad *Aelian.* II. Var. H. C. 28.

2 *Plutarchi* haec verba *Romanos* spectant, quorum multis, etsi alioqui sacratissimae, Kalendae *tristes* erant. Vide *Jo. Chrysostom.* T. I. p. 699. & *Asterii* Homil. περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Καλανδῶν p. 53. Ceterum neglexit hoc titulo Petitus fragmentum Legis Atticae, servatum a *Varrone* L. IV. de L. L. p. 25., cum de origine vocis *porci* ait, *nisi a Graecis, quod Athenis in libris sacrorum scriptum est*, ΚΑΠΡΩι, καὶ ΠΟΡΚΩι. Nam *libri sacrorum* sunt Κύρβεις, quibus leges de sacris continebantur, sicuti ex *Lysia* Orat. in Nicomach. scribam *H. Valesius* docet ad Maussaci in *Harpocration.* notas p. 92.

Rom. [*p.* 270. *A.*] Ἕλληνες ἐν τῇ Νεμηνίᾳ τοὺς θεοὺς σεβόμενοι, τὴν δευτέραν Ἥρωσι, καὶ Δαίμοσιν ἀποδεδώκασι. Eo die sacra Diis ex hac Lege faciebant:

Ταῖς Νεμηνίαις θύειν. *Mensium Kalendis sacra facito.*

Legitur haec Lex apud Libanium *Declamat. VIII.* [*p.* 328. *B.*] quae Athenis fingitur habita, ut ex toto illius contextu liquet: ταῖς Νεμηνίαις νέμομεν πόλεως ἐθυόμεν. In arcem tunc ascendebant, & vota faciebant, ut Urbi publice, & sibi privatim, fausta omnia evenirent. Demosthenes *orat. in Aristogitonem I.* [*p.* 495.] πῶς δὲ ταῖς νεμηνίαις εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβαίνοντες, τἀγαθὰ τῇ πόλει διδόναι, καὶ ἕκαστος ἑαυτῷ τοῖς θεοῖς εὔξεται. Atque haec Sacra Ἐπιμήνια dicebantur. Harpocration: Ἐπιμήνια, ἤτοι τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα θυόμενα, ἢ τὰ ὑπὲρ ὅλου μηνὸς ἅπαξ ποτὲ γιγνόμενα θύματα. Eratque tunc Agon. Theophrastus *in Charact. Eth. cap.* περὶ ἀγροικίας. εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν Νεμηνίαν ἄγει. Praebebaturque Pavonum spectaculum, atque id circa Antiphontis aetatem institutum. Antiphon ἐν τῷ περὶ Ταῶν [in Athen. *L. IX,* 12. *p.* 397.] ἀλλὰ τὰς μὲν Νεμηνίας ὁ βουλόμενος εἰσῄει, τὰς ἄλλας ἡμέρας εἴ τις ἔλθοι βουλόμενος θεάσασθαι, οὐκ ἔστιν ὅς τις ἔτυχεν, καὶ ταῦτα οὐκ ἐχθὲς καὶ οὐδὲ πρώην, ἀλλ' ἔτη πλέον ἢ τριάκοντά ἐστιν. Huc possunt referri Dicaeopolis verba apud Comicum *Acharnensibus* [*vs.* 63.]

κη. Οἱ παρὰ Βασιλέως πρέσβεις.
δι. Ποίου Βασιλέως; ἄχθομαι ἐγὼ πρέσβεσι,
Καὶ τοῖς Ταῶσι, τοῖς τ' ἀλαζονεύμασι.

Non negarim alludere Comicum his verbis ad ornatum Persarum: sed facile mihi persuadeo Dicaeopolim ruris plenum & inficetiarum eadem notasse spectaculum illud Pavonum, quod non ita pridem institutum erat, & singulis Neomeniis praebebatur: nam dicuntur ista Neomeniae Metagitnionis. Haberi quippe fingitur κυρία ἐκκλησία audiendis Legatis.

Οἱ παρὰ Βασιλέως πρέσβεις.

86\. Erat haec concio τρίτη τῶν κυρίων ἐκκλησιῶν, ἣ ἀνεῖται Κήρυξι καὶ πρεσβείαις, cogebaturque τῇ τριακάδι, ut infra, Deo dante, suo loco dicemus, τῆς πρυτανείας.

TITVLVS SECVNDVS.

De Sacrorum ministris.

I. QUanquam inter Magistratus, eosque praecipuos, censeretur apud Athenienses is, cui nomen fecerunt REGI, tamen una e multis illi fuit sacrorum cura, quod testantur varia illa Legis, quae de eo scripta est, Kapita. Eorum unum istud est:

ΕΠΙ-

ΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΑΙ ΔΕ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΑ ΤΩΝ ΤΕ ΑΡΧΟΝΤΩΝ, ΟΠΩΣ ΑΝ ΚΑΘΙΣΤΩΝΤΑΙ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΠΑΡΑΣΙΤΟΥΣ ΕΚ ΤΩΝ ΔΗΜΩΝ ΑΙΡΩΝΤΑΙ, ΚΑΤΑ ΤΑ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ· ΤΟΥΣ ΔΕ ΠΑΡΑΣΙΤΟΥΣ ΕΚ ΤΗΣ ΒΟΥΚΟΛΙΑΣ ΕΚΛΕΓΕΙΝ ΕΚ ΤΟΥ ΜΕΡΟΥΣ ΤΟΥ ΕΑΥΤΩΝ ΕΚΑΣΤΟΝ ΕΚΤΕΑ ΚΡΙΘΩΝ ΔΑΙΝΥΣΘΑΙ ΤΟΥΣ ΟΝΤΑΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ ΕΝ ΤΩι ΙΕΡΩι ΚΑΤΑ ΤΑ ΠΑΤΡΙΑ. ΤΟΝ ΔΕ ΕΚΤΕΑ ΠΑΡΕΧΕΙΝ ΕΙΣ ΤΑ ΑΡΧΕΙΑ ΤΩι ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΤΟΥΣ ΑΧΑΡΝΕΩΝ ΠΑΡΑΣΙΤΟΥΣ ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΚΛΟΓΗΣ ΤΩΝ ΚΡΙΘΩΝ.

Rex e Novemviris unus, ut Parasitos constituant, & e singulis secundum Leges eligant populis, curato. Parasiti singuli sine dolo malo seponunto hecteum hordei e parte quisque sua. Athenienses epulo in Templo excipiunto secundum patrium morem. Acharnensium Parasiti ex illo, quod collegerunt, hordeo hecteum Apollini in apothecis reponunto.

Descripsit hanc Legem Athenaeus *Lib. VI.* [C. 6.] docetque Kaput esse Legis *de Rege* latae. διὸ καὶ ἐν τῷ τοῦ Βασιλέως νόμῳ γέγραπται ταυτί. ΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΑΙ ΔΕ ΤΟΝ, &c. [1] Sed prima verba male, meo judicio, interpretatur Vir doctus, cum vertit: *Hoc Regi curae sit, ut Magistratus creentur.* Nam, ut mittam Regem non praefuisse creationi τῶν Ἀρχόντων, qui Novem illi ceterorum omnium principes erant, unusque de illis Rex ipse, tota hac Lege de sacris agitur, praecipuumque munus Regis erat, τὰ περὶ τὰς πατρῴας θυσίας διοικεῖν. Addit Pollux: δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται, ἀσεβείας, ἱερωσύνης, ἀμφισβητήσεως, καὶ τοῖς γένεσι, καὶ τοῖς ἱεροῖς πᾶσιν αὐτὸς δικάζει. Sed [2] mendosa sunt ista: καὶ τοῖς γένεσι, καὶ τοῖς ἱεροῖς. Nam non omnibus γένεσι Rex jus dicebat: itaque emendo, una litera expuncta: καὶ τοῖς γένεσι καίτοι ἱεροῖς πᾶσιν αὐτὸς δικάζει, *& gentibus sive familiis, sed sacris, omnibus jus dicit*: Gentes & familiae hieraticae erant Athenis, quibus sacrorum quorundam cura erat demandata, & e quibus Sacerdotes capiebantur: ubi igitur inter gentiles fiebat controversia ἱερωσύνης, Rex illis judicium reddebat: Sed ista obiter: Legis nostrae verba expendamus. Cavet Legislator hoc Kapite, ut Rex videat, ne Parasiti adversus Leges scriptas constituantur, atque e singulis eligantur populis: Nempe, ut puto, nam de hac re nihil certi pronunciare possumus, singuli populi suos e suis popularibus *Parasi-* 87.
tos eligebant, atque praeficiebant. *Parasiti* apud Athenienses ii sunt, quos Romani *Viros epulones* in suis ritibus dixerunt: Nam τὸ τοῦ Παρασίτου ὄνομα, inquit Athenaeus *Lib. VI.* [C. 6.] πάλαι ἦν σεμνὸν καὶ ἱερόν. Crates Lib. II. de Attica Dialecto ita munus illorum describit: καὶ ὁ Παράσιτος νῦν ἐπ' ἀδόξου μὲν κεῖται πράγματος, πρότερον δ' ἐκαλοῦντο Παράσιτοι οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενοι. Pollux *Lib. VI. cap.* 7. ἔστι δὲ καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τοὔνομα Παράσιτος. οὐ μὴν ἐφ' οὗ νῦν, ἀλλ' ἐφ' ἱερᾶς ὑπηρεσίας τοὔνομά ἐστιν. οἷον, ὁ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενος. Hesychius: Παράσιτοι. ἀρχὴ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκδοχήν. Sed quis est hic ὁ ἱερὸς σῖτος; Dicemusne illud esse frumentum sive hordeum, quod e Rhario desecabatur campo? Id ut credamus facit Pausanias *Atticis* [C. 38. *p.* 93.] cujus haec sunt verba: τὸ δὲ πεδίον τὸ Ῥάριον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρπούς, καὶ διὰ τοῦτο οὐλαῖς ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαί σφισι, καὶ πέμματα

[1] Imo Graeca verba nihil aliud sonant, & bene interpretatur meo judicio vir ille doctus: mallem tamen loco *ut* posuisset *quomodo. Hoc regi sacrorum curae sit, quomodo magistratus creentur.* Licet enim rex sit unus ex novem Archontibus, quid vetat illi hanc curam incubuisse, ut in electione eorum, qui succedere deberent, omnia rite atque ex Legum praescripto fierent? JAC. PALM.

[2] Pollucis verba nulla egere medicina contra Petitum ostendit doctissimus *Kuhnius.*

ποιεῖσθαι πέμματα ἐς τὰς θυσίας καθέστηκεν. An vero illud est, quod nascebatur in illis terrae arvipendiis, quae unicuique Deo dedicabant, vel dividebant, e quorum locationibus proveniebant impensae, quae postea in sacrificiis publice fiebant. Grammatici e Didymo. Harpocrat. ἀπὸ μισθωμάτων. Δίδυμός φησιν ὁ Γραμματικὸς, ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν τεμενικῶν προσόδων. ἑκάστῳ γὰρ θεῷ πλέθρα γῆς ἀπένεμον, ἐξ ὧν μισθουμένων, αἱ ἐς τὰς θυσίας ἐγίνοντο δαπάναι. οὐ γὰρ κατ' εὐσέβειαν ἔθυον τὰ ἱερεῖα, ἀλλὰ μισθούμενοι. Atque ex his arvipendiis ejus Dei, cui erant dedicata, vel divisa, *Parasiti* ἐξέλεγον τὸν ἱερὸν σῖτον. Est quoque ὁ ἱερὸς σῖτος frumentum sive hordeum, quod a privatis, pro suo modulo, religionis ergo, dabatur Templis, atque conferebatur. Huc facit locus e Lib. XVIII. Digestorum Scaevolae, qui legitur *l.* 20. §. 1. *D. de Annuis legatis. Attia fideicommissum his verbis reliquit: Quisquis mihi heres erit, fidei ejus committo, uti det ex reditu caenaculi mei & horrei, post obitum, Sacerdoti, & Hierophylaco, & Libertis, qui in illo Templo erunt, denaria decem die nundinarum, quas ibi posui.* [1] Existimo *Libertos* vocari, quos veteres dixere *Parasitos*. Cum enim παρασιτεῖν *parasitari* insecutis postea temporibus in vitium excidisset, nec esset ingenui hominis, sed vilis potius, & libertino patre nati, quos *Parasitos* in veterum monumentis & scriptis nominatos repererat Scaevola, *Libertos* vocavit. Sequitur in Lege: ΤΟΙΣ ΔΕ ΠΑΡΑΣΙΤΟΙΣ ΕΚ ΤΗΣ ΒΟΥΚΟΛΙΑΣ ΕΚΛΕΓΕΙΝ, &c. Incomparabilis Casaubonus suspicabatur βουκολίαν hic dici vel jugerum, vel alium agri modum, ex quo fas fuit cuique *Parasito* hordei hecteum exigere: Sed suspicabatur tantum: Nos plane contra sentimus. Neque enim jubentur *Parasiti* ἐκλέγειν ἐκ τῆς Βουκολίας, exigere ex agri modo, qui βουκολία dicatur, hordei hecteum: sed potius *Parasitis* praecipitur, ut singuli seponant hordei hecteum ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἱεροῦ σίτου, cujus ἐπὶ τὴν ἐκλογὴν αἱρούμενοι ἦσαν. Quod bona fide praestandum esse a *Parasitis* cavet Legislator verbis istis, quae Virum Incomparabilem habuerunt exercitum: Ea ita sunt legenda: ΤΟΙΣ ΔΕ ΠΑΡΑΣΙΤΟΙΣ ΕΚΤΟΣ ΒΟΥΚΟΛΙΑΣ ΕΚΛΕΓΕΙΝ, &c. Seponant, inquit, *Parasiti* hecteum hordei ἐκτὸς βουκολίας, bona fide, sive dolo malo, aut fraude: [2] βουκολία hic idem significat quod ἀπάτη, atque βουκολέω, ἀπατάω, *decipio*, *fallo*, interpretatur Hesychius. Hic, puto, Legis sensus est; sed judicent eruditi. Hordei hecteum, quem seponere hac Lege jubebantur *Parasiti*, Apollini reponebant in apothe-
88. cis *Parasiti*, qui ex *Acharnensium* populo fuerant electi: ΤΟΝ ΔΕ ΕΚΤΕΑ ΠΑΡΕΧΕΙΝ ΕΙΣ ΤΑ ΑΡΧΕΙΑ ΤΩι ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΤΟΙΣ ΑΧΑΡΝΕΩΝ ΠΑΡΑΣΙΤΟΙΣ ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΚΛΟΓΗΣ ΤΩΝ ΚΡΙΘΩΝ. Atque hi *Acharnensium Parasiti* sacra *Apollini* faciebant, ut constat ex altero hujus Legis Kapite in haec verba.

II. ΘΥΕΙΝ ΤΩι ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΤΟΙΣ ΑΧΑΡΝΕΩΝ ΠΑΡΑΣΙΤΟΙΣ.

Parasiti Acharnensium sacra Apollini faciunto.

Unum esse ex hujus Legis Kapitibus ex Athenaeo constat, qui *laudato Lib. VI.*

καὶ

1 Caussam hujus opinionis desidero. Fuerunt olim *fanorum servi & liberti*: quorum illi, cum religionis caussa aut sese templi ac Numinis servituti addixerant, aut eam servitutem a parentibus, majoribus, aut iis, quorum fuerant heredes, acceperant, haud leve onus in sacrorum functione sustinebant: quod cum hi pecunia redemerant, ejus *fani & Numinis* dicebantur *liberti*. Quo ex genere & illi fuerunt *liberti*, quorum meminit *Scaevola*, quemadmodum egregie docuit ad *Ciceron.* Divinat. C. 17. *Jo. Georg. Graevius.*

2 Optassem, ut ejus vocis usus exemplis foret stabilitus. Βουκολεῖν fallendi potestatem saepe induit, nec propterea tamen βουκολία idem est atque ἀπάτη. Placet mihi modestia *Casauboni* ad *Athen.* L. VI, 6.

καὶ τοῖς τοῦ Βασιλέως δὲ νόμοις γέγραπται, Θύειν τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων Παρασίτους. Habuerunt finguli fuos *Parafitos* Dii: Hic habes *Apollinis Parafitos*, & in fequentibus Herculi quoque fuiffe dicemus: Eligebantur autem e populis quique fuis, ut jam diximus: Quare hic dicuntur ΟΙ ΑΧΑΡΝΕΩΝ ΠΑΡΑΣΙΤΟΙ nempe ex *Acharnenfibus* capti. Unde intelligenda & emendanda funt quae verfibus praecedentibus apud Athenaeum e Themifone, quanquam is non laudetur, referuntur: ἐν δὲ Παλληνίδι τοῖς ἀναθήμασι ἐπιγέγραπται τάδε. Ἄρχοντες καὶ Παράσιτοι ἀνέθεσαν, οἱ ἐπὶ Πυθοδώρου Ἄρχοντος στεφανωθέντες χρυσῷ στεφάνῳ. ἐπὶ δὲ φυλῆς ἱερείας Παράσιτοι ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργηττίου Περικλῆς Περικλείτου Πιτθεύς. Χαρῖνος Δημοχάρους, Γαργήττιος. Optime Vir magnus obfervat, nullam fe noffe Athenis *facram tribum*, quomodo interpretatus eft Dalecampius: itaque ipfe putat relinquendum effe vacuum fpacium, ad capiendum tribus nomen, quod deeft, fcribas, ἱερατευούσης, vel ἱερευούσης. Tali *Tribu rem divinam faciente, Lycoftrato Archonte Gargettio.* (refcribit enim ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργηττίου).[1] Vel *Phyle* eft nomen proprium Sacerdotis, id eft, *Phyle Sacerdote:* Erant enim facra, quibus Sacerdos femina praeerat. *Gargettius* & *Pitthaeus* ex confuetudine Attica τὸν δῆμον indicant. Agitur hic de donariis, quae vifebantur in Atticae populo *Pallene*, a *Parafitis* confecrata. Quorundam haec erat infcriptio. ΑΡΧΟΝΤΕΣ ΚΑΙ ΠΑΡΑΣΙΤΟΙ ΑΝΕΘΕΣΑΝ ΟΙ ΕΠΙ ΠΥΘΟΔΩΡΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΣΤΕΦΑΝΩΘΕΝΤΕΣ ΧΡΥΣΩι ΣΤΕΦΑΝΩι. Alia praeterea recenfebat donaria Themifon, ex eoque Athenaeus, inter cetera, puto, *phialam* facram, cui fua erat infcripta epigraphe: itaque refcribo. ἐπὶ δὲ φιάλης ἱερᾶς, fupple ἐπιγέγραπται τάδε. *Phialae autem facrae infcriptum erat:* ΠΑΡΑΣΙΤΟΙ, ΕΠΙ ΛΥΚΟΣ-ΤΡΑ-

1 Si de facerdote femina intelligendum eft, putem de Argivae Junonis facerdote accipiendum effe, quae faftos notabat. Id apud alios legere memini & *Thucydidem* inprimis L. II, 2. JAC. PALM.

Ibid. Petitus emendat ἐπὶ δὲ φιάλης ἱερᾶς, fupple ἐπιγέγραπται τάδε. *Phialae autem facrae infcriptum erat.* Putarem tunc legi debere ἐπὶ δὲ φιάλῃ ἱερᾷ. Πιτθεύς, Pittheus, ait, *hic, meo judicio non eft appellatio τοῦ δήμου, fed viri nomen.* Quale hoc judicium? Nam Πιτθεὺς perpetuo nomen eft a Demo, in quos Demos dividebatur ager Athenienfis. SALVIN.

Ibid. Dalecampius ἐπὶ φυλῆς ἱερείας verterat *e facra tribu.* Hoc non placet *Cafaubono*, quia nulla Athenis fuit facra tribus. Idque etiam *Meurfius* videtur animadvertiffe, qui L. IV. de Archont. Athen. cap. 3. haec laudans omittit moleftam vocem ἱερείας & vertit, *in tribu*, quae eft facilis ratio expediendi difficultatem. Putat autem *Cafaubonus* legendum effe ἐπὶ φυλῆς ἱερατευούσης, vel ἱερευούσης, & excidiffe nomen tribus ante Παράσιτοι. Vel fervari poffe fcripturam receptam, ut Phyle fit nomen proprium facerdotis feminae, ut apud *Thucydidem*, & alios ἐπὶ ἱερείας τῆς δεῖνα, *hac* vel *illa facerdote.* Vel denique pro φυλῆς fubftitui poffe Ἑρμφύλης. Pro ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργήττιος porro legit ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργηττίου, Πιτθεὺς autem non viri nomen effe, quod putabat *Dalecampius*, fed δῆμον indicare ait. In his omnibus abit a *Cafaubono* Petitus. Themifon, inquit, quem *Athenaeus* paullo poft dicit fcripfiffe Pallenida, recenfebat donaria, ex eoque *Athenaeus*: itaque pro φυλῆς legendum eft φιάλης, nam phialae recte inter donaria numerantur. Sed unde fcivit Themifonem recenfuiffe donaria, quae in Gargetto erant? nam de δήμῳ Gargetto agit *Athenaeus* ex ipfius Petiti fententia, qui omnes, quorum nomina hic leguntur, Gargettios facit. *Athenaeus* ita loquitur: ἐν δὲ Παλληνίδι τοῖς ἀναθήμασιν ἐπιγέγραπται τάδε, Ἄρχοντες καὶ Παράσιτοι ἀνέθεσαν, οἱ ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος στεφανωθέντες χρυσῷ στεφάνῳ· ἐπὶ δὲ φυλῆς ἱερείας — Paullo poft dicit Themifonem in Pallenide aliquid fcripfiffe de Parafitis. Hinc *Cafaubonus* conjicit, eum videri defcripfiffe titulos donariorum, & monumenta antiqua omnia, quae erant in Pallenide. Hoc non improbabile eft. Verum inde non confequitur, quod Petitus adfirmate dicit, *Athenaeum* verba haec, in quibus Gargettii memorantur, itidem ex eo defcripfiffe, quamquam illum non laudet: nam non neceffe eft, ut is, qui de donariis in Pallene fcripfit, etiam de iis, quae in Gargetto erant, egerit; cum Pallene & Gargettus duo diverfi δῆμοι fuerint. Quod autem *Salvinius* dicit, potius emendandum fuiffe ἐπὶ φιάλῃ ἱερᾷ, id nihil eft: nam utrumque recte dicitur. *Paufanias* Lib. V. in fin. ἐλεγεῖον γεγραμμένον ἐστὶν ἐπὶ τῷ μηρῷ. *Lucianus* in Mereticiis p. 522. Ed. Amftel. τὰ ἐπὶ τοῦ τοίχου γεγραμμένα ἐν τῷ Κεραμεικῷ. & pag. 542. ἐπιγράψειν μοι δοκῶ ἐπὶ τῷ τοίχῳ ἐν Κεραμεικῷ. *Thucydides* etiam I, 132. ἐπὶ τὸν τρίποδα ἐπιγράψαι dicit. Etfi autem infirmum eft fundamentum, quo

ΤΡΑΤΟΥ, ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΙ ΠΕΡΙΚΛΗΣ ΠΕΡΙΚΛΕΙΤΟΥ ΠΙΤΘΕΥΣ, ΧΑΡΙΝΟΣ ΔΗΜΟΧΑΡΟΥΣ ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΙ. *Parasiti*, *Lycostrato Archonte*, *Gargettiorum*, *Pericles Pericliti F. Pittheus*, *Charinus Democharis F. Gargettii*. ΠΙΤΘΕΥΣ *Pittheus* hic, meo judicio, non est appellatio ἀπὸ τοῦ δήμου, sed viri nomen: Neque enim verisimile est, idem donarium appensum fuisse a duobus *Parasitis*, qui non tantum ejusdem non essent δήμου, sed ne *tribus* quidem. Atqui *Parasiti* eligebantur e singulis populis, nec confundebantur inter se. Omnes igitur isti erant *Gargettii*: neque rescribendum est, ut volunt praestantissimi viri ΕΠΙ ΛΥΚΟΣΤΡΑΤΟΥ ΓΑΡΓΙΤΤΙΟΥ. Non enim apponi solet Archontis nomini, cujus δήμου ille sit popularis. Sed ad *Acharnenses* nostros redeamus, quos hujus Legis Kaput jubet ΘΥΕΙΝ ΤΩι ΑΠΟΛΛΩΝΙ *Apollo* hic cognominabatur ΑΓΥΙΕΥΣ. nam hunc colebant *Acharnenses*. Pausanias *Atticis* [C. 31.] ἔστι δὲ Ἀχαρναὶ δῆμος. οὗτοι θεῶν Ἀπόλλωνα τιμῶσιν Ἀγυιέα.

89. III. Sequitur ex eadem Lege aliud Kaput, quod ita habet:

ΕΠΙ-

quo Petiti emendatio nititur, tamen non talis est, ut plane contemnenda videatur. *Casauboni* conjecturam primam ἐπὶ τῆς φυλῆς ἱερατευούσης vel ἱερωμένης, ideo non probare possum, quod nondum scio, an quemadmodum recte dicitur ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους, *aetate Herculis*, ἐπὶ Ἄρχοντος τοῦ δεῖνα, *tali Archonte*, & quae alia hujus generis sunt, sic etiam dici possit, ἐπὶ τῆς δεῖνα φυλῆς ἱερατευούσης, *quo tempore*, vel *die*, *tribus talis sacra faciebat*. Secundae conjecturae quominus adsentiri possim hoc obstat, quod ἐπὶ τοῦ δεῖνα ἱερέως ἐπὶ τῆς δεῖνα ἱερείας, non de aliis sacerdotibus dici video, quam a quibus populi nonnulli tempora & annos numerabant, ut in eo, quod e *Thucydidis* L. II. cap. 2. laudat. Apud Athenienses autem anni numerabantur & appellationem accipiebant ab Archontibus, ut hic apud *Athenaeum* & alios. Itaque ad sensum aliquem in his inveniendum mihi melior videtur conjectura Petiti ἐπὶ Φιάλης ἱερεῖ. Deinde praefero cum *Casaubono* ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργηττίου, quemadmodum & *Meursius* laudat in Libro de Popul. Atticis v. Πίθος, & Lib. IV. de Archont. Athenien. cap. 3., ubi & pro Λυκοστράτου rescribit Λυσιστράτου, vel alium fuisse oportere dicit, qui quo anno magistratum gesserit ignoretur. Emendatio Petiti ἐπὶ Λυκοστράτου, Γαργήττιοι frigida est, quum mox in fine hujus periodi pro Γαργήττιος rursum velit scribi Γαργήττιοι: nam cur idem bis dicatur? Rationem emendationis hanc adfert, quod non soleat adponi Archontis nomini, cujus δήμου ille sit popularis. Verum est plerumque non adponi. Sunt tamen loca veterum Scriptorum, ubi addi videas, quae *Meursii* libros de Archontibus evolventi occurrunt. *Demosthenis* de Corona pag. 492. Edit. Francof. Ἄρχων Δημόνικος Φλυεύς. *Plutarchus* in Vitis x. Rhetor. de Isocrate: γενόμενος δὲ κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα Λυσιμάχου Μυῤῥινουσίου. Adnotant ibi excidisse ἄρχοντος Ἀθήνησι: nam Lysimacho Archonte Isocratem natum esse constat. Sed minore mutatione defungi possumus legendo ἐπὶ Λυσιμάχου Μυῤῥινουσίου. Scholiastes *Aristophanis* ad Ran. vs. 68. ἐπὶ Μνησιθέου & ἐπὶ Γλαυκίδου καὶ Θεοδώρου. Ita *Meurs.* III. de Archont. C. 1. & *Petitus* p. 79. pro Μορυχίδου & Ἐπηγένους. *Diogenes Laert.* x, 15. ἐπὶ Πυθαράτου. In Inscriptionibus quoque, qualem etiam hanc apud *Athenaeum* fuisse verisimile est, nominibus Archontum δῆμος additur. Apud *Gruterum* p. CV. 9. quam etiam *Meursius* habet, ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀρείου, τοῦ Μυρίνου, Παιανιέως. Et in Itinerario *Sponii* Tom. III. p. 158. Ed. Lugd. ἐπὶ Ἄρχοντος Φιλοτίμου, τοῦ Ἀρκεσιδήμου, Ἐλευσίνου, & pag. 168. ἐπὶ Ἄρχοντος Κλεομενείδου Μελιτέως. Πιτθεὺς nomen viri, an δήμου sit, non facile est definire. Hoc *Casaubono*, *Meursio* de Popul. Attic. v. Πίθος, & post eos *Salvinio* placuit. Illi rationem cur ita senserint, non prodiderunt: hic contra Petiti sententiam eo argumento pugnat, quod Πιτθεὺς perpetuo sit nomen a Demo. Sed hoc nullam vim habet: nam nemo ignorat patri Aethrae, Thesei matris, nomen fuisse Πιτθεύς, quod ex *Apollodoro*, *Pausania*, *Ovidio*, & aliis constat. Petitus contra viri nomen esse eo disputat, quod non verisimile sit, idem donarium appensum fuisse a duobus Parasitis, qui non modo non ejusdem δήμου, sed ne quidem ejusdem tribus fuerint: & quod Parasiti e singulis populis eligerentur, nec inter se confunderentur. Prius, uti in conjectura positum est, ita contraria conjectura repelli potest, potuisse fieri, ut duae, vel plures tribus donarium communiter dedicarent. Posterius nulla auctoritate probari video. Plane probabile est, in sacris tantum unius δήμου non alios, quam ex eodem δήμῳ, Parasitos adhibitos fuisse. Sed potuerunt esse sacra communia pluribus tribubus, ad quae diversarum & tribuum & δήμων Parasiti legi potuerunt. Pro iis, qui Πιτθεὺς nomen tribus esse putant, hoc quoque facit, quod Pericli etiam videtur adponendum nomen δήμου, itidem ut Lycostrato & Charino. Dixi de Petiti emendationibus hujus loci, quae mihi videntur. Si quis meliora habet, ei lubens adsentiar. Illud adhuc addendum est, si Πιτθεὺς est nomen δήμου, quod ut credam magis inclino, cum *Meursio* omnino legendum esse Πιθεύς, ex auctoritate *Stephani* de Urbib. v. Πίθος. DUKER.

ΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΑΙ ΔΕ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΤΟΝ ΑΕΙ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΑ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΠΑΡΑΣΙΤΟΥΣ, ΟΥΣ ΑΝ ΕΚ ΤΩΝ ΔΗΜΩΝ ΠΡΟΑΙΡΩΝΤΑΙ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΓΕΡΟΝΤΑΣ, ΚΑΙ ΤΑΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΤΑΣ ΠΡΩΤΟΠΟΣΕΙΣ.	*Rex, quisquis is erit, cum Parasitis, quos e singulis antea elegerint populis, cum senibus item, atque feminis univiris, curato.*

Descripsit Athenaeus *Lib. VI.* [C. 6.] ex Themisone in *Pallenide:* καὶ Θεμίσων δ' ἐν Παλληνίδι, ΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΑΙ ΔΕ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ, & cetera, quae jam descripsimus. Kaput esse Legis *Regiae* attestatione Pollucis constat, ubi quid sit ἡ πρωτόποσις interpretatur *Lib. III. cap.* 3. ἡ δὲ ἐκ παρθενίας τινὶ [1] γεγραμμένη, Πρωτόποσις ἐκαλεῖτο. γέγραπται δὲ τοὔνομα τῷ τοῦ Βασιλέως νόμῳ. Sed inquiramus, de quibus hic agatur Sacris, quorum cura non tantum *Regi*, sed etiam *Parasitis*, *Senibus*, & *foeminis* πρωτοπόσεσι demandata est. Regis curae videntur fuisse commissa *Panathenaea:* nam, ut est apud Pollucem *Lib. VIII. cap.* 8. ὁ Βασιλεὺς περιέστηκε ἀγώνων τῶν ἐπὶ λαμπάδι. *Panathenaea* autem erant in hoc censu. Panathenaeis praeterea *Senes* forma eximii eligebantur θαλλοφόροι. Habes apud Xenophontem *in Symposio:* & ex eo Iuncus Libro de Senectute: cujus verba suo loco reddemus: atque hi ἐν τοῖς ἱεροῖς ἔθυον ἐστεφανωμένοι, inquit Iuncus. Hos *Senes* puto designari hac Lege ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΓΕΡΟΝΤΑΣ. Quemadmodum & cum dixit, ΚΑΙ ΤΑΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΤΑΣ ΠΡΩΤΟΠΟΣΕΙΣ. intelligi puto [2] *anus* illas, quae, quemadmodum *Senes*, in *Panathenaeorum* pompa oleae ramum gestabant: de quibus Dicaearchus in *Panathenaico*. Scholiastes Comici *ad Vespas* [*vs.* 542.] ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ Γέροντες θαλλοὺς ἔχοντες ἐπόμπευον. ὡς οὖν εἰς οὐδὲν ὄντων χρησίμων αὐτῶν, ἔξω τοῦ θαλλοφορεῖν, οὕτως αὐτοὺς ἐπέσκωψεν, ὁ μὲν τοι Δικαίαρχος ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ, οὐκ οἶδα ἐξ ὅτου ποτὲ, καὶ τὰς γραῦς ἐν τοῖς Παναθηναίοις ὑπείληφε θαλλοφορεῖν. Atque de his tantum est.

IV. Inter has Leges locum dedimus huic psephismati, quod vim Legis habuisse nulli dubitamus.

ΤΑ ΔΕ ΕΠΙΜΗΝΙΑ ΘΥΕΤΩ Ο ΙΕΡΕΥΣ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΠΑΡΑΣΙΤΩΝ· ΟΙ ΔΕ ΠΑΡΑΣΙΤΟΙ ΕΝΑ ΤΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΝΟΘΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΟΥΤΩΝ ΠΑΙΔΩΝ ΚΑΤΑ ΠΑΤΡΙΑ. ΟΣ Δ' ΑΝ ΜΗ ΘΕΛΗι ΠΑΡΑΣΙΤΕΙΝ, ΕΙΣΑΓΕΤΩ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΝ.	*Sacerdos cum Parasitis menstrua sacra facito. Parasiti de Nothis, aut Nothorum liberis unum eliguntο secundum morem patrium: si Parasitari detrectat, in jus vocanto.*

Meminit e Polemone Athenaeus *Lib. VI.* [C. 6.] Πολέμων γοῦν γράψας περὶ Παρασίτων, φησὶν οὕτως· τὸ τοῦ Παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις εὑρίσκομεν τὸν Παράσιτον ἱερόν τι χρῆμα, καὶ τῷ συνθοίνῳ παρόμοιον. ἐν Κυνοσάργει μὲν οὖν ἐν τῷ Ηρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν, ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν Αλκιβιάδου. Γραμματεὺς δὲ Στέφανος Θουκυδίδου. λέγεται τ' ἐν αὐτῷ περὶ τῆς προσηγορίας οὕτως, ΤΑ ΔΕ ΕΠΙΜΗΝΙΑ ΘΥΕΤΩ Ο ΙΕΡΕΥΣ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΠΑΡΑΣΙΤΩΝ: &

1 In *Polluce* recte editur γεγαμημένη. Hoc ex scribentis errore natum videtur.

2 Vocabulum πρωτοπόσεις nihil hujus indicat, neque satis explorata fuit *Dicaearchi* de vetulis θαλλοφόροις sententia, ut Critici veteres in *Aristophanem* declarant. Puto γυναῖκας τὰς πρωτοπόσεις non alias fuisse ac Latinorum VNIVIRAS, quarum in sacris praecipuam fuisse olim dignitatem ostendit Celeb. *Heineccius* L. II. ad Leg. Jul. & Pap. C. 16. p. 299.

90. & quae sequuntur jam a nobis descripta. Huc spectant Diodori Sinopensis, versus, e dramate, cui titulus Ἐπικλήρῳ [apud Athen. VI, 9. *p.* 239.]

> τὸν Ηρακλέα τιμῶσα λαμπρῶς ἡ πόλις,
> ἐν ἅπασι τοῖς δήμοισι θυσίας ποιουμένη,
> εἰς τὰς θυσίας ταύτας Παρασίτους τῷ Θεῷ,
> οὐ πώποτ᾽ ἀπεκλήρωσεν, οὐδὲ παρέλαβεν
> εἰς ταῦτα τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ κατέλεγεν
> ἐκ τῶν πολιτῶν δώδεκ᾽ ἄνδρας ἐπιμελῶς
> ἐκλεξαμένη τοὺς ἐκ δυναστῶν γεγονότας
> ἔχοντας [1] θυσίας, καλῶς βεβιωκότας·
> εἶθ᾽ ὕστερον τὸν Ηρακλέα μιμούμενοι
> τῶν εὐπόρων τινὰς Παρασίτους ἑλόμενοι
> τρέφειν παρεκάλουν. οὐχὶ τοὺς χαριεστάτους
> ἐκλεγόμενοι, τοὺς δὲ κολακεύειν δυναμένους,
> καὶ πάντ᾽ ἐπαινεῖν.

Diodori mentem assecutus non videtur Casaubonus ὁ θαυμάσιος, cujus haec est animadversio [in Athen. VI, 9. *p.* 265.] Quod ait Poëta de *Parasitorum* origine, sententiam continet hanc. Olim publice Athenis alebantur in singulis pagis, in honorem Herculis: postea Magistratus, ut hoc sumptu liberarent Rempublicam divites elegerunt, quibus alendos *Parasitos* traderent: τρέφειν παρεκάλουν, de Magistratu intelligendum, utique si legas τῶν εὐπόρων τινάς· sin scribas, τινές paulum diversa sententia expones: ipsi divites hortabantur sese ad exhibendos *Parasitos.* Hactenus Vir magnus, qui nescio unde accepit sententiam, quam Poëtae affingit, non certe, aut ego valde fallor, e verbis ipsius: Hoc enim ex illis colligas, e singulis Atticae δήμοις duodecim captos fuisse Herculi *Parasitos*, non e plebe vulgi, sed apprime nobiles, quibus & res esset, & fama, de his intelligendum esse nostrum psephisma liquet: nam quia de *Parasitis* Herculis agebatur, propositum erat in Herculis fano, quod erat ἐν Κυνοσάργει Atticae populo, duodecim eligebantur e singulis populis, quot scilicet erant anni menses, quia singulis mensium Kalendis sacra Herculi faciebant: habes in Psephismate. ΤΑ ΔΕ ΕΠΙΜΗΝΙΑ ΘΥΕΤΩ Ο ΙΕΡΕΥΣ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΠΑΡΑΣΙΤΩΝ. Quod sequitur apud Diodorum:

> εἶθ᾽ ὕστερον τὸν Ηρακλέα μιμούμενοι
> τῶν εὐπόρων τινὲς (ita legendum) Παρασίτους ἑλόμενοι
> τρέφειν παρεκάλουν· οὐχὶ τοὺς χαριεστάτους
> ἐκλεγόμενοι, τοὺς δὲ κολακεύειν δυναμένους,
> καὶ πάντ᾽ ἐπαινεῖν.

Dicitur, ut probet quomodo ὁ Παράσιτος νῦν ἐπ᾽ ἄδοξον κεῖται πρᾶγμα: Nam, cum olim *Parasiti* essent tantum Deorum, Herculis puta, facti quoque sunt hominum potentiorum, qui Herculem imitari voluerunt; & *Parasitos* ipsi habere, non illos quidem χαριεστάτους, sed qui adulandi artem haberent penitus cognitam. Hic est sensus verborum Diodori, quem paucis indicasse non erit praeter rem, qua de agimus. *Parasitorum* Herculis meminit Clidemus ἐν

τῇ

1 Lege cum *Casaubono* θείας : neque enim versus aliter constat. quod mendum frequens esse *L. Kusterus* in *Aristoph.* Equit. vs. 103. exemplis firmat.

τῇ Ατθίδι, his verbis. καὶ Παράσιτοι δ' ᾑρέθησαν τῷ Ηρακλεῖ. Sed 91.
agit Psephisma, puto, de *Parasitis* Herculis, qui ἐκ τοῦ δήμου Κυνοσάργοις. Itaque *Nothorum* meminit, qui *Cynosargis* censebantur: Κυνόσαργες, τόπος ἦν ἐν Αθήναις, ἐν ᾧ καὶ οἱ νόθοι ἐκρίνοντο, εἰ τάδε τις ὄντως γέγονεν υἱὸς, itemque exercebantur, quia etiam Hercules inter Deos Nothus censebatur. Plutarchus *in Themistocle* [*p.* 112. *A.*] καὶ τῶν Νόθων εἰς τὸ Κυνόσαργες συντελούντων. τοῦτο δ' ἐστὶν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον Ηρακλέους, ἐπεὶ κἀκεῖνος οὐκ ἦν γνήσιος ἐν θεοῖς, ἀλλ' ἐνείχετο νοθείᾳ, διὰ τὴν μητέρα θνητὴν οὖσαν. Herculani hujus Templi, quod erat Cynosargis, *Parasiti* jubentur hac Lege unum e Nothis aut Nothorum liberis in suum ordinem cooptare: ΟΙ ΔΕ ΠΑΡΑΣΙΤΟΙ ΕΝΑ ΤΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΝΟΘΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΟΥΤΩΝ ΠΑΙΔΩΝ ΚΑΤΑ ΠΑΤΡΙΑ. plena non est haec oratio, & deest aliquid: sed tamen facile sensus hic, quem diximus, elicitur. ΟΣ Δ' ΑΝ ΜΗ ΘΕΛΗι ΠΑΡΑΣΙΤΕΙΝ ΕΙΣΑΓΕΤΩ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΝ. Si quis nollet cooptari & τὸ παρασιτεῖν defugeret, nomen illius apud Magistratum deferebatur, & in judicium vocabatur. Quod autem de *Nothorum* cooptatione in hac Lege habes, non adversatur Legi [1] ab Euclide latae, quae de Nothis est: μηδὲ Νόθῳ, μηδὲ νόθῃ ἀγχιστείαν εἶναι, μήθ' ἱερῶν, μήθ' ὁσίων ἀπ' Εὐκλείδου Αρχοντος. Lex enim haec Nothos arcet ab omnibus sacris, sed gentilitiis tantum.

V. Praecedenti Titulo demonstravimus Apollinem summo in honore fuisse apud Athenienses, & Θεωροὺς in insulam Delum missos fuisse Athenis, in his erant duo e Cerycum Mysticorum gente, qui annum in Delio Templo Apollini *Parasitabantur*, ex hac Lege:

ΚΑΙ ΤΩ ΚΗΡΥΚΕ ΕΚ ΤΟΥ ΓΕΝΟΥΣ ΤΩΝ ΚΗΡΥΚΩΝ ΤΟΥ ΤΗΣ ΜΥΣΤΗΡΙΩΤΙΔΟΣ, ΤΟΥΤΟΥΣ ΔΕ ΠΑΡΑΣΙΤΕΙΝ ΕΝ ΤΩι ΔΗΛΙΩι ΕΝΙΑΥΤΟΝ.	*Duo Ceryces sunto e gente Cerycum Mysticorum: iidemque annum in Delio Templo Parasiti sunto.*

Hujus Legis meminit Athenaeus *Lib. VI.* [C. 6.] ἐν δὲ τοῖς Κύρβεσι τοῖς περὶ τῶν Δηλιαστῶν, οὕτως γέγραπται. ΚΑΙ ΤΩ ΚΗΡΥΚΕ, &c. e quibus vides Legem hanc esse de *Theoris*, qui in insulam Delum mittebantur; nam scripta est περὶ τῶν Δηλιαστῶν. Sunt enim, ut e Grammaticis constat, Δηλιασταὶ, οἱ εἰς Δῆλον ἐξελθόντες Θεωροί. Optime animadvertit Vir Incomparabilis, inter antiquissimas gentes populi Atheniensium fuisse gentem Κηρύκων, qui non erant caduceatores, neque praecones, sed sacrorum Ministri: Pollux *Lib. VIII. cap.* 9. Κῆρυξ, ὁ μὲν τις τῶν Μυστικῶν, ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ερμοῦ, καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος. ὁ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας. οἱ δὲ περὶ τὰς πομπὰς, ἐκ τοῦ Ευνειδῶν γένους. οἱ δὲ, κατ' ἀγορὰν τὰ ὤνια προκηρύττοντες. Verba haec Pollucis indicant, quare in Lege scriptum sit ΕΚ ΤΟΥ ΓΕΝΟΥΣ ΤΩΝ ΚΗΡΥΚΩΝ ΤΟΥ ΤΗΣ ΜΥΣΤΗΡΙΩΤΙΔΟΣ, ne quis putet esse e gente *Euonidarum*: itaque perinde est ac si scriptum fuisset: ΕΚ ΤΟΥ ΓΕΝΟΥΣ ΤΩΝ ΚΗΡΥΚΩΝ ΤΩΝ ΜΥΣΤΙΚΩΝ. ne quis existimet [2] cum summo viro, gentem hanc in plures familias

1 Errat. Legem eam rogavit Euclide Archonte Aristophon teste *Carystio* apud *Athen.* XIII. p. 577. Vide *infra* L. III. Tit. 4.

2 *Casauboni* potior mihi sententia videtur. Sive enim intelligas in verbis τοῦ τῆς Μυστηριωτιδος vocabulum ἱερατείας vel μερίδος, aut aliud simile, cujusmodi sane omissum est, sequitur non omnes ejusdem fuisse loci. Hi Κήρυκες ἀπὸ τοῦ Ἐλευσινίου, qui initiatis significabant, καθαροῖς ἥκειν τὰς χεῖρας in *Libanii* T. I. p. 506. A.; alii erant, qui μαγείρων καὶ βοτόπων officia fungebantur, de quibus *Clidemus* apud *Athen.* XIV, 23.

milias fuisse distinctam, quarum etiam divisae fuerunt functiones, quod nullo auctore probatur. Verum ex hac gente erat unus e quatuor illis Ἐπιμεληταῖς
92. τῶν Μυστηρίων. Erat quoque ἱεροκήρυξ. Eusebius *Praeparat. Evangel. Lib.*
III. [C. 12.] ἐν δὲ τοῖς κατ' Ἐλευσῖνα Μυστηρίοις ὁ μὲν Ἱεροφάντης, εἰς εἰκόνα τοῦ δημιουργοῦ ἐνσκευάζεται. Δᾳδοῦχος, εἰς τὴν Ἡλίου· καὶ ὁ μὲν ἐπὶ βωμῷ, εἰς τὴν σελήνης· ὁ δὲ Ἱεροκήρυξ, Ἑρμοῦ.

VI. Extat Legis fragmentum apud Athenaeum *Lib. VI.* [C. 6.] quod huc rejecimus, quia de *Parasitis* est, in haec verba:

ΤΟΙΝ ΔΕ ΒΟΟΙΝ ΤΟΙΝ ΗΓΕΜΟΝΟΙΝ ΤΟΙΝ ΕΞΑΙΡΟΥΜΕΝΟΙΝ, ΤΟ ΜΕΝ ΤΡΙΤΟΝ ΜΕΡΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ, ΤΑ ΔΕ ΔΥΟ ΜΕΡΗ, ΤΟ ΜΕΝ ΕΤΕΡΟΝ ΤΩι ΙΕΡΕΙ, ΤΟ ΔΕ, ΤΟΙΣ ΠΑΡΑΣΙΤΟΙΣ.

Duorum boum praecidaneorum eximiorum tertia pars in certamen: reliquarum duarum una Sacerdoti: altera Parasitis, cedunto.

Lex haec erat inscripta columnae in Anacaeo sive Dioscurorum Templo: Athenaeus *Lib. VI.* [C. 6.] ἀλλὰ μὴν, περὶ γὰρ τῶν Παρασίτων ὁ λόγος, κἀν τῷ Ἀνακείῳ ἐπί τινος στήλης γέγραπται. ΤΟΙΝ ΔΕ ΒΟΟΙΝ, &c. Hujus aedis mentio apud Harpocrationem his verbis: Ἀνακεῖον, τὸ ἀνάκτορον. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου, ἱερὸν τῶν Διοσκούρων. Locus quem indicavit Harpocration, hic est e priore in Stephanum Oratione [*p.* 632.] πονηρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸς οὗτος ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἀνακείου καὶ ἄδικος. σημεῖον δέ· εἰ γὰρ ἦν δίκαιος, πένης ἂν ἦν, τὰ τοῦ δεσπότου διοικήσας. νῦν δὲ τοσούτων χρημάτων τὸ πλῆθος κύριος καταστὰς, ὥστε τοσαῦτα λαθεῖν ἀπ' αὐτῶν κλέψας ὅσα νῦν κέκτηται, οὐκ ὀφείλειν ταῦτα, ἀλλὰ πατρῷα ἔχειν ἡγεῖται. Locus hic etiam olim legebatur, ἐκ τοῦ ἀναχαίου, ut constat e glossa, quae in editione Parisiensi e Suida adscribitur: ἀνάκαιον δεσμωτήριον, εἰς ὃ κατετίθεντο τοὺς πονηροὺς δούλους, & ad hanc διττογραφίαν spectant verba *Etymologici M.* [1] ἀνάκαιόν τι δεσμωτήριον. ἀξιοῦσι δέ τινες ἀνάκειον γράφεσθαι· ὅπερ ἐστὶ τὸ Διοσκούρειον. Ἄνακες γὰρ οἱ Διόσκουροι. Sed legi non potest ἐκ τοῦ ἀναχαίου eo sensu, quo interpretantur, ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, nam Apollodorus objicit Phormioni vitam anteactam, non quam egerat in ergastulo, sed ubi a Pasione Apollodori patre artem collybisticam edoctus est, quod in praecedentibus dixit: ἐπειδὴ δὲ ὁ πατὴρ ὁ ἡμέτερος τραπεζίτης ὢν ἐκτήσατο αὐτὸν, καὶ γράμματα ἐπαίδευσε, καὶ τὴν τέχνην ἐδίδαξε, καὶ χρημάτων ἐποίησε κύριον. Nostrae assertionis fundus est ipse Apollodorus, qui ubi Phormionem dixit esse πονηρὸν ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἀνακείου, καὶ ἄδικον, addit immediate: σημεῖον δὲ, εἰ γὰρ δίκαιος ἦν, πένης ἂν ἦν, τὰ τοῦ δεσπότου διοικήσας. Neque item audiendus est eruditissimus Volfius, qui legit quidem ἐκ τοῦ Ἀνακείου, sed vertit, aedem Castoris & Pollucis, sive Dioscurorum, ad quam servos olim vaeniisse tradit, sed sine auctore & teste: adde quod, ut jam diximus, non objicitur Phormioni quid egerit antequam a Pasione emeretur, sed quid fecerit, cum Pasioni servitutem serviret, & rebus admoveretur illius. Quare etiam existimo nullo modo hanc vocem esse exponendam de aede Dioscurorum, nisi quis dixerit mensam Pasionis argentariam fuisse ad Dioscurorum aedem, id est, Castoris & Pollucis, quae ad forum erat, ut ex Pausania Atticis constat: quanquam & hoc loquendi

1 Ego legerem ἀναγκαῖον. SALVIN.
Ibid. Suidas & ἀνάκαιον pro carcere laudat ex *Isaeo*, *Harpocration* ἀναγκαῖον ex eodem, idque *Maussacus* etiam in Suida pro ἀνάκαιον rescribendum censet. DUKER.

di genus, si quidem de re ipsa liqueret, nobis non posset probari, ut plane insolens. Dicam igitur, quod conjicio, judicium esto penes eruditos. Quare Dioscuri dicti sint Ανακες, variae adferuntur caussae e variis hujus vocis originationibus, quas videre est apud Plutarchum & alios: earum una haec est, quam non praetermisit *in Theseo* Plutarchus [*p.* 16. *A.*] εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, 93.
διὰ τὴν τῶν ἀστέρων ἐπιφάνειαν Ανακας ὀνομάζεσθαι. τὸ γὰρ ἄνω τοὺς Αττικοὺς ἀνέκας ὀνομάζειν, καὶ ἀνέκαθεν τὸ ἄνωθεν. Ex hac voce ἀνέκας, sive potius ἀνάκας, quod ostendit deductum hinc Ανάκων nomen, putem deducendum nomen ἀνακεῖον, non tamen eodem significatu, quo ubi fit a nomine Ανακες, sed idem significabit, quod *superius* sive *prius*, ita ut idem sit [1] ἐκ τοῦ ἀνακείου, hoc in loco apud Demosthenem, quod ἄνωθεν: & certe redundat hic τὸ ἄνωθεν, estque glossema sequentis loquendi modi, quod e margine in contextum irrepsit: itaque locus sic est legendus: πονηρὸς, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, πονηρὸς οὗτος ἐκ τοῦ ἀνακείου καὶ ἄδικος. Sed de hoc loco satis est: ad Legem revertamur, in qua ista ΤΟΙΝ ΔΕ ΒΟΟΙΝ ΤΟΙΝ ΗΓΕΜΟΝΟΙΝ, interpretati sumus de *bobus praecidaneis*, quanquam forte intelliguntur armentorum duces. Age vero quia jam conjicere cepimus, investigemus & hic conjecturis ad quod sacrum Legis hujus fragmentum spectet: quae in eo leguntur ista: ΤΟ ΜΕΝ ΤΡΙΤΟΝ ΜΕΡΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ, faciunt ut referam ad *Panathenaicum* sacrum: nam ad haec Sacra omnes Atticae urbes, sive quae coloniae Athenarum essent, bovem immolandum mittere tenebantur: unde visceratio atque epulum populo: inde Aristophanes *Nubibus* [*vs.* 385.]

Ηδη ζωμοῦ Παναθηναίοις ἐμπλησθεὶς, εἶτ' ἐταράχθης
Τὴν γαστέρα.

Scholia: ἐν τοῖς Παναθηναίοις αἱ Αττικαὶ τοῖς Αθηναίοις πόλεις ἔπεμπον βοῦς. ὅθεν ἡ δαψίλεια τῶν κρεῶν. ἄλλως. ἐν τοῖς Παναθηναίοις πᾶσαι πόλεις, αἱ ἀπὸ τῶν Αθηνῶν ἀποικισθεῖσαι, βοῦν θυσόμενον ἔπεμπον. Pars aliqua quoque cedebat Ludorum victoribus, ut ex hac Lege constat, qui sodalibus epulum praebebant: de Phoco Phocionis filio Athenaeus *Libro IV.* [C. 19.] ἦν δὲ ὁ Φῶκος καὶ φιλοπότης. νικήσαντος γοῦν αὐτοῦ ἵπποις Παναθηναίοις, ὡς ὁ πατὴρ, εἱστία τοὺς ἑταίρους. de Autolyco idem *Libro V.* [C. 2. *p.* 187. *F.*] Καλλίας μὲν γὰρ συνάγει τὸ συμπόσιον, ἐπειδήπερ τὰ παιδικὰ αὐτοῦ Αὐτόλυκος Παναθήναια παγκράτιον ἐστεφανώθη. Sed maxime nostram conjecturam confirmat, quod Lex ista inscripta sit columnae in Dioscurorum aede: nam id factum propter Pyrrhichistas, qui Panathenaeis dabantur. Lysias, ἀπολογίᾳ δωροδοκίας [C. 2.] καὶ Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς ἐχορήγουν Πυῤῥιχισταῖς ἀγενείοις. Scholiastes Comici *ad Nubes*: ὠρχοῦντο γὰρ ἐν ὅπλοις ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ παῖδες. Hos autem modulos Minerva Dioscuris tibia accinuit. Scholiastes Pindari *Pythionic. Ode II.* ὁ δὲ Επίχαρμος τὴν Αθηνᾶν

1 Quis unquam ita locutus est? *Demosthenis* verba hoc auxilium recusant, satis utique sana. Sententia est, hic malus ille, malus, inquam, qui ex Templo Dioscurorum, ad quod habitat, noctu grassatur. Hanc firmant verba, quae praecedunt: μεθ' ἡμέραν εἶ σὺ σώφρων, τὴν δὲ νύκτα, ἐφ' οἷς θάνατος ἡ ζημία, ταῦτα ποιεῖς. Vidit hoc quoque *H. Valesius* Notis ad *Maussac.* p. 90.

θηνᾶν φησὶ τοῖς Διοσκούροις τὸν ἔνοπλον νόμον ἐπαυλῆσαι. Aristides *Orat. in Minervam* [*p.* 26.] Διόσκουροι δὲ ὑπ' αὐτῇ Minerva πυῤῥιχίζουσι.

VII. Parasiti suas habebant apothecas, sua *Parasitia*, ad quorum, ut & Templi & aedis sacra, sarta tecta tantum argenti dandum erat, quanto faciundum opus locaverant illi Sacerdotes, quibus ea cura erat mandata, qua de re Legem habes in haec verba:

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΠΙΣΚΕΥΗΝ ΤΟΥ ΝΕΩ ΤΟΥ ΑΡΧΕΙΟΥ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΠΑΡΑΣΙΤΙΟΥ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΟΙΚΙΑΣ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΔΙΔΟΝΑΙ ΤΟ ΑΡΓΥΡΙΟΝ, ΟΠΟΣΟΥ ΑΝ ΟΙ ΤΩΝ
94. ΙΕΡΕΩΝ ΕΠΙΣΚΕΥΑΣΤΑΙ ΜΙΣΘΩΣΩΣΙΝ.

Ad sarta tecta Templi, apothecae, Parasitii, & aedis sacrae, tantum argenti dator, quanto faciendum opus locaverint Sacerdotes, quibus id commissum est.

Kaput istud est Legis Regiae, quod legitur apud Athenaeum *Libro VI.* [C. 6.] ὅτι δὲ καὶ ἀρχεῖον ἦν αὐτοῖς *Parasitis* ἐν τῷ αὐτῷ νόμῳ Regis τάδε γέγραπται, ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΠΙΣΚΕΥΗΝ, &c. Meminit Pollux *Libro VI. cap.* 7. καὶ ἀρχεῖόν τι Ἀθήνησι Παρασίτιον καλούμενον, ὡς ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Βασιλέως ἐστὶν εὑρεῖν. Verba Legis, quae habes apud Athenaeum, ita legisse videtur Pollux: ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΠΙΣΚΕΥΗΝ ΤΟΥ ΝΕΩ ΤΟΥ ΑΡΧΕΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΡΑΣΙΤΙΟΥ, quod etiam Incomparabilis Casaubonus animadvertere occupavit.

VIII. Vetus est in senes dicterium, qui munia vitae obire nequeunt, ΘΑΛΛΗΦΟΡΟΙ, ut est apud Aristophanem *Vespis* [*vs.* 542.]

οὐκέτι πρεσβυτῶν ὄχλος
χρήσιμος ἐστ' οὐδ' ἀκαρῆ.
σκωπτόμενοι γὰρ ἂν ἐν
ταῖσιν ὁδοῖς ἁπάσαις
Θαλλοφόροι καλούμεθα.

Quanquam in hanc rem non legebantur, nisi forma florenti ex hac Lege:

Θαλλοφόρους τῇ Ἀθηνᾷ τοὺς καλοὺς γέροντας ἐκλέγεσθαι.

Senes, Minervae oleae ramum Panathenaeis gestantes, forma florenti eliguntor.

Legem hanc habes apud Xenophontem *in Symposio* [*p.* 697.] ἀλλ' οὐδὲ μέντοι ταύτῃ γε ἀτιμαστέον τὸ κάλλος, ὡς ταχὺ παρακμάζον. ἐπεὶ ὥσπερ παῖς γίγνεται καλὸς, οὕτω καὶ μειράκιον, καὶ ἀνὴρ, καὶ πρεσβύτης. τεκμήριον δὲ, Θαλλοφόρους δὴ τῇ Ἀθηνᾷ τοὺς καλοὺς γέροντας ἐκλέγονται, e Xenophonte accepit Iuncus Libro de Senectute [in Stobaei *Tit. CXII. p.* 588.] ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ εὐπρεπὲς παραμένει αὐτοῖς, senibus, ὥστε καὶ κατ' ἀγορὰν, καὶ που ἐν θεάτροις ὀφθέντες, οἷα δὴ ἐν ἀγέλῃ βοῶν καὶ ἵππων, οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῆς ἀγέλης, τὸ εὐπρεπὲς παρέχουσι δῆλον τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς. μάλιστα δὲ ἐν τοῖς ἱεροῖς θύοντες ἐστεφανωμένοι, περιβλεπτότεροι τῶν ἱερῶν γίνονται. ὅ, τε νόμος αὐτοὺς ἐκείνους χειροτονεῖ τῇ Ἀθηνᾷ, ὡς φησὶ Ξενοφῶν ὁ Φιλοσόφος Θαλληφόρους.

IX. Rex

IX. Rex uxorem [1] civem atque virginem ducere tenebatur, ne quid secus fieret in sacris: eaque de re Lex haec scripta:

Τὴν γυναῖκα τοῦ Βασιλέως ἀστὴν εἶναι, καὶ μὴ, ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν.	*Rex in uxorem civem Atticam virginem ducito.*

Laudat hanc Legem Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [*p.* 737.] e quo disces eam columnae lapideae juxta aram Bacchi ἐν Λίμναις fuisse inscriptam: ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς συνῴκησεν αὐτοὺς, καὶ δημοκρατίαν ἐποίησε, καὶ ἡ πόλις πολυάνθρωπος ἐγένετο, τὸν μὲν Βασιλέα οὐδὲν ἧττον ὁ δῆμος ᾑρεῖτο ἐκ προκρίτων κατ' ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν. τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ νόμον ἔθεντο ἀστὴν εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν, ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύηται τὰ ἄρρητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὰ νομιζόμενα γίγνηται τοῖς θεοῖς εὐσεβῶς, καὶ μηδὲν καταλύηται, μηδὲ καινοτομῆται. καὶ τοῦτον τὸν νόμον γράψαντες ἐν στήλῃ λιθίνῃ ἔστησαν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου παρὰ τὸν βωμὸν ἐν Λίμναις. Tenebatur quisquis Rex erat, si maritus fieret intra τῆς ἀρχῆς annum, uxorem ducere civem, quod illi cum ceteris omnibus Atheniensibus commune erat, & praeterea virginem illibatam, aut si jam 95.
maritus esset, in ἀνακρίσει videbatur, an civem & virginem in uxorem duxisset.

X. Tantam patriorum rationem institutorum in faciendis sacris haberi voluerunt Athenienses, ut Lege jubeantur Sacerdotes quisque singillatim suae rationes ἱερωσύνης reddere.

Τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι, οὐ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὰ γένη.	*Sacerdotes privatim singuli, totaeque gentes & familiae, sacerdotii sui rationes reddunto.*

Nemo erat, qui exciperetur, ne ii quidem, qui titulo tenus sacrorum curae praeficiebantur, aut pro urbe vota tantum concipiebant & preces apud Deos. Aeschines id docet ex hac Lege ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος, [*p.* 56.] τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος, καὶ συλλήβδην ἅπαντας, καὶ χωρὶς ἑκάστους κατὰ σῶμα, τοὺς τὰ γέρα μόνον λαμβάνοντας, καὶ τὰς εὐχὰς ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐχομένους, καὶ οὐ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὰ γένη, Εὐμολπίδας, καὶ Κήρυκας, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας.

XI. Cum Deos nonnisi caste adiri a quovis fas sit, eorum Ministros castos quoque esse debere quis sanus negabit? ne quis tamen sibi non dictum putaret, Lege id cautum est.

Μηδένα ἱερωσύνην οὐθενὸς Θεῶν κληροῦσθαι, οὐχ ὄντα καθαρὸν τὸ σῶμα.	*Nullius Deorum Sacerdos sorte legitor, qui castus non sit.*

Legem

1 *Jo. Meursium* vide Panathen. C. 20.
Ibid. Addi hic debuerant quae Reginae sacrorum munus spectant, & Γεραίρας, ejus in Bacchi sacris administras, lectas ex Semachidarum familia: tum sollemne jusjurandum, quo Regina, verba praeeunte Hierocerycе, τοῦ ἱεροκήρυκος, eas adigebat. Quae ex legum formulis ut fuerint Athenis factitata, docet *Demosthen.* in Neaeram p. 737. & *Stephanus* v. Σημαχίδαι.

Legem laudat Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [*p.* 26.] καὶ (ὡς ἔοικεν) ὁ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ ἱερωσύνην μὲν οὐδενὸς θεῶν κληρώσεται, ὡς οὐκ ὢν ἐκ τῶν νόμων καθαρὸς τὸ σῶμα. Praeterea [1] integros esse corporis oportuit nulloque membro captos: nam ἐν τῇ δοκιμασίᾳ Sacerdotum, id exquirebatur. Auctor *Etymologici*: ἀφελὴς, ὁ ὑγιὴς τὸ σῶμα καὶ ὁλόκληρος. οὕτω παρ᾽ Ἀθηναίοις, καὶ οἱ Βασιλεῖς, καὶ οἱ Ἱερεῖς ἐδοκιμάζοντο Ἀθήνησιν, ΕΙ ΑΦΕΛΕΙΣ, καὶ ὁλόκληροι. Unde praeterea discimus Sacerdotes, sive, puto, forte legerentur, sive crearentur, δοκιμασθῆναι, quemadmodum Magistratus. [2]

XII. Habes apud Stephanum in Ἀγνοῦς fragmentum quod sacra hujus populi spectat.

ΕΠΕΙΔΗ ΑΓΝΟΥΝΤΙ ΘΥΣΙΑ ΕΣΤΙ ΤΩι ΛΕΩι.	*Cum apud Agnusios sacrificium ab iis fiat.*

Stephani verba sunt, καὶ ἐν τῷ τόπῳ Ἀγνοῦντι, ἐν τῷ ἄξοσιν, ΕΠΕΙΔΗ ΑΓΝΟΥΝΤΙ ΘΥΣΙΑ ΕΣΤΙ ΤΩι ΛΕΩι.

1 *Anaxandrides* in *Athenaei* L. VII. p. 300. A.

Τὰς ἱερέας ἐνθάδε μὲν ὁλοκλήρους νόμος εἶναι.

forte itaque lecti sacerdotes diligenter examinabantur, utrum corpore essent integri, puri ac puris progeniti, casti nec ullo scelere contaminati. *Plato* L. VI. Leg. p. 759. Δοκιμάζειν δὲ τὸν ἀεὶ λαγχάνοντα, πρῶτον μὲν, ὁλόκληρον καὶ γνήσιον, ἔπειτα ὡς ὅτι μάλιστα ἐκ καθαρευουσῶν οἰκήσεων, φόνου δὲ ἁγνὸν, καὶ πάντων τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰς τὰ θεῖα ἁμαρτανομένων, αὐτόν τε καὶ πατέρα καὶ μητέρα κατὰ ταὐτὰ βεβιωκότας. Quod ipsum in sacerdote Judaeo requirebatur, quem παντελῆ καὶ ὁλόκληρον esse oportebat, teste *Philon. Jud.* L. II. de Monarch. p. 823. A., cujusque genus & corpus propterea studiosissime examinabant, eodem auctore de Decalogo p. 754. D.

2 Neglecta hic lex est de Minervae sacerdote apud *Athenaeum* L. IX, 4. p. 375. C. τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρειαν οὐ θύειν ἀμνὸν, οὐδὲ τυροῦ γεύεσθαι· quod posterius non de omni caseo, sed recente, qui quidem pressus in Attica fuisset, accipiendum esse, *Strabo* innuit L. IX. p. 604., & opportune monuit *Is. Casaubonus.*

L I-

LIBER SECUNDUS.

TITULUS PRIMUS.

De Legibus.

I. OPTIME Papinianus Libro I. Definitionum scripsit [*l.* 96.
1. D. de Legib.] *Legem esse commune praeceptum, virorum prudentium consultum; delictorum, quae sponte, vel ignorantia contrahuntur, coërcitionem: communem Reipublicae sponsionem.* Nam & Demosthenes Orator *Orat. advers. Aristogitonem I.* [*p.* 484.] sic definit: τοῦτο ἐστὶν νόμος, ᾧ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλά, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστὶν νόμος, εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεοῦ, δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων· πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν ἅπασι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. *Sed & Philosophus*, verba sunt Marciani Libro I. Institutionum [*l.* 2. *D. eod.*] *summae Stoicae sapientiae Chrysippus sic incipit libro, quem fecit περὶ νόμου.* Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ Βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην τε εἶναι τῶν καλῶν, καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα, καὶ ἡγεμόνα· καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων, καὶ ἀδίκων· καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, [1] προστατικὸν μὲν, ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον. Nominavit Marcianus Chrysippum, *Philosophum summae Stoicae sapientiae*, quod interpretantur in laudem Stoicae sectae, quia inter sectas Philosophorum est praecipua: alii legunt, *summus*: [2] Ego putem adverbium esse, *summe*, quod scribi per *ae* diphthongum non

1. Lege προστακτικόν. Plane ad Chrysippi mentem *Philo Jud.* L. II. Vit. Mos. p. 654. C. πρόσταξις δὲ τῶν πρακτέων καὶ ἀπαγόρευσις τῶν οὐ πρακτέων, ἴδιον νόμου.

2 Petitus dicit hoc accipi in laudem Stoicae sectae, quia inter sectas Philosophorum est praecipua. Addit, *alii legunt summus. Ego putem adverbium esse summe, quod scribi per* ae *diphthongum non est insolens.* Et, *dicuntur ista in laudem Chrysippi, qui Philosophus sit* summe, ἐν τοῖς μάλιστα, *Stoicae sapientiae. nam* fulcire putatur porticum Stoicorum, *ut est apud Ciceronem.* Cur mutatur *summae*, id est, *summae sapientiae Stoicae*? Basilica adstipulantur. SALVIN.

Ibid. Est in *l.* 2. *D. de Legib.* Scholiastae Basilicorum hoc ita Graece expresserunt: ὁ μέν τοι Χρύσιππος ὁ φιλόσοφος, ἀκρότατος ὢν σοφίας παρὰ τοῖς Στωικοῖς. Unde liquet eos in Digestis legisse *summae*, non *summus*, neque *summe.* Nec video cur *summae* quemquam debeat offendere. Si dicam, *est Grammaticus summae eruditionis*, nemo negabit recte dictum esse: si addito vocabulo porro ita dicam, *est Grammaticus summae eruditionis Latinae*, non major caussa erit hunc sermonem reprehendendi. Cur ergo non feramus, est *Philosophus summae sapientiae Stoicae*? Recte quidem Petitus haec ad Chrysippi laudem pertinere dicit. Sed si putabat *summe* ita dici a Latinis, debebat

non eſt inſolens: *Philoſophus*, inquit, *ſumme Stoicae ſapientiae Chryſippus*: dicuntur iſta in laudem ipſius Chryſippi, qui Philoſophus ſit *ſumme*, ἐν τοῖς μάλιστα, Stoicae ſapientiae: nam *fulcire putatur porticum Stoïcorum*, ut eſt apud Ciceronem, de eoque illud olim dictum apud Diogenem Laërtium:

Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν Στοά.

Sed Chryſippum mittamus, ut de Legibus agamus, quae *ita ſcribi non poſſunt, ut omnes caſus, qui quandoque inciderint, comprehendantur. l.* 10. *D. de Legibus.* Sed jura conſtituuntur, ut dixit Theophraſtus in his, quae ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non quae ἐκ παραλόγου, & ut ait Theophylactus, τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. Itaque in ferendis Legibus admodum cauti fuerunt Athenienſes, quod ex hac illarum ἐπιχειροτονία liquido conſtabit.

97. ΕΠΙΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑ ΝΟΜΩΝ.

ΕΠΙ ΔΕ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΤΗι ΕΝΔΕΚΑΤΗι, ΕΝ ΤΩι ΔΗΜΩι, ΕΠΕΙΔΑΝ ΕΥΞΗΤΑΙ Ο ΚΗΡΥΞ, ΕΠΙΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ ΠΟΙΕΙΝ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ, ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΙΚΩΝ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΔΕ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΟΙΝΩΝ, ΕΙΤΑ ΟΙ ΚΕΙΝΤΑΙ ΤΟΙΣ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΥΣΙΝ ΕΙΤΑ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΑΡΧΩΝ. ΗΔ' ΕΠΙΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑ ΕΣΤΩ Η ΠΡΟΤΕΡΑ ΟΤΩι ΔΟΚΟΥΣΙΝ ΑΡΚΕΙΝ ΟΙ ΝΟΜΟΙ ΟΙ ΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΙ, ΗΔ' ΥΣΤΕΡΑ ΟΤΩι ΜΗ ΔΟΚΟΥΣΙΝ ΕΙΤΑ ΤΩΝ ΚΟΙΝΩΝ ΚΑΤΑ ΤΑΥΤΑ. ΤΗΝ Δ' ΕΠΙΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ ΕΙΝΑΙ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΤΟΥΣ ΚΕΙΜΕΝΟΥΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΝΕΣ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΤΩΝ ΚΕΙΜΕΝΩΝ ΑΠΟΧΕΙΡΟΤΟΝΗΘΩΣΙ, ΤΟΥΣ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΕΦ' ΩΝ ΑΝ Η ΕΠΙΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑ ΓΕΝΗΤΑΙ ΠΟΙΕΙΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΠΟΧΕΙΡΟΤΟΝΗΘΕΝΤΩΝ ΤΗΝ ΤΕΛΕΥΤΑΙΑΝ ΤΩΝ ΤΡΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ. ΤΟΥΣ ΔΕ ΠΡΟΕΔΡΟΥΣ ΟΙ ΑΝ ΤΥΧΩΣΙ ΠΡΟΕΔΡΕΥΟΝΤΕΣ ΕΝ ΤΑΥΤΗι ΤΗι ΕΚΚΛΗΣΙΑι ΧΡΗΜΑΤΙΣΕΙΝ ΕΠΑΝΑΓΚΕΣ ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΤΑ ΤΑ ΙΕΡΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΝΟΜΟΘΕΤΩΝ, ΚΑΘ' Ο ΤΙ ΚΑΘΕΔΟΥΝΤΑΙ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΟΠΟΘΕΝ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙΣ ΕΣΤΑΙ. ΤΟΥΣ ΔΕ ΝΟΜΟΘΕΤΑΣ ΕΙΝΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΟΜΩΜΟΚΟΤΩΝ ΤΟΝ ΗΛΙΑΣΤΙΚΟΝ ΟΡΚΟΝ. ΕΑΝ Δ' ΟΙ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΜΗ ΠΟΙΩΣΙ ΚΑΤΑ ΤΑ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ ΤΗΝ

Undecimo primae Prytaneias die, pro concione, poſt vota voce praeconis peracta, Leges ordine recenſentur, primum eae quae ſunt de Senatu: deinde de Republica: tum de Novemviris, demum de reliquis Magiſtratibus. Primumque ſciſcitor, an ſatis ſit Legum de Senatu: deinde, an non ſit ſatis: atque ita deinceps de Legibus, quae Rempublicam ſpectant. Concio habetor ſecundum Leges, quae obtinent, ad recenſendas Leges. Si quae autem Leges, quae obtinent, improbentur, Prytaneis qui huic Legum recenſioni praeſunt, ultimam trium concionum habento de improbatis Legibus. Proëdri, quibus concioni huic praeeſſe ſortito contigerit, omnino referunto, poſt relationem primam, quae eſt de rebus ſacris, de Nomothetis, de quibus ſcilicet Legibus ſententiam ſint laturi, & unde ſtips illis ſuppetet. Nomothetae autem de iis ſunto, qui Heliaſticum jusjurandum jurarunt. Si vero Prytaneis concionem non habeant, aut Proë-

bat hoc fulcire teſtimoniis Scriptorum probatorum, ne quis de eo dubitare poſſet. Hoc quoque animadvertendum videtur, quod ait, non inſolens eſſe *e* per *ae*, id eſt pro *e* vocali *ae* diphthongum ſcribi. Nam contra certum eſt in libris ſcriptis, atque etiam primis Editionibus ſcriptorum Latinorum, infinitis locis *e* vocalem pro diphthongo *ae* ſcribi. In eo, quod paullo poſt eadem hac pag. legitur: *& ut ait Theophylactus*, τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται, errorem ſcribentis adnotavit *Salvinius*: nam laudantur e *Theophraſto* in *l.* 6. *D. eod.* DUKER.

ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ Η ΟΙ ΠΡΟΕΔΡΟΙ ΜΗ ΧΡΗΜΑΤΙΣΩΣΙ ΚΑΤΑ ΤΑ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ ΟΦΕΙΛΕΙΝ ΤΩΝ ΜΕΝ ΠΡΥΤΑΝΕΩΝ ΕΚΑΣΤΟΝ ΧΙΛΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ ΙΕΡΑΣ ΤΗι ΑΘΗΝΑι. ΤΩΝ ΔΕ ΠΡΟΕΔΡΩΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΟΦΕΙΛΕΤΩ ΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑ ΔΡΑΧΜΑΣ ΙΕΡΑΣ ΤΗι ΑΘΗΝΑι, ΚΑΙ ΕΝΔΕΙΞΙΣ ΑΥΤΩΝ ΕΣΤΩ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΣ, ΚΑΘΑΠΕΡ ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΡΧΗι ΟΦΕΙΛΩΝ ΤΩι ΔΗΜΟΣΙΩι. ΟΙ ΔΕ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ ΤΟΥΣ ΕΝΔΕΙΧΘΕΝΤΑΣ ΕΙΣΑΓΟΝΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΔΕΣΜΩΤΗΡΙΟΝ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ, Η ΜΗ ΑΝΙΟΝΤΩΝ ΕΙΣ ΑΡΕΙΟΝ ΠΑΓΟΝ ΩΣ ΚΑΤΑΛΥΟΝΤΕΣ ΤΗΝ ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΝ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ. ΠΡΟ ΔΕ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ Ο ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΝΟΜΟΘΕΤΕΙΝ ΕΚΤΙΘΕΤΩ ΠΡΟΣΘΕΝ ΤΩΝ ΕΠΩΝΥΜΩΝ ΓΡΑΨΑΣ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΟΥΣ ΑΝ ΤΙΘΗι, ΟΠΩΣ ΑΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ ΤΩΝ ΕΚΤΕΘΕΝΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΨΗΦΙΣΗΤΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙΣ. Ο ΔΕ ΤΙΘΕΙΣ ΤΟΝ ΚΑΙΝΟΝ ΝΟΜΟΝ ΑΝΑΓΡΑΨΑΣ ΕΙΣ ΛΕΥΚΩΜΑ ΕΚΤΙΘΕΤΩ ΠΡΟΣΘΕΝ ΤΩΝ ΕΠΩΝΥΜΩΝ ΟΣΗΜΕΡΑΙ, ΕΩΣ ΑΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΓΕΝΗΤΑΙ, ΑΙΡΕΙΣΘΑΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΣΥΝΑΠΟΛΟΓΗΣΟΜΕΝΟΥΣ ΤΩΝ ΔΗΜΩΝ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ ΟΙ ΑΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙΣ ΑΥΩΝΤΑΙ ΠΕΝΤΕ ΑΝΔΡΕΣ ΕΞ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΗι ΕΝΔΕΚΑΤΗι ΤΟΥ ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝΟΣ ΜΗΝΟΣ.

Proëdri non referant, ſecundum has Leges, Prytanum quiſque mille drachmis, Minervae ſacris, Proëdrorum vero ſinguli quadraginta drachmis, Minervae item ſacris, multantor. Eorum nomina apud Theſmothetas deferuntor, quemadmodum eorum, qui, aerarii cum ſint, tamen Magiſtratum gerunt. 98. *Si vero Theſmothetae delatos in judicium non rapiant, ex hac Lege, in Senatum Areopagiticum ne cooptantor, ut qui Legum emendationem perverterint. Ante concionem quiſquis Athenienſium Legem ferre voluerit, proponat ſcriptas ad Eponymorum ſtatuas Leges, quas rogaturus eſt, ut pro numero propoſitarum Legum populus decernat de tempore, quod Nomothetis erit praeſcribendum. Qui vero novam Legem fert, in album deſcribito, & proponito quotidie ad Eponymorum ſtatuas, donec concio habeatur. Eliguntor autem ex univerſo Athenienſium populo, die Hecatombaeonis undecimo, viri quinque, qui patroni futuri ſint Legum, quae a Nomothetis abrogandae erunt.*

Haec Legis verba referuntur a Demoſthene *in Timocratea* [*p.* 445.] Dicitque iſtam in ferendis Legibus Legem eſſe obſervandam: ut Quotannis primo primae Prytaneias conventu, qui incidit in diem menſis Hecatombaeonis undecimum, ut optime adnotat Ulpianus ad hunc locum: ἡ πρώτη τῆς πρώτης πρυτανείας ἐκκλησία ἐγίνετο τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ ἑκατομβαιῶνος μηνὸς, ferantur Leges, primum περὶ τῶν Βουλευτικῶν, de Senatu Quingentorum. Ulpianus περὶ τῶν Βουλευτικῶν· περὶ τῆς βουλῆς τῶν Πεντακοσίων: Deinde de ipſa Republica, ἐπὶ τῶν κοινῶν, hoc eſt, περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων. Poſtremo περὶ τῶν πολιτευομένων, de Magiſtratibus. Idque hoc fiebat ordine. Primum cogebatur populus, an ſatis eſſet Legum περὶ τῶν βουλευτικῶν, necne, atque an eae placerent: poſtea περὶ τῶν κοινῶν· demum περὶ τῶν πολιτευομένων, idque eodem ordine. Quod ſi Legum ſatis non eſſet, novae ferebantur, ſi quae jam ante latae erant, non placerent, improbarenturque, has antiquabant veteres & abrogabant, novasque in veterum locum ἀντεισέφερον atque ſufficiebant. Eligebantur autem decem numero, e ſingulis Tribubus unus, qui Leges ſcriberent, & Scriba qui in Senatu, proque concione recitaret: non enim videtur quibusvis promiſcue permiſſum Legem rogare. Scholiaſtes Ariſtophanis *ad Veſpas* [*vſ.* 772.] εἶχον δὲ καὶ ἑκάστη φυλὴ ἕνα Θεσμοθέτην καὶ Γραμματέα εἰς τὸ τοὺς νόμους εἰσηγεῖσθαι.

II. Huc facit Pſephiſma ſcriptum poſt exactos Athenis Triginta Tyrannos, quod hic inter Leges legi meretur, quippe cum Legis vim obtineat.

Ψ Η Φ Ι Σ Μ Α.

99. ΕΔΟΞΕ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ. ΤΙΣΑΜΕΝΟΣ ΕΙΠΕ. ΠΟΛΙΤΕΥΕΣΘΑΙ ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ ΚΑΤΑ ΤΑ ΠΑΤΡΙΑ, ΝΟΜΟΙΣ ΔΕ ΧΡΗΣΘΑΙ ΤΟΙΣ ΣΟΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΜΕΤΡΟΙΣ ΚΑΙ ΣΤΑΘΜΟΙΣ, ΧΡΗΣΘΑΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΔΡΑΚΟΝΤΟΣ ΘΕΣΜΟΙΣ, ΟΙΣΠΕΡ ΕΧΡΩΜΕΘΑ ΕΝ ΤΩΙ ΠΡΟΣΘΕΝ ΧΡΟΝΩΙ. ΟΠΟΣΩΝ Δ' ΑΝ ΠΡΟΣΔΕΟΙ ΟΙΔΕ ΗΙΡΗΜΕΝΟΙ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙ ΥΠΟ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ΑΝΑΓΡΑΦΟΝΤΩΝ ΕΝ ΣΑΝΙΣΙ, ΚΑΙ ΕΚΤΙΘΕΝΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΠΩΝΥΜΟΥΣ ΣΚΟΠΕΙΝ ΤΩΙ ΒΟΥΛΟΜΕΝΩΙ ΚΑΙ ΠΑΡΑΔΙΔΟΝΤΩΝ ΤΑΙΣ ΑΡΧΑΙΣ ΕΝ ΤΩΙΔΕ ΤΩΙ ΜΗΝΙ, ΤΟΥΣ ΔΕ ΠΑΡΑΔΙΔΟΜΕΝΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΔΟΚΙΜΑΣΑΤΩ ΠΡΟΤΕΡΟΝ Η ΒΟΥΛΗ, ΚΑΙ ΟΙ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙ ΟΙ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΟΙ, ΟΥΣ ΟΙ ΔΗΜΟΤΑΙ ΕΙΛΟΝΤΟ, ΕΠΕΙΔΗ ΟΜΩΜΟΚΑΣΙΝ. ΕΞΕΙΝΑΙ ΔΕ ΚΑΙ ΙΔΙΩΤΗΙ ΤΩΙ ΒΟΥΛΟΜΕΝΩΙ ΕΙΣΙΟΝΤΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ ΒΟΥΛΕΥΕΙΝ Ο, ΤΙ ΑΝ ΑΓΑΘΟΝ ΕΧΗΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ. ΕΠΕΙΔΑΝ ΔΕ ΤΕΘΩΣΙΝ ΟΙ ΝΟΜΟΙ, ΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΩ Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ, ΟΠΩΣ ΑΝ ΑΙ ΑΡΧΑΙ ΤΟΙΣ ΚΕΙΜΕΝΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ ΧΡΩΝΤΑΙ. ΤΟΥΣ ΔΕ ΚΥΡΟΥΜΕΝΟΥΣ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΕΙΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΙΧΟΝ, ΙΝΑ ΠΕΡ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΑΝΕΓΡΑΦΗΣΑΝ ΣΚΟΠΕΙΝ ΤΩΙ ΒΟΥΛΟΜΕΝΩΙ.

Populus scivit. Tisamenus scripsit. Athenienses Rempublicam secundum patria instituta gerunto. Legibus autem Solonis, & mensuris, & ponderibus utuntor, ut & Draconis sanctionibus, quibus etiam olim usi sumus. Si quibus vero opus fuerit Legibus, eas electi a Senatu Nomothetae in tabella describunto, & ad Eponymorum statuas proponunto, ut a quovis legi possint: eodemque hoc mense Magistratibus in manus danto: datas prius Senatus Quingentorum, & Nomothetae, quos populares elegerint, jurati approbanto. Cuivis privato Senatum adire liceto, & quod sibi bonum videbitur de illis Legibus consulere. Ubi latae erunt Leges, Senatus Areopagiticus provideto, ut Magistratus latis Legibus utantur. Latae Leges in pariete describuntor, ubi prius sunt descriptae, ut a quovis legi possint.

Descripsit hoc Psephisma Andocides *ἐν τῷ περὶ τῶν Μυστηρίων* [*p.* 11.] quod paulo post assertam in libertatem a Thrasybulo Athenarum urbem scriptum est, ut ex Andocide constat: *ἐπειδὴ ἐπανήλθετε ἐκ Πειραιέως, ἔδοξε μὴ μνησικακεῖν ἀλλήλοις τῶν γεγενημένων. ἐπειδὴ δὲ βουλήν τε ἀπεκληρώσατε, Νομοθέτας τε εἵλεσθε, εὕρισκον τῶν νόμων τῶν τε Σόλωνος καὶ τοῦ Δράκοντος πολλοὺς ὄντας, οἷς πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἔνοχοι ἦσαν, τῶν πρότερον ἕνεκα γινομένων, ἐκκλησίαν ποιήσαντες, ἐβουλεύσασθε περὶ αὐτῶν, καὶ ἐψηφίσασθε, δοκιμάσαντες πάντας τοὺς νόμους, εἶτ' ἀναγράψαι ἐν τῇ στοᾷ τούτους τῶν νόμων οἳ ἂν δοκιμασθῶσι.* Varii autem & diversi hoc Psephismate nominantur Nomothetae. Priores illi sunt, qui Thesmothetae Graeco Interpreti Aristophanis dicuntur, & a Senatu Quingentorum e singulis Tribubus singuli eligebantur, ad novas, si quidem illis esset opus, scribendas Leges.
100. Posteriores, qui dicuntur Nomothetae illi sunt, qui jurati Leges a prioribus illis scriptas & publice propositas debebant *δοκιμάζειν καὶ κυροῦν* suo calculo, vel *ἀποχειροτονεῖν καὶ ἀποδοκιμάζειν*. Sed ubi de his agitur, transposita sunt Psephismatis verba, quae ita repono: ΤΟΥΣ ΔΕ ΠΑΡΑΔΙΔΟΜΕΝΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΔΟΚΙΜΑΣΑΤΩ ΠΡΟΤΕΡΟΝ Η ΒΟΥΛΗ ΟΙ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΟΙ, ΚΑΙ ΟΙ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙ ΟΥΣ ΟΙ ΔΗΜΟΤΑΙ ΕΙΛΟΝΤΟ. Nam, ut paulo post, Deo dante, dicemus, non quingenti, sed unus & mille Nomothetae eligebantur. Sed redeamus ad *ἐπιχειροτονίαν νόμων*, ut illam, eademque opera hoc Psephisma illustre-

ſtremus. Nomothetae igitur illi decem, qui novam ferre Legem volebant, in
Senatu cauſſam dicebant, deque ea primum diſceptabant apud τοὺς Πεντακοσίους,
ut illam iis approbarent. Habes in Pſephiſmate: ΤΟΥΣ ΔΕ ΠΑΡΑΔΙΔΟ-
ΜΕΝΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΔΟΚΙΜΑΣΑΤΩ ΠΡΟΤΕΡΟΝ Η ΒΟΥ-
ΛΗ ΟΙ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΟΙ. Unde etiam ſcripſit Pollux: τοὺς νέους νόμους
ἐδοκίμαζεν ἡ Βουλή. Demoſthenes *in Timocratea* [*p.* 451.] καὶ τοι χρῆν σε,
ὦ Τιμόκρατες, εἰδότα· τὸν νόμον τόνδε, ὃν ἀνέγνων, εἴ τι δίκαιον ἐβού-
λου πράττειν, πρῶτον μὲν πρόσοδον γράψασθαι πρὸς τὴν βουλήν· εἶτα τῷ
δήμῳ διαλεχθῆναι· καὶ οὕτως, εἰ πᾶσιν Ἀθηναίοις ἐδόκει; γράφειν καὶ νομο-
θετεῖν περὶ τούτων. Neque certe ſine hoc Senatus probuleumate rogari po-
tuiſſet e Solonis Lege populus. Approbatis Senatui Legibus, Prytaneis pri-
mam concionem habebant undecimo Hecatombaeonis menſis die, ut populus,
ſecundum προβούλευμα τῆς τῶν Πεντακοσίων Βουλῆς, ſciſceret, utrum no-
vas ferri Leges vellet, necne, an veteres latas ſatis eſſe putaret: πότερον εἰ-
σοιστέος ἐστὶ νόμος καινὸς, ἢ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ κείμενοι. Si decreviſſet
novas eſſe ferendas, illae pro concione legebantur a Scriba. Demoſthenes *in
Leptinea* [*p.* 297.] καὶ ἐπέταξεν τὸν νόμον τῷ γραμματεῖ παραδοῦναι τοῦτον
δὲ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνεγινώσκειν. Graecus Interpres: τῷ δήμῳ λέγει.
ἐκεῖ γὰρ συνήγετο ὁ ὄχλος. τρεῖς δὲ ἐγίνοντο ἐκκλησίαι· ἀναγινώσκετο δὲ
τῷ δήμῳ ὁ νόμος· idque non tantum pro concione prima, ſed etiam, ut hinc
poteſt colligi, & poſtrema trium. Proponebantur praeterea publice Leges hae,
& proponebantur ad [1] Archontum Eponymorum ſtatuas, quae in Urbano erant
Ceramico, prope Quingentorum Curiam, ut ſcribit Pauſanias *Atticis* [C. 5.]
Pſephiſma hoc noſtrum: ΟΠΟΣΩΝ Δ' ΑΝ ΠΡΟΣΔΕΟΙ ΟΙΔΕ ΗΙ-
ΡΗΜΕΝΟΙ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙ ΥΠΟ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ΑΝΑΓΡΑ-
ΦΟΝΤΩΝ ΕΝ ΣΑΝΙΣΙ, ΚΑΙ ΕΚΤΙΘΕΝΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ
ΕΠΩΝΥΜΟΥΣ ΣΚΟΠΕΙΝ ΤΩι ΒΟΥΛΟΜΕΝΩι. Suidas:
παρὰ γοῦν τὰς εἰκόνας τῶν Ἐπωνύμων εἰσηγοῦντο τοὺς νόμους, πρὶν ἢ γενέσθαι
κυρίους, ἵν' ἐντυγχάνοντες αὐτοῖς, οἱ βουλόμενοι κατηγοροῖεν. Demoſthe-
nes *in Leptinea* [*p.* 297.] καὶ ἐπέταξεν τὸν νόμον ἐκθεῖναι πρόσθεν τῶν
Ἐπωνύμων. Scholia: ἀνδριάντες ἦσαν τῶν Ἡρώων, ὧν αἱ φυλαὶ ἐπώνυ-
μοι ἦσαν. παρ' οἷς ὁ βουλόμενος νομοθετεῖν προετίθει, ἵνα πάντες Ἀθη-
ναῖοι ἴδοιεν, πότερον ἀρέσκει, ἢ οὔ, ἐν ἐπισήμῳ δὲ τόπῳ εἱστήκεισαν.
Proponebantur autem quotidie ad has ſtatuas uſque ad tertiam primae Pryta-
neiae concionem: Lex, Ο ΔΕ ΤΙΘΕΙΣ ΤΟΝ ΚΑΙΝΟΝ ΝΟΜΟΝ
ΑΝΑΓΡΑΨΑΣ ΕΙΣ ΛΕΥΚΩΜΑ ΕΚΤΙΘΕΤΩ ΠΡΟΣΘΕΝ
ΤΟΝ ΕΠΩΝΥΜΩΝ ΟΣΗΜΕΡΑΙ ΕΩΣ ΑΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ
ΓΕΝΗΤΑΙ. δηλονότι ἡ τρίτη, inquit Ulpianus. Si qua abroganda erat
Lex, unicuique Legi abrogandae quinque ex univerſis Athenienſibus eligeban-
tur patroni jam tum ab ipſa prima concione. Lex: ΑΙΡΕΙΣΘΑΙ ΔΕ ΚΑΙ
ΤΟΥΣ ΣΥΝΑΠΟΛΟΓΗΣΟΜΕΝΟΥΣ ΤΩΝ ΔΗΜΩΝ ΤΟΙΣ
ΝΟΜΟΙΣ ΟΙ ΑΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙΣ ΛΥΩΝΤΑΙ 101.
ΠΕΝΤΕ ΑΝΔΡΕΣ ΕΞ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΗι ΕΝ-
ΔΕΚΑΤΗι ΤΟΥ ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝΟΣ ΜΗΝΟΣ. Cujus rei cauſ-
ſa legitur apud Interpretem: τὸ δὲ αἱρεῖσθαι, ἀπὸ κοινοῦ τὸ κελεύει, ὅ ἐστι τὸ
χειροτονεῖν. τὸ δὲ τοὺς συναπολογησομένους, τοὺς μέλλοντας ἀγωνίζεσθαι
ὑπὲρ τῶν νόμων μελλόντων λύεσθαι· εἰκὸς γὰρ ὅτι βελτίους ἦσαν τοῦ εἰσαγο-
μένου· καὶ χρείᾳ τῶν λεγόντων ὑπὲρ αὐτῶν ἐνομίζοντο εἶναι φαῦλοι.
προσηυ-

[1] Rectius *Heroum* ſcripſiſſet, ut Schol. in *Demoſthenis* Leptin. p. 297. & Timocrat. p. 442.

προηυτρέπιζον γὰρ ἐκ τῆς πρώτης ἐκκλησίας, τοὺς μέλλοντας ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τῶν ἀποδοκιμαζομένων νόμων ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ μαθόντες ἐν ταύτῃ τῇ πρώτῃ πόσοι ἀπεδοκιμάσθησαν νόμοι, πρὸς αὐτοὺς ἐχειροτόνουν καὶ τοὺς ἀπολογουμένους. πέντε δὲ ἄνδρας καθ' ἕκαστον νόμον ἐχειροτόνουν. Demum Prytaneis ob hanc rem tertiam indicebant concionem, & Proëdri ad populum referebant ea de re, atque a Scriba pro concione legebantur Leges. Ulpianus *ad Leptineam*: δεῖ προαναγνωσθῆναι τὸν νόμον τῷ δήμῳ, ἔπειτα προτεθῆναι, εἶτα λαβεῖν τὸν Γραμματέα, ut scilicet populo praelegeret, quod supra adnotavimus, & cuique liberum esset contradicere. Demosthenes postquam docuit, τὸν Γραμματέα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναγινώσκειν τὸν νόμον, addit [*p.* 297.] ἵνα ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλάκις, καὶ κατὰ σχολὴν σκεψάμενος, ἃ ἂν ᾖ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα, ταῦτα νομοθετῇ. Scholia: ἀνεγινώσκετο δὲ τῷ δήμῳ ὁ νόμος, ἵνα πάντες ἀκούσωσι, καὶ ὁ βουλόμενος ἀντέλεγε. Dixit Orator populum νομοθετεῖν, Legem ferre, οὐχ ὅτι ἐν τῷ δήμῳ ἐνομοθέτουν, inquit Ulpianus, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ νομοθετεῖσθαι ἐάσῃ. Populus proprie Leges non ferebat, erat tamen ejus eas approbare: νόμος γάρ, inquit *in Rhetoricis* [*ad Alexandr.* C. 1. *p.* 158.] Aristoteles, ἐστι λόγος ὡρισμένος καθ' ὁμολογίαν κοινὴν πόλεως, μηνύων πῶς δεῖ πράττειν ἕκαστα. Igitur tertia primae Prytaneiae concione, referente Proëdro de Legibus, iisque palam pro concione a Scriba recitatis, quisquis volebat Leges suadebat, vel dissuadebat, & si qua vetus abroganda Lex erat, substituendaque nova, nominatim quinque illi ex omnibus Atheniensibus, unicuique Legi, quae antiquanda videbatur, creati patroni, ἠγωνίζοντο ὑπὲρ τοῦ νόμου μέλλοντος λύεσθαι. Populus expensis utrinque rationibus, quas Leges vel antiquari, vel ferri e re sua fore credebat, tradendas sciscebat Nomothetis, ut Nomothetae ἐκύρουν, si quidem illis placerent, vel contra antiquarent, si non probarentur: atque id intelligitur in Lege his verbis: ΚΑΘ' ΟΤΙ ΚΑΘΕΔΟΥΝΤΑΙ ΟΙ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙ. id est, praescribebat Populus, quas Leges faceret arbitrii Nomothetarum, ut illi suis calculis vel ferrent, vel antiquarent: itaque intelligendus est Pollux: τοὺς νέους νόμους ἐδοκίμαζεν ἡ Βουλὴ καὶ ὁ δῆμος. & huc spectat [1] Kaput illud jurisjurandi, apud Pollucem & Stobaeum, quod praestabat Atheniensium unusquisque anno aetatis suae vicesimo, postquam sui juris cum esset, jus ferendi inter suos tribules & populares suffragii habebat: Καὶ συνήσω τῶν ἀεὶ κραινόντων, καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, καὶ οὕς τινας ἄλλους ἱδρύσεται τὸ πλῆθος ἐμφρόνως. καὶ ἄν τις ἀναιρῇ τοὺς θεσμοὺς, ἢ μὴ πείθηται, οὐκ ἐπιτρέψω. Quare tertia primae Prytaneiae concione oportebat Proëdros ΧΡΗΜΑΤΙΖΕΙΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΝΟΜΟΘΕΤΩΝ ΚΑΘ' ΟΤΙ ΚΑΘΕΔΟΥΝΤΑΙ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΟΠΟΘΕΝ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙΣ ΕΣΤΑΙ. Re-
102. ferre de sortito deligendis Nomothetis, οἵτινες ἐκληροῦντο δοκιμάζειν τοὺς νόμους. de Legibus, quas populus Nomothetis permittebat, ut eas ferrent, vel antiquarent: demum unde possint Nomothetis merces dari: accipiebant enim de publico pecuniam: Relatio autem ista fiebat ΜΕΤΑ ΤΑ ΙΕΡΑ, ut est in Lege, nos vertimus, *post relationem de rebus sacris*: potuit & hoc modo, *post peracta sacra*: nam lustrabantur conciones τοῖς καθαρσίοις, & praeterea praeco pro concione vota concipiebat: habes hac ipsa Lege: ΕΠΕΙΔΑΝ ΕΥΞΗΤΑΙ Ο ΚΗΡΥΞ. & apud Aeschinem *adversus Timarchum* [*p.* 4.] ἐπειδὰν τὸ καθάρ-

[1] Vide Lib. hujus Tit. IV. p. 152.

θάρσιον προσενεχθῇ, καὶ ὁ κῆρυξ τὰς πατρίους εὔξηται, & vide exemplum apud Aristophanem Θεσμοφοριαζούσαις. Sed nos ita reddidimus, quia existimamus tertiam primae Prytaneiae concionem, quae habebatur tricesimo Prytaneiae die, incidisse in primum Metagitnionis diem, quo fiebant τὰ Ἐπιμήνια sacra, de quibus ad populum referebant Prytaneis, ut, suo loco, Deo dante, dicemus. Quod si ΟΙ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΜΗ ΠΟΙΗΣΩΣΙ ΚΑΤΑ ΤΑ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ ΤΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ: mille multabantur drachmis Minervae sacris: ut & si ΟΙ ΠΡΟΕΔΡΟΙ ΜΗ ΧΡΗΜΑΤΙΣΩΣΙ ΚΑΤΑ ΤΑ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ, pendebant quadraginta drachmas Minervae quoque sacras. At qui fit, ut adeo inaequalis hac Lege irrogetur multa? Respondent Juris Attici Consulti, ὅτι βαρύτερόν ἐστιν ὅλως τὸ μὴ συνάξαι τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν, ἢ μὴ ὑποβάλλειν. διὸ ἐπὶ τῶν Πρυτανέων, τῶν μὴ συναγόντων, τὸ πλέον ἔταξαν, longe gravius est omnino concionem non habere, quam de hac vel illa re non referre. Prytanum & Proëdrorum nomina, qui in hanc Legem commisissent, jus erat cuivis deferre apud Thesmothetas: Thesmothetae delatos in judicium rapiebant; si secus fecissent Thesmothetae, in Senatum Areopagiticum non poterant cooptari. Lex: ΚΑΙ ΕΝΔΕΙΞΙΣ ΑΥΤΩΝ ΕΣΤΩ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΣ, ΟΙ ΔΕ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ ΤΟΥΣ ΕΝΔΕΙΧΘΕΝΤΑΣ ΕΙΣΑΓΟΝΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΝ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ, Η ΜΗ ΑΝΙΟΝΤΩΝ ΕΙΣ ΑΡΕΙΟΝ ΠΑΓΟΝ. Diximus Nomothetas sortito captos fuisse. Testis Ulpianus: οἱ Νομοθέται ἐκληροῦντο δοκιμάζειν τοὺς νόμους. [1] Erantque numero mille & unus: habes in *Psephismate Timocratis* apud Demosthenem [*p.* 447.] τοὺς δὲ Νομοθέτας εἶναι ἕνα καὶ χιλίους ἐκ τῶν ὀμωμοκότων. Cur autem unus superaddatur mille, rationem reddit Ulpianus, ne pares sint suffragiorum calculi: διὰ τοῦτο δὲ ὁ εἷς προσετίθετο ἀεὶ τοῖς δικασταῖς, ἵνα μὴ ἴσαι γένοιντο αἱ ψῆφοι. Capiebantur sorte ex eorum numero, qui in Heliaca Judices sederant. Lex: ΤΟΥΣ ΔΕ ΝΟΜΟΘΕΤΑΣ ΕΙΝΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΟΜΩΜΟΚΟΤΩΝ ΤΟΝ ΗΛΙΑΣΤΙΚΟΝ ΟΡΚΟΝ. id est, ἵνα ὦσιν ἀπὸ δικαστῶν ἤδη γεγενημένων. Unde fit, ut saepius τῶν δικαστῶν nomine καὶ τῶν δικαστηρίων intelligantur. Atque ipsi Jurati hanc operam populo navabant, a quo Leges accipiebant, quas vellet e Nomothetarum, quibus committebat, sententia vel antiquari atque abrogari, vel ferri: definiebatur praeterea praescribebaturque tempus, pro Legum vel
abrogandarum vel ferendarum numero, intra quod oporteret τοὺς Νομοθέτας 103.
δοκιμάζειν καὶ κυροῦν τοὺς νόμους, ἢ ἀποχειροτονεῖν καὶ ἀποδοκιμάζειν. Verba Legis, quibus hoc jus continetur, ista sunt: ΟΠΩΣ ΑΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ ΤΩΝ ΕΚΤΕΘΕΝΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΨΗΦΙΣΗΤΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙΣ. Demum uti Nomothetae Leges probassent improbassentve, ita illae ratae erant, vel antiquabantur. Psephisma: ΤΟΥΣ ΔΕ ΠΑΡΑΔΙΔΟΜΕΝΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΔΟΚΙΜΑΣΑΤΩ ΠΡΟΤΕΡΟΝ Η ΒΟΥΛΗ ΟΙ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΟΙ, ΚΑΙ ΟΙ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙ, ΟΥΣ ΟΙ ΔΗΜΟΤΑΙ ΕΙΛΟΝΤΟ, ΕΠΕΙΔΗ ΟΜΩΜΟΚΑΣΙΝ. Ulpianus [*p.* 296.] νομοθέται δὲ οἱ αἱρούμενοι δικασταὶ τὸν εἰσαγόμενον νόμον, ἢ λύοντες, ἢ κυροῦντες. Libanius *in Leptineae Argumento*: θεσμὸς δέ ἐστι νόμος παρακελευόμενος πῶς δεῖ νομοθετεῖν. ἔδει γὰρ αὐτὸν γράψαντα προθεῖναι ἔμπροσθεν τῶν Ἐπωνύμων, καὶ ἐν νομοθέταις κυρῶσαι. Demosthenes [*p.* 297.] ὁ Σόλων τοὺς νόμους κελεύει τιθέναι πρῶτον μὲν παρ᾽ ὑμῖν ἐν

τοῖς

1 Corrigendus est Schol. in *Demosth.* Leptin. p. 307., addendaque, quae ad Olynth. III. p. 22. notata leguntur.

προσηυτρέπιζον γὰρ ἐκ τῆς πρώτης ἐκκλησίας, τοὺς μέλλοντας ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τῶν ἀποδοκιμαζομένων νόμων ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ μαθόντες ἐν ταύτῃ τῇ πρώτῃ πόσοι ἀπεδοκιμάσθησαν νόμοι, πρὸς αὐτοὺς ἐχειροτόνουν καὶ τοὺς ἀπολογουμένους. πέντε δὲ ἄνδρας καθ' ἕκαστον νόμον ἐχειροτόνουν. Demum Prytaneis ob hanc rem tertiam indicebant concionem, & Proëdri ad populum referebant ea de re, atque a Scriba pro concione legebantur Leges. Ulpianus *ad Leptineam*: δεῖ προαναγνωσθῆναι τὸν νόμον τῷ δήμῳ, ἔπειτα προτεθῆναι, εἶτα λαβεῖν τὸν Γραμματέα, ut scilicet populo praelegeret, quod supra adnotavimus, & cuique liberum esset contradicere. Demosthenes postquam docuit, τὸν Γραμματέα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναγινώσκειν τὸν νόμον, addit [*p*. 297.] ἵνα ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλάκις, καὶ κατὰ σχολὴν σκεψάμενος, ἃ ἂν ᾖ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα, ταῦτα νομοθετῇ. Scholia: ἀνεγινώσκετο δὲ τῷ δήμῳ ὁ νόμος, ἵνα πάντες ἀκούσωσι, καὶ ὁ βουλόμενος ἀντέλεγε. Dixit Orator populum νομοθετεῖν, Legem ferre, οὐχ ὅτι ἐν τῷ δήμῳ ἐνομοθέτουν, inquit Ulpianus, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ νομοθετεῖσθαι ἐάσῃ. Populus proprie Leges non ferebat, erat tamen ejus eas approbare: νόμος γὰρ, inquit *in Rhetoricis* [*ad Alexandr. C.* 1. *p*. 158.] Aristoteles, ἐστὶ λόγος ὡρισμένος καθ' ὁμολογίαν κοινὴν πόλεως, μηνύων πῶς δεῖ πράττειν ἕκαστα. Igitur tertia primae Prytaneiae concione, referente Proëdro de Legibus, iisque palam pro concione a Scriba recitatis, quisquis volebat Leges suadebat, vel dissuadebat, & si qua vetus abroganda Lex erat, substituendaque nova, nominatim quinque illi ex omnibus Atheniensibus, unicuique Legi, quae antiquanda videbatur, creati patroni, ἠγωνίζοντο ὑπὲρ τοῦ νόμου μέλλοντος λύεσθαι. Populus expensis utrinque rationibus, quas Leges vel antiquari, vel ferri e re sua fore credebat, tradendas sciscebat Nomothetis, ut Nomothetae ἐκύρουν, si quidem illis placerent, vel contra antiquarent, si non probarentur: atque id intelligitur in Lege his verbis: ΚΑΘ' ΟΤΙ ΚΑΘΕΔΟΥΝΤΑΙ ΟΙ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙ. id est, praescribebat Populus, quas Leges faceret arbitrii Nomothetarum, ut illi suis calculis vel ferrent, vel antiquarent: itaque intelligendus est Pollux: τοὺς νέους νόμους ἐδοκίμαζεν ἡ Βουλὴ καὶ ὁ δῆμος. & huc spectat [1] Caput illud jurisjurandi, apud Pollucem & Stobaeum, quod praestabat Atheniensium unusquisque anno aetatis suae vicesimo, postquam sui juris cum esset, jus ferendi inter suos tribules & populares suffragii habebat: Καὶ συνήσω τῶν ἀεὶ κραινόντων, καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, καὶ οὓς τινας ἄλλους ἱδρύσεται τὸ πλῆθος ἐμφρόνως. καὶ ἄν τις ἀναιρῇ τοὺς θεσμοὺς, ἢ μὴ πείθηται, οὐκ ἐπιτρέψω. Quare tertia primae Prytaneiae concione oportebat Proëdros ΧΡΗΜΑΤΙΖΕΙΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΝΟΜΟΘΕΤΩΝ ΚΑΘ' ΟΤΙ ΚΑΘΕΔΟΥΝΤΑΙ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΟΠΟΘΕΝ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙΣ ΕΣΤΑΙ. Re-
102. ferre de sortito deligendis Nomothetis, οἵ τινες ἐκληροῦντο δοκιμάζειν τοὺς νόμους. de Legibus, quas populus Nomothetis permittebat, ut eas ferrent, vel antiquarent: demum unde possint Nomothetis merces dari: accipiebant enim de publico pecuniam: Relatio autem ista fiebat ΜΕΤΑ ΤΑ ΙΕΡΑ, ut est in Lege, nos vertimus, *post relationem de rebus sacris*: potuit & hoc modo, *post peracta sacra*: nam lustrabantur conciones τοῖς καθαρσίοις, & praeterea praeco pro concione vota concipiebat: habes hac ipsa Lege: ΕΠΕΙΔΑΝ ΕΥΞΗΤΑΙ Ο ΚΗΡΥΞ. & apud Aeschinem *adversus Timarchum* [*p*. 4.] ἐπειδὰν τὸ καθάρ-

1 Vide Lib. hujus Tit. IV. p. 152.

θάρσιον προσενεχθῇ, καὶ ὁ κῆρυξ τὰς πατρίους εὔξηται, & vide exemplum apud Aristophanem Θεσμοφοριαζούσαις. Sed nos ita reddidimus, quia existimamus tertiam primae Prytaneiae concionem, quae habebatur tricesimo Prytaneiae die, incidisse in primum Metagitnionis diem, quo fiebant τὰ ἐπιμήνια sacra, de quibus ad populum referebant Prytaneis, ut, suo loco, Deo dante, dicemus. Quod si ΟΙ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΜΗ ΠΟΙΗΣΩΣΙ ΚΑΤΑ ΤΑ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ ΤΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ: mille multabantur drachmis Minervae sacris: ut & si ΟΙ ΠΡΟΕΔΡΟΙ ΜΗ ΧΡΗΜΑΤΙΣΩΣΙ ΚΑΤΑ ΤΑ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ, pendebant quadraginta drachmas Minervae quoque sacras. At qui fit, ut adeo inaequalis hac Lege irrogetur multa? Respondent Juris Attici Consulti, ὅτι βαρύτερόν ἐστιν ὅλως τὸ μὴ συνάξαι τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν, ἢ μὴ ἀποβαλεῖν. διὸ ἐπὶ τῶν Πρυτανέων, τῶν μὴ συναγόντων, τὸ πλέον ἔταξαν, longe gravius est omnino concionem non habere, quam de hac vel illa re non referre. Prytanum & Proëdrorum nomina, qui in hanc Legem commisissent, jus erat cuivis deferre apud Thesmothetas: Thesmothetae delatos in judicium rapiebant; si secus fecissent Thesmothetae, in Senatum Areopagiticum non poterant cooptari. Lex: ΚΑΙ ΕΝΔΕΙΞΙΣ ΑΥΤΩΝ ΕΣΤΩ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΣ, ΟΙ ΔΕ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ ΤΟΥΣ ΕΝΔΕΙΧΘΕΝΤΑΣ ΕΙΣΑΓΟΝΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΝ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ, Η ΜΗ ΑΝΙΟΝΤΩΝ ΕΙΣ ΑΡΕΙΟΝ ΠΑΓΟΝ. Diximus Nomothetas sortito captos fuisse. Testis Ulpianus: οἱ Νομοθέται ἐκληροῦντο δοκιμάζειν τοὺς νόμους. [1] Erantque numero mille & unus: habes in *Psephismate Timocratis* apud Demosthenem [*p.* 447.] τοὺς δὲ Νομοθέτας εἶναι ἕνα καὶ χιλίους ἐκ τῶν ὀμωμοκότων. Cur autem unus superaddatur mille, rationem reddit Ulpianus, ne pares sint suffragiorum calculi: διὰ τοῦτο δὲ ὁ εἷς προσετίθετο ἀεὶ τοῖς δικασταῖς, ἵνα μὴ ἴσαι γένοιντο αἱ ψῆφοι. Capiebantur sorte ex eorum numero, qui in Heliaea Judices sederant. Lex: ΤΟΥΣ ΔΕ ΝΟΜΟΘΕΤΑΣ ΕΙΝΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΟΜΩΜΟΚΟΤΩΝ ΤΟΝ ΗΛΙΑΣΤΙΚΟΝ ΟΡΚΟΝ. id est, ἵνα ὦσιν ἀπὸ δικαστῶν ἤδη γεγενημένων. Unde fit, ut saepius τῶν δικαστῶν nomine καὶ τῶν δικαστηρίων intelligantur. Atque ipsi Jurati hanc operam populo navabant, a quo Leges accipiebant, quas vellet e Nomothetarum, quibus committebat, sententia vel antiquari atque abrogari, vel ferri: definiebatur praeterea praescribebaturque tempus, pro Legum vel abrogandarum vel ferendarum numero, intra quod oporteret τοὺς Νομοθέτας 103.
δοκιμάζειν καὶ κυροῦν τοὺς νόμους, ἢ ἀποχειροτονεῖν καὶ ἀποδοκιμάζειν. Verba Legis, quibus hoc jus continetur, ista sunt: ΟΠΩΣ ΑΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ ΤΩΝ ΕΚΤΕΘΕΝΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΨΗΦΙΣΗΤΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙΣ. Demum uti Nomothetae Leges probassent improbassentve, ita illae ratae erant, vel antiquabantur. Psephisma: ΤΟΥΣ ΔΕ ΠΑΡΑΔΙΔΟΜΕΝΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΔΟΚΙΜΑΣΑΤΩ ΠΡΟΤΕΡΟΝ Η ΒΟΥΛΗ ΟΙ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΟΙ, ΚΑΙ ΟΙ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙ, ΟΥΣ ΟΙ ΔΗΜΟΤΑΙ ΕΙΛΟΝΤΟ, ΕΠΕΙΔΗ ΟΜΩΜΟΚΑΣΙΝ. Ulpianus [*p.* 296.] νομοθέται δὲ οἱ αἱρούμενοι δικασταὶ τὸν εἰσαγόμενον νόμον, ἢ λύοντες, ἢ κυροῦντες. Libanius *in Leptineae Argumento*: θεσμὸς δὲ ἐστι νόμος παρακελευόμενος πῶς δεῖ νομοθετεῖν. ἔδει γὰρ αὐτὸν γράψαντα τιθέναι ἔμπροσθεν τῶν Επωνύμων, καὶ ἐν νομοθέταις κυρῶσαι. Demosthenes [*p.* 297.] ὁ Σόλων τοὺς νόμους κελεύει τιθέναι πρῶτον μὲν παρ' ὑμῖν ἐν τοῖς

[1] Corrigendus est Schol. in *Demosth.* Leptin. p. 307., addendaque, quae ad Olynth. III. p. 22. notata leguntur.

τοῖς ὀμωμοκόσι, παρ' οἷς περ καὶ τὰ ἄλλα κυροῦται. Interpres: ὤμνυον γὰρ οἱ δικάζοντες, πρῶτον μὲν, οὐ τῇ τάξει, ἀλλὰ τῷ ἀξιώματι, καὶ τῷ κύρει. δεῖ γὰρ προαναγνωσθῆναι τῷ δήμῳ, ἔπειτα προτεθῆναι, εἶτα λαβεῖν τὸν Γραμματέα, καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς δικάζοντας ἀκοῦσαι. πῶς οὖν εἶπε πρῶτον παρ' ὑμῖν; οὐδεὶς γὰρ πρὸ αὐτῶν ἄλλος ἦν. οὐδὲ ἐκύρουν τοὺς εἰσφερομένους νόμους, εἰ μὴ οἱ Νομοθέται, οἵ τινες ἐκληροῦντο δοκιμάζειν τοὺς νόμους. Sensus horum postremorum verborum hic est: Nemo illis potest praeferri, neque alii quiquam, praeter Nomothetas, ἐκύρουν τοὺς εἰσφερομένους νόμους. Nam τῶν δικαστῶν nomine intelliguntur Nomothetae, ut & apud Pollucem: τοὺς νέους νόμους ἐδοκίμαζεν ἡ βουλὴ, καὶ ὁ δῆμος, καὶ τὰ δικαστήρια. Sequitur in Psephismate: ΤΟΥΣ ΔΕ ΚΥΡΟΥΜΕΝΟΥΣ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΕΙΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΙΧΟΝ, ΙΝΑ ΠΕΡ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΑΝΕΓΡΑΦΗΣΑΝ ΣΚΟΠΕΙΝ ΤΩι ΒΟΥΛΟΜΕΝΩι. Porticum Regiam intelligit, ut ex ipso Andocide apparet, cujus haec verba praecedunt. Psephisma: καὶ ἐψηφίσασθε, δοκιμάσαντες πάντας τοὺς νόμους, εἶτ' ἀναγράψαι ἐν τῇ στοᾷ τούτους τῶν νόμων οἳ ἂν δοκιμασθῶσι, ista vero sequuntur: ἐδοκιμάσθησαν μὲν οὖν οἱ νόμοι, ὦ ἄνδρες, κατὰ τὸ ψήφισμα τουτί. τοὺς δὲ κυρωθέντας ἀνέγραψαν εἰς τὴν στοάν. Asservabantur primitus Solonis Axones Legesque in Acropoli: Anaximenes in Philippico [apud Harpocrat. v. ὁ κάτωθεν νόμος.] & Pollux: ἀπέκειτο δὲ οἱ Ἄξονες ἐν Ἀκροπόλει πάλαι. Postea ab Ephialte in Curiam & forum translati sunt hi Axones. Anaximenes: τοὺς Ἄξονας καὶ τοὺς Κύρβεις ἄνωθεν τῆς Ἀκροπόλεως εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ τὴν ἀγορὰν μετέστησεν Ἐφιάλτης. Sed adservabantur Legum autographa in Acropoli, quae vero erant alibi, antigrapha tantum erant, unde si qua in Legis verbis movebatur controversia, comparabantur illa antigrapha, cum autographo, quod in Acropoli adservabatur. Pollux [*L. VIII*, 128.] ἀπέκειντο δὲ οἵ τε Κύρβεις καὶ οἱ Ἄξονες ἐν Ἀκροπόλει πάλαι. αὖθις δ' ἵνα πᾶσιν ἐξῇ ἐντυγχάνειν, εἰς τὸ Πρυτανεῖον καὶ τὴν ἀγορὰν μετεκομίσθησαν. Reposita igitur erant Legum exemplaria in Curia, & in Foro. An τοῦ Βουλευτηρίου nomine intelligit Anaximenes Pryta-
104. neum? de quo Pollux verbis laudatis: Plutarchus praeterea *in Solone* [*p.* 92. *B.*] de ejus Axonibus, ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν Πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσώζετο. Polemon ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην, [Harpocr. v. Ἄξονες.] Ἄξονες διασώζονται ἐν τῷ Πρυτανείῳ γεγραμμένοι, καθ' ἅπαντα τὰ μέρη. Pausanias *Atticis* [C. 18.] πλησίον δὲ Πρυτανεῖόν ἐστιν; ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σόλωνός εἰσι γεγραμμένοι. Eratque Prytaneum in Foro, ut ex eodem Pausania constat. An vero designatur Matris Deûm Aedes? [1] Nam haec etiam Βουλευτήριον appellatur. Suidas: καὶ διὰ τοῦτο ᾠκοδόμησαν Βουλευτήριον, καὶ περιφράττοντες αὐτὸ καθιέρωσαν τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. Leges autem reponebantur in hac Aede. Harpocration: τοὺς νόμους ἔθεντο ἀναγράψαντες ἐν

1 Erat ea aedes παρὰ τὸ βουλευτήριον, teste *Aeschine* in Ctesiphont. p. 80., servabatque legum & psephismatum ἀντίγραφα, quae cum surrepta possideret Tejus Apellicon, τά τ' ἐκ τοῦ μητρῴου τῶν παλαιῶν αὐτόγραφα ψηφισμάτων ὑφαιρούμενος ἐκτᾶτο apud *Athen.* L. v. p. 214. *Julianus* Imp. Orat. v. p. 159. B. καὶ ἀνέστη ἐπὶ τούτῳ τὸ μητρῷον, οὗ τοῖς Ἀθηναίοις δημοσίᾳ ΠΑΝΤΑ ἐφυλάττετο τὰ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΑ. Non mirum itaque accidet hoc de Deûm matre, *Dinarchi* Orat. in Demosth. p. 101., ἣ πάντων τῶν ἐν τοῖς γράμμασι δικαίων φύλαξ τῇ πόλει καθέστηκε.

ἐν τῷ Μητρῴῳ. In Regia quoque Porticu adſervatas fuiſſe Leges habes in his Pſephiſmatis, itemque laudatis Andocidis verbis, & diſerte apud Ariſtotelem *in Athenienſium Republica.* ἀναγράψαντες δὲ τὰς νόμους εἰς τὰς Κύρβεις, ἔστησαν ἐν τῇ Στοᾷ τῇ Βασιλείᾳ. Atque hinc veterum Grammaticorum nonnulli repetendam putabant horum Demoſthenis verborum, ὁ κάτωθεν νόμος, interpretationem: itaque Pollux ſubjicit iis, quae jam deſcripſimus: διὰ τοῦτο ἔλεγον τὸν κάτωθεν νόμον ἀντιθέντες πρὸς τὴν Ἀκρόπολιν. Didymus apud Harpocrationem: ὁ κάτωθεν νόμος. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους. Δίδυμος, ἤτοι φησὶ τὴν Ἡλιαίαν λέγει ὁ Ῥήτωρ, διὰ τὸ τῶν δικαστηρίων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι, ἢ διὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐν τοῖς Ἄξοσι γραφῆς βουστροφηδὸν γεγραμμένης, ἢ τῶν ἀπὸ τῶν δ' ἀωνύμων ἀρχομένων νόμον, κάτωθεν ὀνομάζει ὁ Δημοσθένης. ὅτι γὰρ φησι βουστροφηδὸν ἦσαν οἱ Ἄξονες, καὶ οἱ Κύρβεις γεγραμμένοι, δεδήλωκεν ΕΥφορίων ἐν τῷ Ἀπολλοδώρῳ, ἢ ἐπεὶ φησὶ τοὺς Ἄξονας καὶ τοὺς Κύρβεις ἄνωθεν τῆς Ἀκροπόλεως εἰς τὸ Βουλευτήριον καὶ τὴν ἀγορὰν μετέστησεν Ἐφιάλτης, ὥς φησιν Ἀναξιμένης ἐν Φιλιππικῷ. Quanquam & hic habes alias appellationis cauſſas, quarum una haec eſt: cum ſcriptae eſſent Leges βουστροφηδὸν, verſus ille, qui a dextra ad ſiniſtram ſcribebatur, appellatur ex illorum ſententia, ὁ κάτωθεν νόμος, quod quam alienum ſit a vero nemo eſt, niſi plane caecus, qui non videat: [1] Eſt autem βουστροφηδὸν γράφειν, quando primus verſus ſcribitur a ſiniſtra ad dextram, ſecundus a dextra ad ſiniſtram, Hebraeorum more, & ita deinceps alternis, quomodo boves actus ſuos peragunt in aratro. Pauſanias *Eliacῶn I.* [C. 17. *p.* 420.] τὰ δὲ βουστροφηδὸν ἐστὶ τοιόνδε· ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἔπους ἐπιστρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλου δρόμῳ. Heſychius: βουστροφηδὸν οὕτως ἔλεγον, ἐπὰν ὁμοίως τοῖς ἀροτριῶσι βουσὶ τὰς ἀντιστροφὰς ποιῇ τις. ἔλεγον δὲ ἐπὶ τοῦ γράφειν τρόπῳ τοιούτῳ. Vidimus & nos apud Ill. Virum Nicolaum Fabricium Peireſcium inter nummos Siculos unum ita βουστροφηδὸν inſcriptum

Α Γ Α
Ξ Η Λ Ʞ Ο Θ.

Verum age, quia & hic ſumus, ſtudioſam juventutem non celabimus, quid ſit ſuſpicionis noſtrae, & quae interpretatio horum Feſti verborum. *Taepocon ſoliti ſunt appellare Graeci genus ſcribendi deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus.* [2] Varie ſcripta eſt haec vox *Taepocon*: alii codices habent, *Taenpocon*, alii, *Tabenpocon*: alii aliter. Quorum lectionum cui adhaereant, non habent eruditi. Quidam tamen obſervant, habere hoc ſcribendi genus, de quo Feſtus, aliquid commune ἀκροστιχίδι, de qua M. Tullius *Lib. II. de Divinatione* [C. 54.] *Non eſſe autem illud carmen furen-* 105.
tis, cum ipſum poëma declarat, tum vero ea quae ἀκροστιχὶς, *dicitur, cum deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur, ut in quibuſdam Ennianis.*

QUAE

1 Vide Sigeam Inſcriptionem, & quae ad eam notavit Antiq. Aſiatic. p. 13. *Edm. Chiſhul.*

2 Ad hunc locum *Scaliger*: *Oedipode opus eſt.* Petitus audenter apud *Feſtum* emendat τὸ ὑπ' ὄκον, *quae ſub oculum*: nam Graecis ὄκος ſive ὄκκος dicebatur pro ὀφθαλμός. *Heſychius*, ὄκκον, ὀφθαλμόν. Sed ſi Graeci ita ſoliti ſunt vocare hoc genus ſcribendi, certe inſolens verbum eſt, ut & ὄκος & ὄκκος. Forte τὸ ἄροτον, unde *exarare*, a ſulco recta deorſum ducto. SALVIN.

Ibid. Aliam ingreſſus eſt viam vir doctus; qui Miſcellan. Vol. IX. p. 381. correxit τὸ ἀκρόνοτον, *a ſummo tentum & ſuſpenſum.* Mihi, ſi in deſperata voce audaci eſſe liceret, τὸ πυργηδὸν placeret. Sic enim Graeci id ſcribendi genus, aut κιονηδὸν, vocabant, ſicuti ex *Euſtathio* in *Homer.* p. 1305. conſtat. Sed praeſtat manum abſtinere.

QUAE ENNIUS FECIT, id certe magis attenti est animi, quam furentis. Atque in Sibyllinis ex primo versu cujusque sententiae primis literis illius sententiae carmen omne praetexitur. Verum quidem est habuisse aliquid commune ἀκροστιχίδι: nam perinde ac ἀκροστιχὶς deorsum versus scribebatur hoc modo
Δ ex. gr. neque hic puto quicquam esse difficultatis, sed tota posita est in eruen-
Η do nomine, quo apud Graecos appellabatur hoc scribendi genus: Scriptae
Μ hic sunt literae perpendiculatim, ita ut sub unum oculi intuitum cadant, ita
Ο ut non opus sit oculum huc illuc moveri: huic meo judicio nomen invenit
Σ hoc scribendi genus, itaque rescribendum existimo apud Festum. *Ta hyp*
Θ *ocon soliti sunt appellare Graeci genus scribendi deorsum versus, ut nunc dex-*
Ε *trorsum scribimus: τὰ ὑπ' ὄκον. Quae sub oculum.* Apud Graecos *ocu-*
Ν *lus* dicebatur ὄκος sive ὄκκος. Hesychius: ὄκκον, ὀφθαλμόν. unde
Η Latini suum *oculum* fecerunt ὑποκοριστικῶς. Sed haec obiter: nam re-
Σ deundum est ad τὸν κάτωθεν νόμον.

Cujus interpretationes a Didymo allatae cum [1] Viro eruditissimo non probentur, & merito id quidem, novam commentus est, quam ita explicat. Distincti numero erant Solonis Axones, ut videre est apud Plutarchum *in Solone*, ex quo item, ut & Harpocratione, constat in Axonibus singulas Leges numero notatas fuisse. Ac quae in parte inferiori scriptae essent, οἱ κάτω, sive κάτωθεν νόμοι dicebantur. Ecce apud Demosthenem *in Aristocratem.* Corrigitque in eandem sententiam Harpocrationis locum in Σῖτος, ubi verba pariter corrupta & luxata: Σῖτος καλεῖται ἡ διδομένη πρόσοδος εἰς τροφὴν ταῖς γυναιξὶν, ἢ τοῖς ὀρφανοῖς, ὡς ἐξ ἄλλων μαθεῖν ἐστὶ, καὶ ἐν τῷ ἐκ τοῦ Σόλωνος πρώτου κατὰ τοῦ Ἄξωνος, καὶ ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους Ἀθηναίων πολιτείας. Nam quid hoc quaeso est? καὶ ἐν τῷ ἐκ τοῦ Σόλωνος πρώτου κατὰ τοῦ Ἄξωνος. Restituit igitur in pristinum suum ordinem, & emendat: ὡς ἐκ ἄλλων μαθεῖν ἐστὶ, καὶ ἐκ τοῦ Σόλωνος πρώτου, ἐν τῷ κάτω τοῦ Ἄξονος. Hoc ex aliis, inquit, discere licet, & ex prima Solonis tabula, in inferiori ejus parte. Eodemque exemplo emendat non minus corruptos Suidae codices. Sed tamen non possum ire in sententiam Viri Clarissimi: nam, quod ad Harpocrationem attinet, probandum foret in primo Solonis Axone cautum fuisse περὶ τοῦ σίτου, τοῦ διδομένου εἰς τροφὴν ταῖς γυναιξὶν καὶ τοῖς ὀρφανοῖς, at vero id facile non potest probari, imo contra e Plutarcho colligere est de rebus aliis Leges fuisse perscriptas in primo Axone, nam in eo cautum erat de non importandis alio terrae Atticae fructibus: Plutarchi verba haec sunt [*Solon. p. 91. E.*] τῶν δὲ γινομένων διάθεσιν πρὸς ξένους ἐλαίου μόνον ἔδωκεν, ἄλλα δ' ἐξάγειν ἐκώλυσεν· καὶ κατὰ τῶν ἐξαγόντων, ἀρὰς τὸν Ἄρχοντα ποιεῖσθαι προσέταξεν, ἢ ἐκτίνειν αὐτὸν ἑκατὸν δραχμὰς εἰς τὸ δημόσιον. καὶ πρῶτος Ἄξων ἐστὶν ὁ τοῦτον περιέχων τὸν νόμον. Quod si quis in re adeo caliginosa conjecturae locus relinquatur, existimem potius, Leges has perscriptas fuisse in vicesimo primo Axone: eo me ducit Harpocrationis auctoritas: nam cavetur in illo Axone, ut is ob-
106. servat, de liberis. Harpocrationis ista sunt: ὅτι οἱ ποιητοὶ παῖδες ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον οὐκ ἦσαν κύριοι, εἰ μὴ παῖδας γνησίους καταλίποιεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ποιησαμένου, Ἀντιφῶν Ἐπιτροπικῷ Καλλιστράτου, καὶ Σόλων ἐν εἰκοστῇ πρώτῃ τῶν νόμων, sive ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ τῶν Νόμων, ut legit CL. Meursius, ubi non intelligitur Lex vicesima prima, sed Legum primus & vicesimus Axon. Liberos quoque spectat hic σῖτος matribus ἐπικλήροις,

1 *Jo. Meursium* designat, qui hac de re L. 1. Lect. Attic. C. 22.

κλήρεσις, ut suo loco, Deo dante, dicemus, εἰς τροφὴν διδόμενος. Quare suspicor apud Harpocrationem rescribendum esse, ὡς ἐξ ἄλλων μαθεῖν ἐστὶν, καὶ ἐν τῷ ἐκ τοῦ Σόλωνος πρώτων κα΄. τοῦ Ἄξονος. Discere, inquit, istud est, ex aliis, cum etiam ex Solonis primum vicesimo primo Axone, atque ex Aristotele de Atheniensium Republica. Eadem repones etiam apud Suidam. Quod vero attinet ad Demosthenis verba ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, [p. 407.] miror tam eruditissimis viris potuisse negotium exhibere: καίτοι ταῦτα πάντα ἀπείρηκεν ἄντικρυς, καὶ σαφῶς ὁ κάτωθεν νόμος, μηδὲ τοὺς ἑαλωκότας, καὶ διωμολογημένους ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ποιεῖν, nam ita appellatur, non quod scripta sit haec Lex ima Axonis tabella, sed quia infra laudatur & recitatur: Atque haec interpretatio est simplicissima, neque enim Oratoris verba vel ullum faciunt indicium appellari τὸν κάτωθεν νόμον, quia imo scribatur Axone.

Non longe ab hoc abeunt instituto Romani in ferendis suis Legibus, quorum morem viri undecumque doctissimi, is est Paulus Manutius, verbis referemus. [1] Legem laturus Magistratus scribebat eam domi, & cum peritis consultabat: ne quid contra populi rem aut voluntatem sanciret: ne forte pugnantia capita simul ferret, neve quid, quod vetus aliqua Lex, si ferretur, inane infirmumque juberet esse: (etsi, quae postea ferretur Lex, superiores omnes, praeter Sacratas, abrogabat) ne curationem, potestatem, commodumve aliquod ipse sibi sua Lege, aut collegis, cognatis, affinibus mandaret: quod Leges duae, Licinia, & Aebutia, fieri vetuerunt: etiam illud in scribenda Lege cavebatur, ne pluribus de rebus, quae non ejusdem generis viderentur, una rogatione ferretur, quod fieri cum Lex Caecilia & Didia vetabat. Addebatur illa exceptio, ut, si quid jus non esset rogari, ne esset rogatum: item, si quid contra alias Leges ejus Legis ergo latum esset, ut ei, qui eam Legem rogasset, impune esset. quod fuisse tralatitium, hoc est, scribi solitum in omnibus Legibus tradit Cicero *Lib. III. Epist. ad Attic.* 23. Scripta Lege, Legislator bene de Republica sentiens, antequam eam promulgaret, referebat ad Senatum, ut, quo plus ponderis majoremque vim Lex haberet, de Senatus eam sententia ferret. popularis vero ac seditiosus Magistratus saepe, praetermissa Senatus auctoritate, aut etiam contra Senatus auctoritatem, Legem rogabat. Promulgabatur deinde Lex, id est, in publico ponebatur, ut inspiceret qui vellet, inspectam consideraret; non solum ut intercedi posset ante, quam ferretur, verum etiam, ut aliquanto ante statuere cuivis liceret, utrum, cum ferretur, antiquanda, an accipienda Lex esset. Spatium autem promulgationis, ut ex Dionysio, & aliis patet, quacumque de re ferretur Lex, erat trinundinum, id est, per trinas nundinas, ut etiam a rustica plebe ter legi cognoscique possent. Trinundinum autem in eam sententiam dictum accipio, ut inter eum diem, quo promulgata Lex erat, & eum, quo deinde ferretur, trinae nundi- 107.
nae intercederent, quo & saepius & a pluribus urbem mercandi vendendique caussa visitantibus, promulgata Lex cognosci posset. Post tertias nundinas, Magistratus in eum locum, ubi Legem laturus erat, sive in Forum, sive in Campum Martium, populum convocabat. ibi cum Legem Praeco, subjiciente Scriba, recitasset: tum (forte etiam in toto trinundino, quotiescumque populus coiisset, vel suadebant Legem, vel dissuadebant: sed maxime ac vehementer fieri solitum quo die ferenda Lex erat, consentaneum est) primum quidem is, qui Legem promulgarat, populo suadebat, ut rogationem acciperet, sed post eum alii, non privati modo, quibus ab aliquo Magistratu concio daretur, verum etiam quandoque Magistratus ipsi, pro suo quisque sensu, vel suadebant, vel dissuadebant, tum praesentibus Sacerdotibus, ut Dionysius scribit, & divina exponentibus, sitella deferebatur, in quam sive Tribuum, si Tributis Comitiis, Lex ferretur, sive Centuriarum, si Centuriatis, nomina conjiciebantur: deinde, sortibus aequatis, hoc est, ita agitata sitella; ne qua sors

1 Ex *Paullo Manutio* de Leg. Roman. C. 34. & seq.

sors subsultaret, atque existeret, sed pariter omnes aequatae jacerent, sortitio fiebat; quaeque prima vel Tribus, vel Centuria, quae secunda, quae tertia, de sitella exiisset, eundem, quem sors dederat, in ferendo suffragio locum atque ordinem tenebat: haec dum agerentur, si quis Tribunus pleb. Legi vellet intercedere, locus erat. Sortitione Tribuum aut Centuriarum facta, idque solum superesset, ut populus sententiam ferret, dicebat is, qui Legem ferebat: *Si vobis videtur, discedite Quirites*: quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine est, de eo loco, ubi Lex fertur, sed in suam quisque Tribum discedat, in qua est suffragium laturus. populus enim confusus, ut semper alias, ita & in concione. Cum suffragia lata essent, etiam privati homines, qui de Lege laborabant, ne quid fallaciae committeretur, ipsi aut tabellas dinumerabant, aut dinumerantibus aliis praeerant: idque *diribere* proprio vocabulo dicebatur. Cistis autem suffragiorum custodiendis certi homines in Comitiis praeerant, qui *Nongenti* sunt appellati. Suffragiis in utramque sententiam dinumeratis, & diribitis, numeroque eorum punctis notato, ejus Tribus aut Centuriae voluntas cognoscebatur, eaque a praecone renunciabatur, & eadem in reliquis Tribubus aut Centuriis ratione servata, ex majore Tribuum Centuriarumve numero vel antiquabatur, vel sciscebatur Lex: scita atque accepta, omnium civium jurejurando confirmabatur, post jusjurandum in aes incidebatur. Ubi vero unius imperio Respublica Romana paruit, plane istud mutavit; nam *quod Principi placuit, Legis habet vigorem, utpote cum Lege Regia, quae de imperio ejus lata est, populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem conferat. Quodcumque igitur Imperator per epistolam & subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto praecepit, Legem esse constat. L. 1. D. de Constitutionibus Principum.* In promulganda tamen Lege laudatissimi Principes Theodosius & Valentinianus hanc voluerunt observari formam, quae praescribitur *L.* 8. *Cod. de Legibus & Constitutionibus Principum.*

108. *Impp. Theodosius & Valentinianus AA. ad Senatum.*

Humanum esse probamus, si quid de cetero in publica privataque causa, emerserit necessarium, quod formam generalem, & antiquis Legibus non insertam exposcat, id ab omnibus antea tam proceribus nostri palatii, quam gloriosissimo coetu vestro, Patres Conscripti, tractari, & si universis tam judicibus, quam nobis placuerit, tunc legata dictari. & sic ea denuo collectis omnibus recenseri: & cum omnes consenserint, tunc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari: ut universorum consensus nostrae serenitatis auctoritate firmetur. Scitote igitur, Patres Conscripti, non aliter in posterum Legem nostra clementia promulgandam, nisi supradicta forma fuerit observata. Bene enim cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri imperii, & ad nostram gloriam redundare. Dat. XVI. Kal. Novemb. Aetio III. & Symmacho Conss.

III. Periculosae plenum opus erat aleae Athenis Legem rogare, nam si ea damnosa judicaretur, qui rogabat multabatur, itaque Lege licebat dicam ei scribere, qui Legem rogabat, quod damnosam ferret:

ΕΑΝ ΤΙΣ ΜΗ ΕΠΙΤΗΔΕΙΟΝ ΘΗι ΝΟΜΟΝ, ΤΑΣ ΓΡΑΦΑΣ ΕΙΝΑΙ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΥ.	*Damnosam Legem ne rogato; qui secus faxit, dica ei scribitor.*

Meminit hujus Legis alia apud Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [*p.* 448.] Lex, quam in sequentibus, si Deus dederit, describemus. Cum autem accusabatur aliquis, quod Legem rogaret vel damnosam, vel alteri Legi adversariam, non sciscebatur Lex, priusquam judices sententiam tulissent, utrum παράνομος vel ἀνεπιτήδειος esset, necne. Pollux [*L. VIII*, 56.] [1] ὑπωμοσία δ' ἐστιν, ὅταν τις ἢ ψήφισμα, ἢ νόμον γραφέντα γράψηται, ὡς ἀνεπιτήδειον. τοῦτο γὰρ ὑπομόσασθαι λέγουσι. καὶ οὐκ ἦν μετὰ τὴν ὑπωμοσίαν τὸ γράφειν,

1 Paullo aliter explicat Schol. in *Demosthen.* de Cor. p. 154. estque in eam sententiam apud *Xenophontem* extremo L. I. *Hellen.* JAC. PALM. *Ibid.* De eo ὑπωμοσίας genere *Ulpian.* in Midian. p. 341. & inferius L. IV. Tit. 3.

γράφειν, πρὶν κριθῆναι, κύριος. Accusari autem debebat ante exactum a Lege lata annum, alioqui non multabatur: nam elapso quidem anno accusari poterant qui Leges scripserant, sed erant ex hac Lege indemnes:

IV. Τὸν γράψαντα νόμον μετ' ἐνιαυτὸν μὴ εἶναι ὑπεύθυνον τιμωρίᾳ· ὅμως δὲ ἐξεῖναι ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας.	*Qui Legem tulit, etiam elapso a Lege lata anno, accusari jus esto: indemnis tamen idem esto.*

Legitur haec Lex *in Leptineae Argumento*: ὁ νόμος οὖν οὕτως ἔχοντος, ἐγράψατο μὲν πρότερον Βάθιππος Λεπτίνην, ὃς ἀπέθανε πρὶν εἰσελθεῖν τὴν γραφήν. κατὰ διετρίβη χρόνος, καὶ γέγονε Λεπτίνης ἀνεύθυνος. νόμος γὰρ ἦν, τὸν γράψαντα νόμον, ἢ ψήφισμα, μετ' ἐνιαυτὸν μὴ εἶναι ὑπεύθυνον. ὅμως ἐπειδὴ καὶ οὕτω κατὰ τὸν νόμον ἐξῆν ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας, κἂν οἱ γράψαντες ἔξω κινδύνων ὦσι. Itaque Demosthenis Oratio inscribitur πρὸς Λεπτίνην, non κατὰ Λεπτίνου, ἐπειδήπερ παρελθόντος τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ ὑπεύθυνος ἦν κρίσει καὶ τιμωρίᾳ, & in ea non addit, ἃ δεῖ πάσχειν τὸν παραβαίνοντα, διὰ τὸ μὴ ὑπεύθυνον εἶναι τῇ κατηγορίᾳ. male hic editur [*p.* 296.] τῇ κατηγορίᾳ. Nam etiam anno elapso e Lege licebat ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας. Rescribendum igitur est, τῇ τιμωρίᾳ, aut quid simile: tunc quippe ἔξω κινδύνων ἦσαν. Nomen illius, qui accusabatur, quod Legem ferret sive rogaret παράνομον, ἢ ἀνεπιτήδειον, deferebatur, meo judicio apud Thesmothetas: nam οἱ Θεσμοθέται τῶν νόμων τὴν ἐπιμέλειαν εἶχον. Praeterea si Prytaneis, aut Proëdri, qui, cum Leges essent ferendae, concionem non habuerant, aut ad populum de iis non retulerant κατὰ τὰ γεγραμμένα, prout Legibus erat cautum, deferebantur apud Thesmothetas, 109.
dubitandum non est nomina eorum apud Thesmothetas delata fuisse, qui Leges non ferebant κατὰ τὰ γεγραμμένα, prout Legibus cavetur. Sed quid dubitamus? Thesmothetae iis, qui hujus criminis accusabantur, judices dabant. Pollux: [*L. VIII*, 87.] Θεσμοθέται εἰσάγουσι τὰς τῶν παρανόμων γραφάς, καὶ εἴ τις μὴ ἐπιτήδειον νόμον γράψει. Ulpianus *in Leptineam*: [*p.* 296.] τοὺς Θεσμοθέτας τοὺς εἰσάγοντας τὰς γραφὰς καὶ προδιαγινώσκοντας ὅτι τὴν τῶν παρανόμων γραφὴν εἰσῆγον εἰς τὸ δικαστήριον. Quanquam non omnes [1] τῶν παρανόμων dicae apud Thesmothetas scribebantur. Exemplo sit dica Ctesiphonti ab Aeschine scripta: ἐπὶ Χαιρώνδου Ἄρχοντος, Ἐλαφηβολιῶνος, ἕκτῃ ἱσταμένου, Αἰσχίνης Ἀτρομήτου Κοθωκίδης ἀπήνεγκε πρὸς τὸν Ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος τοῦ Λεωσθένους Ἀναφλυστίου· ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα. Nempe pro ratione παρανόμου, & Legis in quam commiserant, deferebantur modo ad Archontem, modo ad Thesmothetas, etiam ad reliquos τῶν ἐννέα Ἀρχόντων. Judicii hujus totum ordinem moremque paucis, sed significantissimis expressit verbis Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. [*p.* 82.] εἰς τρία μέρη διαιρεῖται ἡ ἡμέρα ὅταν εἰσίῃ γραφὴ παρανόμων εἰς τὸ δικαστήριον. ἐγχεῖται γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ὕδωρ τῷ κατηγόρῳ, καὶ τοῖς νόμοις, καὶ τῇ δημοκρατίᾳ. τὸ δὲ δεύτερον ὕδωρ, τῷ τὴν γραφὴν φεύγοντι, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λέγουσιν. & tunc suffragia fere-

1 Duo erant παρανομιῶν τρόποι, ὡς, ὅτι παρὰ τὸν ὡρισμένον χρόνον γράφειας. ἕτερος δὲ, ὅταν αὐτὸς ὁ νόμος κακῶς ἔχῃ, καὶ ἐναντίος τοῖς παλαιοῖς, sic Schol. ad Leptin. p. 297. Adde *Plutarchum* T. II p. 835. E.

ferebant judices, an violatae essent Leges: ἐπειδὰν δὲ τῇ πρώτῃ ψήφῳ μὴ λυθῇ τὸ παράνομον, ἤδη τὸ τρίτον ὕδωρ ἐγχεῖται τῇ τιμήσει, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς τῆς ὑμετέρας. Si accusatus violatarum Legum a judicibus damnabatur, postea a missis iterum in suffragia multabatur. Quod si multatus non esset solvendo, notabatur infamia, & prohibebatur concionem habere. Plutarchus *in Demosthene*: [1] Δημάδης δὲ, μηθὲν μέρος ὧν ὤφειλε χρημάτων ἐπὶ ταῖς καταδίκαις ἐκτῖσαι τῇ πόλει δυνάμενος, (ἡλώκει γὰρ ἑπτὰ γραφὰς παρανόμων,) καὶ γεγονὼς ἄτιμος ἐξείργετο τοῦ λέγειν. Imo etiam ex Antiphane Comico constat, non tantum aere luisse, aut infamia, si non esset solvendo: sed omnino infamia notatum fuisse, & concione prohibitum, qui ter fuerat judicio damnatus παρανόμων. Antiphanis verba sunt *Sappho*. [apud Athen. *X*, 19. *p*. 451.]

πῶς γὰρ γένοιτ' ἄν, ὦ πάτερ. . .
ῥήτωρ ἄφωνος, ἂν μὴ ἁλῷ τρὶς παρανόμων.

Si vero accusator, qui Legi interdicebat, causa caderet, multabatur mille drachmis. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [*p*. 441.] ἐμοὶ δ' ἐν χιλίαις ὑπὲρ ὑμῶν ἐσθ' ὁ κίνδυνος. Ad quem locum Ulpianus: φησὶ γὰρ ὅτι ἐὰν ἡττηθῶ, ὡς συκοφάντης παρέξω τὰς χιλίας.

V. Omnino autem non licebat Legem alteri, quae obtinebat, contrariam rogare, si quis enim rogasset, dica ei scribebatur. Quare Lex, quae obtinebat, abroganda erat, in ejusque locum altera roganda, quae si damnosa esset, periculum creabatur ei, qui illam ferebat: dica enim scripta, in jus rapiebatur: qua de re Lex ista legitur apud Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [*p*.448.] ἀνάγνωθι δέ μοι λαβὼν τουτονὶ πρῶτον τὸν νόμον, ὡς διαῤῥήδην οὐκ ἐᾷ νόμον οὐδένα ἐναντίον εἰσφέρειν. ἐὰν δέ τις εἰσφέρῃ, γράφεσθαι κελεύει. Νόμος:

ΤΩΝ ΔΕ ΝΟΜΩΝ ΤΩΝ ΚΕΙΜΕΝΩΝ
ΜΗ ΕΞΕΙΝΑΙ ΛΥΣΑΙ ΜΗΔΕΝΑ, ΕΑΝ
ΜΗ ΕΝ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙΣ ΤΟΤΕ Δ'
110. ΕΞΕΙΝΑΙ ΤΩι ΒΟΥΛΟΜΕΝΩι ΤΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΛΥΕΙΝ ΕΤΕΡΟΝ ΤΙ
ΤΙΘΕΝΤΙ ΑΝΘ' ΟΥΤΟΥ ΑΝ ΛΥΗι,
ΔΙΑΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ ΔΕ ΠΟΙΕΙΝ
ΤΟΥΣ ΠΡΟΕΔΡΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ-
ΤΩΝ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ, ΠΡΩΤΟΝ
ΜΕΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΕΙΜΕΝΟΥ, ΕΙ
ΔΟΚΕΙ ΕΠΙΤΗΔΕΙΟΣ ΕΙΝΑΙ ΤΩι
ΔΗΜΩι ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ, Η ΟΥ,
ΕΠΕΙΤΑ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΙΘΕΜΕΝΟΥ.
ΟΠΟΤΕΡΟΝ Δ' ΑΝ ΧΕΙΡΟΤΟΝΗ-
ΣΩΣΙΝ ΟΙ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙ ΤΟΥΤΟΝ
ΚΥΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ, ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΔΕ
ΝΟΜΟΝ ΜΗ ΕΞΕΙΝΑΙ ΤΙΘΕΝΑΙ ΤΩΝ
ΝΟΜΩΝ ΤΩΝ ΚΕΙΜΕΝΩΝ ΜΗΔΕΝΙ.
ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΛΥΣΑΣ ΤΙΝΑ ΤΩΝ
ΝΟΜΩΝ ΤΩΝ ΚΕΙΜΕΝΩΝ, ΕΤΕ-
ΡΟΝ ΑΝΤΙΤΙΘΗι ΜΗ ΕΠΙΤΗΔΕΙΟΝ
ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΔΗΜΩι, Η ΕΝΑΝ-
ΤΙΟΝ ΤΩΝ ΚΕΙΜΕΝΩΝ, ΤΩι ΤΑΣ
ΓΡΑΦΑΣ ΕΙΝΑΙ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΥ ΚΑΤΑ
ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ, ΟΣ ΚΕΙΤΑΙ· ΕΑΝ
ΤΙΣ ΜΗ ΕΠΙΤΗΔΕΙΟΝ ΘΗι ΝΟΜΟΝ.

Legum nullam antiquare liceto, nisi apud Nomothetas: apud illos cuivis Atheniensium cui libuerit, antiquare liceto, si modo alteram Legem rogarit, vicem illius, quam esse censet antiquandam. Proedri autem, quid de his Legibus fieri velint, jubeant, in suffragia mittunto: & primum quidem de Lege, quae jam obtinet, an utilis videatur Atheniensium populo, necne: deinde de Lege, quae rogatur. Quarum autem Legum alterutram sciverint Nomothetae, ea rata esto. Legem vero contrariam alicui Legum, quae jam obtinent, rogare ne liceto. Si quis vero Legem jam latam antiquans, alteram ejus vicem rogarit, quae utilis non sit Atheniensium populo, aut contraria sit alicui earum, quae jam obtinent, ei dicam scribito, secundum Legem, quae lata est adversus eum qui damnosam Legem rogaverit.

Cavetur

1 Leguntur in *Plutarchi* Phocion. p. 753.

Cavetur igitur hac Lege, quae Solonem habet auctorem, ne quis Legem roget ceteris Legibus, quae obtinent, contrariam, aut Legem ne abroget, altera lata damnosa: qui secus faxit, ei dica scribatur: Ejus alibi meminit Demosthenes, nempe *in Leptinea* [*p.* 297.] καὶ ταῦτα ἑτέρου κελεύοντος νόμου, καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔνοχον εἶναι τῇ γραφῇ, ἐὰν ἐναντίος ᾖ τοῖς προτέροις κειμένοις νόμοις. Ulpianus *ad eandem* [*p.* 296.] εἶτα ἀναγινώσκει καὶ ἕτερον νόμον τὸν κελεύοντα ὑπεύθυνον εἶναι γραφῇ τὸν ἐναντίον εἰσφέροντα τοῖς ὑπάρχουσι νόμοις. Legis hujus haec ratio apud Demosthenem adsertur, ut rebus de singulis Leges sint singulae, neque viri rerum imperiti duarum obtentu Legum contrariarum ab Oratoribus decipiantur [*p.* 297.] ὁ Σόλων τοὺς νόμους καλῶς κελεύει τιθέναι, λύοντα τοὺς ἐναντίους· ἵν' εἷς ᾖ περὶ τῶν ὄντων ἑκάστου νόμος, καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας αὐτὸ τοῦτο ταράττῃ, καὶ ποιῇ καὶ τῶν ἁπάντας εἰδότων τοὺς νόμους ἔλαττον ἔχειν· ἀλλὰ πᾶσιν ᾖ ταὔτ' ἀναγνῶναι, καὶ μαθεῖν ἁπλᾶ καὶ σαφῆ τὰ δίκαια. Praecipit igitur haec Lex primum abrogare Legem, sive contraria ea sit, sive non, deinde alteram in ejus locum rogare: ἀναιρεῖν πρῶτον τὸν ἐναντίον νόμον, ἵνα μὴ ἀλλήλοις ἐναντίοι νόμοι εὑρίσκωνται. Lex: ΤΩΝ ΔΕ ΝΟΜΩΝ ΤΩΝ ΚΕΙΜΕΝΩΝ ΜΗ ΕΞΕΙΝΑΙ ΛΥΣΑΙ ΜΗΔΕΝΑ, ΕΑΝ ΜΗ ΕΝ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙΣ, ΤΟΤΕ Δ' ΕΞΕΙΝΑΙ ΤΩι ΒΟΥΛΟΜΕΝΩι ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΛΥΕΙΝ ΕΤΕΡΟΝ ΤΙΘΕΝΤΙ, (ita rescribendum est, supple autem ΝΟΜΟΝ) ΑΝΘ' ΟΥΤΟΥ ΑΝ ΛΥΗι. Idem Demosthenes *in Leptinea* [*p.* 296.] ὁ παλαιὸς νόμος οὕτω κελεύει νομοθετεῖν. γράφεσθαι μὲν, ἄν τις τινὰ τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται. παρεισφέρειν δὲ αὐτὸν ἄλλον, ὃν ἂν τιθῇ λύων ἐκεῖνον. III.
Ulpianus *ad hanc Orationem* [*p.* 295.] ὁ Σόλων προσέταξε τὸν λύοντά τινα τῶν κυρίων νόμων τιθέναι ἕτερον. ὅπου μὲν οὖν κύριος, ἀντεισφέρειν δεῖ. ὅπου δὲ οὔ, λύειν μόνον. Quorum verborum hic est sensus: Legum earum, quae scitae sunt a Nomothetis, abroganda si qua est, is qui abrogationem ejus suadet, alteram Legem in abrogatae locum rogare debet: quod si Lex nondum scita est a Nomothetis, nihil opus est alteram rogare in ejus locum. Prius vero non licebat novam ferre Legem, quam antiqua fuerit abrogata. Ulpianus *ad eandem*: ἑτέρου κελεύοντος νόμου, μὴ πρότερον τιθέναι νόμον, πρὶν τὸν ἐναντίον λύσῃ. Abrogata veteri nova, etiamsi forte nollet, qui tulerat. Demosthenes *in Leptinea* [*p.* 298.] ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ τούτου τοῦ νόμου λυθέντος τὸν παρεισενεχθέντα κύριον εἶναι, σαφῶς ὁ παλαιὸς κελεύει νόμος. Ulpianus: πάντως γὰρ λυθέντος, ὁ εἰσφερόμενος ἐγίνετο κύριος.

VI. [1] Quin etiam si quis, ut veterem Legem abrogaret, se novam simularet laturum, neque ferret, multabatur, ex hac Lege,

Τὸν λέγοντά τινα νόμον, καὶ μὴ ἀντεισφέροντα, κολάζεσθαι.	*Qui Legem promulgat, nec rogat, in eum animadvertitor.*

Legitur ista Lex apud Ulpianum *loco proxime laudato* [*p.* 298.] ὁ δὲ φησὶ, κἂν

1 Athenis nihil frequentius novis legibus: quo fiebat, ut si quis paucos menses abesset, civitatem, quantum ad leges attinet, prorsus commutatam animadverteret, τὸ ὅσον ἐπὶ τοῖς νόμοις, μὴ τῆς αὐτῆς οὔσης πόλεως, ut *Plato* Comicus dixit apud *Sext. Empiric.* L. II. Adv. Mathemat. p. 296., fortasse quidem ex veteris Comoediae more non sine sale & asperiore joco, nec falso tamen. Leges ipsae id testantur & Oratorum acerbissimae contentiones. Ejusdem *Platonis* de Atticis Legibus & haec sunt elegantissima:

— — ἡμῖν οἱ νόμοι
Ἐοίκασι τύποις τοῖς λεπτοῖς ἀραχνίοις
Ἃ 'ν τοῖσι τοίχοις ἡ φάλαγξ ὑφαίνεται.

Quae Celeb. *Jo. Alb. Fabricius* ad *Sextum Empir.* haud neglexit.

κἂν μὴ θέλωμεν, οὐ δυνησόμεθα. εἰσῆχθαι γὰρ ἤδη διὰ τῶν γραμματέων. ἄλλως τε καὶ νόμος ἦν, τὸν λέγοντά τινα νόμον, καὶ μὴ ἀντεισφέροντα, κολάζεσθαι.

VII. Quanquam autem ista observarentur, fieri tamen non poterat, quin obreperent Leges aliae aliis contrariae, aut quae ratae non erant inter ratas, aut de una re plures: cui malo ut subveniret Legislator, Legem hanc tulit:

Τοὺς θεσμοθέτας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δημοσίῳ τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας καὶ σκεψαμένους, εἴ τις ἀναγέγραπται νόμος ἐναντίος ἑτέρῳ νόμῳ, ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις. ἢ εἴπου εἰσὶ νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως. κἂν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσιν, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν ἐκτιθέναι πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων. τοὺς δὲ Πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν, ἐπιγράψαντας Νομοθέτας. τὸν δ' Ἐπιστάτην τῶν Προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν.

Thesmothetae quotannis in publico tabulario convenientes in Leges inquirunto, & cum cura vidento, utrum Lex ulla alteri contraria obtineat, aut quae rata non sit: aut plures sint scriptae una eademque de re: Quod si quam hujusmodi deprehenderint, descriptam in tabella ad Eponymorum statuas proponunto. Prytaneis concionem habento, & Nomothetas designanto. Proëdrorum Epistates populum in suffragia mittito de Legibus, quae vel abrogandae, vel ratae habendae sint.

Meminit hujus Legis Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 59.] εἰ γὰρ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, καὶ τοιοῦτον ἔθος παραδέδυκεν ὑμῶν εἰς τὴν πολιτείαν, ὥστε ἀκύρους νόμους ἐν τοῖς κυρίοις ἀναγεγράφθαι, καὶ δύο περὶ μιᾶς πράξεως ὑπεναντίους ἀλλήλοις, τί ἂν ἔτι ταύτην εἴποι τις εἶναι τὴν πολιτείαν, ἐν ᾗ ταὐτὰ προστάττουσιν οἱ νόμοι ποιεῖν καὶ μὴ ποιεῖν; ἀλλ' οὐκ ἔχει ταῦτα οὕτως· μήθ' ὑμεῖς ποτε εἰς τοσαύτην ἀταξίαν τῶν νόμων προβαίνητε, οὔτε ἠμέληται περὶ τῶν τοιούτων τῷ Νομοθέτῃ τῷ τὴν δημοκρατίαν καταστήσαντι, ἀλλὰ διαρρήδην προστέτακται τοῖς Θεσμοθέταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δημοσίῳ τοὺς νόμους, &c. Lex haec praeci-
112. pit, ut quotannis Thesmothetae in Leges inquirant, emendationis illarum ergo: τοὺς Θεσμοθέτας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δημοσίῳ τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας. Harpocration: ὅτι δὲ τοὺς νόμους οὗτοι Thesmothetae, διώρθουν κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον, εἴρηκεν Αἰσχίνης τε ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος, καὶ Θεόφραστος ἐν τρίτῳ Νόμων. [1] Sed corruptus est numerus Libri Theophrastei. Scripserat enim Theophrastus Libros νόμων, κατὰ στοιχεῖον, κδ. Quare tertius non erat Liber, in quo agebatur de hac Legum emendatione, quae ad Thesmothetas, aut Nomothetas spectabat: putem igitur de his actum fuisse a Theophrasto Libro tertiodecimo, quia Leges hae maxime ad Nomothetas referuntur, itaque conjectae sunt in Librum cui numerus erat litera N. sed facilis lapsus fuit literae ν in literam γ. Conveniebant ἐν τῷ δημοσίῳ. Eruditissimus Wolfius vertit *publice:* Ego existimo intelligi *publicum tabularium*, τὸν οἶκον ἐν ᾧ οἱ δημόσιοι χάρται ἔκειντο, ut loquitur Ulpianus ad haec Demosthenis verba in ea oratione, quae est περὶ στεφάνου, ὅτι καὶ γράμματ' ἔχων

1 Conjectura dubia admodum est. Scripsit *Theophrastus* praeter eos τῶν Νόμων κατὰ στοιχεῖον libros, decem alios νόμων ἐπιτομῆς apud *Diogenem Laert.* v, 44. Quorum priores an posteriores *Harpocration* respiciat, cum sit incertum, quo jure ejus verba mutabis?

ἔχων ἐν τῷ δημοσίῳ κείμενα. In illa autem domo conveniebant Theſmothetae correcturi Leges: nam ibi publice adſervabantur: ut viderent ne qua Lex alteri contraria Legi extaret, ne qua irrita inter ratas, neve plures de una & eadem re. Quod ſi quas hujusmodi deprehendiſſent, deſcriptas in tabella proponebant publice ad Archontum Eponymorum ſtatuas: Prytaneis vero concionem habebant, ut Nomothetas deſignarent: τοὺς δὲ Πρυτάνεις ἐκκλησίαν ποιεῖν, ἐπιγράψαντας Νομοθέτας. Proëdrorum autem Epiſtates populum in ſuffragia mittebat, ut ſciſceret, quae Leges abrogandae forent, quae ratae habendae: τὸν δ᾽ Ἐπιστάτην τῶν Προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν. Scilicet, quemadmodum antea in pari argumento diximus, populus ſciſcebat quas Leges vellet e Nomothetarum, quibus tamen rem omnem integram committebat, ſententia vel antiquari, vel ratas haberi. Hoc enim erat horum Nomothetarum munus. Pollux [*L. VIII*, 101.] νομοθέται δ᾽ ἦσαν χίλιοι, οἷς ἐξῆν λῦσαι παλαιὸν νόμον, ἀλλ᾽ οὐ θεῖναι νέον· τοὺς γὰρ νέους ἐδοκίμαζεν ἡ βουλὴ, καὶ ὁ δῆμος, καὶ τὰ δικαστήρια. Itaque Aeſchines in ſequentibus ſatis indicat penes hos Nomothetas jus fuiſſe antiquandi veteres Leges alteris, quas ratas eſſe volebant, contrarias: καὶ ἦσαν δύο κείμενοι νόμοι περὶ τῶν κηρυγμάτων, ἐξ ἀνάγκης (οἶμαι) τῶν μὲν Θεσμοθετῶν ἐξελεγξάντων, τῶν δὲ Πρυτάνεων ἀποδιδόντων τοῖς Νομοθέταις, ἀνῄρητ᾽ ἂν ὁ ἕτερος τῶν νόμων. Sed erantne hi Nomothetae alii ab iis, qui Legum ferendarum cauſſa fuerant e judicum numero ſorte capti? Diſtinctum certe erat eorum munus, ut jam diximus, & plane diverſum. Nam hi abrogabant τοὺς κειμένους καὶ κυρίους παλαιοὺς νόμους ἀλλήλοις ἐναντίους, ἢ ἀκύρους ἐν κυρίοις, ἢ πλείους ἑνὸς περὶ ἑκάστης πράξεως. Illi vero, ἐκληροῦντο δοκιμάζειν καὶ κυροῦν τοὺς νόμους. etſi idem eſſet numerus, nempe mille & unus, quanquam Pollux unum illum ſupra mille non recenſeat: Νομοθέται δ᾽ ἦσαν χίλιοι, οἷς ἐξῆν λῦσαι νόμον παλαιὸν, ἀλλ᾽ οὐ θεῖναι νέον. De utriſque Ulpianus *ad III. Olynthiacam* [*p.* 22.] Νομοθέτης ἐλέγετο παρ᾽ Ἀθηναίοις, καὶ ὁ νόμον καινὸν εἰσφέρων, καὶ πάλιν ὁ κρίνων τοὺς νόμους, μὴ πως ἐναντίοι τινὲς ἀλλήλοις ἔλαθον ὄντες. τοῦτο δὲ τὸ ἔργον ἦν τῶν Θεσμοθετῶν. Quod dicit Ulpianus, κρίνειν τοὺς νόμους, μὴ πῶς ἐναντίοι ἀλλήλοις ἔλαθον ὄντες, fuiſſe Theſmothetis cum Nomothetis commune, verum eſt, imo Theſmothetae huic rei 113.
caput & auctores praecipui erant, ut qui tenerentur καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀκριβῶς ἐξετάζειν, εἴ τις ἀναγέγραπται νόμος ἐναντίος ἑτέρῳ νόμῳ. Praeterea Nomothetae οἱ λύοντες παλαιὸν νόμον diverſo, meo quidem judicio, eligebantur tempore, atque alio ab eo, quo Nomothetae, οἱ νόμον καινὸν κυροῦντες, ſorte capiebantur: Nam hi ſtata ſemper die, hoc eſt, tertia primae Prytaneias concione, ſive die primo Metagitnionis, ſortito capiebantur: Illi vero incerto neque definito tempore; poſtquam ſcilicet Theſmothetae deprehendiſſent ἐν τῷ δημοσίῳ τοὺς κυρίους νόμους ἀλλήλοις ἐναντίους, ἢ πλείους ἑνὸς περὶ ἑκάστης πράξεως. Quas Leges intra tam paucos Magiſtratus ſui dies obſervaſſe non poterant, ut qui etiam alia, quae agerent, haberent. Quanquam etiam fieri poterat, neque id quicquam, puto, vetabat, ut iidem, qui jam ante, τοὺς καινοὺς νόμους ἐδοκίμασαν Νομοθέται, affecto illo tempore, intra quod oportebat illos δοκιμάζειν καὶ κυροῦν τοὺς νέους νόμους, etiam abrogationi παλαιῶν νόμων ἀλλήλοις ἐναντίων praeficerentur.

VIII. Optime obſervatum eſt Ulpiano Juriſconſulto Libro III. ad Sabinum, *jura non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtitui. l.* 8. *D.*

 de

de Legibus : οὐδεὶς γὰρ νόμος ἐφ' ἑνός, ἀλλὰ κρίσις· itaque hac de re Solonis Lege cautum,

ΜΗΔΕ ΕΠ' ΑΝΔΡΙ ΝΟΜΟΝ ΕΞΕΙΝΑΙ ΘΕΙΝΑΙ, ΕΑΝ ΜΗ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΕΠΙ ΠΑΣΙΝ ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ, ΕΑΝ ΜΗ ΕΞΑΚΙΣΧΙΛΙΟΙΣ ΔΟΞΗι ΚΡΥΒΔΗΝ ΨΗΦΙΖΟΜΕΝΟΙΣ.

Legem de privo homine ne rogato, sed de omnibus Atheniensibus: nisi id videatur sex mille civibus suffragia clam ferentibus.

Legem hanc descripsimus ex Andocide ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων [*p.* 12.] Meminit quoque Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους [*p.* 416.] λέγε δὴ τὸν ἐφεξῆς. ΝΟΜΟΣ, μηδὲ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐφ' ἅπασιν Ἀθηναίοις. Sed Orator δουλεύων τῇ ὑποθέσει ultimum praetermisit membrum, ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις, quod etiam misere corruptum est apud eundem *in Timocratea* [*p.* 452.] λέγε ἕτερον νόμον. ΝΟΜΟΣ, μηδὲ νόμον ἐξεῖναι ἐπ' ἀνδρὶ θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις τιθῇ, ψηφισαμένων μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων, οἷς ἂν δόξῃ, κρύβδην ψηφιζομένοις, οὐκ ἐᾷ νόμον, ἀλλ' ἢ τὸν αὐτὸν τιθέναι κατὰ τῶν πολιτῶν πάντων, καλῶς καὶ δημοτικῶς λέγων. ὥσπερ γὰρ τῆς ἄλλης πολιτείας ἴσον μέτεστιν ἑκάστῳ, οὕτω καὶ τούτων ἴσου μετέχειν ἕκαστον ἀξιοῖ. [1] Sed procul dubio rescribendum est, ἐὰν μὴ ψηφισαμένων μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων, οἷς ἂν δόξῃ, κρύβδην ψηφιζομένοις. Meminit rursum *in eadem* hujus Legis: εἰ μὲν γὰρ ὑπὲρ τούτων, οὓς τὰ προσήκοντα φησὶ πεποιηκέναι, θεῖναι τὸν λόγον ὁμολογεῖς, καὶ ἐκεῖνό σε προσῆκεν ἁλίσκεσθαι φανερῶς, ὅτι μὴ τιθέναι νόμον, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι τοῖς πολίταις, ἄντικρυς οἱ κύριοι νόμοι λέγουσι, καθ' οὓς οὗτοι δικάσειν ὀμωμόκασιν. Item *in II.* κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν [*p.* 635.] ἀλλὰ μὴν, οἵ γε νόμοι ἀπαγορεύουσι, μηδὲ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι, ἂν μὴ τὸν αὐτὸν ἐφ' ἅπασιν Ἀθηναίοις. Solonis hanc esse Legem testatur Aeneas Gazaeus in Theophrasto: ὁ μὲν γὰρ Σόλων οὐκ ἐᾷ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ τιθέναι, ἀλλ' ἢ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τίθεσθαι. Privilegia tamen irrogabantur, si id scisceret populus, unde in Lege hac habes: ΕΑΝ ΜΗ ΕΞΑΚΙΣΧΙΛΙΟΙΣ ΔΟΞΗι ΚΡΥΒ-
114. ΔΗΝ ΨΗΦΙΖΟΜΕΝΟΙΣ. *Nisi id videatur sex mille civibus suffragia clam ferentibus:* isque numerus omnino exigebatur, unde Demosthenes, μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων, οἷς ἂν δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις. Quod ut commode intelligatur, sciendum est Atheniensium civium fuisse viginti millia. Hesychius: ἄνδρες Ἀθηναῖοι δισμύριοι ὁμόφρονες. Demosthenes *Oratione contra Aristogitonem* [*p.* 489.] σκοπεῖτε γάρ, εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι. Isque numerus jam ab ipso Cecrope, ut auctor est Philochorus apud Graecum Pindari Interpretem *ad Olympion. Od. IX.* Φιλόχορος φησὶ Κέκροπα βουλόμενον τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον καὶ τὸ πλῆθος ἐπιγνῶναι, κελεῦσαι αὐτοὺς λίθους ἐσφέρειν, καὶ βάλλειν εἰς τὸ μέσον. ἐξ ὧν ἐπιγνῶναι, δισμυρίους αὐτοὺς ὄντας. Idemque numerus [2] Olympiadis centesimae decimae anno primo, cum Demetrius Phalereus Reipublicae praeesset. Anonymus

1 Cave faxis. Orator legis sententiam, non verba legitima, repraesentat: constat quoque sine additis vocabulis oratio, lenique tenore decurrit.

2 In numero annorum Olymp. manifestus error est, de quo inferius L. II. Tit. 6.

mus in Descriptione Olympiadum ad hunc annum. ἐξετασμοῦ τῶν Ἀθηναίων γενομένου ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, εὑρέθησαν Ἀθηναῖοι μὲν δισμύριοι, οἰκέται δὲ μυριάδες τεσσαράκοντα. Ctesicles Libro Chronicorum III. apud Athenaeum *Libro VI.* [*p.* 272.] mille his addit: Κτησικλῆς δ' ἐν τρίτῃ Χρονικῶν, τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν φησὶν Ὀλυμπιάδι Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικήν. καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα. In ferendis autem suffragiis major pars obtinebat: itaque necesse erat Athenis, ut plures decem mille, siquidem duas in partes tantum scinderetur populus, in eandem irent sententiam: At vero Solon vult, ubi de *irrogando privilegio* agitur, ut in his ejusdem sententiae, qui plures sunt decem mille, sint sex mille minimum, qui suffragium clam ferant, ne quis gratiae locus sit: nam ἡ χάρις πρὸς ὃν ἐχαρίζετ' ἄδηλος γένηται. ἡ γὰρ ψῆφος ἀφανὴς φέρεται, ut est apud Aeschinem ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος.

A Solone acceperunt Decemviri, quorum haec est e XII. Tabulis Lex: PRIVILEGIA NE IRROGANTO. Cui Legi addi non vult [1] maximus Jureconsultorum, NISI MAGNO COMITIATU. docetque optime, meo judicio, *privilegia* quae vocant XII. Tabulae, de una tantum persona concipi in omnia tempora: nam alioqui *in praesens tempus de singulis ferri Leges possunt*, inquit Quintilianus *Declamat. CLIV.* ut de Menandro *l.* 5. *D. de Captivis.* de Hostilio Mancino *l. ult. D. de Legationibus.* At vero is, [2] qui Legis XII. Tabularum collectam & interpretamentum edidit, putat *Privilegia* ea esse inlicita quae inrogantur, non quae rogantur: Nam Xviri voluere pro singulis hominibus & privis rogari licere, *in* sive *contra* non licere. Quae distinctio, si quid judico, non est hujus loci: Romani enim hi Solones, cum ab Atheniensi acceperint, PRIVILEGIA NON IRROGARI, eo non dixerunt sensu, quo interpretatur nuperus ille editor. Scripserat enim Solon: ΜΗΔΕ ΑΝΔΡΙ ΝΟΜΟΝ ΕΞΕΙΝΑΙ ΘΕΙΝΑΙ, quod non tantum significat, *Legem in privum aliquem rogare non licere*, sed etiam *non licere de singulis Legem ferre privam.* Atque id expresserunt in XII. Tabulis Xviri hac Lege: PRIVILEGIA NE IRROGANTO. Cui, contra quam putat vir summus, addi puto, NISI MAGNO COMITIATU, idque respondet his Solonis verbis: ΕΑΝ ΜΗ ΕΞΑΚΙΣΧΙΛΙΟΙΣ ΔΟΞΗι ΚΡΥΒΔΗΝ ΨΗΦΙΖΟΜΕΝΟΙΣ. quibus cavet, qua ratione possint *privilegia inrogari*, nempe COMITIATU MAGNO, apud Romanos ex interpretatione Xvirorum. Neque hinc abit M. Tullius extremo *Libro III. de Legibus* [C. 19.] cujus verba describemus, ut commode interpretemur, interpungamus, & emendemus. *Tum Leges praeclarissimae de XII. Tabulis tralatae duae: quarum altera* privilegia *tollit: altera de capite civis rogari, nisi* maximo Comitiatu, *vetat. nondum initis seditiosis Trib. pleb. Negotialis quidem admirandum tantum majores in posterum providisse: in privatos homines Leges ferri noluerunt: id est enim privilegium: quo quid est injustius? cum Legis haec vis sit, scitum est jussum in omnes? ferri de singulis nisi Comitiis Centuriatis noluerunt. descriptus enim populus censu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quam fuse in Tribus convocatus. Quo verius in nostra causa vir magni ingenii, summaque prudentia, L. Cotta, dicebat, nihil omnino actum esse de nobis. praeter enim quam quod Comitia illa essent armis gesta servilibus, praeterea neque Tributa capitis Comitia, rata esse possent, neque ulla privilegii: quocirca nihil nobis opus esse Lege, de quibus nihil omnino actum esset Legibus.* Repraesentavimus hic editionem V. Cl. Gruteri: e cujus Notis variantes lectiones hujus loci, & Virorum magnorum conatus in eo emendando, disces. Nos ita rescriben- 115.

1 *Cujacius* Observat. L. xv, 8.
2 *Th. Marcillius* Interpret. Leg. xII. Tab. C. 84.

bendum suspicamur. *Tum Leges praeclarissimae de XII. Tabulis tralatae duae: quarum altera* privilegia *tollit: altera de capite civis rogari, nisi* maximo Comitiatu, *vetat. nondum initis seditiosis Trib. pleb. negat, aliis: siquidem admirandum tantum majores in posterum providisse: in privatos homines Leges ferri noluerunt: id est enim* privilegium: *quo quid est injustius? cum Legis haec vis sit, scitum est, jussum in omnes? ferri de singulis? nisi* Centuriatis Comitiis *noluerunt. descriptus enim populus censu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quam fuse in Tribus convocatus. Quo verius in nostra causa vir magni ingenii, summaque prudentia, L. Cotta, dicebat, nihil omnino actum esse de nobis. praeter enim quam quod Comitia illa essent armis gesta servilibus, praeterea neque Tributa capitis Comitia, rata esse possent, neque ulla*: privilegii *quocirca nihil nobis opus esse Lege, de quibus nihil omnino actum esset Legibus.* [1] Ista Ciceronis verba, *nondum initis seditiosis Trib. pleb. negat, aliis,* dicuntur propter P. Clodium, qui certe nondum inierat Tribunatum plebis: illud vero, *ferri de singulis?* referendum est ad id quod praecedit, *quo quid est injustius?* estque *privilegium*, quod Legi opponitur, cum Lex sit scitum sive jussum in omnes: Verba vero ista optime, si quid judico, interpunximus: *praeterea neque Tributa capitis Comitia, rata esse possent, neque ulla:* Privilegii *quocirca nihil nobis opus esse Lege*, &c. Nam quando Cicero in exilium pulsus est a P. Clodio, factum, id est, non *irrogato privilegio*, sed Lege rogata, quam *P. Clodius tulit*, verba sunt Velleji Paterculi [*L.* II, 45.] *ut qui civem Romanum indemnatum interemisset, ei aqua & igni interdiceretur. Cujus verbis etsi non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur.* Qua ex Lege Tributis Comitiis de capite Ciceronis rogavit P. Clodius, atqui Tributa illa Comitia neque rata esse poterant, atque adeo neque ulla, cum Tributis Comitiis non liceat de capite civis Romani rogare. Atque hic obiter castigabimus ἀπροσεξίαν illius, de quo modo locuti sumus, Editoris collectae Legis XII. Tabularum & cum interpretamento: nam misere confundit Ephesiorum Legem, secundum quam multandus erat Heraclitus, cum Lege, qua la-
116. ta, quia in eam incurrerat, pulsus est in exilium Hermodorus Heracliti familiaris: atque ea lex, qua Heraclitus petebatur, posterior est ea Lege, qua in exilium miserunt Hermodorum Ephesii: Legem in se πεπλασμένως scriptam expressit Heraclitus ipse sua Epistola ad Hermodorum: ἴσασί με, Ἑρμόδωρε, συντεχνητεύσαντά σοι τοὺς νόμους, κἀμὲ ἐλάσαι βούλονται, ἀλλ' οὐ πρότερόν γε ἢ ἐλέγξαι αὐτούς. ἔτι ἄδικα ἐγνώκασι, τὸν μὴ γελῶντα καὶ πάντα μισανθρωποῦντα πρὸ ἡλίου δυόντος ἐξιέναι τῆς πόλεως. τοῦτο νομοτεθεῖν βουλεύονται. οὐδεὶς δ' ἐστὶν ὁ μὴ γελῶν, Ἑρμόδωρε, ἢ Ἡράκλειτος, ὥστε με ἐλαύνουσιν. Ex his verbis licet colligere hanc Legem, τὸν μὴ γελῶντα καὶ πάντα μισανθρωποῦντα πρὸ ἡλίου δυόντος ἐξιέναι τῆς πόλεως, scriptam esse post illam, qua in exilium pulsus est Hermodorus: itaque Hermodorum jam Epheso exulantem certiorem facit, quid adversum se molirentur boni isti Ephesii, nempe, inquit, ἔτι ἄδικα ἐγνώκασι, adhuc injusta statuunt, prius scilicet in Hermodorum lata Lege, cujus meminit apud Strabonem *Libro XIV.* [*p.*950.] Heraclitus: ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι γεγόνασιν ἐν αὐτῇ· τῶν μὲν παλαιῶν Ἡράκλειτός τε ὁ σκοτεινὸς καλούμενος, καὶ Ἑρμόδωρος περὶ οὗ ὁ αὐτὸς οὗτός φησιν. ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑαυτῶν ὀνήιστον ἐξέβαλον, φάντες. ἡμέων μηδεὶς ὀνήιστος ἔστω· εἰ δὲ μή, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων. Diogenes Laërtius *in Heraclito* [C. 2.] καθάπτεται δὲ καὶ τῶν Ἐφεσίων, ἐπὶ τῷ τὸν ἑταῖρον ἐκβαλεῖν Ἑρμόδωρον, ἐν οἷς φησιν. ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν πᾶσι. καὶ τοῖς ἀνήβοις τὴν

πόλιν

1 Prave *Ciceronem* corrigit, pejusque arbitratur, propter P. Clodium ea dici. Sine dubio ad id tempus pertinent, quo latae sunt XII. Tabulae. Vide *Davisium*, haec Petiti perstringentem, & *Ciceronis* verba longe melius instaurantem.

πόλιν καταλιπεῖν, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἑαυτῶν ὀνήϊστον ἐξέβαλον, λέγοντες· ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήϊστος ἔστω. εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων. Latine expressit Cicero *Tusculanarum Quaestionum Libro V.* [C. 36.] *Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro, universos ait Ephesios esse morte multandos, quod, cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, Nemo de nobis unus excellat: sin quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit.* Atque utraque haec Lex oblique, καὶ ἐσχηματισμένως lata est.

IX. Constat mortalium antiquissimos, literas cum nescirent, Leges, quas in tabulis non habebant descriptas, [1] cantasse, ne obliviscerentur, quod etiam sua aetate apud Agathyrsos moribus observatum fuisse testis est Aristoteles *Problematum Tmemate XIX. Problemate* 28. διὰ τί νόμοι καλοῦνται ἃς ᾄδουσιν; ἢ ὅτι πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα, ᾖδον τοὺς νόμους, ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται· ὥσπερ ἐν Ἀγαθύρσοις ἔτι εἰώθασι; Verum ubi in tabulas relatae sunt Leges, Magistratui concessum non fuit jus dicere secundum Leges non scriptas:

ΑΓΡΑΦΩι ΔΕ ΝΟΜΩι ΤΑΣ ΑΡΧΑΣ ΜΗ ΧΡΗΣΘΑΙ, ΜΗΔΕ ΠΕΡΙ ΕΝΟΣ.	*Magistratus judicia ne reddunto secundum Leges non scriptas, ne ulla quidem de re.*

Habes hanc Legem apud Andocidem ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων [p. 11.] ὅπου οὖν ἀγράφῳ νόμῳ οὐκ ἔξεστι χρήσασθαι, ἦπου ἂν ἀγράφῳ γε ψηφίσματι παντάπασιν οὐ δεῖ γε χρήσασθαι, καί μοι ἀνάγνωθι τοὺς νόμους. ΑΓΡΑΦΩι ΔΕ ΝΟΜΩι ΤΑΣ ΑΡΧΑΣ ΜΗ ΧΡΗΣΘΑΙ ΜΗΔΕ ΠΕΡΙ ΕΝΟΣ. iterumque laudat paulo post: Habuerunt tamen Graeci Leges suas non scriptas: unde Ulpianus Libro I. Institutionum: *Hoc igitur jus nostrum constat aut ex scripto, aut sine scripto: ut apud Graecos,* τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. *l. 6. D. de justitia & jure.* Quare Aristoteles *Libro III. Eth. Nicomach.* meminit τῶν νόμων τῶν κατὰ τὰ γράμματα, καὶ τῶν κατὰ τὰ ἔθη. 117.
Adeoque multae sunt Leges κατὰ τὰ ἔθη, etiam in tabulas relatae, quae vix est ut intelligantur ei, cui τὰ ἔθη sunt ignota: qua de re eximius est Aristotelis locus *Lib. II. Metaphys.* ut vulgo quidem eduntur hi Libri, *cap.* 3. eum adscribemus, ut eadem emendemus, & illustremus. ἡλίκην δὲ ἰσχὺν ἔχει τὸ σύνηθες, οἱ νόμοι δηλοῦσιν, ἐν οἷς τὰ μυθώδη καὶ παιδαριώδη μεῖζον ἰσχύει τοῦ γινώσκειν περὶ αὐτῶν διὰ τὸ ἔθος. [2] Quod de Legibus interpretantur, in quibus fabulosa multa & puerilia sint, optime explodit Vir summus, qui ideo de Nomis exponit, & vertit: *Qualis sit consuetudinis vis, etiam ipsi Nomi demonstrant,*

1 Valuit & id apud Cretenses, ut ex *Aeliano* L. II. V. H. C. 39. cognosces, & apud Mazacenos in Cappadocia, quibus νομῳδὸν *Strabo* dat L. XII. p. 813. C. Vide quae de veterum hoc more *R. Bentlejus* Diss. de Phalarid. Epist. p. 373.

2 Sive hoc intelligatur de legibus, aut institutis & moribus, quod ad partem fabulosam de Diis, sive de Nomis tibicinum, nam ad tibiam canebantur laudes Deorum, planissimus locus est, & perspicuus maxime, nec opus habet, ut ridicule jactat Petitus, ut emendetur & illustretur. Exponit ille de Legibus, & suo judicio ita emendat: ἡλίκην δὲ ἰσχὺν ἔχει τὸ συνηθὲς, οἱ νόμοι δηλοῦσιν ἔνιοι. Quam durum, quam coactum illud ἔνιοι? sed percallide illud ex ἐν οἷς fecit, ut non de omnibus legibus, sed nonnullis sensisse videretur *Aristoteles*: quasi Gentilium religionem pro virili tueri & *Aristotelem* ab Areopagitis liberare voluisset. Deinde emendat, μεῖζον ἰσχύει τοῦ γινώσκειν πλέον αὐτῶν, δι' ἃ τὸ ἔθος, & totum locum ita vertit: *Quanta sit consuetudinis vis, ipsae leges demonstrant veteres: (*ἔνιοι *est nonnullae, non veteres) fabulosa enim puerilia que, e quibus ortum habuit consuetudo, ad cognitionem eorum, quae legibus caventur, plus conferunt, quam leges ipsae, quibus caussam dedit haec consuetudo.* O egregium emendatorem! o illustratorem summum! o interpretem singularem! Ipse se mox explicat: *Quam multae autem leges scriptae sint, quarum caussa consuetudo, consuetudo autem originem ducat e fabulosis & puerilibus narrationibus,* ἀνοήτῳ καὶ τυφλῷ. Hoc egregium dicere volebat, δῆλον καὶ τυφλῷ. SALVIN.

strant, in quibus fabulosa & puerilia, eo quod eis assueti sumus, plus valent, quam vera eorum cognitio. Ego vero facile mihi persuadeo locum de Legibus esse intelligendum, sed ita emendatum: ἡλίκην δὲ ἰσχὺν ἔχει τὸ σύνηθες, οἱ νόμοι δηλοῦσιν ἔνιοι. τὰ μυθώδη καὶ παιδαριώδη μεῖζον ἰσχύει, τοῦ γινώσκειν περὶ αὐτῶν, δι' ἃ τὸ ἔθος, id est. *Quanta sit consuetudinis vis, ipsae Leges demonstrant veteres: fabulosa enim pueriliaque, e quibus ortum habuit consuetudo, ad cognitionem eorum, quae Legibus caventur, plus conferunt, quam Leges ipsae, quibus causam dedit haec consuetudo.* Hic est sensus, meo judicio, loci intricatissimi: vel forte retinendum est, διὰ τὸ ἔθος: vertendumque hoc modo: *fabulosa enim & puerilia plus conferunt per consuetudinem ad cognitionem eorum, quae Legibus caventur, quam Leges ipsae, quibus causam dedit haec consuetudo.* Quam multae autem Leges scriptae sint, quarum causa consuetudo, consuetudo autem originem ducat e fabulosis & puerilibus narrationibus, δηλονότι καὶ τυφλῷ. Quoquo autem modo, & qua de causa, scriptae sint Leges, dummodo ratae atque scriptae sint κατὰ τὰ γράμματα, earum usus atque auctoritas in Jure dicundo fuit: cum omnem consuetudini sive νόμῳ ἀγράφῳ abroget haec Atheniensium Lex: nam Magistratus Judicia reddere vel de re ulla minima non poterant secundum Legem non scriptam. Qua in re diversi abeunt, boni Quirites ab Atheniensibus: *Inveterata* namque *consuetudo pro Lege non immerito custoditur,* inquit Julianus Lib. XCIV. Digestorum: *& hoc est Jus, quod dicitur moribus constitutum. Nam cum ipsae Leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod Judicio populi receptae sunt: merito & ea, quae sine ullo scripto populus probavit, tenebunt omnes: nam quid interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? l. 32. D. de Legibus.* atque ex eo, quod scriptum non sit Jus istud moribus constitutum, Paulus, Lib. VII. ad Sabinum, auctoritatem illius probat: *Imo magnae auctoritatis,* verba sunt Pauli, *hoc Jus habetur: quod in tantum probatum est,* ut non fuerit necesse scripto id comprehendere: *l. 36. D. eod.* Observabatur igitur, vimque Legis obtinebat diuturna consuetudo, non tamen in his causis, quae ex scripto descendebant, ut docet Ulpianus Lib. I. de officio Proconsulis. Ejus verba haec sunt. *Diuturna consuetudo pro jure & Lege in his, quae non ex scripto descendunt, observari solet: l. 33. D. eod.*

X. Cum igitur secundum Leges scriptas tantum Judicia Athenis redderentur, capital erat commentitiam Legem apud Judices laudasse.

Ἐάν τις οὐκ ὄντα νόμον παράσχηται, θάνατος ζημία ἔστω.	*Ei, qui in Judicio commentitiam Legem laudarit, capital esto.*

Legem laudat Demosthenes ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος δευτέρῳ [*p.* 498.]
118. Καὶ θάνατον μὲν ὡρικέναι ζημίαν, ἐάν τις οὐκ ὄντα νόμον παράσχηται. Nam hac ratione Judicibus, qui secundum Leges se jus dicturos jurejurando affirmaverant, imponebatur.

XI. Scitum est Atheniensium factum post exactos Triginta Tyrannos, cum enim metuerent, ne, si propter ea quae praecesserant, judicia redderentur secundum Leges, turbas darent qui in jus vocarentur, hanc Legem tulerunt:

ΤΟΙΣ ΔΕ ΝΟΜΟΙΣ ΧΡΗΣΘΑΙ ΑΠ' ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ.	*Legum sua ab anno, quo Euclides Archon fuit, auctoritas esto.*

Quae legitur apud Andocidem ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων [*p.* 12.] e quo disces & tempus & causam latae hujus Legis. Tempus ubi descripsit, nempe post exactos Athenis Triginta Tyrannos, addit: ἐδοκιμάσθησαν οὖν οἱ νόμοι, ὦ ἄνδρες, κατὰ τὸ ψήφισμα τουτί, τοὺς δὲ κυρωθέντας ἀνέγραψαν εἰς τὴν στοάν. ἐπεὶ δὲ ἀνεγράφησαν, ἐθέμεθα νόμον, ᾧ πάντες χρῆσθε, μηδὲ περὶ ἑνὸς ἄρα γε ἐστὶ τοῦτο, ὅ, τι παραλέλειπται περὶ ὅτου οἷόν τε ἢ ἀρχὴν εἰσά-

εἰσάγειν, ἢ ὑμῶν πρᾶξαί τινι, ἀλλ' ἢ κατὰ τοὺς ἄνω γεγραμμένους νόμους. ἐπειδὴ τοίνυν ἑωρῶμεν ὅτι πολλοῖς τῶν πολιτῶν εἶεν συμφοραί, τοῖς μὲν, κατὰ νόμους, τοῖς δὲ, κατὰ ψηφίσματα τὰ πρότερον γενόμενα, τούτους τοὺς νόμους ἐθέμεθα, αὐτῶν ἕνεκα τῶν νυνὶ ποιουμένων. ἵνα τούτων μηδὲν γένηται, μηδὲ ἐξῇ συκοφαντεῖν μηδενί. καί μοι ἀνάγνωθι τοὺς νόμους. ΝΟΜΟΣ. ΤΟΙΣ ΔΕ ΝΟΜΟΙΣ ΧΡΗΣΘΑΙ ΑΠ' ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ. & paullo post: τῶν δημοσίων ὁπόσοις αἱ γραφαί εἰσιν, ἢ φάσεις, ἢ ἐνδείξεις, ἢ ἀπαγωγαί, τούτων ἕνεκα τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις ἐψηφίσασθε χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος. ἐνταυθοῖ ἔστιν ὅ, τι ὑπολείπεται ἢ μεῖζον ἢ ἔλαττον τῶν γενομένων πρότερον ψηφισμάτων, πρὶν Εὐκλείδην ἄρξαι, ὅπως κύριον ἔσται; οὐκ οἶμαι ἔγωγε, ἄνδρες, σκοπεῖτε δὲ καὶ αὐτοί. Legum igitur sua auctoritas fuit a Praetura Euclidis. Praetor fuit hic Euclides paullo post exactos Triginta Tyrannos. [1] Ulpianus *ad Timocrateam* [*p.* 449.] Εὐκλείδης Ἄρχων ἐγένετο παρ' Ἀθηναίοις μετ' ὀλίγον χρόνον τῶν Τριάκοντα. At in Fastis Atticis, & apud Diodorum Siculum *Lib. XIV.* [*p.* 401.] Euclidis Praetura conjicitur in annum secundum Olympiadis nonagesimae quartae, potientibus adhuc rerum Triginta Tyrannis: Nam anno primo Olympiadis nonagesimae quartae οἱ Τριάκοντα Τύραννοι Ἀθήνησι κατέστησαν. Affecto anno quarto ejusdem Olympiadis nonagesimae quartae, ἐπ' Ἄρχοντος Ἐξαινέτου, sive Ἐπαινέτου, τῶν Τριάκοντα Τυράννων καταλυθέντων, οἱ Ἀθηναῖοι τὴν πάτριον πολιτείαν ἀνεκομίσαντο, καὶ τοῖς ἰδίοις νομίμοις ἐπολιτεύσαντο, sive, ut est apud Diodorum, οἱ Ἀθηναῖοι τὴν πατρίδα ἀνεκομίσαντο, καὶ τοῖς ἰδίοις νόμοις ἐπολιτεύσαντο. Sed Praetoris nomen corruptum est tum Fastis Atticis, cum apud Diodorum: Itaque si Eusebium audimus, Euclidis Praetura conjicienda erit in annum secundum Olympiadis nonagesimae quintae. Anno enim primo hujus Olympiadis nonagesimae quin-

1 Verba Ulpiani non cogunt nos contra Fastos Atticos credere, Euclidem fuisse Archontem post exactos xxx. tyrannos. Μετ' ὀλίγον χρόνον τῶν τριάκοντα intelligi commode potest, paullo post xxx. tyrannos Athenis constitutos. Et sic optime *Eusebius* posuit Euclidem post Pythodorum, sub quo tyranni constituti sunt. Ceterum non invenio apud *Xenophontem* quantum temporis xxx. rempublicam tenuerint: sed ex rebus gestis non videntur triennium regnasse, quod sequetur, si Archonte Epaeneto pulsi sunt, ut censuit *Eusebius*. Sunt autem plura argumenta, quae suadent, annuam tantum fuisse eorum tyrannidem: nam primo cur potius annus Pythodori Archontis vocatur ἀναρχία, quam anni sequentes? Deinde *Ulpianus* hoc loco ait, Euclidem fuisse Archontem post xxx. tyrannos. Denique verba legis ΔΙΟΚΛΗΣ ΕΙΠΕ, quae statim consequuntur, id suadent. PALMER.

Ibid. Omnes has turbas dedit *Diodori Siculi* inconsiderantia, quae *Eusebium* & plures alios in errorem induxit. Conjecit plures in annos eas Lacedaemoniorum & Atheniensium res, quae breviore temporis intervallo absolutae sunt. Athenae in Lysandri sese potestatem tradidere exeunte Anno Olymp. XCIII. 4., quo *Archias* Archon erat. Sequentem Olymp. XCIV. 1. inire debuerat *Pythodorus*, sed eo constituti a Lysandro cum essent xxx. viri, qui tyrannidem occuparunt, ἀναρχία fuisse in Fastis dicitur. Necdum autem eo ad finem perducto Thrasybulus Phylen occupavit. Id contigit hieme adulta: vix enim ibi consederant, quin multa nix agros obtegeret. Ἐπιγίγνεται τῆς νυκτὸς χιὼν παμπληθής *Xenophon* ait L. II. Hellen. p. 367. Pergit non multo post Thrasybulus & Piraeeum occupat, quo tempore xxx. virorum imperium jam *octo menses* duraverat. ὀλίγου δεῖν πλείους ἀπεκτόνασιν (Tyranni) Ἀθηναίων ἐν ΟΚΤΩ ΜΗΣΙΝ, ἢ πάντες Πελοποννήσιοι δέκα ἔτη πολεμοῦντες, inquit Cleocritus apud *Xenoph.* L. II. Hell. p. 370. Occupato Piraeeo Trigintaviris imperium brevi post abrogatur, leguntur que Decemviri. Quibus in ordinem coactis, reipublicae leges & libertas restituuntur Olymp. XCIV, 2., quo magistratum auspicatus est *Euclides*. Hic rerum gestarum ordo, quem alias uberius declarabo. *Euclides* certe ab illo Olymp. XCIV. anno secundo removeri non potest: tum propter ἀναρχίαν τὴν πρὸ Εὐκλείδου in *Plutarchi* T. II. p. 835. E., quae fuit, ut pulcre *Palmerius*, Archonte *Pythodoro*: tum propter haec Scholiastae inediti in *Aeschinem* Timarch. p. 6. ἐπ' Ἄρχοντος Εὐκλείδου, ὃς πρῶτος ἦρξε μετὰ τοὺς τριάκοντα quibus junge, quae Criticus Graecus adscripsit *Luciani* Hermot. cap. 76.

quintae dicuntur *Tyranni Athenis oppressi.* Anno vero sequenti, qui secundus erat hujus Olympiadis nonagesimae quintae, *Athenienses viginti quatuor literis uti ceperunt, quum ante sedecim tantum literas haberent.* Atqui id contigit Archonte Euclide. Suidas & Apostolius: τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τοῖς τῶν Ἰώνων γράμμασιν. Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναῖος, ἐπὶ Ἄρχοντος Εὐκλείδου. Quare Euclides Archon fuerit anno secundo Olympiadis nonagesimae quintae. Sed tamen idem Eusebius in Graecis Scaligeri in annum quartum Olympiadis
119. nonagesimae quartae confert ista de usu viginti quatuor literarum apud Athenienses: οἱ ἐν Ἀθήναις Τύραννοι κατελύθησαν, Ἀθηναῖοι ἤρξαντο στοιχείοις κδ. χρῆσθαι, πρότερον ις. χρώμενοι. Optime quidem anno quarto Olympiadis nonagesimae quartae adscribit vindicatam Atheniensium libertatem a servitute Triginta Tyrannorum, sed non bene eidem anno adtribuit usum literarum Ionicarum ab Atheniensibus acceptum; longe melius certe Latina B. Hieronymi editio conjicit [1] in annum secundum Olympiadis nonagesimae quintae: nam certum est, accepisse has viginti quatuor literas Athenienses, Praetore Euclide. Euclides autem Praetor fuit anno ut plurimum interjecto post exactos Triginta Tyrannos; Ἄρχων ἐγένετο μετ' ὀλίγον χρόνον τῶν Τριάκοντα. Sed de his satis. Lex autem haec non statim ac Triginta Tyranni exacti sunt, scripta est, sed Euclide Archonte, quod ipsa testatur: ΤΟΙΣ ΔΕ ΝΟΜΟΙΣ ΧΡΗΣΘΑΙ ΑΠ' ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ. & certe necessum fuit aliquod intercedere tempus, intra quod dicae scriptae, turbarum & rerum novarum metu, huic scribendae Legi causam dederunt.

XII. Quemadmodum autem Athenienses Legibus suis suam voluerunt esse auctoritatem ab anno, quo Euclides Praetor fuit, ita etiam hanc earundem Legum, illarum quae Euclide Archonte, latae sunt, atque in posterum ferentur, auctoritatem aeternam esse voluerunt hac Lege, cujus auctor Diocles:

ΔΙΟΚΛΗΣ ΕΙΠΕ, ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΤΟΥΣ ΠΡΟ ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΤΕΘΕΝΤΑΣ ΕΝ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑι, ΚΑΙ ΟΣΟΙ ΕΠ' ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΕΤΕΘΗΣΑΝ ΚΑΙ ΕΙΣΙΝ ΑΝΑΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΙ, ΚΥΡΙΟΥΣ ΕΙΝΑΙ, ΤΟΥΣ ΔΕ ΜΕΤ' ΕΥΚΛΕΙΔΗΝ ΤΕΘΕΝΤΑΣ ΚΑΙ ΤΟ ΛΟΙΠΟΝ ΤΙΘΕΜΕΝΟΥΣ ΚΥΡΙΟΥΣ ΕΙΝΑΙ ΑΠΟ ΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ, ΗΣ ΕΚΑΣΤΟΣ ΕΤΕΘΗ ΠΛΗΝ ΕΙ ΤΩι ΠΡΟΣΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΧΡΟΝΟΣ, ΟΝΤΙΝΑ ΔΕΙ ΑΡΧΕΙΝ, ΕΠΙΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΤΟΙΣ ΜΕΝ ΝΥΝ ΚΕΙΜΕΝΟΙΣ ΤΟΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΗΜΕΡΩΝ· ΤΟ ΔΕ ΛΟΙΠΟΝ ΟΣ ΑΝ ΤΥΓΧΑΝΗι ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΩΝ ΠΡΟΣΓΡΑΦΕΤΩ ΠΑΡΑΧΡΗΜΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ ΑΠΟ ΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ ΗΣ ΕΤΕΘΗ.

Dixit Diocles. Leges ante Euclidem libera Republica, eodemque Euclide Archonte, latae, ac in tabulas relatae, ratae sunto. Quae vero post Euclidis Praeturam scriptae sunt, & in posterum ferentur, ratae sunto ab ea die, qua unaquaeque earum lata est, praeterquam si cui adscriptum est tempus, a quo debet incipere. Iis vero, quae jam obtinent, Scriba Senatus intra triginta dies inscribito. In posterum quicumque Scriba erit, adscribito statim, Legem ratam esse ab ea die, qua lata est.

Refert hanc Legem Demosthenes *in Timocratea* [*p.* 449.] agens de Legum auctoritate. Solon apud Plutarchum suas Leges ratas esse jusserat in annos centum:

1 Similem disputationem Petitus ingreditur inferius L. IV. Tit. 4., qua sat commode carere possumus. Anno Olymp. XCV. 2. Archon fuit Aristocrates, quem gradu deturbari non patitur *Diodorus* L. XIV. p. 416. Literae XXIV. publice ab Atheniensibus receptae sunt ἐπ' Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκλείδου Schol. *Euripid.* Phoeniss. vs. 688., & suasore quidem Archino, uti *Suidas* v. Σαμίων ὁ δῆμος testatur. Archinus & Thrasybulus Atheniensibus duces fuerunt in Phyle & Piraeeo occupandis. Τῷ δήμῳ κατελθόντι ἀπὸ Φυλῆς, *Aeschines* ait Orat. de Leg. male Gest. p. 51., Ἀρχῖνος καὶ Θρασύβουλος προεστῶτες τοῦ δήμου. Quare cum magistratum ἐπώνυμον *Euclides* Anno Olymp. XCIV. 2. administrarit, eodemque egregia floruerit auctoritate Archinus, Leges praeterea tum sint recensitae, quod *Andocidi* de Myster. p. 12. docenti credimus, patet clarissime, pariter cum Legibus emendatis literas XXIV. illo tempore Athenis in communem usum fuisse admissas.

tum: *ἰσχὺν τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκεν.* Sed Diocles
hac Lege, Legum omnium, quae ante Euclidis Praeturam libera Republica,
& post Euclidem Praetorem latae sunt, & in tabulas sive columnas relatae, ae-
ternam sanxit esse auctoritatem, verum cum distinctione: Nam quibusdam Le-
gibus adscribebatur: *Haec Lex rata* esto tum demum, cum hunc Praetorem
alius exceperit. Demosthenes *ibid. πολλοῖς τῶν νόμων προσεγέγραπτο, τὸν*
δὲ νόμον εἶναι κύριον τόνδε ἀπὸ τοῦ μετὰ τὸν νῦν Ἄρχοντα. Has itaque Leges 120.
vult esse ratas, non ab eo die, quo latae sunt, sed ab eo tempore, quod prae-
scripsit Legislator; Etenim oportet *τὸν γεγραμμένον χρόνον κύριον εἶναι.*
Ceteras vero omnes, quibus a Legislatore tempus non est praescriptum, eas,
inquam, omnes vult ratas esse ab eo, quo latae sunt, die: *τὴν ἡμέραν, ἀφ'*
ἧς ἂν τεθῇ νόμος, κυρίαν εἶναι. Unde habes in Lege non semel: ΤΟΝ
ΝΟΜΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ ΑΠΟ ΤΗϹ ΗΜΕΡΑϹ, ΗϹ Ε-
ΤΕΘΗ. Itaque Senatus Scribae hac Lege praecipitur, ut unicuique Legi ad-
scribat deinceps ratam eam esse a die quo lata est: ΤΟ ΔΕ ΛΟΙΠΟΝ ΟϹ
ΑΝ ΤΥΓΧΑΝΗι ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΩΝ ΠΡΟϹΓΡΑΦΕΤΩ ΠΑ-
ΡΑΧΡΗΜΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ ΑΠΟ ΤΗϹ Η-
ΜΕΡΑϹ ΗϹ ΕΤΕΘΗ. Sed quid intelligit hac voce ΕΤΕΘΗ; An id
vult, quando *οἱ νομοθέται ἐδοκίμασαν καὶ ἐκύρωσαν*; Vix puto: Sed po-
tius quando is qui Legem fert, eam rogat apud Quingentorum Senatum. Id
ut suspicer, facit descripta Lex cum hac adnotatione temporis apud Andocidem
ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων [p. 13.] *Καὶ ἀνάγνωθι τὸν νόμον τὸν ἐκ τῆς στήλης.*
ΝΟΜΟϹ ΕΔΟΞΕ ΤΗι ΒΟΥΛΗι, ΤΩι ΔΗΜΩι. ΕΑΝ ΤΙϹ Ε-
ΠΡΥΤΑΝΕΥΕ, ΚΛΕΟΓΕΝΗϹ ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕ, ΒΟΗΘΟϹ
ΕΠΕϹΤΑΤΕΙ ΤΑΔΕ ΔΗΜΟΦΑΝΤΟϹ ϹΥΝΕΓΡΑΨΕΝ,
ΑΡΧΕΙ ΧΡΟΝΟϹ ΤΟΥΔΕ ΤΟΥ ΨΗΦΙϹΜΑΤΟϹ Η ΒΟΥΛΗ
ΟΙ ΠΕΝΤΑΚΟϹΙΟΙ ΛΑΧΟΝΤΕϹ ΤΩι ΚΥΑΜΩι, ΟΤΕ
ΚΛΕΟΓΕΝΗϹ ΠΡΩΤΟϹ ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝ ΕΑΝ ΤΙϹ ΔΗ-
ΜΟΚΡΑΤΙΑΝ, &c. Verba ista: ΑΡΧΕΙ ΧΡΟΝΟϹ ΤΟΥΔΕ
ΤΟΥ ΨΗΦΙϹΜΑΤΟϹ Η ΒΟΥΛΗ ΟΙ ΠΕΝΤΑΚΟϹΙΟΙ ΛΑ-
ΧΟΝΤΕϹ ΤΩι ΚΥΑΜΩι, ΟΤΕ ΚΛΕΟΓΕΝΗϹ ΠΡΩΤΟϹ
ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝ. non sunt de Lege, sed ex hac Dioclis Lege addita
sunt ad denotandum tempus, ex quo rata esse cepit, postquam eam Nomothetae
ἐκύρωσαν. Tempus autem adnotatur, adscripto nomine Scribae Senatus, &
quando primum ceperit eo munere fungi: nempe scripta est, quando primum
Cleogenes Senatui *ἐγραμμάτευεν.* eo enim die rogaverat suam Legem De-
mophantus apud Quingentorum Senatum: postea Lege approbata Senatu, e
Senatusconsulto rogatus est populus: unde in Lege scribitur: ΕΔΟΞΕ ΤΗι
ΒΟΥΛΗι ΚΑΙ ΤΩι ΔΗΜΩι. Approbata Lex populi suffragiis tradita est
Nomothetis, eorum quoque calculis confirmanda: atque Nomothetae jubebant
τὸν νόμον κύριον εἶναι. Sed tempus, a quo incipiebat *ὁ νόμος κύριος εἶναι,*
repetebatur ab illo die, quo primum Lex scripta atque rogata est apud Quin-
gentorum Senatum. Habes igitur hic illustre exemplum hujus observationis,
sed ita rescribendum. ΑΡΧΕΙ ΧΡΟΝΟϹ ΤΟΥΔΕ ΤΟΥ ΝΟΜΟΥ
Η ΒΟΥΛΗ ΟΙ ΠΕΝΤΑΚΟϹΙΟΙ ΛΑΧΟΝΤΕϹ ΤΩι ΚΥΑ-
ΜΩι, ΟΤΕ ΚΛΕΟΓΕΝΗϹ ΠΡΩΤΟΝ ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝ.
Silicet *ἡ Βουλὴ, οἱ Πεντακόσιοι, λαχόντες τῷ κυάμῳ, ἐδοκίμασαν,*
atque hinc repetendum est tempus, quo *ὁ νόμος ἐτέθη,* ac proinde ex quo
cepit *κύριος εἶναι.* Si quae vero jam latae sunt Leges, & in tabulas relatae,
quibus adscriptus non sit dies, quo *ἐτέθησαν,* cavetur hac Lege, ut Scriba
Senatus intra dies triginta adscribat: ΕΠΙΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΤΟΙϹ ΜΕΝ
ΝΥΝ ΚΕΙΜΕΝΟΙϹ ΤΟΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ ΤΗϹ ΒΟΥΛΗϹ
ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΗΜΕΡΩΝ. Quod facile fuit ex actis publicis *καὶ γράμ-* 121.

μασι, quae publice *ἐν δημοσίῳ* adservabantur. Scripta autem videtur haec Lex, anno, si forte, altero, post Euclidis Praeturam: nam annum hic habes, qui illum excepit, quo Euclides Archon fuit, ΤΟΥϹ ΔΕ ΜΕΤ' ΕΥΚΛΕΙΔΗΝ ΤΕΘΕΝΤΑϹ. Sequentem vero annum, qui tunc primum ceperat, designat his verbis, quae sunt de praesenti: ΚΑΙ ΤΟ ΛΟΙΠΟΝ ΤΙΘΕΜΕΝΟΥϹ. Dixit autem Diocles de Legibus, quae ante Euclidis Praeturam latae sunt: ΤΟΥϹ ΝΟΜΟΥϹ ΤΟΥϹ ΠΡΟ ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΤΕΘΕΝΤΑϹ ΕΝ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑι. Nam si non addita esset haec exceptio, ΕΝ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑι, non potuissent non censeri *ἄκυροι*. Namque ita vulgo, quae ante Euclidis Praeturam fuisse dicebantur, audiebant: Aeschines *ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου* [*p.* 6.] *καὶ ἔσω ταῦτα ἄκυρα, ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα, ἢ τὰ πρὸ Εὐκλείδου, ἢ εἴ τις ἄλλη πώποτε τοιαύτη προθεσμία ἐγένετο.*

TITULUS SECUNDUS.

De Senatusconsultis & Plebiscitis.

I. QUanquam magna esset, ut par erat, Senatus Quingentorum auctoritas, non tamen jus, quod esset perpetuum, faciebat: sed in vertentem tantum annum, ex hac Lege.

Ἐπίτεια τὰ τῆς Βουλῆς εἶναι Ψηφίσματα.	*Senatusconsulta in annum tantum jus faciunto.*

Meminit hujus Legis Demosthenes: *ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους* [*p.* 417.] *οἶμαι τοίνυν αὐτὸν κἀκεῖνον ἐρεῖν τὸν λόγον, καὶ σφόδρα ταυτὶ ζητήσειν ἐξαπατᾶν ὑμᾶς, ὡς ἄκυρόν ἐστι τὸ ψήφισμα. προβούλευμα γάρ ἐστιν· ὁ νόμος δ' ἐπέτεια κελεύει τὰ τῆς Βουλῆς εἶναι ψηφίσματα.* Senatus Quingentorum consulta erant, vel *προβουλεύματα*, ut hic loquitur Demosthenes, quae ad populum deferebantur, & in concione populi promulgabantur, ut Plebiscito confirmarentur. Alia erant Psephismata & Senatusconsulta, ad quae confirmanda non mittebatur in suffragia populus, sed sive illius auctoritate fiebant a Senatu Quingentorum: atque haec Senatusconsulta rata erant, jusque faciebant in unum tantum annum, quamdiu scilicet ille Quingentorum Senatus, qui illa decreverat, Reipublicae praeesset. Ulpianus *ad hunc locum*: *ὁ νόμος δὲ ἐπέτεια κελεύει τὰ τῆς Βουλῆς εἶναι ψηφίσματα. ἰστέον δὲ ὅτι τῶν προσταττομένων καὶ κυρουμένων ὑπὸ τῆς Βουλῆς ψηφισμάτων, τὰ μὲν, ἄχρι αὐτῆς ἵστατο τῆς Βουλῆς· τὰ δὲ, καὶ εἰς τὸν δῆμον ἐπέμπετο, ὅσα μὲν οὖν ἴδια τῆς Βουλῆς ψηφίσματα ἦν, ταῦτ' ἦν ἐπέτεια· καὶ συνδιηρεῖτο τῇ Βουλῇ μετ' ἐνιαυτὸν παυομένῃ. ὅσα δὲ ἀπὸ τῆς Βουλῆς ἔδει πρὸς τὸν δῆμον πεμφθῆναι, καὶ τὸ κῦρος παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, ταῦτα οὐκ ἦν ἐπέτεια.* & paullo post: *ἀλλ' ἃ μὲν ἡ Βουλὴ ἐκύρου χωρὶς τοῦ δήμου ἕως ἦρχεν, ἐπεκράτει, καὶ ἦν ὄντως ἐπέτεια. τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου γιγνόμενα, καὶ πλείονα ἔμενε χρόνον. ἐπειδή-*
122. *περ τὰ προβουλεύματα τῆς βουλῆς οὐκ εἰσήγετο εἰς τὸν δῆμον, ἀλλ' ἦν κύρια καὶ χωρὶς τοῦ δήμου· ἦν δὲ ἐπέτεια, ἀντὶ τοῦ ἐπ' ἐνιαυτόν.* Atque ex his, puto, lucem accipiet Athenaeus, qui *Lib. XIII.* [*p.* 587. C.] quaerit, quomodo Athenis tibicina *Nemea* dicta sit a *Nemeis* ludis, cum cautum esset Psepismate, ne qua infamis mulier *Πανηγύρεως* alicujus nomen acciperet:

καὶ

καὶ Νεμεάδος τῆς αὐλητρίδος Ὑπερείδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, περὶ ἧς ἄξιον θαυμάζειν, πῶς περιεῖδον Ἀθηναῖοι οὕτω προσαγορευομένην τὴν πόρνην πανηγύρεως ἐνδοξοτάτης ὀνόματι κεχρημένην. κεκώλυται γὰρ τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα, οὐ μόνον ταῖς ἑταιρούσαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις, ὥς φησι Πολέμων ἐν τοῖς περὶ Ἀκροπόλεως. Locum hunc expressit, quanquam [1] imperite, Harpocration his verbis: Νεμέας αὐλητρίδος μνημονεύει Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. ὁ δὲ Πολέμων ἐν τοῖς περὶ Ἀκροπόλεως, παρατίθεται ψήφισμα, καθ' ὃ ἀπείρητο Ἀθήνησιν ὄνομα πεντετηρίδος τίθεσθαι δούλῃ, ἢ ἀπελευθέρᾳ, ἢ πόρνῃ, ἢ αὐλητρίδι. ἄξιον οὖν ἀπορῆσαι, πῶς οὕτως ὠνομάζετο ἡ αὐλητρίς. Lex haec non fuit, sed Psephisma, quo cavebatur, ne qua serva, sive liberta, aut meretrix, aut tibicina, id est, uno ut absolvam verbo, infamis femina Panegyreos alicujus illustris nomen acciperet, ut optime [2] nominavit Harpocration: atqui Psephismata sive Senatusconsulta, quae in concione populi non promulgabantur, cujusmodi fuit Psephisma istud, καθ' ὃ ἀπείρητο Ἀθήνησιν ὄνομα πεντετηρίδος τίθεσθαι δούλῃ, ἢ ἀπελευθέρᾳ, ἢ πόρνῃ, ἢ αὐλητρίδι, jus non faciebant nisi in eum tantum, quo facta erant, annum: Quare nil mirum, si Pythionicae, si Isthmiae, & si quae sunt hujusmodi bonae merces, ista fuerint imposita nomina, post hoc Psephisma, quod ἐπέτειον, & unius tantum anni erat: Nam Aphrodisiis solebant nova meretricibus tunc primum quaestum corpore facientibus nomina imponere, ut testis est Plautus *Poenulo* [*Act.* V, 3, 17.]

Aphrodisia, hodie Veneris est festus dies:
Tua pietas nobis plane auxilio fuit;
Cum huc advenisti hodie in ipso tempore.
Namque hodie earum mutarentur nomina,
Facerentque indignum genere quaestum corpore.

Sed dubium movet Athenaeus de *Nemea*, quae, ut mea fert opinio, hoc nomen accepit, quando istud Psephisma auctoritatem habebat suam, id est, intra annum, quo factum est: itaque excidisse vocem τότε, facile mihi persuadeo, reponendam inter haec verba: κεκώλυται γὰρ τότε τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα.

At vero Romae major Senatus auctoritas fuit: nam, ut auctor est Ulpianus Lib. XVI. ad Edictum, etiam cum Respublica unius Imperatoris libidini cessit, *non ambigitur, Senatum jus facere posse. l. 9. D. de Legibus & Senatusconsultis.* unde etiam is, *qui jurisdictioni praeest*, secundum Senatusconsulta *jus dicit*: *l. 12. D. eod.* adeoque Constitutione Theodosii M. poena illi irrogatur, qui elicere tentaverit rescriptum adversus formam eorum, quae Senatusconsulto statuta sunt. *Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad Senatum. Quamvis Senatusconsultum perpetuam per se obtineat firmitatem, tamen nostris legibus etiam idem prosequimur: adjicientes, ut si quisquam speciali supplicatione eliciendum aliquod rescriptum tentaverit, ut transire ei formam liceat statutorum, tertia patrimonii parte multetur, & damnatus ambitus crimine, maneat infamis. Dat. VII. Kal. August. Heracleae, Richomere & Clearcho Conss. l. un. Cod. de Senatusconsultis.* 123.

II. Quod ad illa, quae memoravimus, Senatus Quingentorum προβουλεύματα, ea fiebant iis de rebus, quae ad populum referebantur: Nam ante comitia

1 Vide hoc declarantem *Jo. Ph. Maussac.* in *Harpocrat.* Νεμέας χαράδρα.

2 Voluit credo, *ut optime nominavit Athenaeus.* Is πανηγύρεως ἐνδοξοτάτης recte meminit, pro qua πεντετηρίδα substituens *Harpocration* sui reprehendendi ansam praebuit doctissimo *Maussaco.*

tia populi ea res consulendo censendoque in Quingentorum Senatu agitabatur, qua de re populus, cujus summa fuit potestas, rogandus erat ex hac Solonis Lege:

Απροβούλευτον ψήφισμα μὴ εἰσιέναι ἐν τῷ δήμῳ.	*Sive Senatus praejudicio populus nulla de re rogator.*

Meminit hujus Legis a Solone latae Plutarchus *in ejus Vita* [*p.* 88. *D.*] τὴν βουλὴν προβουλεύειν ἔταξε τοῦ δήμου, καὶ μηδὲν ἐᾶν ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι. Libanius *in Hypothesi Androtianae*: φασὶ δὲ οἱ κατήγοροι, πρῶτον μὲν ἀπροβούλευτον εἶναι τὸ ψήφισμα, νόμου γὰρ κελεύοντος μὴ πρότερον εἰς τὸν δῆμον ψήφισμα εἰσφέρειν, πρὶν ἐν τῇ βουλῇ δοκιμασθείη, τὸν Ανδροτίωνα παρὰ τοῦτον τὸν νόμον ἀπροβούλευτον εἰσενεγκεῖν, τὴν γνώμην. Ulpianus *ibidem*: ΕΥκτήμων οὖν καὶ Διόδωρος ἐπιλαμβάνονται κατὰ τέσσαρας νόμους τοῦ ψηφίσματος, ὧν πρῶτός ἐστιν, ἀπροβούλευτον ψήφισμα μὴ εἰσιέναι ἐν τῷ δήμῳ. Atque haec ratio ab eo adfertur: ἐπειδὴ γὰρ πολὺς ἦν ὁ δῆμος, καὶ πολλάκις παρεκρούετο μὴ νοῶν εἰ ἔχει ἐμφωλεύουσαν κακουργίαν, πρῶτον παρεπέμπετο εἰς τὴν βουλὴν τῶν Πεντακοσίων. καὶ αὕτη ἠρεύνα εἰ ἔχει βλάβην τινὰ, ἢ κακουργίαν. καὶ οὕτως εἰσήγετο εἰς τὸν δῆμον. Ulpianus *ad Orationem* περὶ παραπρεσβείας. πρῶτον γὰρ ἔδει εἰσελθεῖν ἐν τῇ βουλῇ, εἶτα ἐν τῷ δήμῳ. Ita apud Demosthenem *in Timocratea* [*p.* 443.] προσῆλθε τῇ βουλῇ. προβούλευμα ἐγράφη. μετὰ ταῦτα γενομένης ἐκκλησίας, προυχειροτόνησεν ὁ δῆμος. Sed videtur in iis, quae secundum Leges fiebant, opus non fuisse ullo Senatus praejudicio: cui objectioni respondet *in Androtiana* Demosthenes [*p.* 383.] οὐδὲν δεῖ φησὶ προβουλεύματος ἐνταῦθα. κατὰ γὰρ νόμον ἦν τὰ γινόμενα. ἐγὼ δὲ αὐτὸ τοὐναντίον οἶμαι. νομίζω δὲ καὶ ὑμῖν συνδόξειν περὶ τούτων τὰ προβουλεύματα ἐκφέρειν μόνων, περὶ ὧν κελεύουσιν οἱ νόμοι. ἐπεὶ περὶ ὧν γε μὴ κεῖνται νόμοι, οὐδὲ γράφειν τὴν ἀρχὴν προσήκει, οὐδὲ ἓν δή που. Atque ex hoc Senatusconsulto, sive probuleumate, Prytaneis praescribebant ante concionem, qua de re deliberandum esset, & ferenda suffragia. Pollux *Lib. VIII. cap.* 9. οἱ Πρυτάνεις προγράφουσι πρὸ τῆς βουλῆς καὶ πρὸ τῆς ἐκκλησίας, ὑπὲρ ὧν δεῖ χρηματίζειν. Ulpianus *ad Philippicam I.* [*p.* 29.] σανίδας τινὰς ἐνέγραφον, ἐχούσας τὸ πρᾶγμα, περὶ οὗ ἡ σκέψις, καὶ περὶ οὗ συνεληλύθασι καὶ προετίθεσαν τῆς ἐκκλησίας, ἵνα γνῶσι πάντες περὶ τίνος ἐστὶν ἡ ἐκκλησία. Quin etiam praescribebant ex hoc probuleumate Senatus, diem, dieique horam, qua habenda erat concio, exemplum habes in Comici Θεσμοφοριαζούσαις [*vs.* 380.]

— ἔδοξε τῇ βουλῇ τάδε.
Εκκλησίαν ποιεῖν ἕωθεν τῇ μέσῃ
Τῶν Θεσμοφορίων.

Lustrata concione, conceptisque a Praecone precibus, ab eodem pro concione legebatur Senatus προβούλευμα de iis, de quibus mitti in suffragia populum oportebat. Aristophanes *loco laudato*:

Ακουε πᾶς, ἔδοξε τῇ βουλῇ τάδε
Τῇ τῶν γυναικῶν, Τιμόκλει᾽ ἐπεστάτει.
Λύσιλλ᾽ ἐγραμμάτευεν. εἶπε Σωστράτη,

Ἐκκλησίαν ποιεῖν ἕωθεν τῇ μέσῃ 124.
Τῶν Θεσμοφορίων, ἧ μάλιϛ᾽ ἔσθ᾽ ἡμῖν σχολή.
Καὶ χρηματίζειν πρῶτα περὶ Εὐριπίδου,
Ὅ, τι χρὴ παθεῖν ἐκεῖνον. ἀδικεῖν γὰρ δοκεῖ
Ἡμῖν ἁπάσαις.

Cum primum autem προβουλεύματα ad populum deferebantur, & pro concione promulgabantur, sciscebat populus, an huic προβουλεύματι esset standum, necne: si προβουλεύματι starent, res erat transacta: sin minus, fiebat de illa Plebiscitum. Harpocration e Lysia Rhetore: προχειροτονία ἔοικεν Ἀθήνησι τοιοῦτό τι γίγνεσθαι, ὁπόταν τῆς βουλῆς προβουλευσάσης εἰσφέρηται εἰς τὸν δῆμον ἡ γνώμη, πρότερον γίνεται χειροτονία ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πότερον δοκεῖ περὶ τῶν προβουλευθέντων σκέψασθαι τὸν δῆμον, ἢ ἀρκεῖ τὸ προβούλευμα. ταῦτα δ᾽ ὑποσημαίνεται ἐν τῷ Λυσίου πρὸς τὴν Μειξιδήμου γραφήν. Si populi accederet calculus, auctoritas Psephismatis erat non in unum tantum annum: τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου γιγνόμενα, inquit Ulpianus, καὶ πλείονα ἔμενε χρόνον.

III. Quare non licebat temere tabulam, in qua incisum erat Psephisma, revellere; idque hac [1] Lege cautum:

Μὴ καθελεῖν τὸ πινάκιον, ἐν ᾧ τὸ ψήφισμα γεγραμμένον ἐτύγχανεν.

Tabulam, in qua incisum est Psephisma, ne revellito.

Refert hanc Legem Plutarchus *in Pericle*, agens de Atheniensium Psephismate adversus Megarenses [*p.* 168. C.] λέγουσι δὲ πρέσβεις, Ἀθήναζε περὶ τούτων ἐκ Λακεδαίμονος ἀφιγμένους, καὶ τοῦ Περικλέους νόμον τινὰ προβαλλομένου, κωλύοντα καθελεῖν τὸ πινάκιον, ἐν ᾧ τὸ ψήφισμα γεγραμμένον ἐτύγχανεν. Atque haec Legis ratio est, ne revulsis Psephismatum tabulis, omnia fiant incerta.

IV. Neque tamen potior aut major Psephismatis ullius, quam Senatus, aut populi, aut Legum auctoritas: idque Lege hac cautum:

ΨΗΦΙΣΜΑ ΔΕ ΜΗΔΕΝ ΜΗΤΕ ΒΟΥΛΗΣ, ΜΗΤΕ ΔΗΜΟΥ, ΜΗΤΕ ΝΟΜΟΥ, ΚΥΡΙΩΤΕΡΟΝ ΕΙΝΑΙ.

Nullius Psephismatis major, quam Senatus, aut populi, aut Legum, auctoritas esto.

Legem laudat Demosthenes *in* [2] *Timocratea*: λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον, ἢ οὗτοι πάντες εἰσίν. ΨΗΦΙΣΜΑ ΔΕ ΜΗΔΕΝ ΜΗΤΕ ΒΟΥΛΗΣ, ΜΗΤΕ ΔΗΜΟΥ, ΜΗΤΕ ΝΟΜΟΥ ΚΥΡΙΩΤΕΡΟΝ ΕΙΝΑΙ. Meminit semel atque iterum Andocides ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων [*p.* 11.] nusquam tamen apud eum istud comparet, ΜΗΤΕ ΝΟΜΟΥ, quod omnino necessarium est: Non licet igitur quicquam de auctoritate Senatus, aut populi, aut Legum, derogare, quod Psephismati adrogetur, sed potius Psephismata sunt infra auctoritatem Senatus, aut populi, aut Legum: Quod enim ad Leges attinet, impune non licebat cuiquam scribere Psephisma adversus Leges, ei quippe παρανόμων dica scribebatur: Senatus vero atque populus, si salus populi, quae suprema Lex est, in eo verteretur, poterant prius Psephisma rescindere: nam *Quodcumque jussit populus postremum, id jus ratumque est*, ut habetur

1 Docet *Plutarchus* hac lege sancitum fuisse, ne τὸ Μεγαρικὸν ψήφισμα, quo Megarenses portubus Atticis prohibebantur, tolleretur. Quare ad omnia alia Atheniensium Psephismata haud pertinet.

2 Leguntur in Orat. Adv. Aristocratem p. 416.

betur in Legibus XII. optimeque Modestinus Lib. II. Excusationum, αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσίν. *l. ult. D. de Constitutionibus Principum.*

125. V. In omnibus autem Psephismatis scribendis Lege cautum erat, ne quid mendacii assueretur.

Μηδένα ψευδῆ γράφειν ἐν τοῖς δημοσίοις ψηφίσμασι.	*In scribendis Psephisinatis ab omni mendacio caveto.*

Legem refert Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [*p.* 60.] ἄπαντες γὰρ ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι μηδένα ψευδῆ γράφειν ἐν τοῖς δημοσίοις ψηφίσμασι. Hinc in dica, quam scripsit Aeschines Ctesiphonti: πάντα ταῦτα ψευδῆ γράψας καὶ παράνομα, τῶν νόμων οὐκ ἐόντων· πρῶτον μὲν ψευδεῖς γραφὰς εἰς τὰ δημόσια γράμματα καταβάλλεσθαι. Meminit hujus Legis Anonymus in Argumento Orationis Aeschinis: ἐπειδὴ ὁ νόμος ἐστὶν ὁ κωλύων τὰ ψευδῆ γράφειν ἐν τοῖς ψηφίσμασι. & in Argumento Orationis adversariae Demosthenis: ὁ δὲ τρίτος νόμος εἰς τὴν ὅλην ὁρᾷ τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας ἐξέτασιν· κελεύει γὰρ μηδέποτε ψευδῆ γράμματα εἰς τὸ Μητρῷον εἰσάγειν, ἔνθα ἐστὶν ὅλα τὰ δημόσια γράμματα. Dicit, μηδέποτε ψευδῆ γράμματα εἰς τὸ Μητρῷον εἰσάγειν, quod idem est, ac μὴ ψευδῆ γράφειν ἐν τοῖς δημοσίοις ψηφίσμασι. Nam ἐχρῶντο Ἀθηναῖοι, inquiunt veteres Magistri, τῷ Μητρῴῳ ἀρχείῳ καὶ νομοφυλακείῳ. Cavet autem Legislator, μηδένα ψευδῆ γράφειν ἐν τοῖς δημοσίοις ψηφίσμασι, tum ne imponant populo, cum etiam ne quidpiam immutent in Republica: nam, ut praeclare docet Philosophus, haec ψευδῆ γράμματα ἐπιτηδεύεται τινὸς ἕνεκα, ut gloriae, opum causa, aut aliarum rerum, quae pestem Rebuspublicis creant.

TITULUS TERTIUS.

De Civibus Aboriginibus & Adscititiis.

I. Athenarum urbem πρεσβυτάτην τῶν Ἑλληνίδων fuisse nemo est, qui ambigat, in eaque videre licet, ut inquit Menander *Epistola ad Glyceram*, τὴν Ἑλλάδα ὅλην, τὴν Ἰωνίαν, τὰς κυκλάδας πάσας, atque ab Atheniensibus edocti reliqui terrae Graeciae populi humaniorem vitae modum, armis positis, instituerunt: πᾶσα ἡ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει, inquit Thucydides *Historia I.* [*C.* 6.] καὶ ξυνήθη τὴν δίαιταν μεθ' ὅπλων ἐποιήσαντο, ὥσπερ οἱ βάρβαροι· ἐν τοῖς πρώτοις δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο. Domos, urbes, πολιτείαν constituerunt: maximeque Theseus διεκόσμησε τὴν πολιτείαν. Ante Theseum Attica oppidis quidem erat frequens, κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο, πρυτανεῖά τε ἔχουσα καὶ Ἄρχοντας. Sed non tantum sua singulae privatim urbes sibi procurabant atque administrabant, verum etiam inter se erant discordes, ita ut ad arma venirent: αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολιτεύοντο καὶ ἐβουλεύοντο· καὶ τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα, ut idem Thucydides observat *Libro II.* [*C.* 15.] Theseus vero rerum potitus, omnes in unam convenire Athenarum urbem jussit,
126. uno Senatu lecto, qui omnibus praeesset: τά τε ἄλλα διεκόσμησε τὴν

χώ-

χώραν, καὶ καταλύσας τῶν τε ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια, καὶ τὰ Πρυτανεῖα, καὶ τὰς ἀρχὰς, ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν, ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας καὶ πρυτανεῖον, ξυνῴκισε πάντας, Democratiamque instituit: & omnibus hac Lege idem jus esse voluit:

Τοῖς πολίταις τὰ ἴσα εἶναι.	*Omnibus civibus jus idem esto.*

II. Refert hanc Legem Plutarchus *in Theseo* [*p.* 11. *C.*] quanquam cum aliqua exceptione: nam solis ingenuis nobilibus Sacerdotia, Magistratus, & Legum rerumque sanctarum atque divinarum interpretationem hac sua Lege concessit:

Τοὺς Εὐπατρίδας γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν Ἄρχοντας, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς.	*Patricii Sacerdotia atque Magistratus obeunto. Legum, rerumque sanctarum atque divinarum interpretes sunto.*

Plutarchi verba, quae utramque hanc Legem complectuntur, ista sunt: οὐ μὴν ἄτακτον οὐδὲ μεμιγμένην περιεῖδεν ὑπὸ πλήθους ἐπιχυθέντος ἀκρίτου γινομένην τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς Εὐπατρίδας, καὶ Γεωμόρους, καὶ Δημιουργοὺς Εὐπατρίδαις μὲν γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν Ἄρχοντας ἀποδοὺς, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς. τοῖς δὲ ἄλλοις πολίταις ὥσπερ εἰς ἴσον κατέστησε, δόξῃ μὲν Εὐπατριδῶν, χρείᾳ δὲ Γεωμόρων, πλήθει δὲ τῶν Δημιουργῶν ὑπερέχειν δοκούντων. [1] Tres igitur in classes civitatem distribuit Theseus Εὐπατριδῶν, Γεωμόρων, καὶ Δημιουργῶν. Εὐπατρίδαι ceteris dignitate antistabant, Γεωμόροι utilitate, Δημιουργοὶ numero praevalebant. Εὐπατρίδαι dicebantur, qui regibus erant editi. Auctor *Etymologici*, Εὐπατρίδαι ἐκαλοῦντο οἱ αὐτὸ τὸ ἄστυ οἰκοῦντες, καὶ μετέχοντες βασιλικοῦ γένους, τὴν τῶν ἱερῶν ἐπιμέλειαν ποιούμενοι, vel etiam Aborigines & indigenae. Hesychius: Εὐπατρίδαι, αὐτόχθονες οὐχὶ ἐπήλυδες. Atque hi in ipsa Urbe sedes suas posuerunt cum Δημιουργοῖς, qui, ut habet Auctor *Etymologici* hac voce supplendus, erant opifices. Δημιουργοὶ δὲ τὸ τεχνικὸν ἔθνος. Reliqui vero Γεωμόροι dicti ruri habebant, & agros colebant. Auctor *Etymologici* [v. Εὐπατρίδαι *p.* 395.] γεωργοὶ δὲ, οἱ τῆς ἄλλης χώρας οἰκήτορες ἐπιγεώμοροι, sed rescribo: γεωργοὶ δὲ οἱ τῆς ἄλλης χώρας οἰκήτορες, ἐπεὶ Γεωμόροι.

III. Post Theseum Solon censum civium suorum egit, Atheniensesque universos, Εὐπατρίδας, Γεωμόρους, Δημιουργοὺς, in quatuor distinxit ordines, quos τιμήματα sive τέλη vocant Graeci Scriptores, pro uniuscujusque censu: Primus ordo erat *Pentacosiomedimnorum*: secundus *Equitum*, tertius *Zygitarum*, quartus *Proletariorum*: His nullum Lege sua Magistratum gerere permisit:

Τοὺς θῆτας μὴ ἄρχειν οὐδεμίαν ἀρχήν.	*Proletarii nullum Magistratum gerunto.*

Habes apud Plutarchum *in Solone* [*p.* 87. *F.*] δεύτερον δὲ Σόλων ἔλαβε τὰ τιμή-

1 Convenit haec Atticae civitatis divisio moribus descriptionique Aegyptiorum, *Platone* in Timaeo. p. 24. A. agnoscente. Quare Aegyptii sua e Republica sumtum hunc ordinem pertendunt apud *Diodorum Siculum* L. 1. p. 17., neque admodum absurde: constat satis in Legibus Atticis Reipublicaeque administratione haud pauca fuisse, quae Aegyptiis debebantur. Id commodiore occasione declarabitur uberius.

τιμήματα τῶν πολιτῶν, καὶ τοὺς μὲν ἐν ξηροῖς ὁμοῦ καὶ ὑγροῖς μέτρα πεντακόσια ποιοῦντας, πρώτους ἔταξε, καὶ Πεντακοσιομεδίμνους προσηγόρευσε· δευτέρους δὲ τοὺς ἵππον τρέφειν δυναμένους, ἢ μέτρα ποιεῖν τριακόσια· καὶ τούτους ἱππάδα τελοῦντας ἐκάλουν. Ζυγῖται δ' οἱ τοῦ τρίτου τιμήματος ὠνομάσθησαν, οἷς μέτρον ἦν συναμφοτέρων διακοσίων. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκαλοῦντο Θῆτες, οἷς οὐδεμίαν ἄρχειν ἔδωκεν ἀρχήν. Pollux *Libro VIII. cap.* 10. [*Segm.* 130.] τιμήματα δ' ἦν τέτταρα, Πεντα-
127. κοσιομεδίμνων, Ἱππέων, Ζυγιτῶν, Θητικόν. οἱ μὲν ἐκ πεντακοσιομεδίμνου μέτρου ὑγρὰ καὶ ξηρὰ ποιεῖν κληθέντες, ἀνήλισκον δ' ἐς τὸ δημόσιον τάλαντον. οἱ δὲ τὴν Ἱππάδα τελοῦντες, ἐκ μὲν τοῦ δύνασθαι τρέφειν ἵππους κεκλῆσθαι δοκοῦσιν. ἐποίουν δὲ μέτρα τριακόσια, ἀνήλισκον δὲ ἡμιτάλαντον. οἱ δὲ τὸ [1] ζυγήσιον τελοῦντες ἀπὸ διακοσίων μέτρων κατελέγοντο. ἀνήλισκον δὲ μνᾶς δέκα. οἱ δὲ τὸ Θητικὸν οὐδεμίαν ἀρχὴν ἦρχον, οὐδὲ ἀνήλισκον οὐδέν. Pro modo itaque census uniuscujusque facta erat haec distributio: Pentacosiomedimni Reipublicae talentum pendebant, Equites semitalentum, Zygitae minas decem: Proletarii vero nihil conferebant. Sed non est praetermittendus sine nota error Scholiastae Aristophanis [*ad Equit. vs.* 624.] quem non judicarunt viri praestantissimi, cum caetera illius errata castigarent: ἱππεῖς δὲ αὐτοὺς ὠνόμαζον, διὰ τὸ δύνασθαι, εἴποτε αὐτοῖς χρεία γένηται ἵππων, ἕκαστος αὐτῶν τρέφειν. ἦσαν δὲ τὸ μὲν πρότερον χ. τὸν ἀριθμόν. οὗτοι δὲ μετὰ ταῦτα τῆς πόλεως πληθυνθείσης, ἐγένοντο διακόσιοι πρὸς τοῖς χιλίοις. Quod ad hunc *Equitum* numerum attinet, confundit viros *Equestris census* cum *Equitibus*, qui lecti ad bellum: Hi quippe qui militarent tot erant, primum sexcenti, deinde mille, demum mille ducenti: At non plures fuisse *Equestris census*, & ordinis in tantum civium numero, vix mihi persuadeo. Inter hos autem *Equestris census* vere *Equites*, qui habebant equum publicum, id est, quibus nullo bello data e publico pecunia ad alendum equum. Ulpianus: καὶ γὰρ καὶ οἱ Ἱππεῖς μισθὸν ἐλάμβανον ἐν εἰρήνῃ ὑπὲρ τοῦ τρέφειν τοὺς ἵππους. Poterant autem, pro census modulo, ex uno in alium allegi ordinem, cujus rei illustre legitur exemplum apud Pollucem *Libro VIII. cap.* 10. [*Segm.* 131.] de Anthemione Diphili Filio, qui in *Equitum* ordinem ex illo *Proletariorum* adlectus est: Ἀνθεμίων δὲ ὁ Διφίλου καλλωπίζεται δι' ἐπιγράμματος, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θητικοῦ τέλους εἰς τὴν ἱππάδα μετέστη, καὶ εἰκὼν ἐστιν ἐν Ἀκροπόλει, ἵππος ἀνδρὶ παρεστηκώς, καὶ τὸ ἐπίγραμμα·

Διφίλου Ἀνθεμίων τόνδ' ἵππον θεοῖς ἀνέθηκε,
Θητικοῦ ἀντὶ τέλους Ἱππάδ' ἀμειψάμενος.

Proletarios autem e Solonis Lege nullum gessisse Magistratum, constat e laudatis Plutarchi & Pollucis verbis, quod idem testatum reliquit Aristoteles in Atheniensium Republica [apud Harpocrationem v. Θῆτες.] Θῆτες δὲ οὐδεμιᾶς μετεῖχον ἀρχῆς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης δηλοῖ ἐν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ.

IV. Neque tamen *Proletarios* omnium omnino partium Reipublicae expertes esse voluit Solon, nam & cum ceteris in concione sua illos ferre suffragia voluit, atque inter judices adlegi.

Τοὺς Θῆτας συνεκκλησιάζειν, καὶ δικάζειν.

Proletarii in concione suffragia sua ferunto, & inter judices leguntor.

Habes apud Plutarchum *loco laudato* [*p.* 88. *A.*] οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκαλοῦ-

[1] Praestat ζυγίσιον, ut viri docti ad *Pollucem* docuerunt.

λοιπὸν Θῆτες, οἷς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν, ἀλλὰ τὸ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν, μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας. ut haberent unde viverent: nam οἱ Δικασταὶ ἐλάμβανον μισθόν. Quanquam autem primo hoc videretur leve, maximae tamen fuit auctoritatis, quippe penes illos omnium fere rerum fuit arbitrium: sive quia a Magistratibus ad judices dabatur provocatio. Plutarchus *ibidem:* τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν διαφορῶν ἐνέπιπτεν εἰς τοὺς δικαστάς. καὶ γὰρ ὅσα ταῖς ἀρχαῖς ἔταξε κρίνειν. ὁμοίως καὶ περὶ ἐκείνων εἰς τὸ δικαστήριον 128.
ἐφέσεις ἔδωκε τοῖς βουλομένοις, sive quia summum jus penes concionem populi fuit: & certe nisi has saltem partes Reipublicae attigissent, vix ac ne vix quidem inter cives fuissent censendi: nam, ut est apud Aristotelem *Politic. Libro III.* [C. 8.] πολίτης ἁπλῶς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὁρίζεται μᾶλλον, ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς.

V. Post Solonis autem tempora mutavit jus istud, nam cum difficillimis temporibus bello adversus Persas plebs Atheniensis egregiam navasset asserendae libertati operam, elata tam prosperis successibus, ab ipsisque animum ducens, instigantibus praeterea seditiosis Demagogis & Oratoribus, ivit suo Psephismate, quod vim Legis obtinuit, sublatum discrimen, quod erat inter *Proletarios*, ceterosque Athenienses cives, & nullo discrimine omnes ad Magistratus capessendos admissi sunt; innuit Aristoteles *Politic. Libro II. extremo*: καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἕκαστος τῶν δημαγωγῶν προήγαγεν, αὔξων εἰς τὴν νῦν δημοκρατίαν. φαίνεται δὲ οὐ κατὰ τὴν Σόλωνος γενέσθαι τοῦτο προαίρεσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ συμπτώματος. τῆς ναυαρχίας γὰρ ἐν τοῖς Μηδικοῖς ὁ δῆμος αἴτιος γενόμενος, ἐφρονηματίσθη, καὶ δημαγωγοὺς ἔλαβε φαύλους ἀντιπολιτευομένων τῶν ἐπιεικῶν. Psephisma istud est:

Κοινὴν εἶναι τὴν πολιτείαν, καὶ τοὺς Ἄρχοντας ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἱρεῖσθαι.	*Ad Rempublicam quivis civis accedito, Magistratusque nullo discrimine ex omnibus Atheniensibus eliguntor.*

Scripsit hoc Psephisma vir cordatissimus Aristides ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ, ubi domum redierunt Athenienses e bello adversus Persas. Plutarchus *in Aristide* [*p.* 332. C.] ἐπεὶ δὲ ἀναχωρήσαντας εἰς τὸ ἄστυ τοὺς Ἀθηναίους ὁ Ἀριστείδης ἑώρα ζητοῦντας τὴν δημοκρατίαν ἀπολαβεῖν, ἅμα μὲν ἄξιον ἡγούμενος διὰ τὴν ἀνδραγαθίαν ἐπιμελείας τὸν δῆμον, ἅμα δ' οὐκ ἔτι ῥᾴδιον, ἰσχύοντα τοῖς ὅπλοις, καὶ μέγα φρονοῦντα ταῖς νίκαις, ἐκβιασθῆναι, γράφει ψήφισμα, Κοινὴν εἶναι τὴν πολιτείαν, καὶ τοὺς Ἄρχοντας ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἱρεῖσθαι. Quanquam autem plebi jus fuerit quemvis Magistratum capessere, tanta tamen fuit illius modestia, ut optimatibus volens cesserit ultro, nec Magistratus illos gerat, penes quos rei summa est publicae. Xenophon *de Republica Atheniensium* [*Princip.*] ἐπειδὴ οὖν ταῦτα οὕτως ἔχει, δοκεῖ δίκαιον εἶναι πᾶσι τῶν ἀρχῶν μετεῖναι, ἔν τε τῷ κλήρῳ καὶ ἐν τῇ χειροτονίᾳ. καὶ λέγειν ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν πολιτῶν. ἔπειτα ὁπόσαι μὲν σωτηρίαν φέρουσι τῶν ἀρχῶν, χρησταὶ οὖσαι, καὶ μὴ χρησταί, ἢ κίνδυνον τῷ δήμῳ ἅπαντι, τούτων μὲν τῶν ἀρχῶν οὐδὲν δεῖται ὁ δῆμος μετεῖναι, οὔτε τῶν στρατηγικῶν κλήρων οἴονται σφίσι χρῆναι μετεῖναι, οὔτε τῶν ἱππαρχιῶν. (γιγνώσκει γὰρ ὁ δῆμος ὅτι πλείω ὠφελεῖται ἐν τῷ μὴ αὐτὸς ἄρχειν ταύτας τὰς ἀρχάς, ἀλλ' ἐᾶν τοὺς δυνατωτάτους ἄρχειν) ὁπόσαι δ' εἰσὶν ἀρχαὶ μισθοφορίας ἕνεκα καὶ ὠφελείας εἰς τὸν οἶκον, ταύτας ζητεῖ ὁ δῆμος ἄρχειν.

VI. Constabat autem Atheniensis populus in hos ordines distributus, vel ex iis qui aborigines, & indigenae erant, πολῖται φύσει, vel ex advenis, qui civitatis jure donabantur, δημοποίητοι, ξένοι μὲν ὄντες τῇ φύσει, ὑπὸ δὲ τοῦ δήμου, τελέσει, κατὰ τὸ ψήφισμα δήμου πολῖται γεγονημένοι. de quibus Thesei, Solonis, aliorum Legibus cautum est.

Ac Thesei quidem ita Lex est,

129. Πᾶσι τὰ ἴσα εἶναι. *Omnes pari jure sunto.*

Sua hac Lege Theseus quosvis advenas pari cum civibus indigenis, si paucissima illa excipias, de quibus jam diximus in praecedentibus, proposito jure Athenas invitavit, unde usurpata praeconii formula, de qua Plutarchus *in Theseo* [*p.* 11. *C.*] ἔτι δὲ μᾶλλον αὐξῆσαι τὴν πόλιν βουλόμενος, ἐκάλει πάντας ἐπὶ τοῖς ἴσοις· καὶ τὸ, δεῦρ' ἴτε πάντες λεῴ, κήρυγμα Θησέως γενέσθαι φασὶ, πανδημίαν τινὰ καθιστάντος.

VII. Solon vero quendam habuit delectum, neque indiscriminatim quibusvis advenis civitatis jus dedit ἐπὶ τοῖς ἴσοις, sed iis tantum, qui vel patria in perpetuum exacti sunt exilium, vel [1] Athenas πανέστιοι commigrarunt artis exercendae caussa:

Μὴ γενέσθαι πολίτας, πλὴν τοὺς φεύγοντας ἀειφυγίᾳ τὴν ἑαυτῶν, ἢ πανεστίους Ἀθήναζε μετοικιζομένους ἐπὶ τέχνῃ.

Ii soli, qui perpetuum in exilium patria pulsi sunt, aut tota cum familia Athenas commigrarunt artis exercendae causa, jure civitatis donantor.

Refert hanc Solonis Legem Plutarchus *in ejus vita*, simulque causas aperit, quare hanc Legem scripserit, nempe melius animatos fore putavit, si vel propria voluntate impulsi, vel necessitate coacti eo commigrassent. Plutarchi verba sunt [*p.* 91. *F.*] παρέχει δ' ἀπορίαν καὶ ὁ τῶν Δημοποιήτων νόμος, ὅτι γενέσθαι Πολίταις οὐ δίδωσι πλὴν τοῖς φεύγουσιν ἀειφυγίᾳ τὴν ἑαυτῶν, ἢ πανεστίοις Ἀθήναζε μετοικιζομένοις ἐπὶ τέχνῃ. τοῦτο δὲ ποιῆσαί φασιν αὐτὸν, οὐχ οὕτως ἀπελαύνοντα τοὺς ἄλλους, ὡς κατακαλούμενον τούτους Ἀθήναζε ἐπὶ βεβαίῳ τῷ μετέχειν τῆς πολιτείας. καὶ ἅμα πιστοὺς νομίζοντα, τοὺς μὲν ἀποβεβληκότας τὴν ἑαυτῶν διὰ τὴν ἀνάγκην, τοὺς δ' ἀπολελοιπότας διὰ τὴν γνώμην.

VIII. Clisthenes vero, qui Pisistratidas Athenis exegit, quibusvis peregrinis aut servis inquilinis jus civitatis concessit: habes apud Aristotelem *Polit. Libro III.* [C. 1.] ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνο μᾶλλον ἔχουσιν ἀπορίαν, ὅσοι μετέσχον, μεταβολῆς γενομένης πολιτείας· οἷον Ἀθήνησιν ἐποίησε Κλεισθένης μετὰ τὴν τῶν Τυράννων ἐκβολήν. πολλοὺς γὰρ ἐφυλέτευσε ξένους καὶ δούλους μετοίκους. Optime autem observat Aristoteles servos illos, qui jus civitatis consecuti sunt, fuisse μετοίκους. Nam ne promiscue omnibus servis id concederetur, Lege postea cautum, qua vernis denegatum est in cives posse cooptari:

Τὸν φύσει δοῦλον γενόμενον μὴ μετέχειν τῆς πολιτείας. *Vernis jus civitatis ne danto.*

Laudat hanc Legem Dio Chrysostomus *Oratione XV.* [*p.* 239. *D.*] οὐκ οἶσθα τὸν Ἀθήνησιν, ἔφη, νόμον, παρὰ πολλοῖς δὲ καὶ ἄλλοις, ὅτι τὸν φύσει δοῦλον γενόμενον, οὐκ ἐᾷ μετέχειν τῆς πολιτείας. Negat licere eos, qui servi natura geniti sint, jus civitatis Atheniensis adipisci. Servos natura genitos eosdem

1 Vide Regis Tulli orationem ad Albanos in *Dionysii* Rom. Ant. L. III. p. 148.

dem non intelligit Legislator cum Aristotele *Polit. Lib. I.* [*C.* 3.] Philosopho enim οἱ φύσει δοῦλοι ii sunt, qui minus rationis sunt participes, facultate quippe sive naturali potentia & actu definiuntur, utilitatis atque conservationis causa, ad parendum sollertioribus: sed ii qui servis sunt geniti, *sive vernae*, intelliguntur: Tres enim sunt modi servos comparandi, ut docet *eadem Orat.* [*p.* 242. *A.*] Dio: οἱ μὲν γὰρ, ἄλλως λαμβάνουσιν ἢ χρησάμενοί τινος, ἢ κληρονομήσαντες, ἢ πριάμενοι· τινὲς δὲ ἐξ ἀρχῆς τοὺς παρὰ σφίσι γεννηθέντας, οὓς οἰκογενεῖς καλοῦσιν. τρίτος δὲ κτήσεως τρόπος, ὅταν ἐν πολέμῳ λαβὼν αἰχμάλωτον, ἢ καὶ λῃσάμενος κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἔχῃ καταδουλωσάμενος. Lege itaque soli illi Servi οἰκογενεῖς, non alii, cives fieri vetantur, id est, vernae, sive servis geniti in servitutem, quos Solon in suis Legibus [1] οἰκῆας nominabat, ut testis est Ammonius *de Differentiis vocum:* οἰκότριψ μὲν γὰρ, ὁ ἐν τῇ οἰκίᾳ διατεθραμμένος, ὃν ἡμεῖς θρεπτὸν καλοῦμεν. οἰκέτης δὲ, ὁ δοῦλος ὁ ὠνητός. παρὰ δὲ Σόλωνι ἐν τοῖς Ἄξοσιν οἰκεὺς κέκληται ὁ οἰκότριψ. 130.

IX. Oportebat autem advenas, cum primum Athenas venissent, aut certe intra breve tempus, ambire a populo jus civitatis: idque hac erat cautum Lege:

Τοὺς δὲ ἀλλοδαποὺς Ἀθήνησι κατοικεῖν ἐθέλοντας, εἰς πολίτας ἐνταῦθα χρόνον ὀλίγον διατρίψαντας ἐγγράφεσθαι.

Advenae, qui Athenas habitandi ergo commigrarunt, intra breve tempus, in cives cooptantor.

Legem hanc refert Aristophanis Graecus Interpres ad hos Comici versus *Ranis* [*vs.* 420.]

βούλεσθε δῆτα κοινῇ
σκώψωμεν Ἀρχέδημον;
ὃς ἑπτέτης ὢν οὐκ ἔφυσε φράτορας.

Scholiastae verba sunt: ὁ δὲ Ἀρχέδημος ὡς ξένος παρ' αὐτοῦ κωμῳδεῖται. νόμος γὰρ ἦν· τοὺς δὲ ἀλλοδαποὺς Ἀθήνησι κατοικεῖν ἐθέλοντας, εἰς πολίτας ἐνταῦθα χρόνον ὀλίγον διατρίψαντας ἐγγράφεσθαι. ὅπερ Ἀρχέδημος οὐκ ἐποίησε. δέον οὖν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἐπολιτογραφήθη, ὥστε τοὺς πολίτας ὥσπερ συγγενεῖς ἔχειν, οὐκ ἔφυσεν εἶπεν· λέγει οὖν ὅτι χρονίσας ἐν ταῖς Ἀθήναις, οὐκ ἐδυνήθη ἀναγραφῆναι εἰς τοὺς πολίτας. Comici mentem non vidit Interpres, cum haec intelligantur de relatione Archidemi in tribules, bene sit tamen illius Manibus, qui non est passus nos hanc Legem ignorare. Atque hoc institutum mihi videtur praepostero, quod pace sapientissimi Legislatoris dictum velim, judicio: Nam, ut divinitus monet Philosophus *Politic. Libro V. cap.* 3. στασιωτικὸν τὸ μὴ ὁμόφυλον, ἕως ἂν συμπνεύσῃ, neque civitas fit ἐκ τοῦ τυχόντος πλήθους, neque ἐν τῷ τυχόντι χρόνῳ. Hinc Sybaritarum, Thuriorum, aliorum, quos enumerare longum esset, clades. Sed Atheniensium Lex ista diu non obtinuit, ut constat e Thucydidis Scholiaste ad haec verba e *Libro I.* [C. 2.] καὶ πολῖται γιγνόμενοι εὐθὺς ἀπὸ παλαιοῦ,]

1 Οἰκῆας est Ionicum: Solon Atheniensis ab οἰκεὺς fecerit οἰκῆας. SALVIN.

Ibid. Errat. Solon legibus suis οἰκῆος vocabulum inseruit, quod non aliud esse ac θρεπτὸς docet *Lysias* Orat. adv. Theomnest. C. 6. Quem quidem Oratoris locum si in animo habuisset *L. Casp. Valkenaer*, cum Animadv. C. 3. commentaretur, *Ammonium* suum profecto non sollicitasset.

λαιοῦ,] οἱ Ἀθηναῖοι τὸ παλαιὸν εὐθὺς μετεδίδοσαν πολιτείας· ὕστερον δὲ οὐκέτι.

X. Insecutis postea temporibus Leges sunt, ne civitate Atheniensi donarentur, nisi εὐεργετοῦντες τὴν πόλιν,

Μὴ ἐξεῖναι ποιήσασθαι Ἀθηναῖον, ὃν ἂν μὴ δι'
ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ἄ-
ξιον ᾖ γενέσθαι πολίτην. ἐπεὶ ἐπειδὰν πεισθῇ ὁ
δῆμος, καὶ δῷ τὴν δωρεάν, μὴ κυρίαν γενέσ-
θαι τὴν ποίησιν, ἐὰν μὴ τῇ ψήφῳ εἰς τὴν ἐπιοῦ-
σαν ἐκκλησίαν ὑπερεξακισχίλιοι Ἀθηναῖοι ψη-
131. φίσωνται κρύβδην ψηφιζόμενοι. Τοὺς δὲ Πρυτά-
νεις τιθέναι τοὺς καδίσκους, καὶ τὴν ψῆφον διδό-
ναι τῷ δήμῳ προσιόντι, πρὶν τοὺς ξένους εἰσιέ-
ναι, καὶ τὰ γέῤῥα ἀναιρεῖν. ὅσους δὲ ὁ δῆμος
ποιήσηται ὁ Ἀθηναίων πολίτας, μὴ ἐξεῖναι αὐ-
τοῖς τῶν ἐννέα Ἀρχόντων γενέσθαι, μηδὲ ἱερω-
σύνης μηδεμιᾶς μετασχεῖν. τοῖς δ' ἐκ τούτων
ἐξεῖναι, ἐὰν ὦσιν ἐκ γυναικὸς ἀστῆς καὶ ἐγγυητῆς
κατὰ τὸν νόμον.

Atheniensium civitate nemo nisi de ea bene meritus donator. Donum populi ratum non esto, nisi sequenti concione plus quam sex mille Athenienses latis clanculum suffragiis id sciverint. Prytaneis cados destituunto, & accedenti populo calculos danto antequam peregrini, de quibus agitur, ad populum accedant, & clypeos offerant. Adscititii autem isti cives ne Novemviratum sortiuntor, aut Sacerdotium ullum. Id tamen jus esto ejus liberis, matre cive, & secundum Leges desponsata, natis.

Descripsit istam Legem Demosthenes, aut quisquis ille est, qui scripsit *Orationem* κατὰ Νεαίρας, & explicat satis fuse [*p.* 739.] πρῶτον μὲν γὰρ νόμος ἐστὶ τῷ δήμῳ κείμενος, μὴ ἐξεῖναι ποιήσασθαι Ἀθηναίων, ὃν ἂν μὴ δι' ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ἄξιον ᾖ γενέσθαι πολίτην. Dicitur ὁ νόμος κείμενος τῷ δήμῳ, quia civitas nisi plebiscito non poterat dari, idque bene meritis de ea: unde de Pasione dicitur hac Oratione primore: ψηφισαμένου γὰρ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, Ἀθηναῖον εἶναι Πασίωνα, καὶ ἐκγόνους τοὺς ἐκείνου διὰ τὰς εὐεργεσίας τὰς εἰς τὴν πόλιν. Itaque δημοποίητος a juris Attici Consultis dicitur πολίτης γεγενημένος κατὰ ψήφισμα τοῦ δήμου. Sequitur in Lege, siquidem persuasum fuerit populo Atheniensi aliquem civitate donare, ratam non esse eam ποίησιν, nisi sequenti concione Atheniensium plus quam sex millia clam suffragia tulerint sua: ἐπεὶ ἐπειδὰν πεισθῇ ὁ δῆμος, καὶ δῷ τὴν δωρεάν, οὐκ ἐᾷ κυρίαν γενέσθαι τὴν ποίησιν, ἐὰν μὴ τῇ ψήφῳ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν ὑπερεξακισχίλιοι Ἀθηναῖοι ψηφίσωνται κρύβδην ψηφιζόμενοι. Praescribit deinde Legislator modum suffragia clam ferendi: τοὺς δὲ Πρυτάνεις κελεύει τιθέναι τοὺς καδίσκους ὁ νόμος, καὶ τὴν ψῆφον διδόναι προσιόντι τῷ δήμῳ, πρὶν τοὺς ξένους εἰσιέναι, καὶ τὰ γέῤῥα ἀναιρεῖν. In horum verborum expositione multum aestuat Harpocration [v. γέῤῥα] τοῦτο τι ὑποληπτέον, ὡς παρὰ τοῖς ἐκκλησιάζουσι πολίταις ἡ ψῆφος ὑπὸ τῶν Πρυτανέων ἐδίδοτο, πρὶν εἰσιέναι τοὺς ξένους, καὶ πρὶν ἀναιρεθῆναι τὰ περιφράγματα. τουτέστι πρὶν ἀναπετασθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ, παντὶ τῷ εἰπεῖν βουλομένῳ. Sed quid mirum, si missus sit in suffragia populus, πρὶν ἀναιρεθῆναι τὰ περιφράγματα; An non id semper fiebat? Nonne septum cancellis forum, dum suffragia populus ferebat? dum in concione populus? Unde in Legibus mentio toties septi, in quo convenerat populus, loci, quo quenquam τῶν ἀτίμων accedere nefas erat,

μη-

μηδὲ ἐνδὸς τῶν τῆς ἀγορᾶς περιῤῥαντηρίων πορευέσθω. Verum de his gratiam facimus Grammatico, aliud enim agit. Videntur illi, [1] qui civium numero adscribebantur, clypeos dedisse populo. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν πρώτῳ [p. 633.] ὁ ἐμὸς ὑμῖν πατὴρ χιλίας ἔδωκεν ἀσπίδας. Nam hos mille clypeos, quos dedit Pasio civis factus, opponit impensis ceteris, quas idem Pasio ἐθελοντὴς in Rempublicam Atheniensium contulit: ita tamen χιλίας ἀσπίδας, mille clypeos dedit, ut quod mille dederit, Pasionis liberalitati, quod clypeos, Legis necessi tati sit imputandum: 132.
& certe quemadmodum ὁ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκὼς erat e Lege ignominiosus, ἄτιμος, id est, non poterat πολιτεύεσθαι, neque ἐκκλησιάζειν, ita contra adscititius civis, δημοποίητος Ἀθηναῖος, qui poterat ἐκκλησιάζειν καὶ πολιτεύεσθαι, debebat clypeos dare, ut vel hinc ostenderet, se posse ὑπὲρ τῆς πόλεως τὰ ὅπλα τίθεσθαι καὶ ἐπαμύναι, καὶ συμβουλεύειν. Ex his pendet Legis interpretatio, cujus sensus est. Debent Prytaneis mittere populum in suffragia, antequam hospites, ὥς τινας μέλλει πολίτας ποιήσεσθαι, in concionem veniant, & offerant τὰ γέῤῥα, id est, τὰς ἀσπίδας, clypeos, (quos oportebat τὸν δημοποίητον dare,) quibus sibi populum demereantur, atque concilient: itaque sequitur apud Demosthenem: ἵνα κύριος ὢν αὐτὸς αὑτοῦ ἕκαστος, σκοπῆται, πρὸς αὑτὸν, ὅντινα μέλλει πολίτην ποιήσεσθαι, εἰ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς ὁ μέλλων λήψεσθαι. Vox autem γέῤῥα clypeos, eosque Persicos, significat, teste ipso Harpocratione: Ne mireris autem hanc vocem a Legislatore usurpatam fuisse: Lata enim Lex haec est (quae nihil quicquam ad Solonis illam τῶν δημοποιήτων, quam in superioribus descripsimus,) post fusum Mardonium & victos Persas ad Plataeeas, ut constat e sequenti Demosthenis narratione. Hac igitur Lege cavetur, μὴ ἐξεῖναι ποιήσασθαι Ἀθηναῖον, ὃν ἂν μὴ δι' ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ἄξιον ᾖ γενέσθαι πολίτην. Nullo autem potiori argumento suam ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, quam ἀναφέροντες τὰ γέῤῥα, id est, offerentes Atheniensi populo clypeos Persicos, quasi illos Persis infensissimis Atheniensium hostibus eripuissent. Addit denique Demosthenes [p. 740.] ὅσους ἂν ὁ δῆμος ποιήσεται ὁ Ἀθηναίων πολίτας, ὁ νόμος ἀπαγορεύει διαῤῥήδην, μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς τῶν ἐννέα Ἀρχόντων γενέσθαι, μηδὲ ἱερωσύνης μηδεμιᾶς μετασχεῖν. τοῖς δ' ἐκ τούτων μετέδωκεν ἤδη ὁ δῆμος ἁπάντων καὶ προσέθηκεν, ἐὰν ὦσιν ἐκ γυναικὸς ἀστῆς καὶ ἐγγυητῆς κατὰ τὸν νόμον. Adscriptitii cives participes erant non minus, quam indigenae Athenienses, ἱερῶν καὶ ὁσίων, sed cum exceptione, nam quod ad ὅσια sive Rempublicam spectat, non poterant sortiri Novemviratum, quod ad ἱερὰ non poterant capi Sacerdotes. Quae exceptio legitur etiam in Psephismate de ascribendis in cives Plataeensibus, viris adeo bene de Atheniensibus Republica meritis, ut ne ipsis quidem Atheniensibus charitate in patriam essent inferiores. Psephismate extat apud Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [p. 741.] quod integrum meretur

1 Quaeso πῶ κεῖται; *Demosthen.* Orat. adv. Aristocrat. p. 435. plures recenset, quos Athenienses civitate donarint: de clypeis nihil; quos quidem Pasio sponte sua, ut civium gratiam iniret, contulit, & diu ante eum Lysias apud *Plutarch.* T. II. p. 835. E. Docuisset praeterea Petitus τὰ γέῤῥα ἀναφέρειν tantundem esse ac *clypeos populo offerre*, & γέῤῥα sive *clypeos Persicos* potius quam ἀσπίδας, quas tamen Pasio, Lysias atque alii dederunt, in usus publicos fuisse collata, & operae fecisset pretium. Ego donec certius aliquid de *Demosthenis*, qui sub manu est, loco constituatur, in *Harpocrationis* explicatione acquievero.

tur hic legi ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ ΕΙΠΕ, ΠΛΑΤΑΙΕΑΣ ΕΙΝΑΙ ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ ΑΠΟ ΤΗΣ ΔΕ ΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ ΕΝΤΙΜΟΥΣ, ΚΑΤΑΠΕΡ ΟΙ ΑΛΛΟΙ ΑΘΗΝΑΙΟΙ, ΚΑΙ ΜΕΤΕΙΝΑΙ ΑΥΤΟΙΣ ΩΝΠΕΡ ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΜΕΤΕΣΤΙ ΠΑΝΤΩΝ ΚΑΙ ΙΕΡΩΝ ΚΑΙ ΟΣΙΩΝ, ΠΛΗΝ ΕΙ ΤΙΣ ΙΕΡΩΣΥΝΗ Η ΤΕΛΕΤΗ ΕΣΤΙΝ ΕΚ ΓΕΝΟΥΣ, ΜΗΔΕ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ, ΤΟΙΣ Δ' ΕΚ ΤΟΥΤΩΝ, ΚΑΤΑΝΕΙΜΑΙ ΔΕ ΤΟΥΣ ΠΛΑΤΑΙΕΑΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΔΗΜΟΥΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΦΥΛΑΣ ΕΠΕΙΔΑΝ ΔΕ ΝΕΜΗΘΩΣΙ ΜΗ ΕΞΕΣΤΩ ΕΤΙ ΑΘΗΝΑΙΩι ΜΗΔΕΝΙ ΓΙΓΝΕΣΘΑΙ ΠΛΑΤΑΙΕΩΝ ΜΗ ΕΥΡΟΜΕΝΟΥ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΤΑΙΕΩΝ. Mendoſe hic legitur : ΠΛΗΝ ΕΙ ΤΙΣ ΙΕΡΩΣΥΝΗ Η ΤΕΛΕΤΗ ΕΣΤΙΝ ΕΚ ΓΕΝΟΥΣ. Nam fruſtra ex-
133. cipitur ἱερωσύνη ἢ τελετὴ ἐκ γένους. nam ne indigenae quidem cives Athenienſes poterant capi Sacerdotes, ubi Sacerdotium erat alicujus gentis aut familiae proprium, niſi de ea gente aut familia eſſent : Praeterea Demoſthenes in ſequentibus ſatis clare explicat, omnia Sacerdotia excipi non illa tantum, quae ἐκ γένους erant [*p.* 741.] ἔπειτα καὶ τὸν νόμον διωρίσατο ἐν τῷ ψηφίσματι πρὸς αὐτοὺς εὐθέως, ὑπέρ τε τῆς πόλεως καὶ τῶν θεῶν· καὶ μὴ ἐξεῖναι αὐτῶν μηδενὶ τῶν ἐννέα Αρχόντων λαχεῖν, μηδὲ ἱερωσύνης μηδεμιᾶς, τοῖς δ' ἐκ τούτων, ἂν ὦσιν ἐξ ἀστῆς γυναικὸς καὶ ἐγγυητῆς κατὰ τὸν νόμον. Quare reſcribendum puto in Pſephiſmate. ΠΛΗΝ ΕΙ ΤΙΣ ΙΕΡΩΣΥΝΗ Η ΤΕΛΕΤΗ ΕΣΤΙΝ [1] ΕΥΓΕΝΩΝ ΜΗΔΕ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ. hoc ſenſu : Plataeenſium nulli in civem Athenienſem cooptato liceat ulla obire Sacerdotia, neque vel nobilium ulli Novemviratum ſortiri : Erant enim civitatis principes, qui, ut plurimum, Novemviratum ſortiebantur. Adſcriptitii hi cives in tribus, populoſque referebantur : unde habes in hoc Pſephiſmate: ΚΑΤΑΝΕΙΜΑΙ ΔΕ ΤΟΥΣ ΠΛΑΤΑΙΕΑΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΔΗΜΟΥΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΦΥΛΑΣ. atque hinc explicandus titulus Orationis Lyſianae: ΚΑΤΑ ΠΑΓΚΛΕΩΝΟΣ ΟΤΙ ΟΥΚ ΗΝ ΠΛΑΤΑΙΕΥΣ, quod a nobis factum eſt in noſtris [2] MISCELLANEIS. Hinc quoque factum eſt, ut Paſio δημοποίητος ACHARNENSIS dicatur, quia relatus eſt in hunc populum. Relatos quoque fuiſſe in varios illos ordines *Pentacoſiomedimnorum*, *Equitum*, & *Zygitarum*, pro cenſus ſui quemque modulo, nullus dubito.

XI. Quanquam autem iteratis ſuffragiis populi civitatis jus fuiſſet datum, nondum tamen per Leges ita ratum erat hoc donum, ut eo jure non poſſent judicum ſententia excidere οἱ δημοποίητοι. Nam licebat Lege Athenienſium cuivis in jus vocare adſcititium civem, deque jure civitatis illi conceſſo apud judices diſceptare, [3] ut quod praeter Leges eſſet datum.

Ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων παρανόμων γραφὴν κατὰ τοῦ δημοποιήτου γράφειν, ὡς οὐκ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς, ἀλλὰ παρὰ τοὺς νόμους Ἀθηναῖος γέγονε.

Athenienſium cuivis jus eſto adſcititium civem in jus vocare, & accuſare, quod praeter meritum Legesque jus civitatis conſecutus ſit.

Refert hanc Legem loco jam ante laudato Demoſthenes *Oratione adverſus Neaeram* [*p.* 739.] & obſervat ſaepe fuiſſe factum, ut qui plebiſcito civitate donati fuerant, Judicum calculis atque ſententia hoc exciderint jure : ἔπειτα

μετὰ

1 Verborum ordo, qui in Pſephiſmate, emendationem hanc funditus evertit. Pendere haec debent ex verbo μετεῖναι, qui cum εὐγενῶν μηδὲ &c. connecti non poteſt. Saltem ſcripſiſſet μηδὲ εὐγενῶν μηδένι τῶν ἐννέα ἀρχόντων. Hoc amplius, nobiles Plataeenſium hac correctione prohibentur ſortitione Novemvirorum, non ceteri, quod abſurdum, & decreto contrarium. Verba πλὴν εἴ τις ἱερωσύνη complectuntur omnia ſacerdotia, quibus arcentur Plataeenſes. reliqua ἢ τελετή ἐστιν ἐκ γένους aliud genus & gentilitium quidem, itidem illis interdictum. Hoc fraudi fuit Petito.

2 Vide quae vir longe doctiſſimus diſputavit Miſcell. Obſervat. Volum. VII. p. 319.

3 Exemplum in Lyſia eſt, cui jus civitatis actione παρανόμων ademptum eſt apud *Plutarch.* Vit. x. Rhet. p. 835. F.

μετὰ ταῦτα Παρανόμων γραφὴν ὁ νόμος ἐποίησε κατ' αὐτοῦ (δημοποιήτου) τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων, καὶ ἔστιν εἰσελθόντας εἰς τὸ δικαστήριον ἐξελέγξαι, ὡς οὐκ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς, ἀλλὰ παρὰ τοὺς νόμους Ἀθηναῖος γέγονε. καὶ ἤδη ποτὲ τοῦ δήμου δόντος τὴν δωρεὰν λόγῳ ἐξαπατηθέντος ὑπὸ τῶν αἰτουμένων, Παρανόμων γραφῆς γενομένης καὶ εἰσελθούσης εἰς τὸ δικαστήριον, ἐξελεγχθῆναι συνέβη τὸν εἰληφότα τὴν δωρεὰν, μὴ ἄξιον εἶναι αὐτῆς. καὶ ἀφείλετο τὸ δικαστήριον, cujus rei exempla ibidem leguntur.

XII. Ne quis vero, qui Atheniensis non esset, in civitatem falso adscriptus obreperet, diligentissime cavebant, lata in hunc finem hac Διαψηφίσεως Lege.

Γενέσθαι ζήτησιν πάντων τῶν ἐγγεγραμμένων τοῖς ληξιαρχικοῖς γραμματείοις, εἴτε γνήσιοι πολῖται εἰσὶν, εἴτε μή. τοὺς δὲ μὴ γεγονότας ἐξ ἀστοῦ καὶ ἐξ ἀστῆς, ἐξαλείφεσθαι· διαψηφίζεσθαι δὲ περὶ πάντων τοὺς δημότας, καὶ τοὺς μὲν ἀποψηφισθέντας καὶ ἐμμείναντας τῇ ψήφῳ τῶν δημοτῶν, ἐξαληλίφθαι, καὶ εἶναι Μετοίκους· τοὺς δὲ βουλομένους ἔφεσιν εἰς δικαστὰς δεδόσθαι, κἂν μὲν ἁλῶσι, καὶ πωλεῖσθαι παρὰ τῷ δικαστηρίῳ, πεπρᾶσθαι. ἐὰν δὲ ἀποφύγωσιν, εἶναι πολίτας.

*Quaestio de omnibus in civium al-
bo inscriptis habetor, utrum vere
cives sint, necne. Qui utroque pa-
rente cive nati non erunt, ex al-
bo expunguntor. Populares de suis* 134.
*popularibus judicium ferunto. A
popularibus damnati peregrinitatis,
neque ad judices provocantes, ex-
punguntor, & in censum inquili-
norum referuntor. Provocatio a
popularibus ad judices dator. Dam-
nati a judicibus venduntor. Si se-
cundum illos judices pronuntiarint,
cives censentor.*

Habes hanc Legem in Hypothesi Orationis Demosthenicae πρὸς Εὐβουλίδην Ἐφέσεως. γράφεται νόμος παρ' Ἀθηναίοις, γενέσθαι ζήτησιν, & caetera, quae jam hic habes. Fiebat haec Διαψήφισις a Popularibus. Pollux *Lib. VIII. cap.* 6. διαψήφισις δέ ἐστι, τὸ τοὺς δημότας τὴν ψῆφον ὑπὲρ τῶν παρεγγεγράφθαι δοκούντων ἐνεγκεῖν. Harpocration: διαψήφισις ἰδίως λέγεται ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἐξετάσεων, αἳ γίνονται περὶ ἑκάστου τῶν δημοτευομένων, εἰ τῷ ὄντι πολίτης καὶ δημότης ἐστὶν, ἢ παρεγγέγραπται, ξένος ὤν. Ulpianus ad Orationem Demosthenis *de Corona* [*p.* 161.] γιγνομένων δὲ τῶν καλουμένων διαψηφίσεων, ὅ ἐστιν ἐξετάσεων ἐν τοῖς δήμοις, ὡς ἔθος, εἰ ἄρα φύσει Ἀθηναῖος οὐκ ὢν ἐνέγραφεν ἑαυτὸν, ἐκ σπουδῆς τινῶν, εἰς τοὺς ἀστοὺς. Si peregrinitatis convinceretur,[1] ex albo popularium expungebatur, atque inter inquilinos referebatur: Si ad judices provocasset, convictus vendebatur. Suidas: εἴ τις ξένος ἔδοξεν εἶναι καὶ οὐ πολίτης, τοῦτον ἐν ταῖς Διαψηφίσεσι τῶν δήμων ἀπεψηφίζοντο οἱ δημόται, καὶ ἐλέγετο ἀπεψηφισμένος. εἶτα εἰσήγετο εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ ἐκρίνετο ξενίας, καὶ εἰ μὲν ἑάλω, ἐπιπράσκετο ὡς ξένος, εἰ δὲ ἐκράτει, ἀνελαμβάνετο εἰς τὴν πολιτείαν. Auctor *Etymologici*: ἐγένετο δὲ Ἀθήνησιν ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἀποψηφισθέντων, ἐφεῖσθαι γὰρ αὖθις ἐξῆν αὐτοῖς εἰς δικαστήριον περὶ τῆς πολιτείας, καὶ εἰ μὲν ἑάλωσαν ἐπωλοῦντο

1 Hujusmodi cives, fraude in album inserti, παρεγγεγραμμένοι πολῖται *Aesch.* de Leg. ementit p. 51. & *Luciano* Jov. Tragoed. C. 20., ubi Scholiastes.

λοιῦτο ὡς ξένοι· εἰ δὲ μὴ ἐπανίεσαν εἰς τοὺς ἐξ ὧν ἐξώσθησαν δήμους. Judices autem dabant Theſmothetae iis, qui a Popularibus provocaverant. Pollux *Lib. VIII. cap.* 8. εἰσάγουσι δὲ οἱ Θεσμοθέται καὶ τοὺς ἀπεψηφισμένους. Quomodo autem fieret διαψήφισις, oſtenditur a Demoſthene *Orat.* πρὸς Εὐβουλίδην Ἐφέσεως [*p.* 707.] Demarchus, penes quem erat τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, populares ſuos convocabat, unusquisque e *Lexiarchico* citabatur, ſi a popularium ſuorum aliquo peregrinitatis poſtularetur, teſtibus, κοινῷ γραμματείῳ, (οἱ γὰρ εὐθυνόμενοι inquiunt veteres ad Ariſtophanem Magiſtri, ὡς ξένοι, ὀφείλουσι τοὺς ἰδίους πάππους ἐπιδεικνύναι ἔκ τε φρατρίας ἄνωθεν ὄντας,) & id genus aliis, (adſcititii cives & eorum poſteri praeterea e Pſephiſmatibus, quae publice adſervabantur.) genus ſuum, civitatisque jus probabat: Ceteri populares jurati ante occaſum Solem, quae ſuprema erat tempeſtas, calculum ferebant: Εὐβουλίδης καὶ κύριος ὢν τοῦ τε ὅρκου, καὶ τῶν γραμματείων, ἐξ ὧν ἐνεκάλει τοὺς δημότας, ἐπειδὴ συνελέγησαν οἱ δημόται· καὶ τῶν μὲν δημοτῶν οἱ ὀμόσαντες, ἐγενόμεθα τρεῖς καὶ ἑβδομήκοντα· ἠρξάμεθα δὲ τοῦ διαψηφίζεσθαι, δείλης ὀψίας, ὥστε συνέβη ἡνίκα τοὐμὸν ὄνομα ἐκάλει, τὸ σκότος ἤδη εἶναι· καὶ γὰρ ἦν περὶ ἑξηκοστόν. καὶ ἐκλήθην ὕστατος ἁπάντων τῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ κληθέντων. ἐπειδὴ δὲ ἐκλήθη τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἀναπηδήσας οὗτος, ἐβλασφήμει κατ' ἐμοῦ ταχύ· μάρτυρα μὲν ὧν κατηγόρησεν οὐδένα παρασχόμενος, οὔτε τῶν δημοτῶν, οὔτε τῶν ἄλλων πολιτῶν. παρεκελεύετο δὲ τοῖς δημόταις ἀποψηφίζεσθαι, ἀξιοῦντος δὲ μου εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀναβαλέσθαι, διά τε τὴν ὥραν, καὶ τὸ μηδένα μοι

135. παρεῖναι, ἵνα τούτῳ τε ἐξουσία προσγένοιτο ὁπόσα βούλοιτο κατηγορῆσαι, καὶ μάρτυρας, εἴ τινας ἔχοι, παρασχέσθαι, ἐμοί τε ἐγγένοιτο ἀπολογήσασθαι ἐν ἅπασι τοῖς δημόταις, καὶ τοὺς δικαίους μάρτυρας παρασχέσθαι· καὶ ὅτι γνοίησαν περὶ ἐμοῦ, τούτοις ἤθελον ἐμμένειν· οὗτος ὧν ἐγὼ προὐκαλούμην, οὐδὲν ἐφρόντισε· τὴν δὲ ψῆφον εὐθὺς ἐδίδου τοῖς παροῦσι τῶν δημοτῶν, οὔτε ἀπολογίαν οὐδεμίαν δούς, ἔλεγχον οὐδένα ἀκριβῆ ποιήσας. οἱ δὲ τούτῳ συνεστῶτες, ἀναπηδήσαντες ἐψηφίζοντο, καὶ ἦν μὲν σκότος, οἱ δὲ λαμβάνοντες δύο καὶ τρεῖς ψήφους ἕκαστος παρὰ τούτου, ἐνέβαλλον εἰς τὸν καδίσκον. Suidas: οἱ πολῖται συνίασιν ἕκαστοι κατὰ τοὺς αὑτῶν δήμους, καὶ περὶ τῶν αἰτίαν ἐχόντων ἢ παρεγγεγραμμένων εἰς τὴν πολιτείαν ψῆφον φέρουσι κρύβδην· οἷον Ἀχαρνεῖς περὶ Ἀχαρνέων, καὶ περὶ Ἐλευσινίων οἱ Ἐλευσίνιοι· καὶ οἱ λοιποὶ δημόται παραπλησίως· καὶ τοῦτο διαψήφισις καλεῖται. οἱ μὲν οὖν πλειόνων ψήφων τυγχάνοντες ἀναμφισβητήτως τὴν πολιτείαν ἔχουσιν, ὅσοι δ' ἂν ἐλάττονες ψήφους λάβωσιν, οὐκέτι νομίζονται, καὶ τοῦτό ἐστι ἀποψήφισις. Utebantur etiam fabis calculorum vicem. Heſychius: ἐν ταῖς διαψηφίσεσι κυάμοις ἐχρῶντο. albaeque fabae ſignum erant victoriae: οἱ λευκοὶ κύαμοι, inquit *in Timocrateam* Ulpianus, σώζουσαι. ſive foliis. Pollux *Lib. VIII. cap.* 5. φύλλοις δὲ ἐψηφίζοντο οἱ κατὰ δήμους δικάζοντες, οἷς ἐπέγραφον, εἴ τις ὡς παρέγγραπτος ἐκρίνετο. In ſingulos autem ferebantur ſententiae, etiam nullo accuſante, nullo teſte. Aeſchines *adverſus Timarchum* [*p.* 11.] γεγόνασι διαψηφίσεις ἐν τοῖς δήμοις. καὶ ἕκαστος ἡμῶν ψῆφον δέδωκε περὶ τοῦ σώματος, ὅς τις Ἀθηναῖος ὄντως ἐστί, καὶ ὅς τις μή, καὶ ἔγωγε, ἐπειδὰν προσίω πρὸς τὸ δικαστήριον, καὶ

ἀκροά-

ἀκροάσωμαι τῶν ἀγωνιζομένων, ὁρῶ ὅτι ἀεὶ τὸ αὐτὸ ἰσχύει παρ' ὑμῖν. ἐπειδὰν γὰρ εἴπῃ ὁ κατήγορος, ἄνδρες δικασταί, τούτου κατεψηφίσαντο οἱ δημόται, ὀμόσαντος οὐδενὸς ἀνθρώπου, οὔτε κατηγορήσαντος, οὔτε καταμαρτυρήσαντος, ἀλλ' αὐτοὶ συνειδότες εὐθύς, οἶμαι, θορυβεῖτε ὑμεῖς, ὡς οὐ μετὸν τῷ κρινομένῳ τῆς πόλεως. οὐθὲν γάρ, οἶμαι, δοκεῖ προσδεῖσθαι ὑμῖν λόγων οὐδὲ μαρτυρίας ὅσα τις σαφῶς οἶδεν αὐτός. Instituta primum est haec διαψήφισις Archia Athenis Praetore, ut ex Androtione & Philochoro docet Harpocratio. ἐντελέστατα δὲ διείλεκται περὶ τῶν διαψηφίσεων, ὡς γεγόνασιν ἐπὶ Ἀρχίου ἄρχοντος, Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι, καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῳ τῆς Ἀτθίδος. Praetura autem Archiae incidit in annum secundum Olympiadis nonagesimae, ut constat e Diodoro Siculo & Anonymo in Descriptione Olympiadum, qui ad hunc annum ista adscribit: αἱ διαψηφίσεις, ἤτοι αἱ τῶν ἐν δήμοις ἐξετάσεις εἰσήχθησαν.

Apud Romanos in donanda civitate non tanta fuit, quantum apud Athenienses videmus, religio: nam hic populus terrarum orbis dominus facile indulsit etiam integris civitatibus, aut provinciis hoc jus civitatis, & a privatis passus est nummis emi, donec tandem Imperatoris Antonini Constitutione ingenui & liberi omnes, qui erant in orbe Romano, cujuscumque Provinciae aut urbis essent, facti sunt cives Romani. *In orbe Romano qui sunt*, inquit Ulpianus, *ex Constitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti sunt. l. 17. D. de statu hominum.* Atque ita qui propriam & originalem habebant patriam, ex hac Constitutione habebant & communem patriam Romam, ut loquitur Modestinus: *Roma communis nostra patria est. l. 33. D. ad municipalem & de incolis.* & alibi non semel. Antoninum Pium auctorem esse hujus Constitutionis vult Imperator Justinianus *Novella LXXVIII. cap. 5.* ὥσπερ γὰρ Ἀντωνῖνος ὁ τῆς Εὐσεβείας ἐπώνυμος (ἐξ οὗπερ καὶ εἰς ἡμᾶς ἡ τῆς προσηγορίας ταύτης καθήκει) τὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας πρότερον παρ' ἑκάστου τῶν ὑπηκόων αἰτούμενον, καὶ 136.
οὕτως ἐκ τῶν καλουμένων peregrinων εἰς Ῥωμαϊκὴν εὐγένειαν ἄγων ἐκεῖνος, ἅπασιν ἐν κοινῷ τοῖς ὑπηκόοις δεδώρηται. At vero is *Antoninus*, quem auctorem hujus Constitutionis laudat Ulpianus, est, aut ego valde fallor, [1] Antoninus Divi Severi Filius, quo imperante scripsit Ulpianus; nam *Antoninum*, sive is sit *Pius*, sive *M. Aurelius*, non ita nominare solet Ulpianus. Adde quod colonias Divus Severus, adeoque etiam *Antoninus* ejus filius, multas fecerunt *juris Italici*: habes ex Ulpiano Lib. de Censibus, & Paulo Lib. quoque de Censibus II. quorum verba leguntur *l. 1. & 8. D. de Censibus.* atqui, ubi omnes orbis Romani incolae facti sunt cives Romani, [2] desiit *jus Italicum*, quo distinguebantur a civibus Romanis. Quare existimamus *Antoninum* Imperatorem Divi Severi filium auctorem esse hujus Constitutionis, antequam ederet Ulpianus Librum XXII. ad Edictum, sed postquam scripsit idem Librum primum de Censibus. Certe omnino non est auctor hujus Constitutionis *D. Antoninus Pius*, nam ecce tibi observatum discrimen inter cives Romanos & peregrinos orbis Romani incolas in Epistola Viennensium & Lugdunensium Galliae apud Eusebium *Historiae Lib. V.* [C. 1.] nam Attalus, quem eadem Epistola dixit Περγαμηνὸν τῷ γένει, Romanus civis erat: ἐπεὶ ἐστὶν Ἄτταλος ὁ Χριστιανός, καὶ τοῦ δήμου σφόδρα σφριγῶντος ἐπ' αὐτῷ, μαθὼν ἡγεμὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστιν, &c. distinguiturque ab aliis, qui non erant cives Romani: καὶ ὅσοι μὲν ἐδόκουν πολιτείαν Ῥωμαίων. ἐσχηκέναι, τούτων ἀπέτεμνε τὰς

1 Optime conjecit. *Dionis* a *Valesio* publicata Excerpta p. 744. rem certo declarant. Valet etiam addita a Petito caussa ex *Imperatoris Antonini* nomine, laudaturque ab *Ezech. Spanhemio* Orb. Rom. Exercit. 11, 4. p. 199.

2 Non desiit *jus Italicum*, sicuti contra Petitum egregie docuit idem *Spanhem.* C. 19. p. 464.

τὰς κεφαλὰς, τοὺς λοιποὺς ἔπεμπεν εἰς θηρία. Quanquam bonus hic Attalum Praeses ad bestias damnavit, etiamsi civis esset Romanus, quod usitatum fuisse supplicium, quo in Christianos animadvertebatur, constat, idque, ut puto, ex Lege Cornelia de Sicariis: Objiciebatur enim praecipue Christianis infanticidium, ejusque degustatio. Poena autem Legis Corneliae de Sicariis erat, ut *humiliores solerent vel bestiis subjici*, *l.* 3. §. 5. *D. ad Legem Corneliam de Sicariis.* Censebantur autem inter *humiliores* Christiani, adde etiam *famosos, quos severius, quam integrae famae homines, punierunt. l.* 28. §. 16. *D. de Poenis.* Unde nil mirum si Christiani, quanquam cives Romani, bestiis objicerentur: qua de re tamen dubitat vir magnus in Animadversionibus Eusebianis *ad num.* CIↃCIↃCXXIII. ubi scripsit Eusebius, vertente B. Hieronymo. *Ignatius quoque Antiochenae Ecclesiae Episcopus Romam perductus bestiis traditur.* Quaerendum, inquit, quare ex Syria Romam homo bestiis objiciendus perducitur. Nam non solum de Christianis, sed etiam de Gentilibus cognitio erat ejus, qui Provinciam regebat, & in ipsa Provincia secundum jurisdictionem suam supplicium de illis sumebat. Soli cives Romani provocabant ad Caesarem, ut Paulus *in Actis Apostolorum.* Hoc modo, si quidem Romanus civis fuit, Ignatius potuit Romam perduci. Sed civem Romanum bestiis objicere Leges non sinebant. Verum, ut de his quid mei sit sensus aperiam, Ignatius neque civis Romanus fuit, neque ad Caesarem provocavit, & tamen Romam perductus est, sed alia longe de causa. Qui eximii cum essent roboris, aut maximi in arte sua nominis, ad bestias damnati fuerant, super iis consulebatur Princeps, an vellet hujusmodi bestiarios ex Provincia in Urbem transduci, qui populo Romano in Ludis exhibeantur. ita interpretor ista *l.* 31. *D. de Poenis.* [1] *Ad bestias damnatos, favore populi Praeses dimittere non de-*
137 *bet. Sed si ejus roboris vel artificii sint, ut digne populo Romano exhiberi possint, Principem consulere debet.* Secundum haec factum putamus, ut Ignatius, eo quod esset maximi in sua arte atque professione, hoc est, religione Christiana, nominis, in Urbem sit transductus, Imperatore super hac re consulto ita jubente.

XIII. Civibus Atheniensibus Athenis si bene non esset, licebat alio commigrare.

Ἐξεῖναι Ἀθηναίων τῷ βουλομένῳ λαβόντι τὰ αὑτοῦ, ἀπιέναι ὅποι ἂν βούληται.	*Atheniensium cuivis quocumque voluerit cum omnibus suis bonis, commigrare liceto.*

Legem hanc colligimus e Platonis verbis *Critone* [*p.* 51. *D.*] e quibus constat Legibus permissum fuisse Atheniensibus alio cum liberis rebusque suis proficisci, si Athenis bene non esset, aut πολιτεία non placeret. Ita enim loquuntur Leges ipsae apud Platonem: ὅμως προαγορεύομεν τῷ ἐξουσίαν πεποιηκέναι Ἀθηναίων βουλομένῳ, ἐπειδὰν δοκιμασθῇ καὶ ἴδῃ τὰ ἐν τῇ πόλει πράγματα, καὶ ἡμᾶς τοὺς Νόμους, ᾧ ἂν μὴ ἀρέσκωμεν ἡμεῖς, ἐξεῖναι λαβόντα τὰ αὑτοῦ, ἀπιέναι ὅποι ἂν βούληται, καὶ οὐδεὶς ἡμῶν τῶν Νόμων ἐμποδών ἐστιν οὐδ᾽ ἀπαγορεύει, ἐάν τέ τις βούληται ὑμῶν εἰς ἀποικίαν ἰέναι (εἰ μὴ ἀρέσκοιμεν ἡμεῖς καὶ ἡ πόλις) ἐάν τε μετοικεῖν ἄλλοσέ ποι ἐλθὼν, ἰέναι ἐκεῖσε ὅποι ἂν βούληται ἔχων τὰ αὑτοῦ. Unde passim leges crebras Atheniensium alio profectiones: ita apud Terentium in palliata e Menandro *Andria* [*Act. V*, 4, 31.] Chremes cum de se, tum de fratre suo Phania:

Is

1 Usus eadem lege est *Is. Vossius* Epist. ad *Rivet.*, ut caussam itineris Ignatiani in urbem expediret. Verum ea nihil opus est ad hanc rem. Praesens Antiochiae Trajanus jussit Ignatium, vinctum a militibus duci in urbem Romam, cibum bestiarum & spectaculum plebis futurum, ut Acta loquuntur, ad quae vide *Theod. Ruinartum* Act. Mart. Sincer. p. 9.

Is hinc bellum fugiens, meque in Asiam persequens, proficiscitur.
Tum illam hic relinquere est veritus, post illa nunc primum audio.
Quid illo sit factum.

Qui locus indicio est, fabulam hanc inter primas a Menandro editam fuisse, id est, non longe post annum tertium Olympiadis centesimae quartaedecimae, quo anno, Praetore Athenis Diocle, sive, ut alii nominant, Philocle, primum suum drama docuit Menander: Scholia Comici, itemque Anonymus in Descriptione Olympiadum ad hunc annum: Μένανδρος, ἔφηβος ὢν, πρῶτον δρᾶμα ἐδίδαξε, cui nomen fuit Ὀργή, ut ex Eusebio constat, paullo vero post *Andriam* commisit, nam bellum, quod fugiebat Phanias, cum Asia interim frueretur pace, illud est, quod Philippo Macedoni Alexandri Magni patri cum Atheniensibus fuit, cepitque anno primo Olympiadis centesimae octavae, Theophilo Athenis Praetore. Quanquam anno sequenti inter eosdem societas inita, sed Nicomacho Archonte, anno quarto Olympiadis centesimae nonae rursum ad arma itum est, donec tandem anno tertio Olympiadis centesimae decimae, Chaeronida Athenis Praetore, ad Chaeroneam fusi sunt Athenienses. Intra hoc intervallum igitur, idque maxime, quod est ab anno quarto Olympiadis centesimae nonae ad annum tertium sequentis Olympiadis, fingitur a Menandro Phanias cum Pasibula Athenis bellum fugisse, cum Pasibula adhuc parvula esset:

Atticus quidam olim navi fracta, apud Andrum ejectus est,
Et istaec una parva virgo.

Andro Athenas rediit cum Chryside grandiuscula. Crito de ea [*Act. IV,* 5, 19.]

—— Nam fere
Grandiuscula jam profecta 'st illinc.

Aliquantulum temporis in urbe commorata est, ita tamen ut non excederet 138. longe aetatem, qua nobiles & ingenuae virgines solent elocari. Itaque dicendum est drama hoc doctum fuisse, non longe post annum tertium Olympiadis centesimae quartaedecimae.

T I T U L U S Q U A R T U S.

De Liberis legitimis, nothis, adoptivis; & patria potestate.

I. CUM natura exiguum hominibus vitae curriculum circumscripserit, ejusque usuram dederit, tanquam pecuniae; nulla praestituta die, facile suis exhauriretur civitas civibus, nisi liberis genitis & susceptis subveniretur, qui in parentum locum veniant: neque tamen Atheniensium Lege omnes sine ullo discrimine liberi, quos parentes tollunt, in civibus sunt censiti, sed ii tantum, qui utroque parente cive nati sunt.

Μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων γεγονότας.	*Utroque parente cive Atheniensi nati soli cives sunto.*

Lex haec adscribitur Pericli a Plutarcho, cujus haec sunt verba [*p.* 172. *D.*] ἀκμάζων ὁ Περικλῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ πρὸ πάνυ πολλῶν χρόνων, καὶ παῖδας ἔχων, ὥσπερ εἴρηται, γνησίους, νόμον ἔγραψε, μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων γεγονότας. Refert & Suidas in δημοποίητος. Περικλῆς ὁ Ξανθίππου νόμον ἔγραψε, τὸν μὴ ἐξ ἀμφοῖν ἀστυπολίτην μὴ εἶναι. Rescribe: τὸν μὴ ἐξ ἀμφοῖν ἀστοῖν πολί-

τὴν μὴ εἶναι· quomodo apud [1] Aelianum legitur *Variae Lib. XIII. cap.* 24. καὶ Περικλῆς μὴ εἶναι Ἀθηναῖον, ὃς μὴ ἐξ ἀμφοῖν γέγονεν ἀστῶν. Sed ante Periclem idem Lege cautum fuisse satis demonstrat Solonis Lex de Nothis, de qua nos in sequentibus, Deo dante. Verum tacito illiteratoque consensu antiquata fuerat haec Lex ante Periclis tempora, quemadmodum & insecutis temporibus obsolevit pessimo Periclis ipsius exemplo. Eratque satis, alterutrum parentum civem esse; Demosthenes ἐν τῇ ἐφέσει πρὸς Εὐβουλίδην [*p.* 710.] τοῖς χρόνοις τοίνυν οὕτω φαίνεται γεγονώς, ὥστε εἰ καὶ κατὰ θάτερον ἀστὸς ἦν, εἶναι πολίτην προσήκειν αὐτὸν, γέγονε γὰρ πρὸ Εὐκλείδου.

II. Itaque ut jus istud antiquum instauraretur, cavit Lege sua Aristophon Rhetor, quam exactis urbe Triginta Tyrannis, Euclide Archonte, tulit:

Νόθον εἶναι τὸν μὴ ἐξ ἀστῆς γεγονότα.	*Qui matre cive natus non erit, nothus esto.*

Descripsit hanc [2] Legem ἱστορικῶν ὑπομνημάτων Lib. III. Carystius [apud Athen. *XIII*, 5. *p.* 577.] Ἀριστοφῶν δὲ ὁ Ῥήτωρ τὸν νόμον εἰσήνεγκε ἐπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος· ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται, νόθον εἶναι. Quippe *Lex natura haec est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur*, ut est apud Ulpianum Lib. XXVII. ad Sabinum: unde apud Euripidem dicebat Andromache ad Hermionem, quae illi Pyrrhi amores, καὶ τὴν χάριν objiciebat [*Andromach. vs.* 198.]

Πότερον ἵν' αὐτὴ παῖδας ἀντὶ σοῦ τέκω
139. Δούλους, ἐμαυτῇ τ' ἀθλίαν ἐφολκίδα.

Peregrinarum autem non sunt nuptiae, ut suo loco dicemus σὺν θεῷ, non sunt liberi legitimi; sola civis sobolem procreat, repletque liberis civitatem, ut e Demosthene ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας docet Athenaeus *Lib. XIII.* [*C.* 4.] τὰς μὲν ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκα ἔχομεν, τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν παλλακείας, τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ παιδοποιεῖσθαι. Dixit γνησίως, quia licebat ex alia quoque, quam cive, tollere liberos, quod Graeci efferunt, γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παιδοποιεῖν δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας. Unde in Rhetorum scholis Lex, quam habes apud Senecam patrem *Lib. VI. Controversia* 3. *Liceat filium ex ancilla tollere.* Sed liberos legitimos non tollebant: ex una id concessum uxore cive: Unde apud Pollucem *Lib. III.* [*Sect.* 21.] Didymum & Eustathium Homeri Interpretes *ad Iliados* Δ. [*vs.* 499.] Νόθος quidem est, ὁ ἐκ ξένης ἢ παλλακίδος. [3] Γνήσιος vero est, ὁ ἐκ γυναικὸς ἀστῆς καὶ γαμετῆς, τουτέστι, ἐκ νομίμων γάμων.

III. Quin etiam ne ipsa quidem cognationis sive adgnationis jura cum Nothis intercedebant, ne in iis quidem ipsis, quae, sive sacra, sive publica, spectabant, qua de re haec Lex habetur,

ΜΗΔΕ ΝΟΘΩι ΜΗΔΕ ΝΟΘΗι ΑΓΧΙΣΤΕΙΑΝ ΕΙΝΑΙ ΜΗΘ' ΙΕΡΩΝ ΜΗΘ' ΟΣΙΩΝ ΑΠ' ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ.	*Notho, Nothaeve, cognationis jus nullum esto, ne quidem in iis, quae, sive sacra, sive publica, spectant. Secundum hanc Legem judicia redduntur ab Euclidis Praetura.*

Lau-

1 Vide eundem *Aelianum* L. VI, 10., quaeque ibi *Jac. Perizonius*, & *Libanium* Epist. 608.

2 Hinc lux adfunditur *Isaeo* de Cironis Heredit. p. 74. Ἐὰν γὰρ ἐξαπατηθῆτε ὑμεῖς, πεισθέντες ὡς ἡ μήτηρ ἡμῶν οὐκ ἦν πολῖτις, οὐδ' ἡμεῖς ἐσμὲν· μετ' Εὐκλείδην γὰρ ἄρχοντα γεγόναμεν.

3 Paullo aliter *Demosthenes* in Leochar. p. 619. τὸ μὲν γὰρ γνήσιον εἶναι, ὅταν ᾖ γόνῳ γεγονὼς· καὶ ὁ νόμος ταῦτα μαρτυρεῖ λέγων· ἣν ἂν ἐγγυήσῃ πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ πάππος, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους. Sed eodem redit.

Laudatur haec Lex ab Isaeo ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου [*p.* 61.] & a Demosthene ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον. Qua Nothis denegantur adgnationis cognationisque jura etiam in iis, quae ad sacra, aut ad publica pertinent. Quanquam Nothi sua habebant sacra, & faciebant Cynosargis, ut ex Alcibiadis Psephismate, quod a nobis jam ante suo loco descriptum est, constat. Atque id primum a Solone cautum erat. Aristophanes *Avibus* [*vs.* 1659.]

> Ερῶ δὲ δὴ καὶ τὸν Σόλωνός σοι νόμον.
> Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχι-
> στείαν.

Instauratumque denuo a Pericle, ut videtur, cum rursum sensim abrogaretur, Aristophon, sive quis alius est, qui scripsit, hanc, quam descripsimus, tulit Legem, eamque voluit observari, & judicia ex illa reddi, ab eo, quo Praetor fuit Euclides, anno, post exactos Athenis Triginta Tyrannos: Nihil igitur sacri, nihil publici commune habuerunt Nothi, cum patre, qui eos tollebat, aut cum ejus adgnatis, cognatisve, ut qui inter cives non censerentur, ac ne quidem ejus nomine, qui genuerat, nisi illis subveniretur, ut mox dicemus, σὺν θεῷ δ᾽ εἰπεῖν, Adoptione.

IV. Adoptio autem naturam imitatur, venitque ei suppetias, neque minus liberi censentur quos adoptaveris, quam quos ipse e legitimis nuptiis genueris: itaque hac de re Lege cautum est:

Οταν τις ὢν ἄπαις, κύριος τῶν ἑαυτοῦ, ποιήσηται υἱὸν, ταῦτα κύρια εἶναι.	***Si quem orbus, rerum suarum dominus, adoptaverit, ea adoptio rata esto.***

Legem habes apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς Λεωχάρην [*p.* 619.] qua cavetur quis adoptare possit, & primum quidem ἄπαις, *orbus:* non poterant enim, quibus superstites erant liberi, sive masculi, sive feminae, alios adoptare, qui eorum hereditatem cernerent, sed οἱ γνήσιοι παῖδες, legitimi liberi, quibus opponuntur οἱ εἰσποίητοι adoptivi, soli paternam cernebant hereditatem: Hinc Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Αριστάρχου κλήρου [*p.* 80.] εἴτε οὖν Αρίσταρχον φήσει τις διαθέσθαι, οὐκ ἀληθῆ λέξει· γνησίου γὰρ ὄντος αὐτῷ Δημοχάρους υἱέος, οὔτ᾽ ἂν ἐβούλετο ταῦτα διαπράξαι, οὔτε ἐξῆν δοῦναι τὰ ἑαυτοῦ ἑτέρῳ. Quare cautum a Philoctemone, qui Chaetestratum adoptabat, testamenti tabulis, εἰ μὴ γένοιτο αὐτῷ παιδίον ἐκ τῆς γυναικὸς, τοῦτον κληρονομεῖν τῶν ἑαυτοῦ. Quae cautio, quare adscriberetur, suo loco, si Deus dederit, dicemus. Sequitur in Lege, κύριος τῶν ἑαυτοῦ, *rerum suarum dominus:* Quibus verbis excluduntur, qui sui juris non sunt, sed in aliena potestate; neque liberos in sua habere possunt, ut, exempli gratia, μέτοικοι, servi, feminae, pueri: unde Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Αριστάρχου κλήρου [*p.* 80.] de his: εἴτε Αριστάρχου τελευτήσαντος, Δημοχάρην αὐτὸν ποιήσασθαι, καὶ ταῦτα ψεύδονται, παιδὸς γὰρ οὐκ ἔξεστι διαθήκην γενέσθαι. Puer enim, antequam annos natus esset viginti, rerum suarum non erat dominus, [1] neque ei licebat testamentum facere, quare neque adoptare: [2] Adoptio enim fiebat 140.

κατ

1 Vide inferius L. VI. Tit. 6.

2 Fiebat, sed non semper. Docent id, quae mox adferuntur ad Leg. sequentem, & haec in primis *Isaei* de Apollodori Hered. p. 64., ubi Thrasyllus de Apollodoro, ἀλλ᾽ ἐλθὼν, inquit, εἰς τὴν ἐμὴν μητέρα, ἑαυτοῦ δὲ ἀδελφὴν — λαβεῖν ἠξίωσέ με υἱὸν, καὶ ᾔτει καὶ ἔτυχεν. οὕτω δ᾽ ἐπείσθη ταῦτα ποιῆσαι διὰ ταχέων, ὥστ᾽ εὐθέως μεταλαβὼν ᾤχετο ἄγων πρὸς αὑτὸν, καὶ πάντα τὰ αὑτοῦ διοικεῖν παρέδωκεν. Thrasyllus ergo superstite adoptivo patre in aedes ejus conmigraverat, omniaque ejus bona, tanquam sua, administraverat. Testamento vero adoptabant, ne domus sine herede esset, atque ut haberent, qui

κατὰ διαθήκην, *testamento*: Habes apud Isaeum ἐν τῷ περὶ Ξεναινέτου [*p*. 80.] οἶμαι τοίνυν πάντας ὑμᾶς εἰδέναι, ὦ ἄνδρες, ὅτι κατὰ διαθήκας αἱ εἰσαγωγαὶ τῶν εἰσποιητῶν γίνονται, διδόντων τε αὐτῶν, καὶ ἡμῖν ποιουμένων. ἄλλως δὲ οὐκ ἔξεστιν. Exemplum legitur apud eundem ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου [*p*. 84.] in scriptis ab Hagnia testamenti tabulis: Ἁγνίας οὖν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τοῖς ἐγγύτατα γένους, εἴ τι πάθοι, τὰ ὄντα κατέλιπεν, ἀλλ' ἐποιήσατο θυγατέρα αὐτοῦ ἀδελφιδῆν. εἰ δέ τι καὶ αὐτὴ πάθοι, Γλαύκωνι τὰ ὄντα ἐδίδου, ἀδελφῷ ὄντι ὁμομητρίῳ· καὶ ταῦτα ἐν ταῖς διαθήκαις ἐνέγραψε. Rursum apud eundem ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου [*p*.56.] τούτων τὸν πρεσβύτερον τουτονὶ Χαιρέστρατον ἐποιήσατο υἱόν· καὶ ἔγραψεν οὕτως ἐν διαθήκῃ, εἰ μὴ γένοιτο αὐτῷ παιδίον ἐκ τῆς γυναικὸς, τοῦτον κληρονομεῖν τῶν ἑαυτοῦ. In conscribendis autem Testamenti tabulis Magistratum advocabant, ut eas confirmaret & stabiliret, vel solveret & infringeret praesentia sua, ut docent Isaeus non semel, & Harpocration e Dinarcho: δόσις συμβόλαιον γραφόμενον, ὅταν τις τὰ αὐτοῦ διδῷ τινὶ διὰ τῶν Ἀρχόντων. Oportebat quoque adoptantem esse sanae mentis, ut est apud Isaeum *Oratione primore* ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου. ὤμην μὲν, ὦ ἄνδρες, προσήκειν οὐ τὰς τοιαύτας ἀμφισβητεῖσθαι ποιήσεις, εἴ τις αὐτὸς ζῶν καὶ εὖ φρονῶν ἐποιήσατο. id quod semper observatum in scribendis omnibus omnium Testamentorum tabulis. Non temere autem in laudatis his Isaei verbis, dicitur εἴ τις αὐτὸς ζῶν.

V. Nam Lege etiam cautum erat, ut a vivente fieret Adoptio, non a jam jam morituro, & vix extremos ducente spiritus:

Τὸν ζῶντα ποιεῖσθαι παῖδα. *Vivus liberos adoptato.*

Legem habes apud Libanium *in Argumento Orationis Demosthenicae* πρὸς Λεωχάρην. οὐ γὰρ ζῶν, φησὶν, ὁ Λεωκράτης ἐποιήσατο παῖδα τὸν Λεωχάρην, καθάπερ οἱ νόμοι κελεύουσιν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἐπ' ἀποστερήσει τῆς οὐσίας παρὰ τοὺς νόμους ἡ εἰσποίησις γίνεται. Ratio autem est, ut nemo adoptivo possit controversiam facere, quippe quem adoptans tabulis caveat suo nomine εἰς τὰ κοινὰ γραμματεῖα ἐγγράφεσθαι, & praestet adhuc ipse inter vivos. Receptum tamen est Atheniensium moribus, ut jam jam moriturus possit adoptare. Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου
141. [*p*. 63] ὤμην μὲν, ὦ ἄνδρες, προσήκειν οὐ τὰς τοιαύτας ἀμφισβητεῖσθαι ποιήσεις, εἴ τις αὐτὸς ζῶν, καὶ εὖ φρονῶν ἐποιήσατο, καὶ ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἀγαγὼν, εἰς τοὺς συγγενεῖς ἀπέδειξε, καὶ εἰς τὰ κοινὰ γραμματεῖα ἀνέγραψεν, ἅπανθ' ὅσα προσῆκεν αὐτὸς ποιήσας· ἀλλ' εἴ τις τελευτήσειν μέλλων, διέθετο εἴ τι πάθοι, τὴν οὐσίαν ἑτέρῳ, καὶ ταύτην γράμμασι κατέθετο παρά τισι σημηνάμενος. ἐκεῖνον μὲν γὰρ τὸν τρόπον ποιησάμενος, φανερὰς κατέστησε τὰς αὐτοῦ βουλήσεις, ὅλον τὸ πρᾶγμα ἐπικυρώσας, δόντων αὐτῷ τῶν νόμων· ὁ δ' ἐν διαθήκαις σημηνάμενος, ἀδήλους ἐποίησε. διὸ πολλοὶ πεπλάσθαι φάσκοντες αὐτὰς ἀμφισβητεῖν ἀξιοῦσι πρὸς τοὺς ποιηθέντας. Quisquis autem liberos adoptabat, si caelebs esset,

qui justa persolveret. Ὅπως μὴ ἐξερημώσωσι τοὺς σφετέρους αὐτῶν οἴκους, ἀλλ' ἔσται τις καὶ ὁ ἐναγιῶν, καὶ πάντα τὰ νομιζόμενα αὐτοῖς ποιήσων· διὸ κἂν ἄπαιδες τελευτήσωσιν, ἀλλ' οὖν ποιησάμενοι καταλείπουσι eadem in Oratione ait *Isaeus* p. 66.

esset, uxorem ducere postea non poterat, nisi id a judicibus impetrasset: colligo e narratione Tzetzae *Chiliade VI. cap.* 49. περὶ Ἀνδοκίδου τοῦ Ῥήτορος, οὗ μέμνηται Λυσίας ὁ Ῥήτωρ, ὡς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα μεμηνυκότος.

> ὁ Ἀνδοκίδου Ῥήτορος πατὴρ ὁ Λεωγόρας
> ἐπ' Ἀνδοκίδου προδοθεὶς, νικήσας τε τῇ δίκῃ,
> τοὺς δικαστὰς ἱκέτευσε γυναῖκα σχεῖν εἰς γάμον,
> ὅπως δὲ παῖδας ἐξ αὐτῆς γεννήσῃ τῶν γνησίων.
> ὁ Ἀνδοκίδης γὰρ θετὸς ἦν παῖς τῷ Λεωγόρᾳ,
> χρήμασιν υἱοποιηθεὶς αὐτῷ δι' ἀπαιδίαν.

Atque haec quidem de Adoptantibus: sequitur, ut de Adoptatis pauca dicamus. Oportebat autem, ut is qui adoptabatur civis esset, ut constat ex Lege de referendis in Φρατόρων album adoptivis liberis. Poterant quoque Nothi ab eis qui genuerant in legitimos filios adoptari, si prius civitate donati fuissent, ut constat e Suidae narratione [in Δημοποίητος.] Περικλῆς ὁ Ξανθίππου νόμον γράψας, τὸν μὴ ἐξ ἀμφοῖν ἀστοῖν πολίτην μὴ εἶναι, ὡς μηδὲ μακρὸν τοὺς γνησίους ἀποβαλὼν, ἄκων δὲ ξένων καὶ λύσας τὸν ἑαυτοῦ νόμον καὶ ἀσχημονήσας, ἐλεεινῶς ἅμα καὶ μισητῶς ἔτυχεν ὧν ἠβούλετο. ὅμως γε μὴν ἀντιβολοῦντος καὶ δεησάμενος τοὺς ἐντεῦθεν ζῶντας ὀψὲ καὶ μόλις τὸν νόθον οἱ παῖδα ἐξ Ἀσπασίας τῆς Μιλησίας, ἐποίησε δημοποίητον. Civem enim factum plebiscito Pericles retulit in Φρατόρων album, tanquam se genitum. Plutarchus enim refert Periclem [*T. I. p.* 172. *F.*] ἀπογράψασθαι τὸν νόθον εἰς τοὺς Φράτορας, ὄνομα θέμενον τοῦ αὐτοῦ. Verum id forte priva Lege Pericli concessum est. Adoptari autem poterant etiam ii, qui majores annis viginti, jam sui erant juris: Colligo e Demosthene ἐν τῷ πρὸς Λεωχάρην [p. 618.] Refert ille de Leochare, quod adoptatus sit in Archiadae filium, οὐκ εἰσηγμένος δ' εἰς τοὺς Φράτορας πω τοῦ Ἀρχιάδου, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐνεγράφη. Hic ἐνεγράφη nihil aliud est, ut e sequentibus apparet, quam τῷ ληξιαρχικῷ γραμματείῳ inscribi, sive εἰς τοὺς δημότας ἐγγράφεσθαι. Atqui τῷ ληξιαρχικῷ non inscribebantur annis viginti minores. Quare etiam post annum aetatis vicesimum in liberos poterant adoptari.

VI. Adoptivo autem non licebat e familia, in quam Adoptione transierat, redire in suam naturalemque, nisi filium legitimum e se genitum relinquat in adoptiva familia: qua de re haec Lex legitur:

Τῷ ποιηθέντι οὐκ ἐξεῖναι ἐπανιέναι, ἐὰν μὴ υἱὸν καταλίπῃ γνήσιον.	*Adoptatus in familiam suam naturalem ne redito, nisi relicto in adoptiva familia filio legitimo.*

Meminit Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου [p. 60.] Estque Solonis, ut ex Harpocratione constat: ὅτι οἱ ποιητοὶ παῖδες ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον οὐκ ἦσαν κύριοι, εἰ μὴ παῖδας γνησίους καταλίποιεν 142.
ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ποιησαμένου. Σόλων ἐν εἰκοστῇ πρώτῃ τῶν νόμων. Laudant hanc Legem Antiphon, ἐπιτροπικῷ Καλλιστράτου, & Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου [p. 80.] οὐ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, οὐδὲ Κυρωνίδην οἷόν τε ἦν υἱὸν Ἀριστάρχῳ εἰσποιῆσαι, ἀλλ' αὐτῷ μὲν ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον, ἐγκαταλιπόντα ἐν τῷ Ξεναινέτου οἴκῳ ἐξῆν υἱόν. adde γνήσιον. Ratio est, ne οἶκος ἐξηρημωθῇ, quae cura non privatorum tantum,

tum,

tum, ſed etiam publicitus Archonti demandata. Iſaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου [p. 66.] καὶ οὐ μόνον ἰδίᾳ ταῦτα γινώσκουσιν, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ τὸ κοινὸν τῆς πόλεως οὕτω ταῦτ᾽ ἔγνωκε. νόμος γὰρ τῷ Ἄρχοντι τῶν οἴκων, ὅπως ἂν μὴ ἐξερημῶνται, προστάττει τὴν ἐπιμέλειαν. Ejurata adoptione, adoptantis filius non amplius cenſetur. Demoſthenes ἐν τῷ πρὸς Λεωχάρην [p. 617.] μετὰ δὲ ταῦτα Λεωκράτης οὑτοσὶ παρακαταβάλλει, ὡς υἱὸς Ἀρχιάδου ἐκείνου, οὐκ ἐπιλογισάμενος ὅτι ἐπανεληλύθει εἰς τοὺς Ἐλευσινίους. Neque ullum amplius cum adoptantis adgnatis & cognatis neceſſitudinis jus reſtabat. Demoſthenes *eadem Orat.* [p. 616.] τοῦ μὲν γὰρ ὁ πατὴρ ἐπανεληλυθὼς εἰς τοὺς Ἐλευσινίους, οὐκέτι τὴν κατὰ τῶν νόμων οἰκειότητα ἔλιπεν αὐτῷ. Atque ex hac Lege colligit Demoſthenes ἐν τῷ πρὸς Λεωχάρην, Adoptato non licuiſſe alium adoptare. Demoſthenis verba ſunt [p. 620.] ἀλλὰ καὶ προνοηθεὶς ὁ νομοθέτης, ἀπεῖπε τῷ ποιηθέντι αὐτῷ ὄντι ποιητὸν υἱὸν μὴ ποιεῖσθαι. τίνα τρόπον διορίσας περὶ τούτων; ὅταν εἴπῃ, υἱὸν γνήσιον ἐγκαταλιπόντα ἐπανιέναι. δηλοῖ δή που φανερῶς, ὅτι οὐ δεῖ ποιεῖσθαι. Cujus rei cauſſa legitur *ibidem*, quia hac ratione οὐδέποτε τοῖς γένεσιν αἱ κληρονομίαι δοθήσονται, nunquam fieret, ut qui genere propinqui ſunt, hereditatem, quae illis alioquin ab inteſtato κατὰ γένος obveniret, cernerent.

Apud Romanos etiam ſuperſtitibus liberis alium adoptare licebat: ut conſtat ex Ulpiani verbis Libro XXVI. ad Sabinum: *Praeterea videndum eſt, an non debeat permitti ei, qui vel unum habebit, vel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum, quos juſtis nuptiis procreavit, deminuatur ſpes, quam unusquisque liberorum obſequio paret ſibi: aut qui adoptatus fuit, minus percipiat, quam dignum erit eum conſequi. l. 17. §. 3. D. de Adoptionibus.* Quanquam Ulpianus videatur ſcribere, id non debere permitti, rationes enim, quae in hanc inclinant partem, addit: unde ſuſpicari licet nonnulla hic deeſſe, aut verba Ulpiani aliquam contraxiſſe labem, quod certe verum eſſe nullus dubito, eſt quippe reſcribendum: *Praeterea videndum eſt, an num debeat permitti ei*, &c. Cum autem, ut docet Javolenus Libro VI. e Caſſio, *adoptio in his perſonis locum habeat, in quibus etiam natura poteſt habere. l. 16. D. eod.* habendam eſſe rationem aetatis adoptantis & adoptati docet Modeſtinus Libro I. Differentiarum. *Non tantum cum quis adoptat, ſed & cum adrogat, major eſſe debet eo, quem ſibi per adrogationem, vel per adoptionem filium facit, & utique plenae pubertatis: id eſt, decem & octo annis, eum praecedere debet. l. 40. §. 1. D. eod.* Verum non hic celabo ſtudioſos ſuſpicionem meam: exiſtimo enim iſta, *id eſt, decem & octo*, non eſſe Modeſtini verba, ſed a Triboniani manu, qui *plenae pubertatis annos* interpretatur ex Juſtiniani inſtituto. Non ignoro occurrere hos *decem & octo annos* etiam alibi: meminit enim Ulpianus Libro II. Diſputationum. *Quidam conſulebat, an valeret ſententia a minore viginti quinque annis judice data? Et aequiſſimum eſt, tueri ſententiam ab eo dictam, niſi minor decem & octo annis ſit. l. 57. D. de re judicata.* Sed nihil hic de *plena pubertate*, non
143. magis quam in ejusdem Ulpiani Libro VI. ad Edictum verbis, *Pueritiam, dum minorem annis decem & ſeptem, qui eos non in totum complevit, probibet poſtulare, quia moderatam hanc aetatem ratus eſt ad procedendum in publicum, qua aetate, aut paulo majore fertur Nerva filius, & publice de jure reſponſitaſſe. l. 1. §. 3. D. de poſtulando.* Imo eo aetate *pubertas* annis *decem & octo* non definiebatur, ut idem Ulpianus Libro II. Fideicommiſſorum teſtatur. *Certe ſi uſque ad* pubertatem *alimenta relinquantur, ſi quis exemplum alimentorum, quae dudum pueris & puellis dabantur, velit ſequi: ſciat Hadrianum conſtituiſſe, ut pueri uſque ad decimum octavum, puellae uſque ad quartumdecimum annum alantur; & hanc formam ab Hadriano datam obſervandam eſſe Imperator noſter reſcripſit. ſed etſi* generaliter pubertas non ſic definiatur, *tamen pietatis intuitu in ſola ſpecie alimentorum hoc tempus aetatis eſſe obſervandum, non eſt incivile. l. 14. §. 1. D. de*

alimen-

alimentis legatis. Quare *dicta l.* 40. *D. de Adoptionibus. plena pubertas* appellatur, quando in totum completi sunt anni quatuordecim, opponiturque inchoatae sive proximae pubertati, quando aliquot menses supersunt ad complendum quatuordecim annos: neque hic *plena pubertas* opponitur *civili*: nam, ut dixi, institutum istud est Justiniani, qui *civilem pubertatem anno quartodecimo* definivit, *plena* vero *decimo octavo.* Quare existimo Modestinum ita olim scripsisse: *& utique plenae pubertatis annis eum praecedere debet.* id est, debet implevisse annos quatuordecim, & attigisse quintumdecimum: ea enim aetate generare potest, quod satis est, ut adoptio in his personis locum habeat, cum in iis etiam natura habere possit. Quanquam autem vulgo tradatur *Adoptionem* jure Romano duobus modis fieri, [1] Populi vel Principis auctoritate, & Magistratus imperio, tamen videtur & testamento fieri recte, ut de Octavio a Julio Caesare per testamentum adoptato narrant Vellejus Paterculus *Libro II.* [*C.* 59.] Eutropius *Libro VII.* [C. 1.] Habesque alibi exempla. Suetonius *in Tiberio* [C. 6.] *Testamento adoptatus hereditate adita, mox nomine abstinuit.* Cicero *in Bruto* [C. 58.] *Qui Crassi testamento fuit adoptatus.* Nepos *in Attico* [C. 5.] *Caecilius moriens testamento adoptavit eum, heredemque fecit.* Testamento adoptari eum scribit Vir Magnus *Observat. Libro VII. Observat.* 7. qui in bona & nomen testatoris vocatur, id est, qui heres scribitur, & nomen testatoris ferre jubetur: cui praecepto parendum est adita haereditate simul ac nomine, nisi famosum sit nomen, vel quae alia remittendi ejus causa subsit. *l. Facta* 63. *§. Sed si nominis* 10. *D. Ad Trebellianum.* Verum & testamentaria haec adoptio jure facta non est, & tamen a populo vel Principe confirmari potest. *l. Adoptio* 38. *D. de Adoptionibus.* & ita non satis fuit Octavium testamento Caesaris adoptari, sed confirmata est adoptio Lege curiata. Confirmationem vocat Dio *Libro XLVI.* [*p.* 366.] Iterationem Appianus *Libro III.* [*B. Civil. p.* 947.] Sed longe dispar, meo judicio, ratio Octavii, quem adoptavit Caesar, & aliorum, quos testamento adoptatos fuisse legimus: Nam hi adoptati proprie non sunt, sed ἀκύρως ita dicuntur, non enim etiamsi testatoris hereditatem & nomen adibant, in familiam adoptabantur, ut filiorum loco censerentur: Quare haec Adoptio improprie dicta solo testamento fieri potuit, imo semper facta est: cum hereditatis delatio sit cum *nominis ferendi* conditione, quae etiam remitti potest. 144.
At vero Adoptio Octavii fuit non tantum in nomen, sed & in familiam. Suetonius *in D. Julio* [C. 83.] *Sed novissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavium ex dodrante: in ima cera C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit*: id est, ut ejus filius censeretur: Quo nomine necessum fuit lege curiata Octavium adoptari, sive adrogari, non enim erat in potestate parentis.

Quemadmodum liberos tollere in patris erat positum potestate, ita etiam necare & exponere, idque, meo judicio, non tam moribus, quam Lege receptum fuit Athenis, non cum hac summi Philosophi exceptione *Polit. Libro VII. cap.* 16. περὶ δὲ ἀποθέσεως καὶ τροφῆς τῶν γιγνομένων, ἔστω νόμος, μηδὲν πεπηρωμένον τρέφειν. Nam non tantum liberorum τοὺς πεπηρωμένους, sed etiam quos libebat sanguinolentos licebat vel necare, vel exponere, quod certe idem est: etenim *Necare*, inquit Paulus *Libro II. Sententiarum* [*Tit. XXIV,* 10.] *videtur non tantum is, qui partum persocat: sed & is, qui abjicit: & qui alimonia denegat: & is, qui publicis locis misericordiae causa exponit, quam ipse non habet. l.* 4. *D. de agnoscendis liberis.* Hinc passim apud Comicos, sive Graecos, sive Latinos in palliatis fabulis suis, in quibus mores Atticos repraesentant, infantum expositiones, ut *in Heautontimorumeno* Terentii sive Menandri *Actu IV. Scena I.* [*vs.* 14.] ex emendatione viri summi:

SO. Meministin' me esse gravidam, & mihi te maxumo
opere dicere,
Si puellam parerem, nolle tolli? CH. Scio quid feceris:
Sustulisti. SO. Sic est factum. CH. Domin'? ST. Ergo
herus damno auctus est.

SO.

[1] Vide V. Cl. *Abrah. Wieling* Lect. Jur. Civ. L. II, 7.

SO. Minime : sed erat hic Corinthia anus haud impura :
ei dedi
Exponendam.

Ita apud Aristophanem *Ranis* de Oedipo [*vs.* 1222.] non e Thebanorum instituto, quod plane huic adversabatur, ut est apud Aelianum *Variae Libro II. cap.* 7. νόμος οὗτος Θηβαϊκὸς ὀρθῶς ἅμα καὶ φιλανθρώπως κείμενος ἐν τοῖς μάλιστα· ὅτι οὐκ ἔξεστιν ἀνδρὶ Θηβαίῳ ἐκθεῖναι παιδίον, οὐδὲ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ ῥίψαι, θάνατον αὐτοῦ καταψηφισάμενος, sed pro Atheniensium more :

ὅτε δὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν γενόμενον
χειμῶνος ὄντος ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ.

Scholiastes : ἐπεὶ ἐν χύτραις ἐξετίθεσαν τὰ παιδία. Unde infantes exponere [1] χυτρίζειν dixerunt. Atque hoc in recens natos infantes patrum Atheniensium jus atque potestas erat.

VII. Ejusdem quoque potestatis est, quod patribus licebat liberis suis nomina, quae vellent, imponere, aut etiam aliis mutare, ut Lege hac cautum est :

Τοὺς γονέας θέσθαι τοὔνομα ἐξαρχῆς, καὶ πάλιν ἐξαλεῖψαι, ἐὰν βούλωνται.	*Patres liberis quaecumque libuerit, nomina imponunto, aut etiam aliis mutanto.*

145. Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν περὶ ὀνόματος [*p.* 581.] εἰ μὲν τοίνυν οὗτος ἔχει δεῖξαι νόμον, ὃς ποιεῖ κυρίους εἶναι τοὺς παῖδας τοῦ ἑαυτῶν ὀνόματος, ἃ λέγει νῦν οὗτος, ὀρθῶς ἂν ψηφίζοισθε. εἰ δ᾽ ὁ μὲν νόμος, ὃν πάντες ἐπίστασθε ὁμοίως ἐμοί, τοὺς γονέας ποιεῖ κυρίους οὐ μόνον θέσθαι τοὔνομα ἐξαρχῆς, ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐξαλεῖψαι, ἐὰν βούλωνται. ἐπέδειξα δ᾽ ἐγὼ τὸν πατέρα, ὃς κύριος ἦν ἐκ τοῦ νόμου, τούτῳ μὲν Βοιωτὸν, ἐμοὶ δὲ Μαντίθεον θέμενον. Hoc jure usus Cimon in imponendis liberorum suorum nominibus apud Plutarchum. Quanquam [2] solenne illud erat majori e liberis avi paterni nomen imponere. Demosthenes *hac ipsa Orat.* [*p.* 580.] ἀξιοῖ δὲ αὐτὸς, ὡς δὴ πρεσβύτερος ὢν, τοὔνομα ἔχειν τὸ τοῦ πρὸς πατρὸς πάππου. Imponebantur autem nomina infantibus decimo a partu die. Suidas : ἔθος ἦν παίδων συγγενομένων τοῖς Ἀθηναίων ἀστοῖς, τῇ δεκάτῃ τῶν νυκτῶν ἀπὸ τῆς γενέσεως συγκαλεῖσθαι τοὺς πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς οἰκείους καὶ τοὺς ἐγγύτατα φίλους. καὶ παρόντων ἐκείνων τότε ὀνόματα τοῖς παισὶ τίθεσθαι, καὶ καλλιερεῖσθαι τοῖς θεοῖς, ἔπειτα εὐωχεῖσθαι τοὺς συνεληλυθότας. Demosthenes *hac ipsa Orat.* [*p.* 578.] ἀλλὰ καὶ τὴν δεκάτην ἐμοὶ ποιῶν τοὔνομα τοῦτο ἔθετο. Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [*p.* 41.] non semel. Φίλην

1 *Hesychius*, χυτρισμὸς, ἡ τῶν βρεφῶν ἐν ταῖς χύτραις ἔκθεσις. Quem aliosque exponendorum liberorum modos merito detestatur *Philo Jud.* de Leg. Special. p. 794.

2 Atheniensium consuetudinem uberius declarabunt haec *Demosthen.* Orat. in Macartat. p. 610., ubi cum dixisset Sositheus, quatuor se sustulisse filios, pergit: τὰ ὀνόματα ἐθέμην τούτοις, ὦ ἄνδρες δικασταί, τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ, τὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμαυτοῦ ὄνομα, Σωσίαν, ὥσπερ καὶ δίκαιόν ἐστι. καὶ ἀπέδωκα τῷ πρεσβυτάτῳ τοῦτο τὸ ὄνομα. τῷ δὲ μετὰ τὸν πρεσβύτατον γενομένῳ, τούτῳ ἐθέμην Εὐβουλίδην, ὅπερ ἦν ὄνομα τῷ πατρὶ τῷ τῆς μητρὸς τῆς παιδὸς τουτουί. τῷ δὲ μετὰ τοῦτον, Μενεσθέα ἐθέμην· καὶ γὰρ ὁ Μενεσθεὺς, οἰκεῖος ἦν τῆς ἐμῆς γυναικός. τῷ δὲ νεωτάτῳ ἐθέμην ὄνομα Καλλίστρατον, ὃ ἦν ὄνομα τῷ πατρὶ τῆς ἐμῆς μητρός. Junge Ill. *Spanhem.* ad *Aristoph.* Nub. vs. 62.

Φίλην ὄνομα εἶναι ἐγράψατο τῇ γυναικὶ, οἱ δὲ τοῦ Πύῤῥου θεῖοι ἐν τῇ δεκάτῃ φάσκοντες παραγενέσθαι, τὸ τῆς τήθης ὄνομα Κλεαρέτην τὸν πατέρα ἐμαρτύρησαν θέσθαι αὐτῇ. Habes apud Ariſtophanem *Avibus* [*vſ.* 494.] ejus Scholiaſtem, Heſychium, alios, atque id jam pridem monuerunt viri eruditiſſimi. Non poſſumus tamen ſatis mirari Graecum Ariſtophanis Interpretem, ceteroſque Grammaticos ad id probandum laudaſſe Euripidis verſum ex *Aegeo* hunc,

Τίς σε μᾶτερ ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμασεν;

Quem verſum optime vir ſummus, & dignitate Ampliſſimus Philippus Jacobus Mauſſacus conjungendum eſſe cum iis, quae ex eodem dramate leguntur apud Clementem Alexandrinum *Florido VI.* [*p.* 742.] pronunciavit.

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα,
Πολυξενοῦσθαι; γῆ δὲ τίς, πάτρας θ' ὅρος;
Τίς ἔσθ' ὁ φύσας τοῦ κεκήρυξαι πατρός;
Τίς σε μᾶτερ ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμασεν;

Sed hic, de quo agimus, verſus non eſt referendus ad nominis impoſitionem, quae fiebat decimo a partu die, neque enim a matribus nomina imponebantur: Leviter autem corruptus eſt, idque jam diu, quod fraudi fuit Graecis Grammaticis. Reſcribo,

Τίς σε μᾶτερ ἐν δὲ καὶ τόκον ὠνόμασεν,

id eſt, *Quae mater te inter alios partum ſuum* κατωνόμασεν; *dixit?* [1] Non decimo autem tantum die, ſed etiam ſeptimo nomina infantibus imponebantur, ut e Lyſia & Ariſtotele conſtat. Harpocration: ἑβδομευομένου, Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἐτεοκλέα περὶ χρημάτων, εἰ γνήσιος. τοῖς ἀποτεχθεῖσι παιδίοις τὰς ἑβδομάδας καὶ τὰς δεκάτας ἦγον, καὶ τά γε ὀνόματα ἐτίθεντο αὐτοῖς οἱ μὲν, τῇ ἑβδόμῃ, ὡς καὶ ὁ Ῥήτωρ λέγει· οἱ δὲ, τῇ δεκάτῃ. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν ἐνάτῃ περὶ ζώων ἱστορίας γράφει ταυτί· τὰ πλεῖστα δὲ ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης, διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη τῇ

1 Ἐν δὲ *inter alios.* egregie! Verſus corruptus certe, ſed non ea adhibenda medicina. Recte eum *Mauſſacus* conjunxit cum tribus aliis ex eadem fabula, quod & Petitus monet, apud *Clementem Alexandr.* Lib. VI. Strom. p. 622.

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα,
Πολυξενοῦσθαι; γῆ δὲ τίς, πάτρας θ' ὅρος;
Τίς ἐσθ' ὁ φύσας; τοῦ κεκήρυξαι πατρός;

Huic attexit illum, Τίς σε μᾶτερ (leg. μάτηρ) ἐν δεκάτᾳ τόκον (forte ἐνδεκάτοκον, id eſt, *undecim dierum foetum*) ὠνόμασεν; Forte legendum, τίς τινα σε μάτηρ ἐνδεκάτοκον ὠνόμασεν; vel, τίς δή σε μάτηρ ἐνδεκαταῖον ὠνόμασεν. SALVIN.

Ibid. Non facile cuiquam ullam harum emendationum probatum iri arbitror. Nam, ne alia dicam, in prima apertum eſt laborare metrum: in ſecunda & tertia autem ſine cauſſa ſcribitur ὀνόμασεν, pro ὠνόμασεν, vel potius ὀνόμαζεν, quod eſt in Scholiaſte *Ariſtophanis* ad Aves vſ. 494. Nec ulla probabilis cauſſa eſt, cur ſcribatur μάτηρ pro μᾶτερ nisi is error ſcribentis eſt. *Scaliger* in Conjectaneis in *Varronem* de Lingua Latina p. 160. *Ed. Dordrac.* emendat. Τίς δ' ὠνόμαζεν τῇ δεκάτῃ μήτηρ τόκον; & conjungit hunc verſum cum tribus illis apud *Clementem.* Prius etiam *Mauſſaco* ad *Harpocrationem* v. ἑβδομευομένου in mentem venerat, ubi quum emendationem *Scaligeri* praeteriiſſet in Adnotationibus, deinde in inferendis eam laudans, ſic cum *Scaligero* Jambum rectius perfici ſcribit. Et hoc quidem intelligi poteſt. Petiti τίς σε μᾶτερ ἐν δὲ καὶ τόκον ὠνόμασεν; *quae mater te, inter alios partum ſuum* κατωνόμασεν, *dixit?* Manifeſte in metrum peccat, nec ſententiam commodam habet, nec, ut puto, Graecum eſt. Ἐν δὲ Graeci non ita abrupte dicunt, ſed praecedentibus aliis quibusdam, ut ἄλλα, πολλὰ μὲν, ἐν δὲ· quod Latine eſt *in his, inter haec,* & *cum, tum.* *Herodotus* Lib. II, 172. Ἦν οἱ ἄλλα τε ἀγαθὰ μυρία. ἐν δὲ καὶ ποδανιπτὴρ χρύσεος, *erant illi & alia infinita bona, & in his vas aureum pedibus abluendis.* Vel, *cum infinita alia, tum.* Et Lib. V, 95. καὶ ἄλλα πολλὰ παντοῖα ἐγένετο τῇσι μάχῃσι, ἐν δὲ καὶ Ἀλκαῖος ποιητὴς — αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει. Haec habet *Stephanus.* Adde locum *Theocriti* Idyl. II. verſ. 67. Τῷ δὴ πολλὰ μὲν ἄλλα θηρία πομπεύεσκε περισταδόν, ἐν δὲ λέαινα· id eſt, ut ibi Scholiaſtes, ἐν αὐτοῖς δὲ καὶ λέαινα ἐπόμπευε. Ex his facile intelligitur ἐν δὲ hic locum habere non poſſe. DUKER.

τῇ σωτηρίᾳ. Quod hic Ariſtotelem laudat Harpocration *Lib. nono Hiſtoriae de Animalibus* videri poſſet [1] μνημονικὸν Grammatici fuiſſe ἁμάρτημα. Nam ea habentur *Libro VII. cap.* 12. Verum nullus dubito plures fuiſſe Libros Ariſtotelis
146. περὶ ζώων ἱστορίας, quam Graece hodie extent: & certe apud Arabes ſuperſunt ad novemdecim; tum etiam in unum coaluiſſe librum, qui olim apud veteres duo erant: Nam, ut puto, primus Liber generalia illa complectebatur tantum, quae habentur ſex primis capitibus, ad haec usque verba: ταῦτα μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον εἴρηται νῦν, ὡς ἐν τύπῳ, γεύματος χάριν. Hinc incipit Liber ſecundus, cujus argumentum τὰ τοῦ ἀνθρώπου μέρη. Sequitur ſecundus, ut vulgo editur, qui veteribus tertius fuit: tertius vulgati ordinis eſt quartus veterum: Sed quartus in vulgo cenſetur in duos rurſum diſtribuendus eſt, quorum prior, qui quintus eſt veteribus, ſeptem primis capitibus definitur; ab hac vero clauſula alter, qui ſextus eſt, incipit, τὰ μὲν οὖν μέρη τῶν ζώων πάντων τά τ' ἐντὸς καὶ τὰ ἐκτὸς περὶ ἕκαστον γένος καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. περὶ δὲ τῶν αἰσθήσεων νῦν λεκτέον. & decurrit ad finem usque Libri: Quare ſi hoc ordine recenſeas, qui *ſeptimus* nobis eſt, veteribus *Liber nonus* fuit: Sed de his ſatis.

VIII. Liberos, ſive legitimis e nuptiis ſuſceptos, ſive ſecundum Leges adoptatos, patres Lege jubentur referre in Φράτερας, jurati profitenteſque apud Φρατόρων acta, eos eſſe a ſe legitimis e nuptiis ſuſceptos, aut ſecundum Athenienſium jura adoptatos:

ΕΑΝ ΤΕ ΤΙΝΑ ΦΥΣΕΙ ΓΕΓΟΝΟΤΑ ΕΙΣΑΓΑΓΗι, ΤΙΣ ΕΑΝ ΤΕ ΠΟΙΗΤΟΝ ΕΠΙΤΙΘΕΝΑΙ ΠΙΣΤΙΝ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ, Η ΜΗΝ ΕΞ ΑΣΤΗΣ ΕΙΣΑΓΕΙΝ ΚΑΙ ΓΕΓΟΝΟΤΑ ΟΡΘΩΣ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΥΠΑΡΧΟΝΤΑ ΦΥΣΕΙ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΟΙΗΤΟΝ.

Si quis aliquem in Φρατόρων album referat, ſive legitimum, ſive adoptivum, jurejurando caveto, eum, ſive legitimus ſit, ſive adoptivus, cive natum, & legitime adoptatum eſſe.

Legem habes apud Iſaeum ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου; [*p.* 65.] ἔστι δὲ τοῖς γεννήταις τε καὶ Φράτορσι νόμος ὁ αὐτὸς, ΕΑΝ ΤΕ ΤΙΝΑ, &c. [2] Meminit quoque Andocides ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων [*p.* 16.] καὶ τὸν παῖδα ἤδη μέγαν ὄντα, εἰσάγει εἰς Κήρυκας, φάσκων εἶναι υἱὸν αὐτοῦ. ἀντεῖπε μὲν Καλλίδης μὴ εἰσδέξασθαι, ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Κήρυκες κατὰ τὸν νόμον, ὅς ἐστιν, αὐτὸν τὸν πατέρα ὀμόσαντα εἰσάγειν, ἦ μὴν υἱὸν ὄντως ἑαυτοῦ εἰσάγειν. λαβόμενος τοῦ βωμοῦ, ὤμοσεν ἦ μὴν τὸν παῖδα ἑαυτοῦ εἶναι γνήσιον, ἐκ Χρυσιάδος γεγονότα. Neque tamen jurato patri fides habebatur, ſed Φράτορες ad ſuffragia mittebantur hac de cauſa, judicium ut redderent. Demoſthenes ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον [*p.* 603.] καὶ ἐγὼ ταυτὰ ὑπηρέτησ' ὁ τὴν Εὐβουλίδου θυγατέρα ἔχων, ἐπιδικασάμενος ὡς γένει ὢν ἐγγυτάτω, καὶ εἰσήγαγον τὸν παῖδα τουτονὶ εἰς τοὺς Ἁγνίου καὶ Εὐβουλίδου φράτορας, μεθ' ὧν καὶ Θεόπομπος ὁ τουτουῒ πατὴρ Μακαρτάτου ἕως ἔζη, ἐφρατρίαζε, καὶ αὐτὸς οὗτος, καὶ οἱ Φράτορες, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οἱ τουτουῒ Μακαρτάτου, οἱ ἄριστα εἰδότες περὶ τοῦ γένους, ὁρῶντες μὲν αὐτὸν

[1] *Mauſſaco* id in opinionem venerat: neque ſane injuria. Petiti ſuſpicionem infregit *Jo. Alb. Fabricius* Bibl. Graec. L. III. cap. 6. p. 133.

[2] Idem *Iſaeus* Orat. de Ciron. Heredit. p. 70. Ὁ, τε πατὴρ ἡμῶν, ἐπειδὴ ἐγενόμεθα, εἰς τοὺς Φράτορας ἡμᾶς εἰσήγαγεν· ὀμόσας κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους, Η ΜΗΝ ΕΞ ΑΣΤΗΣ ΚΑΙ ΕΓΓΥΗΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΕΙΣΑΓΕΙΝ.

αὐτὸν τοῦτον. οὐκ ἐθέλοντα κινδυνεύειν, οὐδ᾽ ἀπάγοντα τὸ ἱερεῖον ἀπὸ
τοῦ βωμοῦ, εἰ μὴ προσηκόντως εἰσήγετο ὁ παῖς οὑτοσὶ, αὐτοὺς δ᾽ ἀξιοῦν-
τα ἐπιορκεῖν, λαβόντες τὴν ψῆφον, καιομένων τῶν ἱερείων, ἀπὸ
τοῦ βωμοῦ φέροντες τοῦ Διὸς τοῦ Φρατρίου, παρόντος τουτουῒ τοῦ Μακαρτά-
του, ἐψηφίσαντο τὰ δίκαια, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὀρθῶς καὶ προσηκόντως,
τὸν παῖδα τουτονὶ εἰσάγεσθαι Εὐβουλίδῃ υἱὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἁγνίου. Rursum
[p. 612.] ἐπεὶ εἰσεποίηται εἰς τὸν οἶκον Εὐβουλίδου. καὶ εἰσῆκται εἰς τοὺς
Φράτορας οὐκ εἰς τοὺς ἐμοὺς, ἀλλ᾽ εἰς τοὺς Εὐβουλίδου καὶ Ἁγνίου καὶ Μα-
καρτάτου τουτουῒ, καὶ ὅτε εἰσήγετο, οἱ μὲν ἄλλοι φράτερες κρύβδην ἔφε-
ρον τὴν ψῆφον, οὑτοσὶ δὲ Μακάρτατος φανερᾷ τῇ ψήφῳ ἐψηφίσατο ὀρ-
θῶς εἰσάγεσθαι Εὐβουλίδῃ υἱὸν τὸν παῖδα τουτονὶ, οὐκ ἐθελήσας ἅψασθαι 147.
τοῦ ἱερείου, οὐδ᾽ ἀπαγαγεῖν τοῦ βωμοῦ ὑπεύθυνον αὐτὸν ποιήσας. ἀλλὰ
καὶ τὴν μερίδα τῶν κρεῶν ᾤχετο λαβὼν παρὰ τοῦ παιδὸς τουτουῒ, ὥσπερ
καὶ οἱ ἄλλοι Φράτορες. Quod si nollent Φράτορες suo inscribere albo, ju-
dicio adversus illos licebat experiri. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [p. 735.]
ὡς γὰρ εἰσῆγεν ὁ Φράστωρ εἰς τοὺς φράτορας τὸν παῖδα ἐν τῇ ἀσθενείᾳ,
ὡς τὸν ἐκ τῆς θυγατρὸς τῆς Νεαίρας, καὶ εἰς τοὺς Βρυτίδας, ὧν καὶ αὐτὸς
ἐστιν ὁ Φράστωρ Γεννήτης, εἰδότες, οἶμαι, οἱ Γεννῆται τὴν γυναῖκα ἥτις ἦν,
ἣν ἔλαβεν ὁ Φράστωρ πρῶτον, τὴν τῆς Νεαίρας θυγατέρα, καὶ τὴν ἀπό-
πεμψιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν πεπεισμένον αὐτὸν πάλιν ἀνα-
λαβεῖν τὸν παῖδα, ἀποψηφίζονται τοῦ παιδὸς καὶ οὐκ ἐνέγραφον αὐτὸν
εἰς σφᾶς αὐτούς. λαχόντος δὲ τοῦ Φράστορος αὐτοῖς δίκην, ὅτι οὐκ ἐνέ-
γραφον αὐτοῦ τὸν υἱὸν, προσκαλοῦνται αὐτὸν οἱ Γεννηταὶ πρὸς τῷ Διαιτητῇ
ὀμόσαι καθ᾽ ἱερῶν τελείων, ἦ μὴν νομίζειν εἶναι αὐτοῦ υἱὸν ἐξ ἀστῆς γυναι-
κὸς, καὶ ἐγγυητῆς κατὰ τὸν νόμον. Qui vere γνήσιοι censebantur, aut adoptati
secundum Leges, τῶν Φρατόρων albo inscribebantur paterno nomine, hoc mo-
do, ὁ δεῖνα. Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου [p. 65.] Καὶ
ἐπειδὴ Θαργήλια ἦν, ἤγαγέ με ἐπὶ τοὺς βωμοὺς εἰς τοὺς Γεννήτας τε καὶ
Φράτορας. ἔστι δὲ αὐτοῖς νόμος ὁ αὐτὸς, ΕΑΝ ΤΕ ΤΙΝΑ ΦΥΣΕΙ ΓΕΓΟ-
ΝΟΤΑ ΕΙΣΑΓΗι, ΤΙΣ ΕΑΝ ΤΕ ΠΟΙΗΤΟΝ ΕΠΙΤΙΘΕΝΑΙ ΠΙ-
ΣΤΙΝ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ, Η ΜΗΝ ΕΞ ΑΣΤΗΣ ΕΙΣΑΓΕΙΝ, ΚΑΙ
ΓΕΓΟΝΟΤΑ ΟΡΘΩΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΥΠΑΡΧΟΝΤΑ ΦΙΣΕΙ ΚΑΙ ΤΟΝ
ΠΟΙΗΤΟΝ. ποιήσαντος δὲ τοῦ εἰσάγοντος ταῦτα, μηδὲν ἧττον διαψηφί-
ζεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους. κἂν δόξῃ, τότ᾽ εἰς κοινὸν γραμματεῖον ἐγγράφειν,
πρότερον δὲ μὴ, τοιαύτας ἀκριβείας ἔχει τὰ δίκαια τὰ παρ᾽ αὐτοῖς τοῦ
νόμου. διὸ οὕτως ἔχοντος, καὶ τῶν Φρατόρων τε καὶ Γεννητῶν ἐκείνῳ οὐκ ἀπι-
στούντων, ἐμέ τε οὐκ ἀγνοούντων, ὅτι ἦν ἐξ ἀδελφῆς αὐτῷ γεγονὼς,
ἐγγράφουσί με εἰς τὸ κοινὸν γραμματεῖον ψηφισάμενοι πάντες ἐπιθέντος
ἐκείνου τὴν πίστιν καθ᾽ ἱερῶν. καὶ οὕτω μὲν ὑπὸ ζῶντος ἐποιήθην, καὶ εἰς τὸ
κοινὸν γραμματεῖον ἐνεγράφην, Θρασύλλος Ἀπολλοδώρου. Album τῶν
Φρατόρων vocat κοινὸν γραμματεῖον, cui inscribebantur relati in Φράτορας.
Grammatici, Κοινὸν γραμματεῖόν ἐστιν, εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ εἰσαγόμενοι
εἰς τὰς Φρατρίας τε καὶ Γεννήτας. Huic autem albo non inscribebantur No-
thi. Atque hinc Aristophanes *Avibus* de Hercule notho [*vs.* 1667.]

 —— λέξον

— λέξον δέ μοι
ἤδη σ' ὁ πατὴρ εἰσήγαγ' ἐς τοὺς Φράτορας;
ΗΡΑΚΛ. οὐ δῆτ' ἐμέ γε. καὶ δῆτ' ἐθαύμαζον πάλαι.

Habebatur tamen Nothorum ἀνάκρισις καὶ δοκιμασία [1] Cynosargis, an vere essent patris illius, cujus dicebantur, liberi Nothi. Nonnus in Nazianzenum. Κυνόσαργες, τόπος ἦν ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾧ καὶ οἱ νόθοι ἐκρίνοντο, εἰ τοῦδέ τις ὄντως γέγονεν υἱός. Diogenianus *Centuria V. Proverbio* 94. Κυνόσαργες, τόπος ἐν ᾧ οἱ Νόθοι ἐξεκρίνοντο. Inscribebantur autem albo τῶν Φρατόρων Liberi statis anni diebus; & quidem Adoptivi [2] Thargeliorum festo, ut docet Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου [*p.* 65.] e Thrasylli, quem Apollodorus adoptaverat, persona καὶ ἐπειδὴ Θαργήλια ἦν, ἤγαγέ με ἐπὶ τοὺς βωμοὺς εἰς τοὺς Γεννητάς τε καὶ Φράτορας. Erat autem τῶν Φρατόρων anquirere, an revera civis esset qui adoptaretur, & secundum Leges adoptatus: Adoptator jusjurandum concipiebat id ita esse: & ita tandem eorum calculis atque suffragiis in Φρατόρων album inscribebatur, ut habes apud Isaeum verbis, quae jam ante descripsimus: At vero legitimi naturalesque liberi inscribebantur tertio festi Apaturiorum die, qui Κουρεῶτις dicebatur, ἀπὸ τοῦ τοὺς κούρους, καὶ τὰς κόρας, ἐγγράφειν εἰς τὰς φρατρίας, ut videre est apud Grammaticos.

148. IX. Solebant autem offerre victimas, quarum pondus Lege erat definitum; quas οἱ Φράτορες per ludum jocumque, cum exhiberentur, infra justum pondus esse dicebant, acclamantes ἱστάναι δεῖ, μεῖον γάρ ἐστι. Pollux *Libro III.* κέκληται δὲ, ἢ ὅτι ἔσκωπτον, ὡς μεῖον τοῦ δέοντος ἦ, ὅτι κεκωλυμένον ἦν, εἰσάγειν. ὡς μὴ ἁμιλλῷντο, μηδ' ἐμπίπτοιεν εἰς ἔριν, καὶ ταραχήν· οἱ μὲν γὰρ οὐδὲ ἧττον ἐφιλοτιμοῦντο. οἱ δὲ ἐπεβόων, μεῖον· ὡς οὐχ ὑπερβαινόντων αὐτῶν τὸ μέτρον τοῦ νόμου. Scholia Comici *ad Ranas* [*vs.* 810.] μεῖον λέγουσι τὰς ὑπὲρ τῶν υἱῶν εἰς τὰ Ἀπατούρια οἷς ὑπὸ τῶν πατέρων εἰσαγομένας. διὰ τὸ ἐπιφωνεῖν τοὺς Φράτορας ἐπὶ τοῦ σταθμοῦ τοῦ ἱερείου, μεῖον, μεῖον. Sed praetermittendus non est Harpocrationis locus, μεῖον θῦμά ἐστιν ὃ τοῖς Φράτορσι παρεῖχον οἱ τοὺς παῖδας εἰσάγοντες εἰς τούτους. Ἐρατοσθένης δ' ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας φησὶν οὕτως. Νόμου ὄντος μὴ μεῖον εἰσάγειν ὡρισμένου τινὸς, ἀποσκώπτοντες μετὰ παιδείας πάντα τὸν εἰσάγοντα, μεῖον ἔφασαν εἰσάγειν, ὅθεν τὰ μὲν ἱερεῖα, μεῖον προσηγορεύθη. Μειαγωγὸς δὲ ὁ εἰσάγων. Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ Θεῶν, οἱ Φράτορες φησὶν, ἵνα μείζονας νέμωνται μερίδας, ἐφώνουν ἑστῶτες, ἱστάναι δεῖ, μεῖον γάρ ἐστι. περὶ δὲ τοῦ Μειαγωγοῦ Εὔπολις ἐν Δήμοις.

Ταγαρχῶν στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
Οὐδεὶς δύναται, ὥσπερ Μειαγωγὸς ἑστὼν,
Τῆς τοῦδε νίκης πλείονα ἑλκύσαι σταθμόν.

Huc pertinet, meo judicio, locus Aristotelis *Libro V. Eth. Nicomachei* [*C.* 7.] τοῦ δὲ πολιτικοῦ δικαίου, τὸ μὲν, φυσικόν ἐστι· τὸ δὲ, νομικόν. φυσικὸν μὲν, τὸ

1 Plura *Meursius* L. II. Athen. Att. C. 2.

2 Vereor, ut semper id sit factum. Apollodorus adfecto erat corpore, Thrasyllumque, ut primum licuit, in *Φρατόρων* album retulit. *Isaeus* id clarissime docet.

τὸ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν ἢ μή· νομικὸν δέ, ὃ, ἐξ ἀρχῆς μὲν οὐθὲν διαφέρει οὕτως ἢ ἄλλως· ὅταν δὲ θῶνται, διαφέρει, οἷον, τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι, ἢ τὸ αἶγα θύειν, ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα. ἔτι, ὅσα ἐπὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστα νομοθετοῦσιν· οἷον, τὸ θύειν Βρασίδᾳ, καὶ τὰ ψηφισματώδη. Sed quaedam hic ſunt obſervanda: & primum quidem eſt, *jus gentium* appellari ab Ariſtotele δίκαιον φυσικὸν, *jus civile*, νομικὸν, & utriusque genus fieri τὸ πολιτικὸν δίκαιον, quia nempe ὁ πολιτείαν συνιστῶν καὶ βουλόμενος νόμοις ταύτην κοσμῆσαι, ταῖς δυσὶ ταύταις προσέχων ὁδοῖς τὴν νομοθεσίαν ἐργάζεται. ἢ γὰρ ἐθνικοὺς τίθησιν, οὓς καὶ φυσικοὺς καταχρηστικῶς καλοῦμεν, ἢ πολιτικούς, ut loquitur Theophilus *Inſtitutionum Libro I. tit.* 2. quomodo etiam apud Jurisconſultos non ſemel *jus gentium* dicitur *naturale:* ita uſurpari puto apud Paulum Libro XXXIX. ad Edictum, cujus haec ſunt verba, *Furtum eſt contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſionisve, quod* lege naturali *prohibitum eſt admittere. l.* 1. *D. de Furtis.* Nam hic *Lex naturalis* opponitur *juri civili* tantum, quemadmodum etiam apud Ulpianum Libro LVII. ad Edictum. *Probrum & opprobrium, id eſt, probra quaedam* natura *turpia ſunt, quaedam* civiliter, *& quaſi* more civitatis. *ut putà furtum, adulterium* natura *turpe eſt. l.* 42. *D. de verbor. ſignificat.* Certe furtum *jure naturali* ita proprie dicto turpe non eſt: omnia enim eo *naturae jure* communia ſunt: ſolo *gentium jure dominia diſtincta: agris termini poſiti: commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes inſtitutae. l.* 5. *D. de juſtitia & jure*, ex Hermogeniano Lib. I. juris Epitomarum. Secundo advertendum eſt, corrupta eſſe Ariſtotelis verba, quae [1] nonnullis ad hunc modum videntur emendanda, ἢ τὸ αἶγα Διῒ θύειν, ἀλλὰ μὴ πρόβατα. Quanquam Michaël Epheſius ſuis in hunc locum Scholiis putet iſta non eſſe exigenda ad ullum antiquum morem, τὸ δὲ αἶγα θύειν, ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα, 149
οὐκ ἀπὸ ἱστορίας εἴληπται, tamen nullus dubito eo alludi ab Ariſtotele, nempe ad haec, de quibus diſputamus, ſacra. Sacra autem haec fiebant Jovi Φρατρίῳ, Minervae, Jovi rurſum Ἀπατήνορι, & Baccho Μελαναιγίδι, & hoſtiae offerri debebant ad certum pondus: eaeque erant, aut *oves*, aut *caprae*. De *ovibus*, Scholia Comici verbis jam ante laudatis: μεῖον λέγουσι τὰς ὑπὲρ τῶν υἱῶν εἰς τὰ Ἀπατούρια οἶς ὑπὸ τῶν πατέρων εἰσαγομένας, διὰ τὸ ἐπιφωνεῖν τοὺς Φράτορας ἐπὶ τοῦ σταθμοῦ τοῦ ἱερείου, μεῖον, μεῖον. Suidas: καὶ ὁ πρόβατον εἰσάγων, Μειαγωγὸς ἐκαλεῖτο. De *ovibus* & *capris*, Pollux *Lib. III.* [*Sect.* 52.] τὸ δὲ ἱερὸν, εἰς ὃ συνῄεσαν, Φράτριον ἐκαλεῖτο· καὶ τὸ σύστημα, Φρατρία, οἱ καθ᾽ ἕκαστον Φράτορες, καὶ οἶς Φρατὴρ, καὶ αἲξ Φράτριος, ἡ θυομένη τοῖς Φράτορσι. *Capra*, aut ego valde fallor, Baccho mactabatur: [2] conjecturam facio e Bacchi cognomine, Μελαναιγίς. An *oves* plures immolarentur Jovi Φρατρίῳ, item Ἀπατήνορι, & Minervae, id eſt, ſingulae ſingulis, una Jovi Φρατρίῳ, altera Ἀπατήνορι, tertia Minervae, plane neſcio, qui divinus non ſum; ex his tamen, quae deſcripſimus, Ariſtotelis verbis ſuſpicamur, duas tantum *oves* fuiſſe mactatas;

1 *Muretus* hanc loci Ariſtotelici inſtaurandi viam fuit ingreſſus Var. Lect. L. VIII, 13.

2 Conjectura incertiſſima eſt. Nam ex productione tituli Μελαναίγιδι nullo jure conficitur, capram illi immolatam fuiſſe: Grammatici quoque aliter multo explicant. Ne id quidem conſtat, eo die, quo in Φρατρίων album juvenes referebantur, illi Baccho ſacra fuiſſe facta. Obiter corrige Grammatici veteris verba in Biblioth. Coiſlin. p. 606. ἐκ δὲ τούτου ἥ τε ἑορτὴ Ἀπατούρια, καὶ ἡ Διονύσου μέλαινα αἰγίδος . . . τῷ βωμῷ. & lege καὶ Διονύσου Μελαναιγίδος ἵδρυντο (vel ἱδρύσαντο) βωμόν. Res certa eſt ex *Apoſtolio* Cent. III, 74.

tatas: Nam in exemplum τοῦ νομικοῦ δικαίου adfert vir summus, τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι, institutum esse, ne una plus argenti mina in λύτρον numeraretur. Sequuntur alia de *hostiis* exempla, in quibus repetenda est ἀπὸ τοῦ κοινοῦ vox μνᾶς, sive potius μνῶν, exciditque litera numeralis, quia eadem, meo judicio, cum ultima vocis praecedentis. Rescribo igitur: οἷον, τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι, ἢ τὸ αἶγα θύειν ν'. ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα. id est, *in lytrum una argenti pendatur mina*, *aut* capra *mactetur* quinquaginta *librarum sive* minarum *pondo*: quadraginta octo *autem* minarum *pondo* oves *duae*. An autem duae simul *oves* quadraginta octo minas pondo pendebant? an earum una quaeque? Prius verum puto. Atque ex his, ut & illis, quae superius adduximus, Eratosthenis verbis, [1] hanc existimo Legem colligi:

Τὸ ἱερεῖον μὴ μεῖον εἰσάγειν ὡρισμένου σταθμοῦ· αἶγα μὲν πεντήκοντα μνῶν, δύο δὲ πρόβατα τετταράκοντα καὶ ὀκτὼ μνῶν.

Hostias immolanto intra legitimum pondus: capram quidem quinquaginta minarum pondo: duas vero oves pondo quadraginta octo minarum.

Sed quando fiebat haec liberorum relatio εἰς τοὺς Φράτορας? Viri praestantissimi Carolus Sigonius [*L. II. de Rep. Ath. C.* 2.] Quintus Septimius, Florens Christianus [ad Aristoph. *Vesp. vs.* 576.] alii, existimant semel atque iterum inscriptos fuisse: prior professio fiebat apud curiales & gentiles per parentes aut propinquos, qui tabulis inscribendos adducebant aetatis eorum anno quintodecimo: inspiciebantque praesides tunc inscribendorum genitalia diligentius. Triennio post sequebatur professio altera & probatio apud populares, anno aetatis profitentium decimo octavo, ac tunc nomina eorundem referebantur in album, quod ληξιαρχικὸν λεύκωμα vocabant. Sed facile mihi ignoscent magnorum virorum manes, si in eorum sententiam non imus: nam prima liberorum professio & relatio εἰς τοὺς Φράτορας non fiebat anno aetatis quintodecimo, sed longe ante; quanquam non consentiunt veteres scriptores in assignando tempore: nam *anniculos* relatos in Φράτορας scribit Auctor *Etymologici in* Ἀπατούρια. ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ τοὺς γεγενημένους ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ παῖδας τότε ἐνέγραφον. *Tertium*, aut *quartum* annum definit Proclus *in Timaeum* Platonis [*p.* 27.] ἡ δὲ τρίτη Κουρεῶτις· ἐν ταύτῃ γὰρ τοὺς κούρους ἐνέγραφον εἰς τοὺς Φράτορας, τριετεῖς ἢ τετραετεῖς ὄντας.
150. Ubi prima elementa doctus est Cnemon apud Heliodorum *Lib. I.* [*p.* 23.] εἰς τοὺς Φράτορας inscribitur: habes in patris ejus Oratione apud judices his verbis: ἐπειδὴ τάχιστά μοι ἐγένετο, ἐλευθερίου τε τροφῆς μεταδοὺς, καὶ τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων διδαξάμενος, εἰς τοὺς Φράτορας καὶ Γεννήτορας εἰσαγαγών. Quae aetas incidit, ut videtur, in septimum annum: itaque apud Aristophanem *Ranis* Chorus exagitat Archidemum, qui necdum inscriptus fuisset τῶν Φρατόρων albo annos natus septem: nam ita exponenda sunt haec Comici verba [*vs.* 420.]

Βού-

1 Hanc legem si recuses, unde firmabitur? *Aristoteles*, cujus verba prodigiose constituit, nihil juvabit. Nusquam dicit, haec se sacra respicere. Verba ipsa τὸ αἶγα θύειν, ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα *capram immolare*, *non autem duas oves*, tametsi non appareat, quorum mores Philosophus respexerit, a quovis intelliguntur. Sunt & perspicua, si *Mureti* correctionem admittas, ritumque Aegyptium, ut vir doctissimus ostendit, designant. At in Petiti correctione omnia alia. Praecesserat μνᾶς λυτροῦσθαι *in lytrum unam argenti minam*, Petito vertente, inpendendam. Consequens est, ut αἶγα θύειν πεντήκοντα, modo tamen quisquam ita locutus, de quo non injuria dubito, reperiatur, valeat, *ovem quinquaginta minarum argenti mactare*. Porro cui bono illud ἀλλὰ & quam vim habet? Ipse Petitus parum commodam ejus praesentiam animadvertens, sua in lege δύο δὲ πρόβατα maluit. Debuisset tamen, si legitima sint *Aristotelis* verba, ἀλλὰ τετταράκοντα καὶ δύο, quo quid absurdius?

Βούλεσθε δῆτα κοινῇ
Σκώψωμεν Ἀρχέδημον;
Ὃς ἑπτέτης ὢν οὐκ ἔφυσε Φράτορας.

Atque ex his colligimus, non eodem omnes aetatis anno inſcriptos fuiſſe *κοινῷ γραμματείῳ* apud *τοὺς Φράτορας*, ſed pro libito, anniculos, intra tertium annum, intra quartum, ſed ſaltem intra ſeptimum, ut plurimum, annum. Non ignoro virum harum rerum peritiſſimum exiſtimare, auctoritate Pollucis inductum, adulta demum aetate etiam id factum fuiſſe. Pollucis haec ſunt verba [*L. VIII*, 107.] *εἰς τοὺς Φράτορας τούς τε κόρους εἰσῆγον, καὶ εἰς ἡλικίαν προελθόντων ἐν τῇ καλουμένῃ Κουρεώτιδι ἡμέρᾳ, ὑπὲρ μὲν τῶν ἀρρένων, τὸ Κούρειον ἔθυον. ὑπὲρ δὲ τῶν θηλειῶν, τὴν Γαμηλίαν.* De Virginibus, inquit [1] vir magnus, certa res eſt, fieri ſolitum, cum eas elocaturi patres eſſent: unde etiam *Γαμηλία* ſacrificium nominatum.

Sed confundunt viri magni relationem liberorum *εἰς τοὺς Φράτορας*, cum inſcriptione eorundem in *Epheborum* album, quando nomina ſua inter *Ephebos* profitebantur, cujus profeſſionis annus legitimus erat aetatis decimus octavus. Pollux *Lib. VIII. cap.* 9. *καὶ εἰς μὲν τοὺς Ἐφήβους εἰσῄεσαν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γενόμενοι.* optime diſtinguit Ariſtippus Cnemonis pater apud Heliodorum *loco laudato*: *ἐπειδὴ τάχιστά μοι ἐγένετο, ἐλευθερίαν τε τροφῆς μεταδοὺς, καὶ τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων διδαξάμενος, εἰς τοὺς Φράτορας καὶ Γεννήτορας εἰσαγαγὼν, εἰς Ἐφήβους ἐγγράψας.* Cum autem non ſatis certum aetatis argumentum ſumere poterant, ſolebant puerorum pudenda explorare, an per aetatem ad publica munia, *εἰς τὸ περιπολεῖν τὰ περὶ πόλιν φρούρια*, utiles eſſent; cui rei facit iſtud, *ἀνάγκη τοὺς μέλλοντας ἐπιζέσθαι, γυμνοῦσθαι πρότερον.* Hujus *δοκιμασίας* meminit Ariſtophanes *Veſpis* [*v.* 576.]

Παίδων τοίνυν δοκιμαζομένων αἰδοῖα πάρεστι θεᾶσθαι.

Ariſtoteles apud Interpretem Comici: *ὅτι ψήφῳ οἱ ἐγγραφόμενοι, δοκιμάζονται οἱ νεώτεροι εἰ μὴ ἐτῶν ιε΄. εἶεν. ἄλλως. τῶν γὰρ παίδων ἡλικίαν δοκιμάζοντες, τὰ αἰδοῖα ἐσκόπουν, διὰ τὸ δεῖσθαι αὐτοὺς εἰς τὸ χρησιμεύειν ἐν ταῖς λειτουργίαις.* Senſus eſt, e more fuiſſe explorare adoleſcentum pudenda, ut e neceſſitate aetatis erumpente & pubeſcente argumentum caperent, puerum illum minorem non eſſe annis octodecim, (male editur in Ariſtotelis verbis *ἐτῶν ιε΄.* reſcribo *ἐτῶν ιη΄.*) quare inſcribendum eſſe Epheborum *περιπόλων* albo, ut qui Reipublicae ſuam facile probaturi ſint operam *ἐν τοῖς περιπόλοις.* Neque certe Ariſtotelis hic locus, quo maxime nituntur viri ſummi, ullo modo poteſt referri ad inſcriptionem puerorum in *Φρατόρων* album: nam in his explorari non poterat erumpens aetatis neceſſitas, ut quae nondum pubeſceret: (ſeptennes enim, cum maxime ſero, inſcribebantur.) nec ulla,
quando *τοὺς παῖδας ἐνέγραφον εἰς τοὺς Φράτορας*, nulla, inquam, *δοκι-* 151.
μασία, an eſſent ad munia publica utiles, ſed tantum an utroque parente cive nati eſſent. Quare haec referimus ad adoleſcentes, quorum nomina Epheborum *περιπόλων* albo debebant inſcribi anno aetatis decimo octavo. annum hunc fuiſſe aetatis decimum octavum probat, quod illi, auctore Solone; qui *ἐπιδιετὲς ἥβησαν*, id eſt, ipſos annos duos, poſtquam inſcripti ſunt Epheborum albo, per-

1 *Jo. Meurſium* intelligit Graec. Feriat. v. *Ἀπατούρια.*

peregerunt, possint ad sua mitti negotia, & testamenti habeant factionem, e Lege scilicet annali, qua is, qui annos est natus viginti, ἤδη τὰ πατρῷα παρελάμβανεν. Quare albo Ephebi inscribebantur anno aetatis suae decimo octavo. Quare autem confundant professionem Epheborum, cum liberorum professione apud τοὺς Φράτορας, ratio est, meo judicio, quia utraque fiebat eadem die, nempe τῇ τῶν Απατουρίων Κουρεώτιδι ἡμέρᾳ, itemque epulum praebebatur τοῖς Φράτορσιν. Atque id errandi [1] caussam praebuit Polluci *Lib. III. cap.* 4. [*Sect.* 52.] nisi forte labes accessit a mala manu: ἡ δὲ ὑπὲρ τῶν εἰς τοὺς Φράτορας εἰσαγομένων παίδων οἴνου ἐπίδοσις, οἰνιστήρια ἐκαλεῖτο. τὸ δὲ ἱερεῖον, τὸ ὑπὲρ αὐτῶν, μεῖον. Neque enim vinum offerebatur, nisi cum in Ephebos adscribebantur. Hesychius: Οἰνιστήρια. Αθήνησιν οἱ μέλλοντες ἐφηβεύειν, πρὶν ἀποκείρασθαι τὸν μαλλὸν, εἰσέφερον Ηρακλεῖ μέτρον οἴνου· καὶ σπείσαντες, τοῖς συνελθοῦσιν ἐπεδίδουν πίνειν. ἡ δὲ σπονδὴ ἐκαλεῖτο, Οἰνιστήρια. Athenaeus *Lib. XI.* [C. 13. *p.* 494. *F.*] e Pamphilo: οἱ μέλλοντες ἀποκείρειν τὸν σκόλλυν, φησὶ Πάμφιλος, εἰσφέρουσι τῷ Ηρακλεῖ μέγα ποτήριον, πληρώσαντες οἴνου, ὃ καλοῦσιν Οἰνιστηρίαν. καὶ σπείσαντες, τοῖς συνελθοῦσι διδόασι πιεῖν. Comam hanc deponebant in Ephebos transcribendi die Apaturiorum festi *Coureotide*, hostiamque Dianae mactabant. Hesychius: Κουρεῶτις, μηνὸς τοῦ πυανεψιῶνος ἡμέρα, ἐν ᾗ τὰς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τῶν παίδων ἀποκείροντες τρίχας Αρτέμιδι θύουσιν. Quae hostia Κουρεῖον dicebatur, ἀπὸ τοῦ ἀποκείρειν τὸν μαλλόν. comam autem non deponebant, nisi οἱ μέλλοντες ἐφηβεύειν, ut loquitur Hesychius, & e veteribus constat. [2] Ergo ista professio longe alia ab ea professione, qua liberi parentibus procurantibus albo τῶν Φρατόρων inscribebantur, quanquam cum haec, tum illa, eodem die fieret: utramque, meo judicio, conjungit Pollux *Lib. VIII. cap.* 9. περὶ Φρατόρων, εἰς τούτους τούς τε κούρους, καὶ τὰς κούρας εἰσῆγον. καὶ εἰς ἡλικίαν προελθόντων ἐν τῇ καλουμένῃ Κουρεώτιδι ἡμέρᾳ, ὑπὲρ μὲν τῶν ἀῤῥένων τὸ κουρεῖον ἔθυον, ὑπὲρ δὲ τῶν θηλειῶν τὴν Γαμηλίαν. Priora spectant inscriptionem liberorum in album τῶν Φρατόρων. posteriora ista, καὶ εἰς ἡλικίαν προελθόντων, &c. dicuntur de inscriptione in Epheborum album, itemque puellarum, cum jam maturae viro essent: qua in re castigandus est Vir CL. qui pronunciat epulum; Γαμηλίαν dictum, praebitum fuisse τοῖς Φράτορσι, cum nupturae essent puellae, in eamque rem laudat & emendat Harpocrationis verba e Didymo: καὶ Δίδυμος ὁ Γραμματικὸς, ἐν μὲν τοῖς Ισαίου ὑπομνήμασι φησὶν εἶναι τὴν Γαμηλίαν τοῖς Φράτορσι ἐπιγάμοις διδομένην, παρατιθέμενος λέξιν Φανοδήμου, ἐν ᾗ οὐδὲν τοιοῦτον γέγραπται. ἐν δὲ τοῖς εἰς Δημοσθένην, τὴν εἰς τοὺς Φράτορας εἰσαγωγὴν τῶν γυναικῶν, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν τῆς ἐξηγήσεως παρατιθέμενος. Corrupta, ut putat, initio verba ita rescribit, τὴν Γαμηλίαν τοῖς Φράτορσι ἐπὶ γάμοις διδομένην. Mendum item est apud Hesychium: Γαμηλία, φερνὴ εἰς γάμον, παρασκευὴν, καὶ δεῖπνον, ὃ τοῖς Φράτορσιν ἐποίει ὁ γαμῶν.

1 *Pollucis* error non ita manifestus est. *Joach. Kuhnius*, qui ejus verba expediri possint, ostendit.

2 Hoc argumentum *Isaeus* pessumdat Orat. de Philoctem. Hered. p. 58. ἐπειδὴ ὑπ' αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος τοῖν παίδοιν εἰσαγάγειν εἰς τοὺς Φράτορας ἐπὶ τῷ αὐτοῦ ὀνόματι· ἐπειδὴ οὔθ' οὗτος αὐτῷ Φιλοκτήμων συνεχώρει, οὔθ' οἱ Φράτορες συνεδέξαντο, ἀλλ' ἀπηνέχθη τὸ κουρεῖον. Dabatur ergo τὸ κουρεῖον cum φράτερες in album inscribebantur.

γαμβρῷ. Corrige; εἰς γάμον παρασκευήν. Fiebat enim tunc, cum nupturae essent. Pollux *Lib. III. cap.* 3. ἡ δὲ ἐπὶ γάμῳ θυσία ἐν τοῖς Φράτορσι, Γαμηλία· καὶ τὸ ἔργον, Γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν. Hactenus vir eruditissimus, 152
qui etiam in hanc rem loca adfert e Demosthene & Isaeo, quae in sequentibus excutiemus, Deo dante: non enim persuasi sumus a Viro CL. [1] epulum hoc praebitum semper fuisse τοῖς Φράτορσι nuptiarum solenni. Sed diligenter distinguendum est epulum illud, quod dabat virginis pater, ab illo, quod praebebat sponsus: utrumque appellabatur Γαμηλία, utrumque cum a patre, tum a sponso τοῖς Φράτορσι praebebatur. De epulo, quod pater dabat, agit Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου [*p.* 45.] his verbis: ἀλλὰ μὴν ὥς γε οὔτε Γαμηλίαν εἰσήνεγκεν ὁ θεῖος ὑμῶν, οὔτε τὴν θυγατέρα, ἣν φασὶ γνησίαν αὐτῷ εἶναι, οὔτοι εἰσαγαγεῖν εἰς τοὺς Φράτορας ἠξίωσε, & mox iterum [*p.* 46.] καὶ περὶ τῆς τοῖς Φράτορσι Γαμηλίας μὴ ἀμνημονεῖτε. Deinde: ἐπειδὴ ἂν καὶ Γαμηλίαν ὑπὲρ αὐτῆς τοῖς Φράτορσιν εἰσενεγκεῖν. Hoc epulum a patre praebebatur stata die, τῇ Κουρεώτιδι καλουμένῃ ἡμέρᾳ, ut *loco* proxime *laudato* docet Pollux. Quare nihil mutandum in Didymi verbis apud Harpocrationem: nam ἐπίγαμοι dicuntur virgines nubiles, quarum causa patres τοῖς Φράτορσι epulum dabant: agitque Isaeus, quem interpretabatur Didymus, de epulo a patre praebito. Nam illud epulum, quod iisdem Φράτορσι praebebatur nuptiarum solenni, a sponso, non autem a sponsae patre, dabatur: meminit Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Εὐβουλίδην [*p.* 715.] καὶ γὰρ ὁ πατήρ μου κατὰ τοὺς νόμους ἔγημε, καὶ Γαμηλίαν τοῖς Φράτορσιν εἰσενήνοχε. Libanius item *Declamat. XXXVII.* ἑστιῶντα τοὺς οἰκείους, τοῖς Φράτορσι τὴν Γαμηλίαν εἰσάγοντα. Praeberi a sponso, idque ipsis nuptiis, testis est Pollux *Lib. III. cap.* 3. cujus verba jam ante descripsimus: testatur item Hesychius, cujus verba ita distinguo. Γαμηλία, φέρνη, εἰς γάμον παρασκευή, καὶ δεῖπνον ὃ τοῖς Φράτορσιν ἐποίει ὁ γαμβρός.

Tertia demum professio fiebat apud populares anno aetatis non decimo octavo, ut volunt viri praestantissimi, sed vicesimo: inscribebanturque Lexiarchico, & ab hinc sui erant juris, [2] mittique ad negotia poterant. Pollux *Lib. VIII. cap.* 9. εἰκοστῷ δ' ἔτει ἐνεγράφοντο τῷ Ληξιαρχικῷ γραμματείῳ. ὁ δὲ εἰς τὸ Ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφεὶς, ἤδη τὰ πατρῷα παρελάμβανεν· ἡ δὲ πατρῴα οὐσία, καὶ λῆξις ἐκαλεῖτο. Hesychius: ληξιαρχεῖον, γραμματεῖον, εἰς ὃ τοὺς νόμους ἐνέγραφον. Corrige: εἰς ὃ τοὺς νέους ἐνέγραφον. Harpocration, Suidas: ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ εἰς τοὺς δήμους ἐγγραφόμενοι. Hoc vocant ἐγγράφεσθαι εἰς ἄνδρας Graeci scriptores, quia tunc in viros transcribebantur: dicitur quoque δοκιμασθεὶς, qui huic albo inscriptus est. Grammatici: δοκιμασθεὶς, ἀντὶ τοῦ εἰς ἄνδρας ἐγγραφείς. & alibi [apud Harpocration. v. Ἀδοκίμαστος.] e Lysia ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους

1 Nullo jure *Jo. Meursio* obloquitur: Puellae inducebantur in Curiales (Φράτορας) sed γαμηλία pro illis non solvebatur nisi nubentibus & ab ipsis maritis. Id docent *Isaei* producta a Petito loca, & hic in primis ex Orat. deCiron. Heredit. p. 70. Ὅτι γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἐλάμβανεν, γάμους εἱστίασε, καὶ ἐκάλεσε τρεῖς αὐτοῦ φίλους μετὰ τῶν αὐτοῦ προσηκόντων, καὶ τοῖς Φράτορσι γαμηλίαν εἰσήνεγκε, κατὰ τοὺς ἐκείνων νόμους. quibus similia brevi post succedunt. Jam, quod Harpocrationem mutandum negat, vellem addidisset, quid sit γαμηλίαν τοῖς Φράτορσιν ἐπιγάμοις ἀποδιδόναι; Tu vide *H. Valesium*, verbo hunc Petiti errorem tangentem, & *Pollucem* etiam reum agentem, ad *Harpocrat.* v. Γαμηλία.

2 Firmat *Aeschines* Orat. in Timarch. p. 14. Ἐπειδὴ ἐνεγράφη Τίμαρχος οὗτος εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, καὶ κύριος ἐγένετο τῶν ἑαυτοῦ. Adde quae Scholiastes notavit ad *Luciani* Jov. Tragoed. C. 26.

θένεις ἐπιτροπῆς, si titulus auctorem non mentitur. ἀδοκίμαστος, δοκιμασθῆναι λέγεται, τὸ εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆναι. καὶ ἀδοκίμαστος, ὁ μὴ ἐγγραφόμενος. Cujus appellationis ratio est, quia prius Lexiarchico non inscribebantur, quam illos constaret natos esse parentibus civibus Atticis, aut secundum Leges adoptatos: itaque populares jurati inscribendum judicabant. Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου [p. 66.] πρὶν γὰρ ἐμὲ ἥκειν ἐκ τοῦ Πυθαΐδος, ἔλεγε πρὸς τοὺς δημότας Ἀπολλόδωρος, ὅτι πεποιημένος εἴη με υἱόν, καὶ ἐγγεγραφὼς εἰς τοὺς συγγενεῖς καὶ φράτορας, καὶ παραδεδώκει τὴν οὐσίαν, καὶ διακελεύει ὅπως, ἄν τι πάθοι πρότερον, ἐγγράφωσί με εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, Θράσυλλον Ἀπολλοδώρου. καὶ μὴ ὡς ἄλλος ποιήσωσι, κἀκεῖνοι ταῦτα ἀκούσαντες, τούτων ἐν ἀρχαιρεσίαις κατηγορούντων, καὶ λεγόντων, ὡς οὐκ ἐποιήσατό με υἱόν, καὶ οὐκ ἂν ἠΐσταν
153. ὀμόσαντες καθ' ἱερῶν ἐνέγραψάν με καθάπερ ἐκεῖνος ἐκέλευε. Jam vero δοκιμασθέντες e popularium suorum sententia, a Demarcho, apud quem adservabatur, Lexiarchico inscribebantur, τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα παρὰ τοῖς Δημάρχοις ἦν, καὶ συνῆγον τοὺς δήμους, ὁπότε δεήσειεν, καὶ ψῆφον αὐτοῖς ἐδίδοσαν, inquiunt veteres Juris Attici auctores. Huic autem Lexiarchico inscribebantur in viros transcripti ante Panathenaea, primis ineuntis anni diebus. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Λεωχάρην [p. 617.] συναγαγών τινας τῶν Ὀτρυνέων ὀλίγους, καὶ τὸν Δήμαρχον, πείθει, ἐπειδὰν ἀνοιχθῇ τὸ γραμματεῖον, ἐγγράψαι αὐτόν. καὶ μετὰ ταῦτα ἧκε Παναθηναίων ὄντων τῶν μεγάλων τῇ διαδόσει πρὸς τὸ θεωρικόν. Quare ne Thrasyllus Apollodori nomine cenditus Lexiarchico inscriberetur ineunte novo anno, cavent adversarii, & populares in suas trahere partes satagunt ἀρχαιρεσίαις, comitialibus diebus, ut est apud Isaeum *loco* jam *laudato*, quae δοκιμασίαν Thrasylli praecedebant. Demosthenes quoque, cum Aphobus tutor extremis anni secundi Olympiadis centesimae tertiae diebus, Polyzelo Archonte, mense Scirrophorione, uxorem duxisset, Demosthenes, inquam, statim post nuptias togam virilem sumpsit, ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθεὶς, ut ipse testatur ἐν τῷ κατὰ Ὀνήτορος α. [p. 523.] scilicet anno novo ineunte, primis Hecatombaeonis diebus, anno aetatis suae vicesimo. Oportebat autem prius εἰς τοὺς Φράτορας relatos fuisse: itaque conqueritur Demosthenes, praepostere factum fuisse a Leochare, [p. 618.] οὐκ εἰσηγμένου δ' εἰς τοὺς Φράτοράς πω τοῦ Ἀρχιάδου, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐνεγράφη, τηνικαῦτα πείσας ἕνα τῶν Φρατόρων, ἐνέγραψεν εἰς τὸ Φρατερικὸν γραμματεῖον. & paullo post: καὶ ὡς ὁ νῦν διαμεμαρτυρηκὼς πρότερον εἰς τοὺς δημότας, ἢ εἰς τοὺς Φράτορας ἐνεγράφη. Accipiebant vero, qui inscribebantur, tabellam buxeam, in qua nomen uniuscujusque, & paterni quoque populi, ad quem ille pertineret, erat inscriptum. Hesychius: χαλκοῦν, πινάκιον. Ἀθηναῖοι εἶχον ἕκαστος πινάκιον πύξινον ἐπιγεγραμμένον τὸ ὄνομα τοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ δήμου πατρόθεν. Adoptatus scilicet adoptantis patris [1] nomine καὶ τῷ δήμῳ censebatur: secus enim hic atque apud Romanos fiebat, apud quos, ut constat ex oratione P. Scipionis, quam Censor

[1] Athenis ea ex caussa civium nominibus adscribebatur ὁ πατὴρ καὶ ὁ δῆμος, ut praeter *Demosthen.* Orat. in Boeot. p. 577. literati lapides, in quibus id satis obvium, testantur. Apud Romanos adoptio tribum non mutabat perpetuo, idque recte colligitur ex *P. Scipionis* apud *A. Gellium* L. V. 19. Noct. Attic. fragmento: nec deerant tamen, qui & sui & adoptivi patris tribum retinebant, quemadmodum Augustus, de quo in Marmore *Gruteri* CCXXVI, 9. & *Suetonio* in ejus Vit. C. 40. Adde *Th. Reines.* Epist. ad *Rupert.* XXXV. p. 236.

sor habuit ad populum de moribus, Adoptio tribum non mutabat: apud Athenienses contra Adoptio tribum ϰ) τὸν δῆμον mutabat, ita ut qui Eleusinius esset, exempli gratia, ex Hippothoontide tribu, adoptatus ab Alopecense ex Antiochide tribu, fiebat Alopecensis ex Antiochide tribu per adoptionem, & in adoptantis patris tribu, ϰ) τῷ δήμῳ, censebatur.

X. Postquam Lexiarchico inscripti erant Ephebi, anno aetatis suae vicesimo, jusjurandum in aede Agrauli concipiebant in haec verba:

Ο ΤΩΝ ΕΦΗΒΩΝ ΟΡΚΟΣ.

ΟΥ ΚΑΤΑΙΣΧΥΝΩ ΤΑ ΟΠΛΑ ΤΑ ΙΕΡΑ, ΟΥΔ' ΕΓΚΑΤΑΛΕΙΨΩ ΤΟΝ ΠΡΩΤΟΣΤΑΤΗΝ ΟΤΩ ΑΝ ΣΤΟΙΧΗΣΩ. ΑΜΥΝΩ ΔΕ ΚΑΙ ΥΠΕΡ ΙΕΡΩΝ ΚΑΙ ΥΠΕΡ ΟΣΙΩΝ, ΚΑΙ ΜΟΝΟΣ ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΠΟΛΛΩΝ, ΚΑΙ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ ΟΥΚ ΕΛΑΤΤΩ ΠΑΡΑΔΩΣΩ, ΠΛΕΙΩ ΔΕ ΚΑΙ ΑΡΕΙΩ. ΠΛΕΥΣΩ ΔΕ ΚΑΤΑ ΓΗΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑΡΩΣΩ, ΟΠΟΣΗΝ ΑΝ ΠΑΡΑΔΕΞΩΜΑΙ, ΚΑΙ ΕΥΗΚΟΗΣΩ ΤΩΝ ΑΕΙ ΚΡΙΝΟΝΤΩΝ ΕΜΦΡΟΝΩΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΘΕΣΜΟΙΣ ΤΟΙΣ ΙΔΡΥΜΕΝΟΙΣ ΠΕΙΣΟΜΑΙ, ΚΑΙ ΟΥΣ ΤΙΝΑΣ ΑΝ ΑΛΛΟΥΣ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ ΙΔΡΥΣΗΤΑΙ ΟΜΟΦΡΟΝΩΣ, ΚΑΙ ΑΝ ΤΙΣ ΑΝΑΙΡΗι ΤΟΥΣ ΘΕΣΜΟΥΣ, Η ΜΗ ΠΕΙΘΗΤΑΙ ΟΥΚ ΕΠΙΤΡΕΨΩ· ΑΜΥΝΩ ΔΕ ΚΑΙ ΜΟΝΟΣ ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΠΑΝΤΩΝ, ΚΑΙ ΙΕΡΑ ΤΑ ΠΑΤΡΙΑ ΤΙΜΗΣΩ. ΙΣΤΟΡΕΣ ΘΕΟΙ, ΑΓΡΑΥΛΟΙ, ΕΝΥΑΛΙΟΣ, ΑΡΗΣ, ΖΕΥΣ, ΘΗΛΩ, ΗΓΕΜΟΝΗ.

Ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τῆς θρεψαμένης.

Ὅροις χρήσασθαι τ[ῆς] Ἀττικῆς, πυροῖς, κριθαῖς, ἀμπέλοις, ἐλαίαις.

JUSJURANDUM EPHEBORUM.

Non dehonestabo haec sacra arma:
neque deseram protostaten, quis-
quis ille sit, quem in versu meo ex-
cipiam. Pro aris & focis dimica-
bo, sive solus, sive cum aliis multis.
Patriam liberis non relinquam
in deteriore, sed potius in meliore
statu. Navigabo ad terram, eam- 154
que colam, quantulacumque illa
sit, quae habenda mihi tradetur.
Obtemperabo iis, qui judicia red-
dent prudenter. Parebo Legibus,
quae obtinent, ceterisque omni-
bus, quas populus unanimi con-
sensu feret. Quod si quis Leges ab-
rogare velit, populo non sciscente,
minime feram. Vindicabo autem,
sive solus, sive cum aliis omni-
bus. Patria sacra colam. Te-
stes Dii sunto, Agrauli, Enya-
lus, Mars, Jupiter, Nutricia
terra, Diana.

Ad mortem usque pro nutricia terra dimicabo.

Fines agri Attici statuam, frumentum, hordeum, vites, oleas.

Descripsimus hoc jusjurandum Epheborum e Stobaeo [*Serm. XLI. p.* 243.] atque Polluce, addidimus duo Kapita, quae desiderabantur, ex Ulpiano in Demosthenis *Orationem* περὶ παραπρεσβείας [*p.* 264.] Philostrato *in Apollonii Vita*, & Plutarcho *in Alcibiade*. Atque hoc fuit, ut diximus, jusjurandum Epheborum, habes apud Demosthenem *Oratione laudata*. Καὶ τὸν ἐν τῷ τ[ῆς] Ἀγραύλου τῶν Ἐφήβων ὅρκον. Ad quem locum Ulpianus hoc jusjurandum puerorum facit, cum in Ephebos transcriberentur. ἐν δὲ τῷ τεμένει τ[ῆς] Ἀγραύλου οἱ ἐξιόντες εἰς τοὺς Ἐφήβους ἐκ παίδων μετὰ πανοπλιῶν ὤμνυον ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τ[ῆς] θρεψαμένης. At vero contra, Epheborum jusjurandum est, cum in viros transcriberentur: Pollux *Lib. VIII. cap.* 9. [*Sect.* 106.] Καὶ εἰς μὲν τοὺς Ἐφήβους εἰσῄεσαν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γενόμενοι, δύο δὲ εἰς Περιπόλους ἠριθμοῦντο. εἰκοστῷ δὲ ἀνεγράφοντο τῷ Ληξιαρχικῷ γραμματείῳ. ϰ) ὤμνυον ἐν Ἀγραύλου. ΟΥ ΚΑΤΑΙΣΧΥΝΩ ΤΑ ΟΠΛΑ, &c. Neque id tantum Pollux testatur, sed ex ipso etiam liquet jurejurando. Nam Ephebi, antequam in viros transcriberentur, custodes publice erant διατελοῦντες ἐν τοῖς Ἀττικῆς φυλακτηρίοις, non autem instructae in aciem

Mmm 2 educe.

educebantur Epheborum copiae, aut peregre extra terram Atticam mittebantur. Hi vero, qui hoc jurejurando se obstringunt, & instructi in aciem coucuntur, nam in eo haec legis. ΟΥΔ' ΕΓΚΑΤΑΛΕΙΨΩ ΤΟΝ ΠΡΩΤΟΣΤΑΤΗΝ ΟΤΩι ΑΝ ΣΤΟΙΧΗΣΩ. *Neque deseram protostaten, quisquis ille sit, quem in versu meo excipiam.* itemque peregre mittuntur: ΠΛΕΥΣΩ ΔΕ ΚΑΤΑ ΓΗΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑΡΩΣΣΩ ΟΠΟΣΗΝ ΑΝ ΠΑΡΑΔΕΞΟΜΑΙ. *Navigabo in terram, sive regionem, eamque colam, quantulacumque illa sit, quae habenda mihi tradetur.* Adde quod hoc jusjurandum ita concipitur, ut non possis non pronunciare, illius esse, qui sui jam sit juris. At-
155. qui Ephebi ante annum aetatis vicesimum sui non erant juris. Quare dicendum est, fuisse Epheborum, cum anno aetatis vicesimo in viros transcriberentur. Concipiebatur autem jusjurandum istud in aede Agrauli Cecropis filiae: claret e jam laudatis Pollucis, Ulpiani, Demosthenis verbis: Philochorus item [*in Schol. Ulpiani ad Demosth. Leg. Fals. p.* 264.] ἡ τοίνυν Ἄγραυλος ἑκοῦσα αὑτὴν ἐξέδωκεν εἰς θάνατον, ἔρριψε γὰρ ἑαυτὴν ἐκ τοῦ τείχους· εἶτα ἀπαλλαγέντες τοῦ πολέμου, ἱερὸν ὑπὲρ τούτου ἐστήσαντο αὐτῇ περὶ τὰ προπύλαια τῆς Ἀκροπόλεως, καὶ ἐκεῖσε ὤμνυον οἱ Ἔφηβοι μέλλοντες ἐξιέναι εἰς πόλεμον. item Philostratus *in Apollonii Vita Lib. IV. cap.* 21. ut optime emendat [1] CL. Meursius: οἱ πάλαι μὲν ὤμνυσαν ἐς Ἀγραύλου φοιτῶντες, ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖσθαι, καὶ ὅπλα στήσεσθαι. Huic *Agraulo* sacra ab Atheniensibus facta, initiaque instituta. Athenagoras: καὶ Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια ἄγουσι. Eaque videntur celebrata mense Hecatombaeone, atque per illa Ephebi, qui inscripti jam erant Lexiarchico, jusiurandum istud jurabant? in quo nonnulla sunt advertenda. ΟΥ ΚΑΤΑΙΣΧΥΝΩ ΤΑ ΟΠΛΑ ΤΑ ΙΕΡΑ. *Non dehonestabo haec sacra arma.* Quando hoc juramentum jurabant Ephebi, armis erant instructi. Ulpianus verbis jam ante laudatis: ἐν δὲ τῷ τεμένει τῆς Ἀγραύλου οἱ ἐξιόντες εἰς τοὺς Ἐφήβους ἐκ παίδων, μετὰ πανοπλιῶν ὤμνυον ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τῆς θρεψαμένης. Armis his, auspicandi causa, instruebantur, itaque, quae mea est conjectura, arma in ipsa aede Agrauli adservabantur, & ex illa tanquam armamentario deprompta jurаturi induebant; quare etiam haec arma *sacra* dicuntur, ΤΑ ΟΠΛΑ ΤΑ ΙΕΡΑ. Apud Polyaenum *Strategematum Lib. I. in Pisistrato* [C. 21, 2.] de ejus satellitibus: οἱ ἐπίκουροι προσελθόντες, καὶ τὰ ὅπλα ἀράμενοι, κατήνεγκαν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀγραύλου, quod huc, meo judicio, facit, nam arma illic adservata, pro more scilicet: Sequitur in juramento. ΟΥΔ' ΕΓΚΑΤΑΛΕΙΨΩ ΤΟΝ ΠΡΩΤΟΣΤΑΤΗΝ ΟΤΩι ΑΝ ΣΤΟΙΧΗΣΩ. *Neque deseram protostaten, quisquis ille sit, quem in versu meo excipiam.* ita hunc locum emendavimus, cum apud Pollucem edatur, ΟΥΔΕ ΚΑΤΑΛΕΙΨΩ ΤΟΝ ΠΡΟΣΤΑΤΗΝ Ωι ΑΝ ΤΥΧΩ. MS. Pollucis repraesentat ΣΤΟΙΧΩ ἀντὶ τοῦ ΤΥΧΩ. In Stobaei *Collectaneis* legitur. ΟΥΔ' ΕΓΚΑΤΑΛΕΙΨΩ ΤΟΝ ΠΑΡΑΣΤΑΤΗΝ ΟΤΩι ΑΝ ΣΤΟΙΧΗΣΩ. Sed rescribendum omnino est ΤΟΝ ΠΡΩΤΟΣΤΑΤΗΝ. quod verbum ΣΤΟΙΧΗΣΩ, plane evincit: nam in acie instruenda τὸ δὲ βάθος στοῖχος καλεῖται. καὶ τὸ μὲν ἐφεξῆς εἶναι κατὰ μῆκος, ζυγεῖν. τὸ δὲ ἐφεξῆς κατὰ βάθος στοιχεῖν. Itaque legendum est; [2] ΤΟΝ ΠΡΩΤΟΣΤΑΤΗΝ. Nam

ὅσα-

1 Vide ejus Athen. Attic. L. 1, 7.

2 Emendationem necessariam non esse, docent Viri Doctissimi ad *Pollucem*, & firmat *Lycurgus* Or. in Leocrat. p. 157., qui tamen cum ex jurisjurandi formula adversarium suum hunc in modum urget: τί δ' ὑπὲρ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἤμυνεν ἄν, ὁ μηδένα κίνδυνον ὑπομείνας; τίνι δ' ἂν τὴν πατρίδα προὔδωκε μείζονι προδοσίᾳ; οὐ γὰρ τοῦτο μόνον ἐγκαταλελοιπὼς, παρέδωκεν ὑποχείριον, non levi vitio deturpatus est. Dixerat in formula fuisse praeter alia, μηδὲ τὸν τάξιν λείψειν· ἀμυνεῖν δὲ τῇ πατρίδι καὶ ἄλλοις παραδώσειν. Debuit ergo: τίνι δ' ἂν τὴν πατρίδα παρέδωκε μείζονα; προδοσίᾳ γὰρ τοῦτο μόνον, &c. Res aperta est, neque, ut uberius conprobetur, indiget.

παραστάτης καλεῖται πᾶς ὁ ζυγῶν, inquit Aelianus *in Tacticis*: *καὶ ὁ μὲν τοῦ λοχαγοῦ ὀπίσω τεταγμένος, καλεῖται ἐπιστάτης. ὁ δὲ τούτου κατόπιν, ὁμοίως πρωτοστάτης, ὁ δ' ἐπὶ τούτου κατόπιν, ἐπιστάτης. ὥστε ὅλον τὸν στοῖχον ἐκ πρωτοστατῶν καὶ ἐπιστατῶν συντετάχθαι παραλλὰξ τεταγμένων.* Quod in jurejurando legitur: ΠΛΕΥΣΩ ΔΕ ΚΑΤΑ ΓΗΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑΡΩΣΩ, ΟΠΟΣΗΝ ΑΝ ΠΑΡΑΔΕΞΩΜΑΙ. *Navigabo in terram, eamque colam, quantulacumque illa sit, quae habenda mihi tradetur*: restituimus e Pollucis edito partim MS. codice, estque intelligendum de coloniis, quas deducebant admodum frequenter Athenienses: Hoc vero juramenti Kaput, *ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τῆς θρεψαμένης*, *Ad mortem usque pro nutricia terra dimicabo.* habes apud Ulpianum itemque Philostratum locis illis, quae in superioribus laudavimus: Istud vero, *ὅροις χρήσασθαι τῆς Ἀττικῆς, πυροῖς, κριθαῖς, ἀμπέλοις, ἐλαίαις, Fines agri Attici statuam, frumentum, hordeum, vites, oleas,* 156.
extat apud Plutarchum *in Alcibiade* [*p.* 198. *E.*] *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς γῆς συνεβούλευεν ἀντέχεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τὸν ἐν Ἀγραύλου προβαλλόμενος ἀεὶ τοῖς Ἐφήβοις ὅρκον, ἔργῳ βεβαιοῦν. ὀμνύουσι γὰρ ὅροις χρήσασθαι τῆς Ἀττικῆς, πυροῖς, κριθαῖς, ἀμπέλοις, ἐλαίαις· οἰκείαν ποιεῖσθαι διδασκόμενοι τὴν ἥμερον καὶ καρποφόρον.* Sui juramenti testes advocabant Deos Ephebi. ΙΣΤΟΡΕΣ ΘΕΟΙ, ΑΓΡΑΥΛΟΙ, ΕΝΥΑΛΙΟΣ, ΑΡΗΣ, ΖΕΥΣ, ΘΗΛΩ, ΗΓΕΜΟΝΗ. *Testes Dii sunto, Agrauli, Enyalius, Mars, Jupiter, Nutricia terra, Diana.* ΑΓΡΑΥΛΟΙ. id est, non tantum Agraulus Cecropis Filia, in cujus aede juratum, sed etiam Minerva, quae hoc cognomine Athenis colebatur. Harpocration: *Ἄγλαυρος*, sive *Ἄγραυλος*, quod idem est, *ἡ θυγάτηρ Κέκροπος. ἔστι δὲ ἐπώνυμον Ἀθηνᾶς.* ΕΝΥΑΛΙΟΣ, *Enyalius* Martis Filius est. Hesychius: *Ἐνυάλιος, ὁ Ἄρης, ἢ ὁ τούτου υἱός.* ΘΗΛΩ. ita restituimus, cum apud Pollucem legatur, ΘΑΛΛΩ ΑΥΞΩ, sed posterius istud interpretamentum prioris, sed corrupti nominis: expunximus itaque, & prius emendavimus, ΘΗΛΩ, id est, *Nutricia terra*, *ἡ θρεψαμένη, ἧς ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου* jurant Ephebi. Hesychius: *Θηλώ, τροφὸς, τήθη.* ΗΓΕΜΟΝΗ, *Diana*: [1] male apud Pollucem ΗΓΕΜΟΝΙ. Hesychius: *Ἡγεμόνη, Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη.* Romanorum moribus atque institutis parentes liberos sibi natos profitebantur in actis apud Praefectos aerarii, ex quo *cura tabularum publicarum a Quaestoribus ad Praefectos aerarii translata est*, quod factum Nerone imperante: Qua de professione multa jam diu viri maximi, qui monent cavendum esse, ne Capitolinus *in M. Aurelio* [C. 9.] fallat, qui ita de hac professione differit, quasi ille invenerit primus. Verba Capitolini sunt: *Inter haec liberales causas ita munivit* M. Aurelius, *ut primus juberet apud Praefectos aerarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri, intra tricesimum diem nomine imposito. Per Provincias tabulariorum publicorum usum instituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romae apud Praefectos aerarii.* Vetus editio, *intra tertium diem.* sed mendose: Verba autem ista, *nomine imposito*, otiosa sunt viris summis, nisi forte legas, *intra tricesimum diem a nomine imposito.* Ego vero conjicio legendum, *ut primus juberet apud Praefectos aerarii Saturnini unumquemque civium natos liberos profiteri intra tricesimum diem. Homine imposito per Provincias tabulariorum publicorum usum instituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romae apud Praefectos aerarii.* Locus laborabat ab interpunctione, & a mendo, quod fuit in proclive, cum facile mutetur H in N. emendationem nostram confirmat, quod sequi-

1 Id bene Petitus. Simile mendum e *Polyaeno* L. VIII, 52. sustulit *If. Causabon.*, cui junge *Ezech. Spanhem.* in *Callim.* H. Dian. vs. 227. Quod vero ΑΥΞΩ ex Polluce delet, & ΘΑΛΛΩ convertit in ΘΗΛΩ, eo labore si supersedisset, fecisset multo rectius. Tu *Joach. Kuhnium* adi ad *Polluc.* & *Pausaniam* L. IX, 35.

sequitur, *apud quos idem de originibus fieret*, istud enim *apud quos* non est quod possis ad alios referre, [1] quam *homines impositos per Provincias*. Atque ex his natalibus professionibus aetas probabatur: Quanquam pubertas non tantum ex annorum numero, sed etiam habitu corporis definiebatur, id est, ex aspectu erumpentis pubis, quae sententia fuit Prisci. Ulpianus *in Regulis juris* [*§. ult. de tut.*] *Puberem autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id est, qui generare possit. Proculeiani autem, eum qui quatuordecim annos explevit. verum Priscus eum puberem esse, in quem utrumque concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum:* cujus sententiam expressit Servius ad hunc versum Virgilii *Aeneid. VII. vs.* 53.

157. *Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.*

Verum praeter Romanorum instituta ad foeminam refert: *Non est iteratum*, inquit, *sed secundum jus dictum: in quo & ex annorum ratione, & ex habitu corporis aetas comprobatur.* At tamen etiamsi *habitus corporis* non concurrat, quem *vigoris vestigia* nominant Imperatores, dummodo anni quatuordecim numerentur, in puberibus censentur *l.* 4. *C. Qui testamenta facere possint.*

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Radoni.

Si frater patruelis tuus ante decimum quartum aetatis suae annum decessit, cum facere non potuit testamentum, nihil recte ex ejus postremo judicio postulatur. Nam si hanc aetatem egressus, licet vigoris *nondum emersissent* vestigia, *suum solenniter ordinavit judicium, hoc evellere frustra conaris. S. VI. Id. Novemb. Pantichi, CC. Conss.* Hujus inspectionis mentio apud Paulum Libro I. Quaestionum, cujus verba describemus, ut a mendo liberemus. *Minor viginti quinque annis, adito Praeside, ex* aspectu corporis *falso probavit perfectam aetatem. Curatores, cum intellexissent esse minorem, perseveraverunt in administratione: medio tempore, post probatam aetatem, ante impletum vicesimum quintum annum solutae sunt adulescenti pecuniae debitae: easque male consumpsit. Quaero, cujus sit periculum: & quid si Curatores quoque in eodem errore perseverassent, ut putarent majorem esse, & abstinuissent se ab administratione, curationem etiam restituissent: an periculum temporis, quod post probatam aetatem cessit, ad eos pertineat? Respondi: Hi, qui debita exsolverunt, liberati jure ipso, non debent conveniri iterum. Plane Curatores, qui scientes eum minorem esse, perseveraverunt in eodem officio, non debuerunt eum pati accipere pecunias debitas: & debebunt hoc nomine conveniri. Quod si & ipsi decreto Praesidis crediderunt, & administrare cessaverunt, vel etiam ratione reddiderunt, similes sunt ceteris debitoribus: ideoque non conveniuntur. l.* 32. *D. de minoribus.* Male hic editur, *& quid si Curatores quoque in eodem errore perseverassent*: unica voce: Non enim haec vox hujus est loci: Rescribo distinctis vocibus: *& quid si Curatores quoque in eodem errore*, [2] *per se verassent, ut putarent majorem esse, & abstinuissent se ab administratione, curationem etiam restituissent*: id est, si Curatores in eodem quoque versantes, ut qui & ipsi Praesidis decreto crederent, quantum ad se attinet repraesentassent vere atque opere ipso, credere eum majorem esse; vere autem atque opere repraesentabant istud credere, cum se ab administratione abstinerent, curationem etiam restituerent.

XI. Inter patriae potestatis jura fuit & istud *Abdicandi*, in eamque rem scripta Lex:

Τοὺς γονέας κυρίους εἶναι ἀποκηρύξαι. Parentibus liberos abdicare jus esto.

Meminit hujus Legis Demosthenes: *ἐν τῷ πρὸς* Βοιωτόν [*p.* 581.] *ὁ μὲν νόμος τοὺς γονέας ποιεῖ κυρίους ἀποκηρύξαι.* Quod juris non tantum in liberos, quos genuerant, sed etiam in adoptivos habuisse constat ex *Oratione* ejusdem

πρὸς

1 Quidni ad *tabularios publicos*? Imo *homine imposito* si refingas, longe inpeditior structura: neque enim ad eum, nisi perincommode, retuleris: *apud quos idem de originibus fieret.* Distinctione, uti vir magnus instituit, adhibita, in verbis nihil admodum desideratur.

2 Egregie profecto. Exspecto donec exemplis, quibus hoc genus continetur, firmetur locupletibus.

πρὸς Σπουδίαν de Leocrate, quem idem qui adoptaverat Polyeuctus abdicavit. Non abdicabantur autem nisi caussa cognita, & probata apud judices. Quinctilianus *Declamat. CCLXXXIII. Ceteros enim, quos abdicant patres, sine narratione culpae abdicare non possunt.* Lucianus *in Abdicato* [C. 10.] οὐ γὰρ ἅπασιν, ὦ πάτερ, ὁ νομοθέτης, οὐδὲ παῖδας υἱέας, οὐδὲ ὁσάκις ἂν ἐθέλωσιν ἀποκηρύττειν συγκεχώρηκεν, οὐδ' ἐπὶ πάσαις αἰτίαις: καὶ διὰ 158.
τοῦτο οὐκ ἐλευθέραν ἔφη γίγνεσθαι, οὐδ' ἄκριτον τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' εἰς δικαστήριον ἐκάλεσε, καὶ δοκιμαστὰς ἐκάθισε, τοὺς μήτε πρὸς ὀργὴν, μήτε διαβολὴν τὸ δίκαιον κρινοῦντας. Mox οὐκοῦν ἡγεῖτο ἀδίκαστον γίγνεσθαι τὸ πρᾶγμα, οὐδ' ἐξ ἐρήμης τοὺς παῖδας εὐθὺς ἁλίσκεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὕδωρ ἐγχεῖον, καὶ λόγος ἀποδίδοται, καὶ ἀνεξέταστον οὐδὲν καταλείπεται. ἐπεὶ τοίνυν ἔξεστι καὶ τοῦ μὲν ἐγκαλεῖν μόνος ὁ πατὴρ κύριος, τοῦ κρῖναι δὲ, εἰ εὔλογα αἰτιᾶται, ὑμεῖς οἱ δικάζοντες. Hinc apud Suidam: ἀποκήρυκτος ἐπὶ κολάσει ἐκβάλλεται. Patribus autem id conceditur, quia cujusmodi sint futuri, quos genuerint, ignorant [C. 9.] τοῦ μὲν γὰρ τὸν γεννηθέντα, πονηρὸν, ἢ χρηστὸν ἀποβήσεσθαι, οὐδὲν, οἶμαι, γνώρισμα ἦν. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἀναξίους τοῦ γένους παραιτεῖσθαι συγκεχώρηται, τοῖς ὅτε ἠγνόουν θρεψαμένοις. Fiebat autem abdicatio per praeconem, qui pronunciabat τὸν δεῖνα negare τὸν δεῖνα filium suum esse amplius. Habes apud Platonem *Libro de Legibus XI.* [*p.* 928. *D.*] ἐξεῖναι σφίσιν ἐὰν βούλωνται τὸν υἱὸν ὑπὸ κήρυκος ἐναντίον ἁπάντων ἀπειπεῖν υἱὸν κατὰ νόμον μηκέτι εἶναι. Atque ita excidebant patris familia. Hesychius: ἀποκήρυκτος, ὁ ἐπὶ ἁμαρτήμασιν ἐκπεσὼν τῆς πατρῴας οἰκίας. non tamen civitatis jure. Plato *ibid.* παῖς ἀποκεκηρυγμένος οὐκ ἂν ἐξ ἀνάγκης ἄπολις εἴη. *Abdicationum* autem *formae sunt duae: altera criminis perfecti, ut si abdicatur adulter, raptor. Altera imperfecti, velut pendentis, & adhuc in condicione positi: quales sunt, in quibus abdicatur filius, qui non pareat patri*: ut est apud Fabium *Libro VII. cap.* 4. Erat porro in patris potestate *abdicatum* reducere, ἀναλαμβάνειν εἰς τὸ γένος. Lucianus *loco laudato*: ἔλυε μὲν τὴν ἀποκήρυξιν, υἱὸν δὲ ἐξ ὑπαρχῆς ἐποιεῖτό με. An vero reducem iterum abdicare fas sit, controversum est: Negat tamen licere Lucianus, & ratio est, quia fierent ἀπέραντοι τῶν παίδων αἱ τιμωρίαι, καὶ πολλαὶ αἱ καταδίκαι, καὶ ὁ φόβος ἀΐδιος. Abdicationis caussas praecipuas recenset idem *loco laudato*, his verbis [C. 21.] τὰ μετὰ ταῦτα δὲ, τί τῶν πάντων αἰτία; τίνα θεραπείαν, τίνα ἐπιμέλειαν υἱοῦ παρῆκα; πότε ἀπόκοιτος ἐγενόμην; τίνας πότους ἀκαίρους; τίνας κώμους ἐγκαλεῖς; τίς ἀσωτεία; τίς πορνοβοσκὸς ὕβρισται; τίς ἠτιάσατο; οὐδὲ εἷς. καὶ μὴν ταῦτά ἐστιν, ἐφ' οἷς μάλιστα ὁ νόμος ἀποκηρύττειν ἐφίησιν. Atque *abdicatus* bonorum paternorum non erat particeps. Unde in Rhetorum scholis apud Hermogenem περὶ στάσεων Lex: ὁ ἀποκήρυκτος μὴ μετεχέτω τῶν πατρῴων. Quod intelligendum esse idem docet, quasi nihil possit de bonis paternis adipisci, κατὰ τοὺς περὶ τῶν παίδων νόμους. Quia vero hic sumus, illustrare conabimur locum ex Excerptis Controversiarum apud Senecam patrem *Libro I. Controversia I.* [*p.* 81.] *Quisquis alimenta a mendico rogatus est, nihil amplius quam iter ei monstrat. Vade ad fratrem: i. ad filium: jam quidam nobis eandem fortunam precantur. Crede mihi, sacra populi digna est.* Albutii Sili: *Tollite vestras divitias, quas huc atque illuc incertae fortunae fluctus appellet: redite in gratiam: innocens sum.* Corrupta putant viri praestantissimi verba ista: [1] *Sacra populi digna est:*

1 Vide *Jo. Frid. Gronovium* & *Jo. Schultingium*, quorum emendandi ratio multo mihi expeditior & elegantior videtur.

est: quanquam vox *facra*, contra quam volunt, optime hic legitur, fed eo fenfu, quem jam aperiemus, Deo dante: Thema Controverfiae hoc eft: *Duo fratres inter fe diffidebant: alteri filius erat: patruus in egeftatem incidit: patre vetante, adolefcens illum aluit: ob hoc abdicatus tacuit: adoptatus a patruo eft: patruus accepta haereditate, locuples factus eft: egere cepit pater: vetante patruo aluit illum: abdicatur.* Rhetor autem ille, qui adolefcentis partes tuetur verbis a nobis jam defcriptis, adolefcentem jure dediffe alimenta patri probat, quia, auctore populo & rogante, dedit: addit, fi redeant in gratiam, adolefcentem fore innocentem. Hic eft fenfus horum verborum meo quidem judicio: fed ea omnia
159. funt *Albutii Sili*: itaque refcribo & interpungo ad hunc modum, ALBUTII SILI. *Quisquis alimenta a mendico rogatus eft, nihil amplius quam iter ei monftra: Vade ad fratrem: i. ad filium: jam quidam nobis eandem fortunam: precantur, Crede: Mihi facra populi digna. Sed tollite veftras divitias, quas huc atque illuc incertae fortunae fluctus appellet: redite in gratiam: innocens fum.* Cum ftipem rogaret adolefcentis a patruo locuplete facto adoptati pater, a populo mifericordiam non ferebat, fed ad fratrem, & ad filium ire jubebatur: atque ita populus filio imperabat ut patrem aleret: non deerant quoque, qui fratri, qui filio, miferam hanc fenis fortunam, & populum iter ad eos monftrare referrent; preces quoque ad filium allegabant ut crederet vera a fe dici, populum ita juffiffe mifereri rogatum: *Mihi*, inquit adolefcens, *facra populi digna*: id eft: Ego auctoritatem populi non defugi: obfequium ejus poteftati merito detuli: Opponit itaque populi poteftatem, patriae adoptantis poteftati: cum illi non minus quam huic obfequium debeat. fignificat autem τὸ *facra* poteftatem. Gloffae vet. *In facris patris*, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατρός. Rurfum, ἐν ὑπεξουσιότητι, *In facris.*

Romanorum Legibus comprobata non eft *Abdicatio*: ut conftat e Refcripto Imperatorum Diocletiani & Maximiani Auguftorum *l. 6. C. de patria poteftate.*

Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Hermogeni.

Abdicatio, quae Graeco more ad alienandos liberos ufurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis Legibus non comprobatur. PP. XVII. Kal. Dec. Maximiano A. II. & Januario Conff. Sed mendum eft in Confulis nomine: non enim is fuit *Maximianus* Auguftus, cum poft Diocletianum Auguftum & Ariftobulum, nullus Imperator privato Collega Conful fuerit, ufque ad Juliani Augufti IV. & Saluftii Confulatum, ut teftatur Ammianus Marcellinus *Lib. XXIII.* [C. 1.] Sed eo anno Conful fuit *Maximus*. Habes in Lib. de Praefectis Urbi: [1] *Maximo II. & Januario Coff. III. Kal. Mart. Pomponius Januarius Pr. Urbi eligitur.* Refcribendum igitur eft in *lege*, *PP. XVII. Kal. Dec. Maximo II. & Januario Conff.* Filios igitur non abdicarunt Romani, cum *filium negare cuiquam liberum non fuerit*, *l. 9. C. eod.* fed tamen ablegarunt, & e confpectu fuo abire jufferunt, ut exempla apud Valerium Maximum liquido probant.

XII. Ante [2] Solonis νομοθεσίαν, non tam Lege, quam moribus populi Athe-

1 Secutus videtur Petitus *Onuphrium Panvinium*, qui Faftor. p. 260. verba Libelli ita citat. Ipfo in Libello, uti ab *Aegid. Bucherio* Comment. in *Victorii* Canon. p. 237. publicatus eft, *Maximiano II.* legitur. Neque aliter ceteri Faftorum conditores, fi tamen excipias *Jo. Malalam* Chronograph. p. 401, Imp. *Carum* ἐπὶ τῆς ὑπατείας Μαξίμου, Ἰαννουαρίου caefum adfirmantem, fed gravi errore. Subfcriptio *l.* VI. *C. de Patria poteftate* bene habet. *Ammianus Marcellinus* vel memoria lapfus eft, vel corruptas Confulum tabulas ob oculos habuit, ut praeter *Valefium* oftendit Cardinalis *H. Norifius* Differt. 1 de Numifm. Impp. Diocletiani & Maximiani C. 3. Junge *Ant. Pagi* Critic. in Ann. *Baronii* An. Chr. CCLXXXVIII.

2 Opportunus hic locus erat Legi περὶ ΤΩΝ ΑΚΡΙΤΩΝ, qua Solon patribus facultate mliberos indemnatos necandi detulit. *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypotypos. L. III. p. 180. Καὶ ὁ Σόλων Ἀθηναίοις τὸν περὶ τῶν ἀκρίτων νόμον ἔθετο, καθ' ὃν φονεύειν ἑκάστῳ τὸν ἑαυτοῦ παῖδα ἐπέτρεψε. Et *Hermogenes* de Invent. L. 1. C. 1. p. 83. Ἐπιδών τις τὸν μητρυιὸν ἀπέκτεινε τὸν υἱὸν κατὰ τὸν τῶν ΑΚΡΙΤΩΝ νόμον. Quae quidem loca non fugerunt *Jo. Meurfii* diligentiam Them. Attic. L. 1, 2., infuper ex *Sopatro* docentis, ipfis matribus, de quo tamen haud injuria dubites, idem jus fuiffe: ἐξεῖναι καὶ μητράσιν ἀκρίτως ἀναιρεῖν τοὺς παῖδας.

Atheniensium licebat liberos vendere, ut scribit Plutarchus *in Solone*: πολλοὶ δὲ καὶ παῖδας ἰδίους ἠναγκάζοντο πωλεῖν· οὐδεὶς γὰρ νόμος ἐκώλυε. At vero Solon Legem hanc tulit:

Μὴ ἐξεῖναι θυγατέρας πωλεῖν, [1] μήτ' ἀδελφὰς, πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγεγενημένην.	*Filiam aut sororem vendere nemini jus esto, nisi in ea adhuc virgine moechum deprehenderit.*

Legem habes apud Plutarchum *in Solone* [*p.* 91. *A.*] ἔτι δὲ, οὔτε θυγατέρας πωλεῖν, οὔτ' ἀδελφὰς δίδωσι, πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγεγενημένην. Interdixit igitur Liberos vendere, filias autem atque etiam sorores vendere permisit, si quis in iis adhuc virginibus moechum deprehendisset.

Apud Romanos diverse secundum diversa tempora observatum est: nam Lege Decemvirali ita cautum legimus: SI PATER FILIVM TER VENVM DVIT FILIVS A PATRE, LIBER ESTO. LIBEROS CETEROS SEMEL SI VENVM DVIT, SVI IVRIS 160.
SVNTO. Apud Dionysium Halicarnasseum *Libro II.* [*p.* 97.] καὶ τοῦτο συνεχώρησε τῷ πατρὶ, μέχρι τῆς τρίτης πράσεως ἀφ' υἱοῦ χρηματίζεσθαι. μείζονα δοὺς ἐξουσίαν πατρὶ κατὰ παιδὸς, ἢ δεσπότῃ κατὰ δούλου. Sed jus [2] istud mutavit: neque concessum fuit patribus liberos vendere: priusque illud jus abrogatum est, antequam vitae necisque in liberos potestas patribus denegaretur: colligo e *l.* 10. *C. De patria potestate.*

Imp. Constantinus Aug. ad Maximum P. V.

Libertati a majoribus tantum impensum est, ut patribus, quibus jus vitae in liberos, necisque potestas olim erat permissa, libertatem eripere non liceret. Dat. XV. Kal. Jun. Thessalonicae, Severo & Rufino Conss.

Neque hic audiendi sunt, qui *libertatis* nomine *ingenuitatem* intelligunt, nam nemo est, qui *ingenuitatem* eripiat homini libero: *libertatem* tamen & hostis, in cujus potestatem venit, & alius casus eripere potuit, & ipse quoque pater olim e Legibus XII. sed, ut diximus, Lex haec abrogata, & patribus denegatum libertatem eripere, idque antequam illis etiam denegaretur vitae necisque potestas in liberos.

Atqui Pauli, qui imperante Alexandro Severo floruit, aetate, liberos patribus non licebat occidere. Pauli enim Libro II. ad Sabinum haec sunt verba: *Hac ex causa, filii familias licet non sint heredes instituti, domini sunt: nec obstat, quod licet eos exheredare, quod & occidere licebat. l.* 11. *D. de Liberis & posthumis heredibus instituendis.* Dixit Paulus, [3] *quod & occidere licebat*, quia sua aetate non amplius licitum fuit: *Nam patria potestas in pietate debet, non atrocitate consistere. l.* 5. *D. ad Legem Pompeïam de parricidiis*: & forte primus auctor Hadrianus: nam is *fertur, cum in venatione filium suum quidam necaverat, qui novercam adulterabat, in insulam eum deportasse: quod latronis magis, quam patris jure, eum interfecit*, inquit Marcianus Libro XIV. Institutionum, ut habes *d. l.* 5. *D. ad Legem Pompeïam de parricidiis*: etenim *pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. l.* 22. *§.* 4. *D. ad Legem Juliam de Adulteriis.* Eodem.

1 Ex hac lege actio προδοσίας τῆς ἀδελφῆς Aristogitoni fuit intentata: ferebatur enim sororem ea conditione vendidisse, ut aliorsum aveheretur, ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο, *Demosthenes* inquit Orat. 1. in Aristogit. p. 490.

2 De jure vendendae prolis apud Romanos accuratissime Ampl. *Corn. van Bynkershoek* Opusc. de jure occid. vend. & expon. liberos C. 6. & 8.

3 *Paulli* verbis eamdem in rem usus est, a Petito non longe recedens, *Jac. Gothofredus* ad *L.* 2. *C. Th. de Liber. Caus.* De ipso tempore, quo liberorum haec carnificina cessarit, utrum aetate Trajani, Hadriani & Antonini Pii, an demum imperantibus Valentiniano, Valente & Gratiano, nota controversia est, magna eruditione nec minoribus animis nostra aetate agitata inter egregios viros *Corn. van Bynkersboek* & *Gerardum Noodt*, cujus *Julium Paullum* C. 3. & 4. atque *Amicam Responsionem*, sicuti illius *Opuscul. de Jure occid. vendendi & exponendi liber.* & *Curas Secundas de Jure occid. & expon. liber.* si cum cura evolveris, rem explorate percipies universam.

est: quanquam vox *sacra*, contra quam volunt, optime hic legitur, sed eo sensu, quem jam aperiemus, Deo dante: Thema Controversiae hoc est: *Duo fratres inter se dissidebant: alteri filius erat: patruus in egestatem incidit: patre vetante, adolescens illum aluit: ob hoc abdicatus tacuit: adoptatus a patruo est: patruus accepta haereditate, locuples factus est: egere cepit pater: vetante patruo aluit illum: abdicatur.* Rhetor autem ille, qui adolescentis partes tuetur verbis a nobis jam descriptis, adolescentem jure dedisse alimenta patri probat, quia, auctore populo & rogante, dedit: addit, si redeant in gratiam, adolescentem fore innocentem. Hic est sensus horum verborum meo quidem judicio: sed ea omnia
159. sunt *Albutii Sili*: itaque rescribo & interpungo ad hunc modum, ALBUTII SILI. *Quisquis alimenta a mendico rogatus est, nihil amplius quam iter ei monstra: Vade ad fratrem: i. ad filium: jam quidam nobis eandem fortunam: precantur, Crede: Mihi sacra populi digna. Sed tollite vestras divitias, quas huc atque illuc incertae fortunae fluctus appellet: redite in gratiam: innocens sum.* Cum stipem rogaret adolescentis a patruo locuplete facto adoptati pater, a populo misericordiam non ferebat, sed ad fratrem, & ad filium ire jubebatur: atque ita populus filio imperabat ut patrem aleret: non deerant quoque, qui fratri, qui filio, miseram hanc senis fortunam, & populum iter ad eos monstrare referrent; preces quoque ad filium allegabant ut crederet vera a se dici, populum ita jussisse misereri rogatum: *Mihi*, inquit adolescens, *sacra populi digna*: id est: Ego auctoritatem populi non defugi: obsequium ejus potestati merito detuli: Opponit itaque populi potestatem, patriae adoptantis potestati: cum illi non minus quam huic obsequium debeat. significat autem τὸ *sacra* potestatem. Glossae vet. *In sacris patris*, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατρός. Rursum, ἐν ὑπεξουσιότητι, *In sacris*.

Romanorum Legibus comprobata non est *Abdicatio*: ut constat e Rescripto Imperatorum Diocletiani & Maximiani Augustorum *l.* 6. *C. de patria potestate.*

Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Hermogeni.

Abdicatio, quae Graeco more ad alienandos liberos usurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis Legibus non comprobatur. PP. XVII. Kal. Dec. Maximiano A. II. & Januario Conss. Sed mendum est in Consulis nomine: non enim is fuit *Maximianus* Augustus, cum post Diocletianum Augustum & Aristobulum, nullus Imperator privato Collega Consul fuerit, usque ad Juliani Augusti IV. & Salustii Consulatum, ut testatur Ammianus Marcellinus *Lib. XXIII.* [C. 1.] Sed eo anno Consul fuit *Maximus*. Habes in Lib. de Praefectis Urbi: [1] *Maximo II. & Januario Coss. III. Kal. Mart. Pomponius Januarius Pr. Urbi eligitur.* Rescribendum igitur est in *lege*, *PP. XVII. Kal. Dec. Maximo II. & Januario Conss.* Filios igitur non abdicarunt Romani, cum *filium negare cuiquam liberum non fuerit*, *l.* 9. *C. eod.* sed tamen ablegarunt, & e conspectu suo abire jusserunt, ut exempla apud Valerium Maximum liquido probant.

XII. Ante [2] Solonis νομοθεσίαν, non tam Lege, quam moribus populi Athe-

1 Secutus videtur Petitus *Onuphrium Panvinium*, qui Fastor. p. 260. verba Libelli ita citat. Ipso in Libello, uti ab *Aegid. Bucherio* Comment. in *Victorii* Canon. p. 237. publicatus est, *Maximiano II.* legitur. Neque aliter ceteri Fastorum conditores, si tamen excipias *Jo. Malalam* Chronograph. p. 401, Imp. *Carum* ἐπὶ τῆς ὑπατείας Μαξίμου, Ἰανουαρίου caesum adfirmantem, sed gravi errore. Subscriptio *l.* VI. *C. de Patria potestate* bene habet. *Ammianus Marcellinus* vel memoria lapsus est, vel corruptas Consulum tabulas ob oculos habuit, ut praeter *Valesium* ostendit Cardinalis *H. Norisius* Differt. 1 de Numism. Impp. Diocletiani & Maximiani C. 3. Junge *Ant. Pagi* Critic. in Ann. *Baronii* An. Chr. CCLXXXVIII.

2 Opportunus hic locus erat Legi περὶ ΤΩΝ ΑΚΡΙΤΩΝ, qua Solon patribus facultate m liberos indemnatos necandi detulit. *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypotypos. L. III. p. 180. Καὶ ὁ Σόλων Ἀθηναίοις τὸν περὶ τῶν ἀκρίτων νόμον ἔθετο, καθ᾽ ὃν φονεύειν ἐκάστῳ τὸν ἑαυτοῦ παῖδα ἐπέτρεψε. Et *Hermogenes* de Invent. L. I. C. I. p. 83. Ἐνόμισέ τις τῶν μετοίκων ἀπέκτεινε τὸν υἱὸν κατὰ τὸν τῶν ΑΚΡΙΤΩΝ νόμον. Quae quidem loca non fugerunt *Jo. Meursii* diligentiam Them. Attic. L. I, 2., insuper ex *Sopatro* docentis, ipsis matribus, de quo tamen haud injuria dubites, idem jus fuisse: ἐξεῖναι καὶ μητράσιν ἀκρίτως ἀναιρεῖν τοὺς παῖδας.

Atheniensium licebat liberos vendere, ut scribit Plutarchus *in Solone*: πολλοὶ γὰρ καὶ παῖδας ἰδίους ἠναγκάζοντο πωλεῖν· οὐδεὶς γὰρ νόμος ἐκώλυε. At vero Solon Legem hanc tulit:

Μὴ ἐξεῖναι θυγατέρας πωλεῖν, [1] μήτ' ἀδελφὰς, πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγεγονυῖαν.	*Filiam aut sororem vendere nemini jus esto, nisi in ea adhuc virgine moechum deprehenderit.*

Legem habes apud Plutarchum *in Solone* [*p.* 91. *A.*] ἔτι δὲ, οὔτε θυγατέρας πωλεῖν, οὔτ' ἀδελφὰς δίδωσι, πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγεγενημένην. Interdixit igitur Liberos vendere, filias autem atque etiam sorores vendere permisit, si quis in iis adhuc virginibus moechum deprehendisset.

Apud Romanos diverse secundum diversa tempora observatum est: nam Lege Decemvirali ita cautum legimus: SI PATER FILIVM TER VENVM DVIT FILIVS A PATRE, LIBER ESTO. LIBEROS CETEROS SEMEL SI VENVM DVIT, SVI IVRIS 160.
SVNTO. Apud Dionysium Halicarnasseum *Libro II.* [*p.* 97.] καὶ τοῦτο συνεχώρησε τῷ πατρὶ, μέχρι τῆς τρίτης πράσεως ἀφ' υἱοῦ χρηματίζεσθαι. μείζονα δοὺς ἐξουσίαν πατρὶ κατὰ παιδὸς, ἢ δεσπότῃ κατὰ δούλου.

Sed jus [2] istud mutavit: neque concessum fuit patribus liberos vendere: priusque illud jus abrogatum est, antequam vitae necisque in liberos potestas patribus denegaretur: colligo e *l.* 10. *C. De patria potestate.*

Imp. Constantinus Aug. ad Maximum P. V.

Libertati a majoribus tantum impensum est, ut patribus, quibus jus vitae in liberos, necisque potestas olim erat permissa, libertatem eripere non liceret. Dat. XV. Kal. Jun. Thessalonicae, Severo & Rufino Conss.

Neque hic audiendi sunt, qui *libertatis* nomine *ingenuitatem* intelligunt, nam nemo est, qui *ingenuitatem* eripiat homini libero: *libertatem* tamen & hostis, in cujus potestatem venit, & alius casus eripere potuit, & ipse quoque pater olim e Legibus XII. sed, ut diximus, Lex haec abrogata, & patribus denegatum libertatem eripere, idque antequam illis etiam denegaretur vitae necisque potestas in liberos.

Atqui Pauli, qui imperante Alexandro Severo floruit, aetate, liberos patribus non licebat occidere. Pauli enim Libro II. ad Sabinum haec sunt verba: *Hac ex causa, filii familias licet non sint heredes instituti, domini sunt: nec obstat, quod licet eos exheredare, quod & occidere licebat. l.* 11. *D. de Liberis & posthumis heredibus instituendis.* Dixit Paulus, [3] *quod & occidere licebat*, quia sua aetate non amplius licitum fuit: *Nam patria potestas in pietate debet, non atrocitate consistere. l.* 5. *D. ad Legem Pompeïam de parricidiis*: & forte primus auctor Hadrianus: nam is *fertur, cum in venatione filium suum quidam necaverat, qui novercam adulterabat, in insulam eum deportasse: quod latronis magis, quam patris jure, eum interfecit*, inquit Marcianus Libro XIV. Institutionum, ut habes *d. l.* 5. *D. ad Legem Pompeïam de parricidiis*: etenim *pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. l.* 22. §. 4. *D. ad Legem Juliam de Adulteriis.* Eodem.

1 Ex hac lege actio πράσεως τῆς ἀδελφῆς Aristogitoni fuit intentata: ferebatur enim sororem ea conditione vendidisse, ut aliorsum veheretur, ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο, *Demosthenes* inquit Orat. 1. in Aristogit. p. 490.

2 De jure vendendae prolis apud Romanos accuratissime Ampl. *Corn. van Bynkershoek* Opusc. de jure occid. vend. & expon. liberos C. 6. & 8.

3 *Paulli* verbis eamdem in rem usus est, a Petito non longe recedens, *Jac. Gothofredus* ad *L.* 2. *C. Th. de Liber. Caus.* De ipso tempore, quo liberorum haec carnificina cessarit, utrum aetate Trajani, Hadriani & Antonini Pii, an demum imperantibus Valentiniano, Valente & Gratiano, nota controversia est, magna eruditione nec minoribus animis nostra aetate agitata inter egregios viros *Corn. van Bynkershoek* & *Gerardum Noodt*, cujus *Julium Paullum* C. 3. & 4. atque *Amicam Responsionem*, sicuti illius *Opuscul. de Jure occid. vendendi & exponendi liber.* & *Curas Secundas de Jure occid. & expon. liber.* si cum cura evolveris, rem explorate percipies universam.

demque tempore caeptum est in servos non saevire. Gaïus Institutionum Libro I. quem post exemptum rebus humanis Antoninum Pium scripsit: *Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt, licet supra modum, & sine causa legibus cognita in servos suos saevire. Nam ex constitutione Divi Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri jubetur, quam qui alienum servum occiderit. Sed & major asperitas dominorum ejusdem Principis constitutione coërcetur. l. 1. §. 2. D. de his, qui sui, vel alieni juris sunt.* Scribit item Ulpianus Libro VIII. de officio Proconsulis, *Divum Hadrianum Umbriciam quandam matronam in quinquennium relegavisse, quod ex levissimis causis ancillas atrocissime tractasset. l. 2. D. eod.* Quanquam sanguinolentos exponere, quod poene necare est, patribus concessum fuit.

Antequam autem, ut jam diximus, potestas vitae necisque in liberos patribus adimeretur, ademptum illis fuerat jus liberos vendendi, ut e *lege illa ult. C. de patria potestate*, constare videtur. Quare ante aetatem Pauli, ipsiusque adeo, ut puto, Hadriani aevo, *patribus libertatem eripere non licuit.* Quanquam aliquid paulo post hac in re immutatum est: nam Pauli temporibus, si cogeret
161. egestas, adeo ut ipse pater non posset alendis liberis sufficere, vendere eos illi licebat. Paulus *Libro V. Sententiarum Tit. I. §. 1. Qui contemplatione extremae necessitatis, aut alimentorum gratia, filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non praejudicant. Homo enim liber nullo pretio aestimatur. Iidem nec pignori ab his, aut fiduciae dari possunt. Ex quo facto sciens creditor deportatur. Operae tamen eorum locari possunt.* Neque tamen id etiam postea concessum est: sed omni omnino liberorum venditione patribus interdictum est: ut constat e Diocletiani Constitutione *l. 1. C. de patribus, qui filios suos distraxerunt.*

Impp. Diocletianus & Maximianus Augusti Papinianae.

Liberos a parentibus neque venditionis, neque donationis titulo, neque pignoris jure, aut aliquo quolibet modo, nec sub praetextu ignorantiae accipientis in alium transferri posse, manifestissimi juris est.

Cum tamen obtineri non posset, ut patres egestate laborantes ab oppigneratione, si non venditione liberorum, abstinerent: utraque hac patribus interdixit Constantinus Magnus *l. 2. Cod. Theod. de alimentis, quae inopes parentes de publico petere debent.*

Imp. Constantinus Augustus Menandro.

Provinciales egestate victus atque alimoniae inopia laborantes, liberos suos vendere vel obpignorare cognovimus. Quisquis igitur hujusmodi reperietur, qui nulla rei familiaris substantia fultus est, quique liberos suos aegre ac difficile sustentet: per fiscum nostrum antequam fiat calamitati obnoxius, adjuvetur: ita ut Proconsules, Praesidesque & Rationales per universam Africam habeant potestatem, & universis quos adverterint, in egestate miserabili constitutos, stipem necessariam largiantur: atque ex horreis substantiam protinus tribuant competentem. abhorret enim nostris moribus, ut quenquam fame confici, vel ad indignum facinus prorumpere concedamus. Dat. prid. Non. Jul. Romae, Probiano & Juliano Coss. Anni sequentis, id est, Christianae aerae tercentesimi vicesimi tertii, Constitutio ejusdem Constantini, qua nullo modo eripi posse libertatem testatur *d. l. 10. C. de patria potestate.*

Imp. Constantinus Augustus ad Maximum P. V.

Libertati a majoribus tantum impensum est, ut patribus, quibus jus vitae in liberos, necisque potestas olim erat permissa, libertatem eripere non liceret. Dat. XV. Kal. Jun. Thessalonicae, Severo & Rufino Consf.

Non potuit tamen extorquere Constantinus a populo, quin patres in egestate destituti liberos suos venderent victus causa, quantumvis ipse ne id fieret, Legibus cavisset: itaque sanguinolentos & adhuc a matre rubentes liberos patribus vendere victus causa permisit *l. 2. C. de patribus, qui filios suos distraxerunt.*

Imp. Constantinus Augustus Provincialibus salutem.

Si quis propter nimiam paupertatem egestatemque victus causa filium filiamve sanguinolentos vendiderit, venditione in hoc tantummodo casu valente, emptor obtinendi

ejus servitii habeat facultatem. liceat autem ipsi qui vendidit, vel alienatus est, aut cuilibet alii ad ingenuitatem eum propriam repetere: modo si aut precium afferat, quod potest valere, aut mancipium pro ejusmodi praestet.

Atque haec Constantini Constitutio obtinuit, quod ad liberorum venditionem victus causa attinet, Theodosii Magni temporibus, non autem quod spectat pretium offerendum, ut venditus ingenuitati pristinae reformetur. Legem habes *Cod. Theod. eod.* 162.

XIII. Inter praecipuas Solonis curas fuit liberorum educatio atque institutio, de qua haec ejus Lex habetur:

Τοὺς παῖδας διδάσκεσθαι πρῶτον νεῖν τε καὶ γράμματα, καὶ τοὺς μὲν ὑποδεεστέρως πράττοντας, ἔπειτα περὶ τὰς γεωργίας, καὶ τὰς ἐμπορίας, καὶ τὴν τέχνην· τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένους περί τε μουσικὴν, καὶ ἱππικὴν, καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ κυνηγέσια, καὶ τὴν φιλοσοφίαν διατρίβειν.

Pueri natare & literas primum docentor. Tenuiores deinde ruri opus facere, aut peregre ad mercatum ire, aut artem exercere: Honestiores vero in Musicis, in re equestri, in Gymnicis, ad venandum, in Philosophia, instituuntor.

Primum igitur natare & literas docebantur, unde natum [1] Proverbium, de quo Diogenianus [*VI*, 56.] *μήτε νεῖν, μήτε γράμματα, ἐπὶ τῶν ἀμαθῶν. ταῦτα γὰρ ἐκπαιδόθεν ἐν ταῖς Ἀθήναις ἐμάνθανον.* Suidas, & Vaticana Proverbiorum Appendix: παρὰ Ἀθηναίοις εὐθὺς ἐκ παιδὸς κολυμβᾶν καὶ γράμματα ἐδιδάσκοντο. Anonymus ad Aphthonium cur id docerentur, aperit, nempe ut possent Leges nosse, & Reipublicae operam, quam debent, praestare in bellis navalibus: οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι τὸ παλαιὸν τοὺς ἑαυτῶν παῖδας γράμματα καὶ νήχεσθαι ἐξεπαίδευον. τὸ μὲν διὰ τοὺς νόμους· τὸ δὲ διὰ τὰς ναυμαχίας. Seneca *Controversia XXVII.* ex emendatione Viri Cl. Schotti: *Sciebam hoc te facturum; & matri tuae quaerenti de tua desidia dixeram,* πρῶτον κολυμβᾶν, δεύτερον δὲ γράμματα. Ubi provectiores facti fuerant, pro facultatum modulo in ceteris instituebantur. Nam tenuiores fortunae homines liberos suos ruri opus facere docebant, ut est in palliata Menandri apud Terentium fabula *Adelphis* [*Act. I*, 1, 20.] aut artificium discebant, ut e sequenti Lege constabit; aut peregre ad mercatum ablegabantur, ut habes in Comoediis: Honestiores vero instituebantur in musicis, in gymnicis, in re equestri, ad venandum, in Philosophia. Isocratis *Orat. Areopagitica de Solone & Clisthene Atheniensibus Legumlatoribus* [*p.* 217.] ἁπάντων μὲν οὖν ἐφρόντιζον τῶν πολιτῶν, μάλιστα δὲ τῶν νεωτέρων. ὡς δὲ πρὸς τὴν οὐσίαν ἥρμοττεν, οὕτως ἑκάστοις προσέταττον διατριβάς. τοὺς μὲν γὰρ ὑποδεέστερον πράττοντας, ἐπὶ τὰς γεωργίας καὶ τὰς ἐμπορίας ἔτρεπον· εἰδότες, τὰς μὲν ἐμπορίας, διὰ τὰς ἀργίας γιγνομένας· τὰς δὲ κακουργίας, διὰ τὰς ἀπορίας· τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένους, περί τε ἱππικὴν, καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ κυνηγέσια, καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἠνάγκασαν διατρίβειν. De his honestiorum juvenum studiis Terentianus Simo *in Andria* [*Act. I*, 1, 28.]

Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad Philosophos:
Horum ille nihil egregie praeter cetera
Studebat: & tamen omnia haec mediocriter.

Rursum idem *Eunucho* [*Act. III*, 2, 24.]

—— *Fac*

1 Vide *Platonem* L. III. de Legib. p. 689. D.

——— *Fac periculum in literis,*
Fac in palaestra, in musicis: quae liberum
Scire aequum est adolescentem, sollertem dabo.

163. Donatus: *Quondam liberi pueri his artibus erudiebantur.* Plato *Critone* [*p.* 50. *D.*] ἢ οὐ καλῶς προσέταττον ἡμῶν οἱ ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι νόμοι, παραγγέλλοντες τῷ πατρὶ τῷ σῷ σε ἐν μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ παιδεύειν. [1] Idem *Theage* [*p.* 122. *E.*] οὐκ ἐδιδάξατο σε ὁ πατὴρ καὶ ἐπαίδευσεν ἅπερ ἐνθάδε οἱ ἄλλοι παιδεύονται, οἱ τῶν καλῶν κἀγαθῶν πατέρων υἱεῖς; οἷον γράμματά τε καὶ κιθαρίζειν, καὶ παλαίειν, καὶ τὴν ἄλλην ἀγωνίαν; ΘΕΑΓ. ἐμέ γε. Olympiodorus in nondum edita Platonis vita: ἐν ἡλικίᾳ δὲ γενόμενος, πρῶτον μὲν ἐφοίτησε Διονυσίῳ τῷ Γραμματιστῇ πρὸς μάθησιν κοινῶν γραμμάτων· εἶτα μετ' ἐκεῖνον, Γυμναστῇ μὲν ἐχρήσατο διδασκάλῳ Αρίστωνι τῷ Αργείῳ. Μουσικῆς δὲ διδάσκαλον εἶχε (γρ. ἔσχε) Δράκοντα τὸν Δάμονος μαθητήν. τρία δὲ ταῦτα ἐπαιδεύοντο οἱ Αθήνησι παῖδες. φημὶ δὲ γράμματα, Μουσικὴν, παλαίειν. καὶ ὁ Αλκιβιάδης δὲ παρ' αὐτῷ τὰ τρία ταῦτα φαίνεται παιδευθείς. Ad venaturam se exercebant, qui ad bellum redderentur aptiores. Athenaeus *Libro I.* καὶ ἐπικυνηγεσίας δὲ ἐξιᾶσιν οἱ νέοι, πρὸς μελέτην τῶν πολεμικῶν κινδύνων.

XIV. Quanta pietate colendi sint parentes secundum Deum sanxit suis Legibus Solon, poena irrogata si quis secus fecisset: haec enim ejus Lex est:

Ο τοὺς γονέας τύπτων, ἢ μὴ τρέφων, ἢ μὴ παρέχων οἴκησιν, καὶ τὰ ἐπιτήδεια, ἄτιμος ἔστω.	*Si quis parentes pulsaverit, aut non aluerit, aut tectum ad habitandum ceteraque necessaria non praebuerit, ignominiosus esto.*

Appellatur haec Lex ab Atticis Jureconsultis τὸν τῶν γονέων κακώσεως; malae tractationis parentum, non tantum natura, sed etiam adoptione, cujus meminit Lysias ἐν τῷ κατὰ Αγοράτου [C. 23.] ὅστις οὖν τόν τε γόνῳ πατέρα τὸν αὐτοῦ ἔτυπτε, καὶ οὐδὲν παρεῖχε τῶν ἐπιτηδείων, τόν τε ποιητὸν πατέρα ἀφείλετο ἃ ἦν ὑπάρχοντα ἐκείνῳ ἀγαθὰ, πῶς οὐ καὶ διὰ τοῦτο καὶ διὰ τὸν τῆς κακώσεως νόμον ἄξιός ἐστι θανάτῳ ζημιωθῆναι; Sed morte non luebat, qui in hanc Legem incurrerat, verum ignominia notabatur: neque capite luisse dixit Lysias, mortem tamen commeritum fuisse Agoratum pronunciat, quia non tantum in hanc malae parentum tractationis Legem commiserat, sed etiam aliorum reus erat criminum. [2] Ignominiosus igitur erat, qui hanc Legem temerarat. Aeschynes ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [*p.* 5.] δοκιμασία (φησί) Ῥητόρων. ἄν τις λέγῃ ἐν τῷ δήμῳ τὸν πατέρα τύπτων, ἢ τὴν μητέρα, ἢ μὴ τρέφων, ἢ μὴ παρέχων οἴκησιν, τοῦτον οὐκ ἐᾷ λέγειν. Itaque expressis verbis habes apud Diogenem Laërtium *in Solone* [§. 55.] ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω. Quae sit haec capitis minutio, ostendit comparatio Legum ἀστρατείας, & malae parentum tractationis, quas conjungit Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [*p.* 461.] nempe ὁλόκληρον ἠτιμοῦντο. Nam eos ὁ νόμος ἔξω τῶν περιρραντηρίων τῆς ἀγορᾶς ἐξείργει, καὶ οὐκ ἐᾷ στεφανοῦσθαι

1 Saepe *Plato* huc respicit, ut Lib. VII. de L. L. p. 809. & aliis in locis, quae Ill. *Spanhem.* signavit ad *Aristoph.* Nub. vs. 961.

2 Praeter ignominiam, qua convicii adspergebantur, nonnunquam actio περὶ τῶν χειρῶν instituebatur, veniebantque in periculum manus, quibus parentes pulsarant, amittendi. Docet *Jo. Meursius* Them. Att. C. 2. & *Spanhem.* in Nub. vs. 1328. *Aristophanis.*

σθαι ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανηφορίαις, οὐδὲ εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, & ita οὐδενὸς μετέχειν τῶν κοινῶν, inquit Ulpianus ad Demosthenem. Certe, ne quid de pulsatis parentibus dicam, *iniquissimum est patrem egere, cum filius sit in facultatibus. l. 5. §. 13. D. de agnoscendis & alendis liberis vel parentibus.* [1] Meminit hujus Kapitis Legis Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [p. 461.] οἱ νόμοι καὶ ζῶντας ἀναγκάζουσι τοὺς παῖδας τοὺς γονέας τρέφειν. πελαργικὸν νόμον ludens suo more dixit Aristophanes *Avibus* [vs. 1353.]

ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν νόμος
παλαιὸς ἐν ταῖς τῶν πελαργῶν κύρβεσιν.
ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους
Πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδεῖς τρέφων, 164.
Δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Meminit Legis Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου [p. 72.] ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ περὶ τῆς κακώσεως νόμου δῆλόν ἐστιν. εἰ γὰρ ἔζη μὲν ὁ πάππος, οὐδεὶς δὲ ἦν τῶν ἐπιτηδείων, οὐκ ἂν οὗτος ὑπόδικος ἦν τῆς κακώσεως, ἀλλ' ἡμεῖς. κελεύει γὰρ τρέφειν τοὺς γονέας· γονεῖς δ' εἰσὶ μήτηρ καὶ πατὴρ, πάππος καὶ τήθη· καὶ τούτων μήτηρ καὶ πατὴρ, ἐὰν ἔτι ζῶσιν. ἐκεῖνοι γὰρ ἀρχὴ τοῦ γένους εἰσὶ, καὶ τὰ ἐκείνων παραδίδοται τοῖς ἐκγόνοις. διόπερ ἀνάγκη τρέφειν αὐτοὺς ἐστι, κἂν μηδὲν καταλίπωσι. Quare vere Plato *Libro de Legibus IV.* [p. 717. B.] νομίζειν δὲ, ἃ κέκτηται καὶ ἔχει, πάντα εἶναι τῶν γεννησάντων, πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἐκείνοις κατὰ δύναμιν πᾶσαν. & Theophrastus apud Stobaeum [*Serm. III. p.* 40.] γονεῖς γηροτροφεῖν καλῶς. ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος, ἀλλὰ τῶν τε τῆς φύσεως, τῶν τε τῆς πόλεως νόμων ὀλιγορῶν, ἀμφοτέροις τοὺς τῆς δικαιοσύνης τρόπους παραβέβηκε. Harpocration: Κακώσεως, δίκης ὄνομά ἐστι, κατὰ τῶν παίδων τοῖς γονεῦσι. Apud Praetorem, qui signabat Fastos, scribebatur haec dica. Pollux *Libro VIII. cap.* 9. δίκαι δὲ πρὸς Ἄρχοντα λαγχάνονται κακώσεως. Scribebat autem dicam, qui vellet: ἐξῆν καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι κακώσεως γονέων, ut ex Hyperide ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πυράνδρου κλήρου, & Lysia κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, εἰ γνήσιος, docet Harpocration. Qui autem hanc dicam judicarint, pro certo compertum dicere non habeo: Mihi quidem videntur, quemadmodum illam τῆς παρανοίας, quam scribebant liberi parentibus, ita quoque τῆς κακώσεως γονέων judicasse οἱ Φράτορες. Additur quoque ab Harpocratione: ἦν δὲ καὶ ἄνευ ὕδατος. Quae verba Amplissimus Maussacus noster fidem secutus codicis MS. cum in aliis editionibus deessent, tanquam legitima reposuit: nempe haec lis malae parentum tractationis ad clepsydram, sive πρὸς μεμετρημένην ἡμέραν non agebatur, ut verba haec sonant: Sed nullus dubito inemendata esse: Nam ad clepsydram agebantur caussae, quae magni esse censebantur momenti. Harpocration: διαμεμετρημένη ἡμέρα, μέτρον τι ὕδατός ἐστι, πρὸς μεμετρημένον ἡμέρας διάστημα ῥέον· ἐμετρεῖτο δὲ τῷ Ποσειδεῶνι μηνί· πρὸς δὲ τοῦτο ἠγωνίζοντο οἱ μέγιστοι καὶ περὶ τῶν μεγίστων ἀγῶνες· διενέμετο δὲ εἰς τρία μέρη τὸ ὕδωρ· τὸ μὲν τῷ διώκοντι· τὸ δὲ τῷ φεύγοντι· τὸ τρίτον τοῖς δικάζουσι. Atqui hic ἀγὼν malae parentum tractationis erat περὶ

1 Adde ejusdem *Philip.* IV. p. 82. & *Platon.* IX. L. L. p. 881.

περὶ τῶν μεγίστων. nam convictus malae tractationis, infamia notabatur, quae maxima erat capitis minutio, καὶ μηδενὸς μετεῖχε τῶν κοινῶν, ut ſcribit Ulpianus. Quare dubium eſſe non poteſt, quin ad clepſydram, καὶ πρὸς διαμεμετρημένην ἡμέραν, ageretur ἡ τῆς κακώσεως τῶν γονέων δίκη. quomodo etiam apud judices probabantur abdicationis cauſae, & πρὸς ὕδωρ, diſceptabatur. Lucianus *Abdicato* [C. 10.] ἐκείνου ἡγεῖτο ἀδίκαστον γίγνεσθαι τὸ πρᾶγμα, οὐδ᾽ ἐξ ἐρήμης τοὺς παῖδας εὐθὺς ἁλίσκεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὕδωρ ἐγχεῖσθαι, καὶ λόγον ἀποδίδοσθαι, καὶ ἀνεξέταστον οὐδὲν καταλείπεσθαι. Sed latet in mendo & menſurae, qua aquam dimetiebantur, modus numerusque: Conjicio igitur ita olim ab Harpocratione ſcriptum fuiſſe: [1] ἦν δὲ καὶ ἂν έ κ. ὕδατος, id eſt,

ἦν δὲ καὶ ἂν πέντε κοτυλῶν ὕδατος. *Quin etiam erat quinque cotylarum aquae.*

Nempe unicuique litigantium dabatur menſura quinque cotylarum aquae, ad quam menſuram cauſam orabat ſuam. Neque enim in omnibus cauſis totidem eaedemque menſurae aquae dabantur. Ita apud Demoſthenem ἐν τῷ πρὸς
165. Μακάρτατον [*p.* 600.] cum de Hagniae haereditate diſceptaretur. καὶ ἐπειδὴ ἦγεν ὁ Ἄρχων εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ ἔδει ἀγωνίζεσθαι. τά τε ἄλλα ἦν αὐτοῖς ἅπαντα παρεσκευασμένα εἰς τὸν ἀγῶνα, καὶ τὸ ὕδωρ, πρὸς ὃ ἔδει ἀγωνίζεσθαι, τετραπλάσιον ἡμῶν ἔλαβον, ἐξ ἀνάγκης γὰρ ἦν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τῷ ἄρχοντι, ἀμφορέα ἑκάστῳ ἐγχέαι τῶν ἀμφισβητούντων, καὶ τρεῖς Χοᾶς τῷ ὑστέρῳ λόγῳ. Quae poſtrema verba obſervanda ſunt, unice enim faciunt, meo quidem judicio, ad praeferendam facem tenebricoſiſſimis Harpocrationis verbis: σκεπτέον τὸ παρ᾽ Ἰσαίῳ ἐν τῷ κατ᾽ Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους, πῶς. Suidas habet ὅς, μεμετρημένης τῆς ἡμέρας, ὁτὲ μὲν φασὶ, Suidas φησὶ, χωρὶς ὕδατος γίνεσθαι τοὺς ἀγῶνας, ὁτὲ δὲ πρὸς ὕδωρ. Nam quod ſcribit Iſaeus fieri, ut aliquando μεμετρημένης τῆς ἡμέρας cauſae ad clepſydram perorentur, aliquando ſine clepſydra, id ita intelligendum eſt: In gravioribus & majoris momenti cauſis erat πρότερος λόγος, erat etiam ὕστερος, ut e laudatis Demoſthenis verbis manifeſto conſtat: τῷ προτέρῳ λόγῳ nullum dubium eſt; quin cauſae agerentur πρὸς ὕδωρ. At vero etiamſi aliquando, ut habes apud Demoſthenem, τῷ ὑστέρῳ λόγῳ daretur clepſydra, tamen, ut ex Iſaei loco ab Harpocratione laudato conjicio, etiam ſine aqua cauſae perorabantur.

Apud Romanos Legibus quidem cogebantur liberi parentes alere, ſed id tantum, nulla poena ei irrogata, qui ſecus feciſſet. *Imp. Antoninus Pius Auguſtus, Baſſo. Parentum neceſſitatibus liberos ſuccurrere juſtum eſt. l.* 1. *C. de alendis liberis & parentibus.* Neque tantum ad exhibendos parentes cogebantur, ſed etiam *avum, proavumque, & ceteros per utrumque ſexum contingentes. l.* 5. §. 2. *D. eod.* quin etiam *a milite quoque filio, qui in facultatibus ſit, exhibendos parentes eſſe, pietatis exiſtimat ratio. l. ead.* §. 15. *D. eod.* Si filius igitur parentes non exhiberet, adibantur competentes judices, qui alere jubebant: Sed qui competentes ſint iſti judices, quaerit Vir CL. & forte, inquit, *Conſules* ſunt: ut inſcriptio hujus *l.* 5. *D. de alendis liberis & parentibus*, innuit, deſcripta

1 Nimis ingenioſum eſt commentum. Recurritur denuo ad vocum compendia, quae ad *quinque cotylas* ſignificandas ſi talia fuerint, quis librariorum non offenderet? Nihil dico de importuno ἂν, quod emendationem fruſtratur. Modus hic aquae in peroranda cauſſa, qua capitis diſcrimen vertebatur, perexiguus eſt, ut vel *Demoſthenis*, qui ſuccedit, locus commonſtrat. Praeterea non omnes cauſſae ad clepſydram orabantur, & talis ἡ τῆς κακώσεως ſubinde fuiſſe videtur. Vide *H. Valeſium* in Notas *Mauſſaci* p. 108.

ſcripta quippe eſt e Libro ſecundo Ulpiani de officio Conſulis. Eo quoque poteſt referri *lex* 2. *C. eod. Divi Fratres & AA. Celeri. Competens judex a filio te ali jubebit, ſi in ea facultate eſt, ut tibi alimenta praeſtare poſſit. Dat. Id. April. ipſis & Conſſ.* Quaſi enim ad ipſos *Conſules*, tanquam competentes judices, eodem, quo ad *Celerem*, exemplo reſcripſerint Divi Fratres, additur, *ipſis & Conſſ.* Niſi quis exiſtimet eſſe notationem temporis, quo datum eſt hoc Reſcriptum a Divis Fratribus, nempe ipſis Conſulibus, anno, quo primum imperare ceperunt, itaque reſcribendum eſſet, *ipſis etiam Conſſ.* At tamen cum cogito Antoninum Pium obiiſſe hoc ipſo anno, Nonis Martiis, atque animo reputo Marci Aurelii in conſecrando patre Antonino, in deſignando Lucio Vero fratre imperii participe, in ordinanda Republica, impenſas curas, vix mihi perſuadeo intra tam breve tempus, (unius enim menſis & aliquot dierum intervallum eſt) fieri potuiſſe, ut vacarent privatorum negotiis. Sed haec arbitraria ſunt. An vero ſemper Conſules aditi ſint in hoc negotio ſi quaeras, mihi non videtur: nam *famulos jugo ſervili ſolvere* reliquum ſolum illis factum eſt, ut conſtat e *l. unica D. de officio Conſulis.* & e formula Conſulatus apud Caſſiodorum. Inter patronos & libertos, ſi de illis alendis agebatur, ſolebat cognoſcere Praefectus Urbi: Habes apud Ulpianum Lib ſingulari de officio Praefecti Urbi: *Sed & patronos egentes de ſuis libertis quaerentes audiet: maxime ſi aegros ſe* 166. *eſſe dicant, deſiderentque a libertis exhiberi. l.* 1. *§.* 2. *D. de officio Praefecti Urbi.* An idem obſervatum inter parentes & liberos, neſcio. Atque ex his patet Legem illam, quae ſaepius apud Senecam patrem occurrit, *Liberi parentes alant, aut vinciantur,* non eſſe deſumptam e jure Athenienſium, ſive Romanorum: ſunt in illis e Syria petitae, exempli gratia haec legitur apud eundem Senecam. *Cum filio tricenario pater patrimonium dividat*: ex hac Lege iſta habentur apud Lucam Evangelii *cap.* 15. [*vſ.* 12.] ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς. καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρὶ, πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον. Sed de his nos plura, ſi Deus dederit, ad ipſos Rhetores Graecos & Latinos.

XV. Liberi, qui parentes ſuos non exhibuerant, infamia notati, arcebantur concione, Templorum publicorum ingreſſu, & omni coronarum in publicis feſtivitatibus uſu: ὁ νόμος ἔξω τῶν περιῤῥαντηρίων τῆς ἀγορᾶς ἐξείργει, καὶ οὐκ ἐᾷ στεφανοῦσθαι ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανοφορίαις, οὐδὲ εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ. Si his non abſtinerent, hac cum illis agebatur Lege

ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΑΠΑΧΘΗι ΤΩΝ ΓΟΝΕΩΝ ΚΑΚΩΣΕΩΣ ΗΛΩΚΩΣ [2] ΕΙΣΙΩΝ ΟΠΗι ΜΗ ΧΡΗ, ΔΗΣΑΝΤΩΝ ΑΥΤΟΝ ΟΙ ΕΝΔΕΚΑ, ΚΑΙ ΕΙΣΑΓΟΝΤΩΝ ΑΥΤΟΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΗΛΙΑΙΑΝ, ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΤΩ ΔΕ Ο ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ ΟΙΣ ΕΞΕΣΤΙΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΑΛΩι, ΤΙΜΑΤΩ Η ΗΛΙΑΙΑ Ο ΤΙ ΧΡΗ ΠΑΘΕΙΝ ΑΥΤΟΝ Η ΑΠΟΤΙΣΑΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΤΙΜΗΘΗι, ΔΕΔΕΣΘΩ ΤΕΩΣ, ΕΩΣ ΑΝ ΕΚΤΙΣΗι.	*Si quis* [1] *damnatus malae parentum tractationis, ea deprehendatur ingredi loca, quibus arcetur, Undecimviri capitales eum vinciunto, & in judicium apud Heliaeam rapiunto: quicumque voluerit, cui licet, accuſato. Heliaea ei convicto poenam vel mulctam irrogato. Si mulcta irrogata fuerit, quouſque eam ſolverit, in vinculis eſto.*

Meminit hujus Legis Demoſthenes ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [*p.* 461.] docetque a Solone latam fuiſſe: τὰς γὰρ ὑπαρχούσας ἐκ τῶν νῦν κυρίων νόμων τιμω-

1 Reprehendit hanc Petiti verſionem *Cl. Salmaſius* de modo uſur. p. 775., ſubſtituta alia: *ſi quis prenſus & abductus ſit ex his, qui convicti ſunt malae tractationis parentum.* Petitum tuetur *Deſ. Heraldus* Animadv. in Salm. Obſerv. ad Jus Attic. L. VII. p. 591., quod *damnatus* cum verteret, non reſpexerit τὸ ἀπαχθῇ, id enim omiſit, ſed τὸ ἡλωκώς. idque ſatis bene.

2 *Demoſthenes* addiderat, ἢ ἀστρατείας ἢ προειρημένον αὐτῷ τῶν νομίμων εἴργεσθαι. quae cum aliam ſpeciem conſtituerent, & ab hac lege eſſent aliena, Petitus omiſit. Id *Salmaſio* non placet de mod. uſur. p. 774., cui pro Petito multa repoſuit *D. Heraldus* loco dicto.

τιμωρίας, καταλύει. λεγόντων γὰρ τῶν νόμων, οὓς ἔθηκε Σόλων, οὐδὲν ὅμοιος ὢν τούτῳ νομοθέτης, ἐάν τις ἁλῷ τῆς κακώσεως τῶν γονέων, εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλῃ, δεδέσθαι. Addit deinde verba ipsa Legis, quae descripsimus.

XVI. [1] Non tulit autem Solon hanc de exhibendis parentibus Legem indefinite, sed aliquot adjecit exceptiones: Quarum una haec est:

Υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ εἶναι.

Filius, quem pater artem non docuerit, ad eum exhibendum ne cogitor.

Plutarchus *in Solone* [*p.* 90. C.] hanc ejus Legem refert: καὶ νόμον ἔγραψεν, υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ εἶναι. Legis ferendae ratio fuit, τὰ πλεῖστα τῆς χώρας ἀγεννῆ καὶ φαῦλα εἶναι. Quare neque quenquam nisi ἐπὶ τέχνῃ Athenas volebat commigrare, neque impunitam sivit lentitudinem. Meminit Legis Galenus *in Protreptico* [*p.* 3.] ἐπαινέσῃ δ' ἄν τις καὶ τὸν Ἀθήνησι νομοθέτην, ὃς τὸν μὴ διδάξαντα τέχνην, ἐκώλυε πρὸς τοῦ παιδὸς τρέφεσθαι, τέχνης ἁπάσης κατ' ἐκεῖνον μάλιστα τὸν χρόνον ἀσκουμένης.

XVII. Fuit & altera exceptio hanc in Legem relata,

Μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν.

Nothi patres alere ne coguntor.

167. Descripserat hanc Solonis Legem ex ejus Axonibus Heraclides Ponticus, ab eoque mutuatus est, & transcripsit Plutarchus *in Solone* [*p.* 90. *E.*] ἐκεῖνο δ' ἤδη σφοδρότερον, τὸ μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν, ὡς Ἡρακλείδης ἱστόρηκεν ὁ Ποντικός. Qui enim e meretrice liberos tollit, illis ὄνειδος ποιεῖ, neque unquam in animo habuit τὸ ἐν γάμῳ καλὸν, non enim ἐπ' ἀρότρῳ παίδων, sed ἡδονῆς ἕνεκα cum illa consueverat muliere. An vero matres alere cogantur liberi quanvis non ex legitimis nuptiis suscepti, si quis quaerat, e Graecorum jure negabit Rhetor apud Synesium *Epistola III.* posse cogi ad exhibendam matrem, qui non est e legitimis nuptiis susceptus: ὁ υἱὸς ὁ ῥήτωρ, ἀφεῖσθαί φησι τῆς ἀνάγκης τοῦ νόμου μητέρα τρέφειν ἑταίραν. ἄπαγε τοῦ νόμου, τοῖς γὰρ οὕτω γεγονόσιν, ἀποδέδεικται μὲν ἡ μήτηρ, ὁ δὲ λοιπὸς τῶν γονέων, ἀμφισβητήσιμος. ὅσον οὖν ἀμφοτέροις παρὰ τῶν εὖ γεγονότων ὀφείλεται, τοῦτο πᾶν ἥκειν ἔδει παρὰ τῶν ἀπατόρων εἰς τὰς μητέρας. Fuit & tertia exceptio, de qua, suo loco, dicemus.

Apud Romanos autem jure civili *mater cogitur*, ut loquitur Ulpianus Lib. II. de officio Consulis, *praesertim vulgo quaesitos liberos alere, necnon ipsi eam. l.* 5. §. 4. *D. de agnoscendis & alendis liberis & parentibus.*

XVIII. Ea praeterea reverentia atque pietate in parentes liberos esse voluit Atheniensium Legislator, ut si quis patrem defunctum criminaretur, eaque de re cum filio sive haerede ageret, filius pro patre jusjurandum daret, Lex haec est:

Ὑπὲρ τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν πίστιν δοῦναι, ἐάν τις τεθνεῶτι ἐπικαλῶν δικάζηται τῷ κληρονόμῳ.

Filius pro patre jusjurandum dato, si quis mortuum criminatus cum haerede agat.

Lau-

1 Haec & quae continuo consequuntur, adeo *Is. Casauboni* notis in *Diogen. Laert.* 1, 55. conveniunt, ut inde sumta putes.

Laudat hanc Legem Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Κάλλιππον [*p.* 681.] ὅτι δ' ἐγὼ ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ἠθέλησα αὐτῷ πίστιν δοῦναι, ὥσπερ ὁ νόμος κελεύει, ἐάν τις τεθνεῶτι ἐπικαλῶν δικάζηται τῷ κληρονόμῳ.

XIX. Soloni praeiverat Triptolemus, cujus Lex fuit,

Τοὺς γονεῖς τιμᾶν. *Honoranto parentes.*

Legem hanc in templo Eleusiniae Cereris residere scripsit Xenocrates Philosophus, ut auctor est Hermippus apud Porphyrium περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων [*L. IV.* C. 22.] τῶν τοίνυν Ἀθήνησι νομοθετῶν Τριπτόλεμον παλαιότατον παρειλήφαμεν, περὶ οὗ Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν γράφει ταῦτα, φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ Φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι, τούς δὲ γονεῖς τιμᾶν, θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, ζῶα μὴ σίνεσθαι. B. Hieronymus *Libro adversus Jovinianum II. Xenocrates Philosophus de Triptolemi Legibus apud Athenienses tria tantum praecepta in Templo Eleusinae residere scribit:* Honorandos parentes: *Venerandos Deos:* [1] *Carnibus non vescendum.*

XX. Quare etiam Legibus Atheniensium ingrati actio dabatur adversus liberos, qui parentes suos non honorassent:

Ἐάν τις γονέας μὴ θεραπεύῃ, τούτῳ δίκην τε ἐπιθεῖναι, καὶ οὐκ ἐᾶν ἄρχειν τοῦτον.	*Si quis parentes non honorarit, dica illi scribitor, neque Magistratum gerito.*

Ex hac Lege, qui inter Magistratus, Novemviros puto, allecti erant, Magistratuum albo expungebantur, si, quando in illorum vitam moresque inquirebatur ἐν ταῖς δοκιμασίαις, in hanc Legem incurrisse arguerentur. Xenophon ἀπομνημονευμάτων *Lib. II.* [*p.* 587.] οὐκ οἶδα ὅτι καὶ ἡ πόλις ἄλλης μὲν
ἀχαριστίας οὐδεμιᾶς ἐπιμελεῖται, οὐδὲ δικάζει, ἀλλὰ περιορᾷ τοὺς εὖ πε- 168.
πονθότας χάριν οὐκ ἀποδιδόντας ἐὰν δέ τις γονέας μὴ θεραπεύῃ, τούτῳ δίκην τε ἐπιτίθησι, καὶ ἀποδοκιμάζουσα οὐκ ἐᾷ ἄρχειν τοῦτον, ὡς οὔτε ἂν τὰ ἱερὰ εὐσεβῶς θυομένα ὑπὲρ τῆς πόλεως τούτου θύοντος, οὔτε ἄλλο καλῶς καὶ δικαίως οὐδὲν ἂν τούτου πράξαντος; Dica haec scribebatur πρὸς τὸν Ἄρχοντα, quemadmodum & illa κακώσεως, cujus Legis, meo judicio, ista Kaput est.

XXI. Hactenus actum est de potestate patria in liberos, sequitur ut quid juris potestatisque fuerit liberis in parentes dicamus. Qua de re Lex haec legitur:

Υἱῷ τὸν πατέρα ὑπὸ νόσων, ἢ γήρως διατιθέμενον αἰσχρῶς, ἐξεῖναι παρανοίας γράφεσθαι· παρανοίας δὲ ἑλόντι τὸν πατέρα ἐξεῖναι καὶ δῆσαι.	*Filio jus esto patri tanquam desipienti ob morbum vel senectutem dicam scribere: desipere convictum in vinculis habeto.*

Hujus meminit Aristophanes *Nubibus* [*vs.* 843.]

Οἴμοι. τί δράσω παραφρονοῦντος τοῦ πατρός;
Πότερον παρανοίας αὐτὸν εἰσαγαγὼν ἕλω;

Xenophon ἀπομνημονευμάτων *Lib. I.* [*p.* 568.] φάσκων δὲ κατὰ νόμον ἐξεῖναι παρανοίας ἑλόντι καὶ τὸν πατέρα δῆσαι. Hinc Plato *Lib. XI. de Legibus*

1 *Hieronymus* ζῶα μὴ σίνεσθαι *carnibus non vescendum* parum dextre vertit. Vetantur victimae animalium. *Xenocrates* paullo post clarissime explicat: περιετάττετο τοῖς καρποῖς τοὺς θεοὺς τιμᾶν, ὑπολαβὼν μᾶλλον ἂν διαμεῖναι τὴν ταύτην εἰ μὴ γίνοιντο τοῖς θεοῖς διὰ τῶν ζώων θυσίαι. Quod monere haud neglexit *Stanleius* in *Aeschyli* Supplic. vs. 715.

gibus [*p.* 928. *E.*] ἐξεῖς τ' αὖ σφίσι πατέρας ὑπὸ νόσων ἢ γήρως διαπεθεμένοις αἰσχρῶς, ἐξεῖναι παρανοίας γράφεσθαι. Convictus autem pater, a re familiari removebatur, potestate data liberis in ejus bonis. Cicero *Lib. de Senectute* [C. 7.] *Sophocles ad summam senectutem Tragoedias fecit: quod propter studium cum rem familiarem negligere videretur, a filiis in judicium vocatus est, ut quemadmodum nostro more, Male rem gerentibus patribus bonis interdici solet: sic illum, quasi desipientem, a re familiari removerent judices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime scripserat,* [1] *Oedipum Coloneum recitasse judicibus, quaesisseque, num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato, sententiis judicum est liberatus.* Judicabant οἱ Φράτορες, colligere est e Graeco Comici Interprete *ad Ranas* [*vs.* 73.] εἰσήγαγε δὲ ποτὲ Σοφοκλῆς ἐν δράματι τὸν Ἰοφῶντα αὐτῷ φθονοῦντα, καὶ πρὸς τοὺς Φράτορας ἐγκαλοῦντα τῷ πατρὶ, ὡς ὑπὸ γήρως παραφρονοῦντι, οἱ δὲ τῷ Ἰοφῶντι ἐπετίμησαν. Σάτυρος δέ φησιν αὐτὸν εἰπεῖν. εἰ μὲν εἰμὶ Σοφοκλῆς οὐ παραφρονῶ, εἰ δὲ παραφρονῶ, Σοφοκλῆς οὐκ εἰμί. καὶ τότε Οἰδίποδα ἀναγνῶναι. Eadem habet Auctor Anonymus Vitae Sophoclis.

T I T U L U S Q U I N T U S.

De [2] *Inquilinis.*

I. FErunt praeter cives Athenis Μέτοικοι, quorum inter se non idem jus, neque par conditio: Praeter cives diximus, quia πολίτας negat esse summus vir Aristoteles *Politic. Libro III.* Ait enim tantum κοινωνεῖν τῆς οἰκήσεως, ut & servi, neque οἴκησιν facere τὸν πολίτην. Non poterant autem recipi nisi e Senatus Areopagitici sententia, ut potest colligi e Sophoclis *Oedipo* ἐπὶ Κολωνῷ [*vs.* 940.]

169. Τοιοῦτον αὐτοῖς Ἄρεος εὔβουλον πάγον
Ἐγὼ ξυνῄδειν χθόνιον ὄνθ', ὃς οὐκ ἐᾷ
Τοιούσδ' ἀλήτας τῇδ' ὁμοῦ ναίειν πόλει.

Atque haec forte ratio est, quia Solon, ut refert Plutarchus, τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκοπεῖν, ὅθεν ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς

1 Et potissimum quidem Fabulae ejus vs. 660., quo Colonum celebrare orditur, si non fallit *Plutarchus* T. II. p. 785. A.

2 Vulgo *inquilini* iidem habentur ac μέτοικοι, sed qui vim vocabuli non exhauriunt. Erat μέτοικος, ὁ μετοικήσας εἰς ἑτέραν πόλιν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ, καὶ ὃ μὲν ξένος πλέον τι ἔχων, ὃ δὲ πολίτου ἔλαττον, explicante *Ammonio* v. Ἰσοτελής. Distincti ergo & a peregrinis & civibus, qua conditione saepe *inquilini* erant. Athenis autem μετοίκων magna erat copia, tum propter artes, quas exercebant, tum rem nauticam. *Xenophon* Rep. Athen. p. 548. δεῖται ἡ πόλις μετοίκων, διά τε τὸ πλῆθος τῶν τεχνῶν, καὶ διὰ τὸ ναυτικόν, saepe etiam pedites stipendia merebant: ἐπολέμουν δὲ καὶ συνεστράτευον τοῖς Ἀθηναίοις *Ammonius* ait & inferius docetur L. VIII. Tit. I. Quae & plura alia commoda quum ex μετοίκων praesentia auferrent Athenienses, tamen prae se longe eos contemnebant, *paleas* eosdem comparantes. *Aristophan.* Acharn. vs. 507.

Τοὺς γὰρ μετοίκους ἄχυρα τῶν ἀστῶν λέγω.

Quin si quis civium μέτοικον interficeret, exilio duntaxat plectebatur, cum μέτοικος caedis civium reus capite lueret. Φονικόν. ἐὰν μέτοικόν τις ἀποκτείνῃ φυγῆς μόνον κατεδικάζετο. ἐὰν μέτοικος ἀστόν, θάνατος ἡ ζημία, quae Grammatici verba in Biblioth. Coislin. p. 490.

τὺς ἀργοὺς κολάζειν. Itaque videbat quoque hic Areopagiticus Senatus, ne quis Athenas commigraret temere, nisi ἐπὶ τέχνῃ, aut rei alterius utilis ergo. Inscribebanturque eorum nomina γραμματείῳ. Aristophanis Scholiastes *ad Aves*. τὰ ὀνόματα τῶν ξένων γράφεσθαι εἰς τὰς πίνακας. Horum Μετοίκων alii eodem cum civibus utebantur jure, [1] qui Ισοτελεῖς dicebantur: Nam μετοίκιον non pendebant, ut docuerant Isaeus ἐν τῷ κατ᾽ Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους, & Lysias, aut quisquis alius auctor est Orationis περὶ Σωστράτου ὕβρεως. πολλάκις τιμή τις διδομένη τοῖς ἀξίοις φανεῖσι τῶν Μετοίκων, καθ᾽ ἣν καὶ ἡ τοῦ μετοικίου ἄφεσις αὐτοῖς ἐγίγνετο. Praeterea καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἔπραττον οἱ Μέτοικοι, ἄφεσιν εἶχον οἱ ἰσοτελεῖς, ut narrat Theophrastus ἐν ἑνδεκάτῃ τῶν νόμων. ita hodie editur apud Harpocrationem, quasi Liber XI. laudetur, qui revera IX. est: Erroris haec causa est. Scripserat Theophrastus Legum Libros XXIV. ordine Alphabetico, apud Diogenem Laërtium, νόμων κατὰ στοιχεῖον κδ΄. στοιχείῳ ι΄. adsignatae Leges illae sunt, quae leguntur περὶ τῶν ἰσοτελῶν. Itaque cum legeret imperitus librarius ἐν ι΄ τῶν νόμων, putavit numerum esse Libri X. non Librum, qui inscriberetur κατὰ στοιχεῖον ι΄. Haec prima mali labes: hinc scripsit ἐν δεκάτῃ νόμων. Hunc errorem alter excepit: geminata quippe est a librario syllaba εν, & scriptum ἐν ἐνδεκάτῃ τῶν νόμων. Sed nos veram lectionem ἐν ι΄ a corruptela vindicavimus & asseruimus: Nam ἰσοτελεῖς primam literam habent ι. Aerario tamen οἱ ἰσοτελεῖς aliquid pendebant. ὁ δὲ ἰσοτελὴς, ὡρισμένον τὸ τέλος ἐδίδου. Idem videlicet cum civibus. Hesychius: ἰσοτελεῖς, Μέτοικοι ἴσα τοῖς ἀστοῖς τέλη διδόντες. Neque hoc jus cuiquam concessum, nisi plebiscito. Suidas: ἰσοτελεῖς. οἱ ἀπὸ τοῦ μετοικεῖν κατὰ τινα τιμὴν περὶ τοῦ δήμου γινομένην, κατὰ ψήφισμα μεταβαίνοντες εἰς τὸ τῶν δημοποιήτων δίκαιον, ἰσοτελεῖς ὠνομάζοντο. ἐγίνετο δὲ τοῦτο τοῖς μετοίκοις ὑπὸ τῆς πόλεως, ὅτε ἐδόκουν εὖ πεποιηκέναι τὸ κοινόν. Quod dicit Grammaticus, ἰσοτελεῖς μεταβαίνειν εἰς τὸ τῶν δημοποιήτων δίκαιον, non usquequaque verum est; Nam οἱ δημοποίητοι praeterea ad Rempublicam gerendam accedebant. Pollux *Lib. III. cap.* 5. ἔνιοι δὲ τῶν Μετοίκων ἰσοτελεῖς εἰσιν, οἷς ἂν τοῦτο ἐκ ψηφίσματος ὑπάρξῃ. οἱ δὲ δημοποίητοι, ὁπόσοι ἐκ δόγματος κοινοῦ πολιτείας τύχοιεν.

Alii vero τῶν Μετοίκων quotannis pendebant duodecim drachmas, quod μετοίκιον dicebatur. Nicephorus ad haec Synesii verba de Insomniis [*p.* 402.] ὅτε ἰσοτελὴς, καὶ ὁ πτωχὸς τὸ μετοίκιον. ἔθος ἦν τοῖς Ἀθηναίοις λαμβάνειν καθ᾽ ἕκαστον ἔτος δραχμὰς ιβ΄. ἐκ τῶν ἔξωθεν ἐρχομένων εἰς Ἀθήνας ξένων κατοικίας ἕνεκα, καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο μετοίκιον. Harpocration: Μέτοικος μέν ἐστι, ὁ ἐξ ἑτέρας πόλεως μετοικῶν ἐν ἑτέρᾳ, καὶ μὴ πρὸς ὀλίγον ὡς ξένος ἐπιδημῶν, ἀλλὰ τὴν οἴκησιν αὐτόθι κατακτησάμενος. ἐδίδοντο δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ καθ᾽ ἕκαστον ἔτος δραχμαὶ δώδεκα, ὅπερ ὠνόμασαι μετοίκιον, ὡς δηλοῖ Εὔβουλος ἐν Πλαγγόνι. Pollux *Lib. III. cap.* 4. Μέτοικος ὁ τὸ μετοίκιον συντελῶν· τὸ δὲ ἦν δυοκαίδεκα τῷ δημοσίῳ δραχμαὶ, καὶ τῷ Γραμματεῖ, τριώβολον. Hesychius: Μέτοικοι, οἱ ἐνοικοῦντες

1 De iisdem *Ulpian.* in *Demosthen.* Leptin. p. 282. & *Ammon.* v. Ἰσοτελεῖς.

τες ξένοι ἐν τῇ πόλει, καὶ τελοῦντες ἀνὰ δώδεκα τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὸ δημόσιον, & paullo ante μετοίκιον, τέλος οὕτως ἐκαλεῖτο, ὃ ἐτίθεσαν δραχμὰς δώδεκα (ita legendum, [1] non δέκα.) τῷ δὲ τελώνῃ τριώβολον. Sed de
170. hoc *triobolo*, quod superaddunt Pollux & Hesychius, dicemus infra, Deo dante, suo loco. Isaeus *Oratione* κατ' Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους viros drachmas duodecim, feminas sex tantum pependisse ait: atque pendente matre, μετοίκιον non pendebat filius: & contra pendente filio, non pendebat mater. Harpocration ex Isaeo: Ἰσαῖος δ' ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους ὑποσημαίνει, ὅτι ὁ μὲν ἀνὴρ, δώδεκα δραχμὰς ἐτέλει μετοίκιον, ἡ δὲ γυνὴ ἕξ, καὶ ὅτι τοῦ υἱοῦ τελοῦντος, ἡ μήτηρ οὐκ ἐτέλει· μὴ τελοῦντος δ' ἐκείνου, αὐτὴ τελεῖ. Neque vero Athenis tantum τὸ μετοίκιον pendebant, sed in aliis item urbibus tota Attica. Lysias ἐν τῷ κατὰ Φίλωνος [C. 2.] συσκευασάμενος γὰρ τὰ ἑαυτοῦ ἐνθάδε, εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐξῴκησε, καὶ ἐν Ὠρωπῷ μετοίκιον καταπθεὶς, ἐπὶ προστάτου ᾤκει. [2] Nam Oropus terrae erat Atticae. Scholia Sophoclis *ad Oedipum Tyrannum*: μεταφέρει ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι ξένων τελούντων τὰ μετοίκια.

Pendebant autem τὸ μετοίκιον οἱ Μέτοικοι, omniaque alia, privata, publica, administrabant per *Patronum*, quem de civibus Atheniensibus eligere Lege jubebantur. Lex haec est:

Τῶν Μετοίκων ἕκαστον ἕνα τῶν ἀστῶν νέμειν προστάτην· καὶ δι' αὐτοῦ τό, τε μετοίκιον τιθέναι καθ' ἔτος, καὶ τὰ ἄλλα διοικεῖν.	*Inquilinorum singuli unum de civibus* Patronum *eligunto: per illum quotannis tributum pendunto, ceteraque alia administranto.*

Lege hac cavetur, ut Inquilini eligerent e civibus Atheniensibus quem vellent *Patronum*, cujus auctoritate se tuerentur & niterentur, ac qui esset quasi vas atque sponsor eorum. Suidas: τῶν μετοίκων ἕκαστος Προστάτην ἔχουσι κατὰ νόμον ἕνα τῶν ἀστῶν· καὶ δι' αὐτοῦ τό, τε μετοίκιον τιθέναι καθ' ἔτος, καὶ τὰ ἄλλα διοικεῖται. Harpocration ex Hyperide ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρου ἀπροστασίου δευτέρῳ. ᾑρεῖτο γὰρ ἕκαστος τῶν μετοίκων ἑαυτῷ τῶν πολιτῶν τινὰ προϊσταμένων περὶ πάντων τῶν ἰδίων καὶ τῶν κοινῶν. Auctor *Etymologici Magni*: ᾑρεῖτο γὰρ ἕκαστος τῶν μετοίκων ὃν ἤθελε τῶν πολιτῶν τινὰ Προστάτην, τὸν ἐπιμελησόμενον καὶ τῶν ἰδίων, καὶ τῶν δημοσίων ὑπὲρ αὐτοῦ, ὥσπερ ἐγγυητὴν ὄντα. Harpocration in Προστάτης. οἱ τῶν Μετοίκων Ἀθήνησι προεστηκότες, Προστάται ἐκαλοῦντο. ἀναγκαῖον γὰρ ἦν ἑκάστῳ τῶν Μετοίκων πολίτην τινὰ Ἀθηναίων νέμειν Προστάτην. Neque tantum Athenis, sed etiam in ceteris Atticae urbibus, ut μετοίκιον pendebant, ita Προστάτην νέμειν eadem Lege jubebantur. Lysias *loco laudato*. Καὶ ἐν Ὠρωπῷ μετοίκιον καταπθεὶς, ἐπὶ προστάτου ᾤκει.

Manavit jus istud ab eo, quod antiquissimis Atheniensium temporibus obtinuerat,

1 In *Ammonio* ἐτέλει δὲ ὁ μέτοικος κατ' ἐνιαυτὸν μετοίκιον δραχμὰς δέκα. quod recte quoque mutatur.

2 Oropus, cum in eam *Philo* commigraret, non erat juris Attici: id cognosces ex *Diodoro Siculo* L. XIV, 17. & ex illis, quae Orator. C. 5. de Philone addit. Prave ergo hinc conficitur, civem Atticum, cujusmodi Philo, si in aliam Attici agri urbem sedem ac domicilium conferret, debuisse τὸ μετοίκιον pendere. Pendebat si Megara aut alio extra Atticam se reciperet, ut de Leocrate *Lycurgus* Orat. p. 150. & p. 168. docet.

fuerat, tenuiores enim cives *patronum* aliquem e potentioribus sibi adsciscebant, cui, non minus quam si aere & libra empti essent, ministrabant, verberibus etiam caedebantur, nisi *patroni* jussa capesserent: Dionysius Halicarnassensis *Lib. II.* [*p.* 84.] παρακαταθήκας δὲ ἔδωκε τοῖς Πατρικίοις Romulus τοὺς δημοτικούς, ἐπιτρέψας ἑκάστῳ τῶν ἐκ τοῦ πλήθους ὃν αὐτὸς ἐβούλετο, νέμειν προστάτην· ἔθος Ἑλληνικὸν καὶ ἀρχαῖον, ᾧ Θετταλοί τε μέχρι πολλοῦ χρώμενοι διετέλεσαν, καὶ Ἀθηναῖοι κατ᾽ ἀρχάς, ἐπὶ τὸ κρεῖττον λαβών. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὑπεροπτικῶς ἐχρῶντο τοῖς πελάταις, ἔργα τε ἐπιτάττοντες οὐ προσήκοντα ἐλευθέροις, καὶ ὁπότε μὴ πράξειάν τι τῶν κελευομένων, πληγὰς ἐντείνοντες, καὶ τἆλλα ὥσπερ ἀργυρωνήτοις χρώμενοι. ἐκάλουν δὲ Ἀθηναῖοι μὲν Θῆτας τοὺς [1] πελάτας, ἐπὶ τῆς λατρείας· Θετταλοὶ δέ, Πενέστας, ὀνειδίζοντες αὐτοῖς εὐθὺς ἐν τῇ κλήσει τὴν τύχην. Sed haec prius fuere apud Athenienses: nam Θῆτες Solonis longe meliori fuere conditione: in eorum- 171.
que locum, quem occuparent, venerunt οἱ Μέτοικοι, quibus Lege cogente necessum fuit *patronum* aliquem e civibus Atheniensibus sibi eligere, in cujus clientela acquiescerent. Unde apud Terentium *Eunucho* [*Act. II*, 3, 68.] Thais paullo post quam Athenas venisset, ut hinc constat:

CHAER. *Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam.* PA. *Haud diu est*

Phoedriae patrem *patronum* sibi adoptavit:

CHAER. *Thais patri se commendavit in clientelam & fidem:*
Nobis dedit se.

Apud Romanos plebs in clientelam potentiorum se dabat, ut e Dionysii laudatis verbis liquet, quae hic iterum describemus: παρακαταθήκας δὲ ἔδωκε τοῖς Πατρικίοις τοὺς δημοτικούς, ἐπιτρέψας ἑκάστῳ τῶν ἐκ τοῦ πλήθους ὃν αὐτὸς ἐβούλετο, νέμειν Προστάτην. quod habes etiam apud Plutarchum *in Romulo*: e cujus Legibus translata haec XII. PATRONVS SI CLIENTI FRAVDEM FAXIT, SACER ESTO. quam leges apud Servium ad ista Virgilii *Aeneidos VI.* [*vs.* 609.]

Et fraus innexa clienti.

Ex hoc potentiorum *patrocinio* manavit subsecutis temporibus alterum, quando vicani in *patrocinium* potentiorum se dabant, in fraudem tributi publici: Sed hoc *patrocinium* vetitum est Imperatorum sanctionibus: Vide *Cod. Ut nemo ad suum patr.* & *Cod. Th. De patrocinio vicorum*: cujus tituli *lex* 6. est Imperatorum Honorii & Theodosii AA. ad Aurelianum PF. P. scilicet Orientis: in qua ista leguntur examinanda a nobis, σὺν Θεῷ δ᾽ εἰπεῖν, accuratius. *Ut in futurum functiones omnes, quas metrocomiae debent, & publici vici pro antiquae capitationis professione debent, sciant procul dubio subeundas, nequaquam, cephalaeotis, hirenarchis, logographis Chomatum, & ceteris liturgis, sub quolibet patrocinii nomine publicis functionibus denegatis*, &c. Nomina ista sunt functionum publicarum, *cephalaeotis*, *hirenarchis*, *logographis Chomatum*, *liturgis*, ut constat ex hoc postremo nomine: nam *eadem Lege* ista leges, *si pro antiquitate census functiones publicas &* liturgos, *quos homologi coloni praestare noscuntur, pro rata sunt absque dubio cognituri.* Maxime autem spectant ista Aegyptios vicanos, quanquam etiam & aliarum regionum, unde scripta est Lex ad Praefectum Praetorio Orientis, sed, ut dixi, maxime ista ad Aegyptios vicanos attinent, argumento est, *Chomatum*, id est, aggerum Nili mentio, *Ecclesiae* item *Alexandrinae*: & maxime primora Legis verba: *Valerii, Theodori & Tharsacii examinatio conticescat; illis duntaxat sub* Augustaliano *judicio pulsandis, qui ex Caesarii & Attici Consulatu possessiones sub patrocinio possidere ceperunt.* Imperatores *Augustalianum judicium* appellant, quod ab *Augustali* Aegypti Praefecto reddebatur. Sed functiones istas explicemus, [2] *cephalaeotis*: existimo *pabula esse*

1 Vide *Platon* Euthyphron. p. 4. C & 15. D.

2 Quae de *Cephalaeotis*, *Hirenarchis*, *Logographis Chomatum* & *Liturgis* hoc disputantur loco prava sunt & confutata a *Gothofredo*, quem vide ad eam L. VI. C. Th. *de Patrociniis Vicorum*, T. IV. p. 168. *Ed. Lips.*

esse jumentorum, quae vulgo dictitant capita. ut loquitur Ammianus Marcellinus *Libro XXII.* Cassiodorus: *Ad equos capitum definitum.* Hesychius: κάπιτον; παράβλημα ἀλόγων. Hac significatione Graece dictum *in hac Lege*, *cephalaeotis*, quod in jumentorum pabula conferebatur: Sequitur, *Hirenarchis:* Annonas intelligo, quas *Irenarchae* consequebantur: *Logographis Chomatum* sunt item, meo judicio, annonae datae illis, quorum cura erat in tabulas referre
172. diacopos sive fluenta, quae in *chomatis*, id est, aggeribus Nili, ne quis aut *chomata* rumperet vel dissolveret, aut diacopos novos in his aggeribus faceret, quod unice cavebatur, ut testatur Ulpianus Lib. de officio Proconsulis: *In Aegypto qui* chomata *rumpit, vel dissolvit, (hi sunt aggeres, qui quidem solent aquam Niloticam continere) aeque plectitur extra ordinem, & pro conditione sua, & pro admissi mensura quidam opere publico, aut metallo plectuntur, & metallo quidam secundum suam dignitatem, si quis arborem sycaminonem exciderit. nam & haec res vindicatur extra ordinem non levi poena, idcirco quod hae arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur, & coercentur, & diminutiones aeque coercentur, chomata etiam, & diacopi qui in aggeribus fiunt, plecti efficiunt eos, qui admiserunt. l. 10. D. de extraordinariis criminibus.* Eaque de re extat Imperatorum Honorii & Theodosii AA. Constitutio *l. unica Cod. Th. de Nili aggeribus non corrumpendis*, in haec verba.

Impp. Honor. & Theod. AA. Anthemio P. P.

Si quis posthac per Aegyptum intra duodecimum cubitum fluminis Nili ulla fluenta de propriis ac vetustis usibus praeter fas, praeterque morem antiquitatis usurpaverit, flammis eo loco consumatur, in quo vetustatis reverentiam, & propemodum ipsius imperii adpetierit securitatem: consciis & consortibus ejus Oasenae *deportationi constringendis, ita ut nunquam supplicandi eis, vel recipiendi civitatem, vel dignitatem, vel substantiam licentia tribuatur. Dat. X. Kal. Octob. Constantinop. Honor. VIII. & Theod. III. AA. Coss.*

Eadem Constitutio habetur *l. unica C. eod.* praeterquam quod omittitur vox *Oasenae*, quam induxit Tribonianus, quia Justinianus noluit eos, qui in perpetuum mittebantur exilium, in *Oasim* mitti, sed tantum eos, qui ad summum in annum relegabantur: qua de re erat *lex ult. C. de poenis*, sed desiderabatur, eam reddidit magnus [1] Cujacius e *Lib. LX. Basilicῶn titulo LI. cap. ult.* in illa haec leguntur: *Magistratus autem Alexandriae & Thebaidos solos jubet in Gypsum, &* in Oasin *mittere vel in sex menses, vel ad summum in annum. Quod si perpetuum sit exilium, neque in Gypsum mittere, neque in* Oasin. Ratio est, ut Graeci Interpretes, eodem viro summo referente, tradunt de *Oasi*, quod sit infesta culicibus, & muscis grandioribus, exulibus saepe mortis caussam adferentibus, & dandi scilicet vitae usus sint, ut Tiberius dicebat, quibus vita conceditur. Sed ad institutum sermonem revertamur, *Liturgi* sunt functiones, quae praestabantur propter ministros publicos sive apparitores custodiae urbium appositos, qui λειτουργοὶ Graecis dicebantur. Verum longe diversum hoc *patrocinium* ab illo Atheniensium: nam illi ne functiones debitas praestarent, *patronos* adoptabant: Athenienses vero inquilini ut per *patronos* tributum quotannis penderent.

II. At si quis τῶν Μετοίκων patronum non adoptasset, aut τὸ μετοίκιον quotannis non penderet, Lege dabatur adversus illum.

Ἀπροστασίου δίκη.	*Actio propter non adoptatum patronum, aut tributum non praestitum.*

Hanc dicam poterat, cuicumque liberet, scribere. Grammatici: ὅταν τις δοκῶν εἶναι Μέτοικος, Προστάτην μὴ ἔχῃ, ἢ μὴ δῷ τὸ μετοίκιον, ὁ βουλόμενος δίκην εἰσάγει πρὸς αὐτὸν, ἥ τις λέγεται Ἀπροστασίου.

1 Consule *Cujacii* L. VIII. Observ. C. 27. & L. XX, 31.

σίου. Pollux Libro III. cap. 4. ὀνομάζεται δὲ τῶν οὐ τελούντων τὸ μετοίκιον, ἢ 173
Προστάτην μὴ νεμόντων, Απροστασίου δίκην. Scribebatur autem haec dica apud Polemarchum. Pollux [VIII, 91.] δίκαι δὲ πρὸς τὸν Πολέμαρχον λαγχάνονται Μετοίκων. εἰσάγων δὲ δίκας ἀποστασίου, Απροστασίου, μετοίκου. Postrema haec vox, μετοίκου, corrupta est, neque emendandum, μετοικίου. Nam ei, qui τὸ μετοίκιον non solverat, Απροστασίου δίκη scribebatur: Legendum itaque est, μετοίκοις. Aristoteles in [1] Atheniensium Republica: Πολέμαρχος εἰσάγει δικαστὰς, (legendum est, δίκας τὰς) τε ἀποστασίου καὶ Απροστασίου τοῖς Μετοίκοις. Convictis Μετοίκοις patronum non adoptasse, publicabantur eorum bona. Suidas in voce πωληταί· ὑπέκειτο τοῖς Πωληταῖς ὁ Μέτοικος, καὶ Προστάτην οὐκ ἔχων, καὶ ὁ Απροστασίου γραφείς. τούτων γὰρ τὰς οὐσίας πωλοῦντες, παρεκατέβαλον εἰς τὸ δημόσιον. Si vero convincerentur tributum non praestitisse, publicatis bonis vendebantur, etiam quandoque ἐπ' ἐξαγωγῇ. Grammatici: οἱ μέντοι μὴ τιθέντες τὸ μετοίκιον Μέτοικοι, ἀπήγοντο πρὸς τοὺς Πωλητὰς, καὶ, εἰ ἑάλωσαν ἐπιπράσκοντο. Plutarchus in Lycurgo Rhetore [p. 842. B.] Τελώνου δέ ποτε ἐπιβαλόντος Ξενοκράτει τῷ Φιλοσόφῳ τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸ Μετοίκιον ἀπαγαγόντος. Demosthenes Orat. I. in Aristogitonem [p. 490.] ὡς δ' οὐκ ἐπαύετ' ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ γυναικὶ πρᾶγμα ἐποίει, καὶ πρὸς τοὺς γνωρίμους προσιοῦσα ἐνεκάλει, λαβὼν αὐτὸς αὐτοχειρίᾳ, πρὸς τὸ πωλητήριον τοῦ μετοικίου ἀπήγαγε. καὶ εἰ μὴ κείμενον αὐτῇ τὸ μετοίκιον ἔτυχεν, ἐπέπρατ' ἂν διὰ τοῦτον. Anonymus apud Suidam in Μέτοικος. Ζωβίαν παραδεξαμένην Αριστογείτονα φυγόντα, καὶ ἀξιοῦσαν ὧν παθεῖν ὅτε ἴσχυεν, ἐπὶ τὸ τοῦ μετοικίου πωλητήριον ἤγαγε· καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐπ' ἐξαγωγῇ πέπρακε.

III. Ceterum licebat in hac Απροστασίου actione, πρὸ τοῦ εἰσαχθῆναι τὴν δίκην εἰς τὸ δικαστήριον, διαμαρτυρῆσαι, ὡς εἰσαγώγιμός ἐστιν ἡ δίκη, ἢ οὐκ εἰσαγώγιμος. Sed anne cuivis διαμαρτυρεῖν licitum? Negat Hyperides Orat. II. κατ' Αρισταγόρου Απροστασίου apud Harpocrationem licitum fuisse *peregrinis*, (nec mirum, res quippe illorum agebatur) ἐν ταῖς τοῦ Απροστασίου δίκαις, quod tamen ἐν ταῖς τοῦ Αποστασίου liberum erat, Υπερίδης ἐν τῷ κατ' Αρισταγόρου Απροστασίου βίῳ φησὶν, ὡς οἱ νόμοι κελεύουσι διαμαρτυρεῖν ἐπὶ ταῖς γραφαῖς ταῖς τοῦ Αποστασίου τὸν βουλόμενον, ὁμοίως τῶν ξένων, καὶ τῶν ἐπιχωρίων. μήποτ' οὖν ἐν μὲν ταῖς τοῦ Αποστασίου δίκαις κεκώλυνται διαμαρτυρεῖν οἱ ξένοι, ἐν δὲ ταῖς τοῦ Απροστασίου οὐ κεκώλυνται. Haec igitur fuit Lex:

Μὴ ἐξεῖναι διαμαρτυρεῖν τοῖς ξένοις ἐπὶ ταῖς γραφαῖς ταῖς τοῦ Απροστασίου.	*Peregrinis testimonii dictio non esto in actionibus Απροστασίου ad exceptionem.*

Quanquam Suidas videtur, etsi dubitanter, existimare in harum altera, ἀποστασίου puto, licitum fuisse διαμαρτυρεῖν, in illa vero Απροστασίου nequaquam:

[1] Egregie *Demosthenes* Adv. Lacriti Except. p. 553. ἀλλ' ὁ Πολέμαρχος εἰσάξει ἀποστασίου γε καὶ ἀπροστασίου. In *Polluce* praestat μετοίκων, quod e scriptis libris merito probat doctissimus *Kuhnius*.

quam: τάχα δὲ ἐπὶ ταῖς τῆς ἀποστασίου δίκαις ἐκεκώλυτο διαμαρτυρεῖν. ἐν δὲ ταῖς τῆς ἀποστασίου οὐκέτι.

Quia autem dica haec scribebatur ab eo qui vellet, ut etiam habes apud Pollucem *Libro VIII. cap.* 6. Ἀποστασίου δὲ δίκη, κατὰ τῶν οὐ νεμόντων προστάτην Μετοίκων. ἀλλὰ αὐτὴ μὲν δημοσία. ἐξῆν γὰρ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι τὸν Μέτοικον, & jam in superioribus e Suida diximus, in jus vocabantur apud Polemarchum, qui judices dabat, si quis τῶν τυχόντων, unus de multis dicam scriberet Ἀποστασίου, sive ob non adoptatum patronum, sive quia τὸ μετοίκιον non praestiterat: At vero si publicanus ipse & vectigalium sive tributorum redemptor τὸν Μέτοικον non soluti tributi accusaret, ab eo venum abducebatur ad
174 τοὺς Πωλητὰς in forum, quod Μετοίκιον, vel πωλητήριον τοῦ μετοικίου dicebatur. Plutarchus jam laudatis verbis *in Lycurgo Rhetore* [*p.* 842. *B.*] τελώνου δέ ποτε ἐπιβαλόντος Ξενοκράτει τῷ Φιλοσόφῳ τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸ Μετοίκιον ἀπαγαγόντος. cum enim publicano τὸ μετοίκιον non pependisset, satis convictus erat Ἀποστασίου.

IV. Non erat quippe, quod se tueretur hac exceptione, Civem se esse: nam severe admodum animadvertebatur in hujusmodi παρεγγεγραμμένοις εἰς τὴν πολιτείαν Μετοίκους, si de statu controversia illis moveretur, scriberetur que[1] ξενίας γραφή, quae etiam Ἀπροστασίου δίκη appellatur, ut observant Grammaticorum filii: ὅταν τις δοκῶν εἶναι Μέτοικος, ἀστὸς εἶναι φάσκῃ παρεγγεγραμμένος εἰς τὴν πολιτείαν. Lex autem haec est:

Τοὺς τῆς ξενίας γραφέντας ἐν τῷ οἰκήματι πρὸ τῆς κρίσεως μένειν, καὶ μὴ ἐξεῖναι ἐγγυητὰς καταστῆσαι. κἂν μὲν ἁλῶσι, ὑπὸ τῷ δικαστηρίῳ πεπρᾶσθαι.	*Peregrinitatis accusati in vincula, antequam judicium reddatur, conjiciuntor. Fidejussores dare iis jus non esto: convicti apud judices venduntor.*

Igitur qui accusabantur τῆς ξενίας, in vincula primum conjiciebantur, antequam judicia de illis redderentur, neque fidejussores dare licebat: ubi vero damnati essent τῆς ξενίας, vendebantur. Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [*p.* 467.] ἀλλ' ἄγεθ' αὐτοὺς ὑπὸ τοὺς νόμους. οὐδὲ γὰρ οἱ τῆς ξενίας ἁλισκόμενοι ἀγανακτοῦσιν ἐν τῷ οἰκήματι τούτῳ ὄντες, ἕως ἂν τὴν τῶν ψευδομαρτυριῶν ἀγωνίσωνται· ἀλλὰ μένουσιν, καὶ οὐκ οἴονται δεῖν ἐγγυητὰς καταστήσαντες περιιέναι. ἔδοξε γὰρ τῇ πόλει ἀπιστεῖν αὐτοῖς, καὶ οὐκ ᾤετο δεῖν διακρουσθῆναι τῆς τιμωρίας δι' ἐγγυητῶν καταστάσεως· ἀλλ' ἐνταῦθα μένειν αὐτοὺς, οὗ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν πολιτῶν. Ulpianus: εἴ τις ἦλω παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὑποκρινόμενος εἶναι πολίτης μὴ ὢν Ἀθηναῖος κατὰ τὸ ἀληθὲς, καὶ τὰ αὐτὰ ποιῶν τοῖς πολίταις, πρὸ μὲν κρίσεως, ᾤκει τὸ δεσμωτήριον. ἁλοὺς δὲ ἐν τῇ κρίσει ὕστερον, ἐπωλεῖτο. Atque ita quam grave scelus esse istud putarent, significabant, cum in vincula conjicerent eos, qui fidejussores dare parati erant, & vellent hanc ipsam carceris poenam ante damnationem sustinere.

V. Unde etiam judicio iterum experiri licebat adversus eum, secundum quem accusatum ξενίας pronuntiatum fuerat, appellabaturque haec actio δωροξενίας, eaque de re haec Lex legitur.

Τοὺς

1 Actio haec potissimum instituebatur in παρεγγεγραμμένους, quique pro cive agerent, peregrini cum essent, sive ὡς τοὺς οὐ καλῶς Ἀθηναίους ὄντας, ut *Lysias* loquitur Orat. in Agoratum C. 14., cui *Pollucem* junge L. III, 57.

Τοὺς ἀποφυγόντας ξενίας ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ πάλιν γράψασθαι δωροξενίας.

Absolutum judicio peregrinitatis jus esto cuicumque libuerit, accusare corrupti muneribus judicii.

Non igitur accusato ξενίας se purgasse satis fuit: licebat enim iterum eum in jus vocare δωροξενίας. Meminit Legis Hyperides ἐν τῷ κατὰ Ἀρισταγόρου. ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς Δωροξενίας νόμος ἁρμόττων ἐστὶ τῷ νῦν ἀγῶνι παρεσχῆσθαι· εἰ γὰρ καὶ τοὺς ἀποφυγόντας ξενίας εἴρηκεν ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ πάλιν γράψασθαι, ἐὰν μὴ δοκῶσι δικαίως τὸ πρῶτον ἀποπεφευγέναι, πῶς οὐ φανερόν ἐστι καὶ Ἀρισταγόρου τὸ δίκαιον; Dica haec, ut ex Aristotele ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ liquet, apud Thesmothetas scribebatur: εἰσὶ δὲ καὶ γραφαὶ πρὸς αὐτοὺς Thesmothetas, ὧν παράστασις τίθεται, ξενίας, καὶ δωροξενίας, ἄν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγῃ τὴν συκοφαντίαν. alibi reperies scriptum fuisse ab Aristotele, ἀποφύγῃ τὴν ξενίαν. Pollux *Libro III. cap.* 4. κατὰ δὲ τῶν παρεγγεγραμμένων ξενίας γραφὴ, καὶ δωροξενίας, ἂν διαφθείρωσι τοὺς δικάζοντας. A litigantibus autem pendebatur drachma, a singulis una, judicum sportula, non vero, ut volunt viri summi, in apparitorum mercedem. 175. Harpocration, quem descripsit Suidas: παράστασις, Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Πύρρου κλήρου. ἔστι δὲ δραχμὴ καταβαλλομένη ὑπὸ τῶν δικαζομένων τὰς ἰδίας δίκας. Μένανδρος Μισογύνῃ.

> ἕλκει δὲ γραμματίδιον ἐκεῖσε δίθυρον,

καὶ παράστασις μία δραχμή. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ περὶ Θεσμοθετῶν φησὶν οὕτως. εἰσὶ δὲ γραφαὶ πρὸς αὐτοὺς, ὧν παράστασις τίθεται, ξενίας, καὶ δωροξενίας, ἄν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγῃ τὴν ξενίαν, καὶ ψευδεγγραφῆς, καὶ ψευδοκλητείας, καὶ βουλεύσεως, καὶ ἀγραφίου, καὶ μοιχείας. Leviter corrupta sunt Menandri verba, quae, ut puto, dicuntur adversus τὸν Μισογύνην, qui huic fabulae nomen dedit, sive ab ejus uxore, sive a quopiam alio objiciente illi τὸ φιλοδικαστικὸν, Rescribo,

> ἕλκει δὲ γράμμα τ' ἴδιον ἐκεῖ σε δίθυρον,
> καὶ παράστασις μία.

Distinximus vocem γραμματίδιον, in has, [1] γράμμα τ' ἴδιον, nam κατὰ γραμ-

[1] Petitus emendat γράμμα τ' ἴδιον. nam κατὰ γράμματα, inquit, *judices sua sortiebantur δικαστήρια, in quibus judicia reddebant. Scholia Comici ad hunc Pluti versum* (973.)

> Ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι.

Nihil mutandum. γραμματίδιον, *literula*. Pro ἐκεῖσε legit ἐκεῖ σε, hoc bonum. Expungit etiam δραχμή, tanquam glossema. & hoc bonum. SALVIN.

Ibid. Παράστασις erat drachma, quae in initio quorundam judiciorum a litigantibus dependebatur, *Pollux* VIII, 39. & 127. *Harpocration* in παράστασις & ex eo *Suidas*. Hinc Petitus putavit locum *Menandri* ad judices pertinere, & haec verba adversus Μισογύνην, qui huic fabulae nomen dedit, sive ab ejus uxore, sive a quopiam alio, objiciente illi τὸ φιλοδικαστικὸν, dici. Quia autem Athenis judices κατὰ γράμματα sortiebantur δικαστήρια, hinc ei mox conjectura nata est, pro γραμματίδιον apud *Menandrum* legendum esse γράμμα τ' ἴδιον. Hanc recte rejicit *Salvinius*. Sed non admodum firma ratione adversus eam utitur. Γραμματίδιον, inquit, est *literula*. Hoc non negat Petitus, sed vocem γράμμα τ' ἴδιον accipit pro uno e decem δικαστηρίοις Atheniensium, quorum singulorum fores inscriptae erant una e decem primis alphabeti literis, a quibus δικαστήρια illa nomen accipiebant: v. g. δικαστήριον α. β. γ atque ita porro, quod pluribus exsequitur Scholiastes *Aristophanis* ad Plutum vs. 277. Itaque quod γραμματίδιον est *literula*, hoc nullam vim ad Petiti emendationem refellendam habet. Ea ob

γράμματα judices sua sortiebantur δικαστήρια, in quibus judicia reddebant. Scholia Comici ad hunc Pluti versum,

ἀλλ' ὁ λαχὼν οὐκ ἔπινες ἐν τῷ γράμματι.

παρ' ὑπόνοιαν, ἀντὶ τοῦ, ἐδίκαζες. ὅτι δὲ κατὰ γράμματα ἐκληροῦντο, προείρηται. Epitheta vero hoc δίθυρον, literam designavit, secundum quam τὸ δικαστήριον erat sortitus. Expunximus praeterea vocem δραχμὴν, glossema quippe fuit vocis Παράστασις.

TITULUS SEXTUS
De Servis & Libertis.

I. JURA Servorum solutiora multo erant Athenis, quam Romae: unde Plautus *in Sticho* [*Act. III*, 1, 37.]

Atque

ob has caussas non videtur admittenda. Primum, quia *Demetrius Phalereus* apud *Harpocrationem* in [illegible] & *Pollux* VIII, 39. & 127. non τοὺς δικαστὰς, *judices*, sed τοὺς διαιτητὰς, *arbitros*, drachmam illam accepisse tradunt: jam vero arbitros δικαστήρια κατὰ γράμματα sortitos fuisse, ita ut judices, nusquam proditum invenio. Deinde, quod plusquam probabile est *Hesychium* & *Pollucem* in *Menandro* legisse γραμματεῖα. *Hesychius*: [illegible] γραμματεῖον δίπτυχον, vel, ut distinguendum censet vir doctissimus ad *Pollucem* δίθυρον γραμματεῖον, δίπτυχον. *Pollux* IV, 18. καὶ [illegible], δελτίον δίπτυχον, οἱ δ' Ἀττικοὶ γραμματεῖον δίθυρον. Et X, 57. [illegible] γραμματεῖον δίθυρον. Etsi enim hi *Menandrum* non nominant, tamen vix negari potest, eos, quod putant Eruditi, ad verba illius respexisse: in quibus γραμματεῖον δίθυρον, *libelli*, *pugillares duplices*, recte accipi potest de libellis eorum, qui in judiciis versantur, & litigatorum, quos ἐχίνους γραμματείων manibus tenere dicit *Theophrastus* Charact. C. 6. Denique, quod quemadmodum *Menander* γραμματεῖον & παράστασιν conjungit, ita etiam *Pollux* VIII, 127. & *Suidas* in [illegible], de παραστάσει agentes γραμματεῖον & γραμματεῖον memorant. Quod deinde addit Petitus, *Menandrum* epitheto δίθυρον designasse *literam*, *secundum quam hic* [illegible] δικαστήριον *sortitus erat*, id non potest intelligi. Suspicor eum non δίθυρον voluisse scribere, sed [illegible]. nam haec est ratio conjecturae, qui γραμματεῖον in γράμμα τ' ἴδιον mutat, quod quilibet judex suum & ἴδιον γράμμα ac δικαστήριον sortiebatur. Secunda emendatio Petiti pro [illegible] scribentis [illegible], ferri quodammodo potest, nec tamen necessaria est. In iis, quae apud Poëtam praecesserunt, potuit esse accusativus, qui ad [illegible] referretur, &, si vel nullus fuisset, tamen non inusitata esset illius ellipsis. Ne dicam, si [illegible] hic propria significatione dictum sit, ut videtur, & vertendum est *trahit*, insolitius illi jungi [illegible], *ibi*, quam [illegible], *illuc*: nam, ut docent Grammatici, & usus linguae Graecae comprobat, hoc [illegible], illud fere [illegible] dicitur. Postremo non apparet, cur vox δραχμὴν expungenda sit, ut quae, Petito judice, glossema vocis παράστασις fuerit. Si quis suppleat participium verbi substantivi ὤν, quod infinitis locis explendum relinquitur, nihil est in his verbis, quod a *Menandro* proficisci non potuerit. Finge cum Petito haec homini [illegible] ab ejus uxore, vel alio quopiam objici. An non totius loci sententia haec esse potuit? *Fugis domum atque uxorem*, & *in foro habitas*, *quo te trahunt instrumenta litium*, & *exiguum ac vile unius drachmae in judicio depositae lucellum*, [illegible]. Sed quemadmodum hoc pro certo adfirmari non potest, ita certum est, saepe parum tutum esse in mutandis, supplendis, vel mutilandis verbis Scriptorum, quae nihil nisi ἀποσπασμάτια & fragmenta quaedam sunt, conjecturis indulgere: quum ignoremus, quid ante vel post ea scriptum fuerit, quod cum iis conjunctum idoneum sensum habere potuerit. Forsitan ita cogitavit Petitus: παράστασις est δραχμή: itaque hic supervacuum est illud δραχμή. Si hanc rationem secutus est, nec video aliam cur ei suspectum esse potuerit δραχμή, potuisset etiam tollere μία: neque enim plus una drachma deponebatur. Et hanc viam deinde ingressus est *Clericus*: si tamen hoc cogitavit, ac non potius vitio postremae Editionis *Suidae* in errorem abductus fuit: quae est suspicio *Phileleutheri Lipsiensis*, qui hanc mutilationem merito improbat. Illud quoque hic non est praetereundum, Petitum verba *Menandri* in hunc modum ordinando,

Ἔλκει δ' γράμμα τ' ἴδιον [illegible]
Καὶ παράστασις μία.

vitiosum dedisse utrumque versum. Idem accidit *Clerico*, quem *Philelentherus* docuit *Menandrum* ea melius ita disposuisse (in Appendice Notarum in *Harpocrationem*.)

—— [illegible] γραμματεῖον
Ἕλκει δίθυρον, καὶ παράστασις μία
Δραχμή.

Potius debuerant verba *Menandri* sine ulla distinctione versuum describere, vel *Musgravio* obtemperare, cujus dispositionem duos postremos Editores *Harpocrationis* sequutos esse, non ignorare debebat *Clericus*, quam inconditos, & legi metri repugnantes versus concinnare.
DUKER.

Atque id ne vos miremini, homines servulos
Potare, amare, atque ad coenam condicere:
Licet hoc Athenis nobis.

Demosthenes *Philippica III.* [*p.* 65.] ὑμεῖς τὴν παρρησίαν ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων, οὕτω κοινὴν οἴεσθε δεῖν εἶναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει, ὥστε καὶ τοῖς ξένοις, καὶ τοῖς δούλοις αὐτοῖς μεταδεδώκατε. Rursum *in eadem*: πολλοὺς ἄν τις οἰκέτας ἴδοι παρ' ἡμῖν μετὰ πλείονος ἐξουσίας ὅ, τι βούλονται λέγοντας, ἢ πολίτας ἐν ἐνίαις τῶν ἄλλων πόλεων. Optime certe prisci illi Athenienses justam & clementem servitutem praeferebant. Servi enim (qui Graecis ideo σώματα, & Latinis Jurisconsultis *corpora* dicuntur) sunt dominis, quod animae est corpus, ut praeclare disputat Aristoteles *Polit. Libro I.* [C. 3.] ἡ μὲν ψυχὴ, τοῦ σώματος ἄρχει, δεσποτικὴν ἀρχήν. ἐν οἷς φανερόν ἐστιν, ὅτι κατὰ φύσιν καὶ συμφέρον τὸ ἄρχεσθαι τῷ σώματι ὑπὸ τῆς ψυχῆς τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἀναγκαῖον εἶναι καὶ ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων. Praeterea nata est servitus ab iis, qui cum essent sui juris, neque tamen per mentis infirmitatem res suas possent tueri, in prudentiorum clientelam ultro venerunt, 176.
atque illis operas suas locarunt. Refert Posidonius Stoicus Historia X. & verba transcripsit Athenaeus *in Lib. VI.* [C. 18. *p.* 263.] πολλούς τινας ἑαυτῶν οὐ δυναμένους προΐστασθαι, διὰ τὸ τῆς διανοίας ἀσθενὲς, ἐπιδοῦναι ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν συνετωτέρων ὑπηρεσίαν, ὅπως παρ' ἐκείνων τυγχάνοντες τῆς εἰς τὰ ἀναγκαῖα ἐπιμελείας, αὐτοὶ πάλιν ἀποδιδῶσιν ἐκείνοις δι' αὐτῶν ἅπερ ἂν ὦσιν ὑπηρετεῖν δυνατοί. Quae sola vera atque justa erat servitus, ut quae a natura esset: unde Aristoteles: ὅσοι μὲν οὖν ἄνθρωποι τοσοῦτον διεστᾶσιν, ὅσον ψυχὴ σώματος, καὶ ἄνθρωπος θηρίου, ἄρχουσι δεσποτικὴν ἀρχήν· ὅσων δ' ἐστὶν ἔργον ἡ τοῦ σώματος χρῆσις, καὶ τοῦτ' ἔσται ἀπ' αὐτῶν βέλτιστον. οὗτοι μὲν εἰσι φύσει δοῦλοι, οἷς βέλτιόν ἐστιν ἄρχεσθαι ταύτην τὴν ἀρχήν. Anima enim illis pro sale data est. Idem maximus Doctor: ἔστι γὰρ φύσει δοῦλος ὁ κοινωνῶν λόγου τοσοῦτον ὅσον αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἔχειν. & alterius natura est, id est, servus est, qui suus esse non potest: ὁ γὰρ μὴ αὑτοῦ φύσει, ἀλλ' ἄλλου, ἄνθρωπος δὲ, οὗτος φύσει δοῦλός ἐστιν. Praeterea qui Lege servi sunt, οἱ κατὰ νόμον δοῦλοι, ἐν ᾧ, inquit summus virorum, τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναί φασι, liberalitate potius quam metu retinendi sunt.

τύχη δὲ πάντα μεταφέρει τὰ σώματα.
πολλοὶ δὲ νῦν μέν εἰσιν οὐκ ἐλεύθεροι,
εἰς τ' αὔριον δὲ Σουνιεῖς, εἶτ' εἰς τρίτην
ἀγορᾷ κέχρηνται. τὸν γὰρ οἴακα στρέφει
δαίμων ἑκάστῳ.

inquit Anaxandrides Comicus in Anchise. Ad haec metus erat, ne provocati injuriis Servi bello dominos lacesserent, quod aliquando evenisse testatum reliquit Posidonius Philosophus: tantus enim Athenis erat Servorum numerus, ut quum Demetrius Phalereus anno primo Olympiadis centesimae decimae censum Atheniensium ageret, numerata sint servorum capitum quadringenta millia: Anonymus in Descriptione Olympiadum ad hunc annum: ἐξετασμοῦ τῶν Ἀθηναίων γενομένου ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, εὑρέθησαν μὲν Ἀθηναῖοι

δισμύριοι, οἰκετῶν δὲ μυριάδες τεσσαράκοντα. [1] Ctesicles Libro III. Chronicorum idem scribit: [apud Athenaeum *L. VII. p. 272. B.*] τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδι, Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικὴν, καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τετταράκοντα. Humane itaque Servos suos habuerunt Athenienses.

Hinc Legem ut scriberent hanc, factum est:

Ἄν τις τύπτῃ τὸν ἀλλότριον δοῦλον, γραφὰς εἶναι [2] αἰκίας κατὰ τοῦ τύπτοντος.	*Si quis alienum servum pulsarit, adversus eum Lege injuriarum agito.*

Non licebat igitur alienum servum pulsare: meminit hujus Legis Xenophon ἐν τῇ τῶν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. τῶν δούλων δ' αὖ καὶ τῶν Μετοίκων, πλείστη ἐστὶν Ἀθήνησιν ἀκολασία, καὶ οὔτε πατάξαι ἔξεστιν αὐτόθι, οὔτε ὑπεκστήσεταί σοι ὁ δοῦλος. Hanc eandem Legem intelligit Athenaeus *Libro VI.* [C. 19.] Ἀθηναῖοι δὲ καὶ τῆς τῶν δούλων προνοοῦντες τύχης, ἐνομοθέτησαν καὶ ὑπὲρ δούλων γραφὰς ὕβρεως εἶναι. Ὑπερίδης γοῦν ὁ Ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου, αἰκίας φησὶν ἔθεσαν, οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις εἰς δούλου σῶμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντος. ὕβριν vocat, quae proprie αἰκία est, id est, πληγαὶ μόνον, ut interpretantur veteres Magistri, cujus mulcta erat pecuniaria, ut docet Lysias ἐν τῷ περὶ αἰκίας
177. πρὸς Ἰσοκράτην. Καίτοι τίς οὐκ οἶδεν ὑμῶν, ὅτι ἡ μὲν αἰκία, χρημάτων ἐστὶ μόνον τιμῆσαι. Ratio Legis est apud Xenophontem, *loco laudato:* οὗ δ' ἕνεκέν ἐστι τοῦτο ἐπιχώριον, ἐγὼ φράσω. εἰ νόμος ἦν τὸν δοῦλον ὑπὸ τοῦ ἐλευθέρου τύπτεσθαι, ἢ τὸν μέτοικον, ἢ τὸν ἀπελεύθερον, πολλάκις ἂν οἰηθεὶς εἶναι τὸν Ἀθηναῖον δοῦλον, ἐπάταξεν ἄν. ἐσθῆτά τε γὰρ οὐδὲν βελτίων ὁ δῆμος αὐτόθι, ἢ οἱ δοῦλοι, καὶ οἱ μέτοικοι, καὶ τὰ εἴδη οὐδὲν βελτίους

1 Quisnam fuerit ille *Ctesicles* Chronicorum scriptor juxta cum ignarissimis scio: sed quicunque tandem fuerit, valde dubito de fide hujus lemmatis, in quo censum civium Atheniensium actum fuisse ait a Demetrio Phalereo Olympiade cx., credoque homonymia Praetorum errasse. Censum Demetrius Athenis agere non potuit nisi eo tempore, quo praeerat Atheniensibus & omnem in se auctoritatem traxerat: neque enim opus est privati censum agere. At Olymp. cx. Philippus Byzantium obsidebat, eoque potissimum anno discors coepit esse Atheniensibus, & inter eos foedera rupta sunt. Quo tempore nondum notus erat Demetrius si tamen natus. Sed tum demum Atheniensibus praefuit, quando a Cassandro urbi fuit impositus Demogene Praetore anno quarto Olymp. cxv., annis xxiii. post Olymp. cx. Jam vero errandi caussa haec fuisse videtur. Olympiade cx. Theophrastus erat Archon seu Praetor. At idem seu alius Theophrastus fuit Archon Olymp. cxvi. anno quarto, annis xxvii. post Olymp. cx.; quo Archonte Theophrasto illo secundo post Nicodorum florebat Demetrius Phalereus. *Ctesicles*, quicunque fuerit, cum censum Athenis a Demetrio actum legisset Archonte Theophrasto sine debito examine eum retulit ad annum, quo erat Praetor Theophrastus post Nicomachum Olymp. cx., qui lapsus eo fuit facilior, quod inter Theophrastum post Nicomachum & inter Theophrastum post Nicodorum paucarum literarum sit differentia. PALMER.

Ibid. Bene vir doctissimus errorem animadvertit in Olympiadum numero admissum: qui nasci profecto ad eum potuit modum, nisi si potius errore librariorum sit progenitus, uti censuit *Is. Casaubonus* ad *Athen.* L. VII, 20.

2 Verius foret ὕβρεως, ut apud *Athenaeum.* Non enim actio αἰκίας agebatur ob injuriam servo illatam, quia ea privata erat, nec ad alium pertinebat, quam ad eum qui injuriam erat passus. Servo autem caussae dictio non erat. Ὕβρεως actio erat publica, qua herus, si vellet, aut quivis alius poterat experiri. *Hyperides*, qui Petito scribendi occasionem dedit, tantum id ait, liberos homines, si injuria iis esset facta, potuisse αἰκίας agere, ac privato judicio, si publico nollent, injuriam sibi factam persequi. Si qua autem atroci injuria servi pulsati sint, licuisse cuilibet e populo, quod servo juris civilis nulla erat communio, accusare eum ὕβρεως. Docet hoc uberius *Desid. Heraldus* Animadv. in *Salmasii* Observat. ad jus Attic. L. II. p. 135.

βελτίοις εἰσίν. & paulo post: *ὅπου δ' εἰσὶ πλούσιοι δοῦλοι, οὐκέτι ἐνταῦθα λυσιτελεῖ τὸν ἐμὸν δοῦλον σὲ δεδιέναι.* E quibus Xenophontis verbis videre est, quam soluta fuerint jura Atheniensium Servorum, ut qui eadem cum plebe, aut elegantiori uterentur veste, nemini de via cederent, neque liceret eos ab alienis pulsari.

II. Servis in bello captis consultum voluit hac Lege Rhetor Lycurgus:

Μηδενὶ ἐξεῖναι Ἀθηναίων, μηδὲ τῶν οἰκούντων Ἀθήνησιν, ἐλεύθερον σῶμα πρίασθαι ἐπὶ δουλείᾳ ἐκ τῶν ἁλισκομένων, ἄνευ τῆς τοῦ προτέρου δεσπότου γνώμης.	*Atheniensium civium aut inquilinorum nullus captivum, qui liber fuerit, in servitutem vendito, absque prioris domini consensu.*

Tulit hanc Legem Orator Lycurgus, referente Plutarcho *in ejus Vita* [*p.* 842. *A.*] *εἰσήνεγκε δὲ νόμον, μηδενὶ ἐξεῖναι Ἀθηναίων, μηδὲ τῶν οἰκούντων Ἀθήνησιν, ἐλεύθερον σῶμα πρίασθαι ἐπὶ δουλείᾳ ἐκ τῶν ἁλισκομένων, ἄνευ τῆς τοῦ προτέρου δεσπότου γνώμης.* Intelligit *αἰχμαλώτους*, qui bello capti servitutem serviebant, cum prius in patria liberi fuissent: hanc Servitutem *κατὰ νόμον* vocat Aristoteles *Libro I. Politic. cap.* 6. *ἔστι γάρ τις κατὰ νόμον δοῦλος καὶ δουλεύων· ὁ γὰρ νόμος, ὁμολογία τίς ἐστιν· ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναί φασι.* Atque hic servitutis modus omnium antiquissimus. Dio *Orat. XV.* [*p.* 242. *B.*] *τοὺς γὰρ πρώτους γενομένους δούλους, οὐκ εἰκὸς ἐκ δούλων φῦναι τὴν ἀρχήν· ἀλλὰ ὑπὸ λῃστείας ἢ πολέμου κρατηθέντας, οὕτως ἀναγκασθῆναι δουλεύειν τοῖς λαβοῦσιν.* & ex illo alii omnes fluxerunt, quanquam non desunt, qui hunc improbent, Aristotele teste: *τοῦτο δὲ τὸ δίκαιον πολλοὶ τῶν ἐν τοῖς νόμοις, ὥσπερ ῥήτορα, γράφονται παρανόμων, ὡς δεινὸν, εἰ τοῦ βιάσασθαι δυναμένου, καὶ κατὰ δύναμιν κρείττονος, ἔσται δοῦλον καὶ ἀρχόμενον τὸ βιασθέν.* & vere Helena apud Theodecten:

> *θείων δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἐκγόνοιν ῥιζωμάτων,*
> *τίς ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειεν λάτριν;*

III. Quod si quis in servitutem abduceretur, aut peteretur, poterat quilibet illum liberali asserere caussa manu, ex hac Lege:

Ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ ἀφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν, καὶ κατεγγυῆσαι τὸν ἀγόμενον εἰς δουλείαν πρὸς τῷ Πολεμάρχῳ.	*Cuivis jus esto alium liberali asserere caussa manu, seque pro illo fidejussorem dare apud Polemarchum.*

Meminit [1] hujus Legis Aeschines *ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου* [*p.* 9.] *ἄνθρωπον μηδὲν ἠδικηκότα ἦγεν εἰς δουλείαν, φάσκων αὐτοῦ εἶναι δοῦλον. ἐν πολλῷ δὲ κακῷ γενόμενος ὁ Πιττάλακος προσπίπτει πρὸς τὰ γόνατα ἀνδρὶ καὶ μάλα χρηστῷ. οὗτος αὐτὸν ἀφαιρεῖται εἰς ἐλευθερίαν, τὸ δὲ μετὰ τοῦτο λήξεις δικῶν ἐποιήσαντο.* Qui liberali asserebant causa manu, ad Polemarchum ibant, & judicio sistere promittebant, ac fidejussores dabant, atque interim vindiciae secundum libertatem dabantur. Demosthenes *ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας* [*p.* 732.] *πυθόμενος δὲ ὁ Φρυνίων ἐπιδημοῦσαν αὐτὴν, καὶ οὖσαν παρὰ τούτῳ, παραλαβὼν νεανίσκους μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Στεφάνου, ἦγεν αὐτήν· ἀφαιρουμένου δὲ τοῦ Στεφάνου κατὰ τὸν νόμον εἰς ἐλευ-*

1 Usus his est *Des. Heraldus in Martial.* 1, 53.

ἐλευθερίαν, κατηγγύησεν αὐτὴν πρὸς τῷ Πολεμάρχῳ. Lysias ἐν τῷ κατὰ Παγ-
178. κλέωνος [C. 3.] ἡμέραις τοίνυν μετὰ ταῦτα οὐ πολλαῖς ὕστερον, ἰδὼν ἀγόμενον τουτονὶ Παγκλέωνα ὑπὸ Νικομήδους, ὃς ἐμαρτύρησεν αὐτοῦ δεσπότης εἶναι, προσῆλθεν, βουλόμενος εἰδέναι ὁποῖόν τε περὶ αὐτοῦ πραχθήσοιτο. τότε μὲν οὖν ἐπειδὰν ἐπαύσαντο μαχόμενοι, εἶπόν τινες τῶν τούτῳ παρόντων ὅτι εἴη αὐτῷ ἀδελφὸς, ὃς ἐξαιρήσοιτο αὐτὸν εἰς ἐλευθερίαν. ἐπὶ τούτοις ἠγγυησάμενοι παρέξειν εἰς ἀγορὰν, ᾤχοντο ἀπιόντες. Ad Polemarchum igitur rapiebantur in jus, & illius erat vindicias secundum libertatem dare, fidejussoribus promittentibus futurum, ut is, cui status controversia movebatur, judicio sisteretur, deinde judices sortiebatur εἰσάγων τὴν δίκην εἰς τὸ δικαστήριον. Hinc illa Dionis Chrysostomi *Orat. XV.* [*p.* 238. *D.*] ἀλλὰ οὐ πολλοὶ αὐτῶν ἐλεύθεροι ὄντες, καὶ ἀδίκως δουλεύοντες, ὧν τινες ἤδη καὶ εἰς δικαστήριον ἐλθόντες, ἀπέδειξαν ἐλευθέρους ὄντας ἑαυτούς.

IV. Quod si quis per injuriam [1] servum liberali causa manu assereret, pendebat aerario semissem aestimationis:

Ἐὰν μή τις δόξῃ δικαίως εἰς ἐλευθερίαν ἀφελέσθαι τινα, τὸ ἥμισυ τοῦ τιμήματος ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ.

Si quis per injuriam alterius servum liberali causa manu asserueris, aerario semissem aestimationis pendito.

Legem laudat Auctor Argumenti Orationis Demosthenicae *in Theocrinem*: νόμος δὲ ἦν, Ἐὰν μή τις δόξῃ δικαίως εἰς ἐλευθερίαν ἀφέλεσθαι τινα, τὸ ἥμισυ τοῦ τιμήματος ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ. Demosthenes *hac ipsa Oratione* [*p.* 718.] καί μοι λέγε τὸν νόμον, ὃς κελεύει τὸ ἥμισυ τοῦ τιμήματος ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ, ὃς ἂν δόξῃ μὴ δικαίως εἰς ἐλευθερίαν ἀφέλεσθαι. Pendebat itaque aerario publico semissem aestimationis, non litis, sed pretii, puto, servi illius, quem liberali causa manu asserebat: adversus quem actio haec dicebatur ἐξαιρέσεως δίκη. Grammatici: ἐξαιρέσεως δίκη, ὁπότε τις ἄγοι τινὰ ὡς δοῦλον, ἔπειτα τις αὐτὸν ὡς ἐλεύθερον ἐξαίροιτο, ἐξῆν τῷ ἀντιποιουμένῳ τοῦ ἀνθρώπου ὡς δούλου λαγχάνειν ἐξαιρέσεως δίκην, τῷ εἰς τὴν ἐλευθερίαν αὐτὸν ἐξαιρουμένῳ. Isaeus ἐν τῇ ὑπὲρ Εὐμαθοῦς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρέσει.

V. Lege concedebatur Servis actio adversus iniquos dominos, qua poterant eos adigere ut se venderent:

Τοῖς δούλοις ἐξεῖναι πρᾶσιν αἰτεῖσθαι, καὶ δεσπότην μεταβάλλειν ἐπιεικέστερον.

Servis jus esto dominos iniquos adigere ut se vendant humanioribus.

Legitur haec Lex apud Plutarchum περὶ δεισιδαιμονίας [*p.* 166. *D.*] ἔστι καὶ δούλοις νόμος ἐλευθερίαν ἀπογνοῦσι πρᾶσιν αἰτεῖσθαι, καὶ δεσπότην μεταβάλλειν ἐπιεικέστερον. [2] Legem Atticam fuisse quanquam non dicat Plutarchus, probant ea, quae apud Pollucem *Libro VII. cap.* 2. [*Segm.* 13.] supersunt,

1 Vim si facerent, ut servum in libertatem assererent, ἔνοχοι erant τοῖς βιαίοις, poterantque actione τῶν βιαίων seu *de vi* compellari, uti docet *Lysias* Orat. XXII, 4.

2 Eandem in sententiam *Philo Jud.* de Therapeut. p. 892. C. μετοικίζονται δὲ οὐκ εἰς ἑτέραν πόλιν, ὥσπερ οἱ πρᾶσιν αἰτούμενοι παρὰ τῶν κεκτημένων ἀτυχεῖς ἢ κακόδουλοι, δεσποτῶν ἀπαλλαγὴν οὐκ ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐκπορίζοντες. *Plutarchi* verba δούλοις ἐλευθερίαν ἀπογνοῦσι parum opportuna erunt, nisi ampliore paullo sensu capiantur de servis crudelitate dominorum atque injuriis eo redactis, ut de libertate omnino desperent, atque ob intolerabilem saevitiam vendi cupiant, ut monitum egregie a *Tib. Hemsterhusio* in *Lucian.* in D. Deor. XXIV.

sunt, veterum Comicorum loca: ὃ δὲ οἱ νῦν φασι τοὺς οἰκέτας πρᾶσιν αἰτεῖν, ἔστιν εὑρεῖν ἐν ταῖς Ἀριστοφάνους Ὥραις.

εἴ μοι κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον δραμεῖν,
ἐκεῖ δ', ἕως ἂν εὕρωμεν πρᾶσιν, μένειν.

ἀντικρὺς δὲ ἐν ταῖς Εὐπόλιδος Πόλεσι,

Κακὰ τοιάδε πάσχουσιν, οὐδὲ πρᾶσιν
αἰτοῦσι.

[1] Aristophanis versus, meo judicio, ita sunt distinguendi:

εἰ μὴ κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον
δραμεῖν, ἐκεῖ δ', ἕως ἂν εὕρωμεν πρᾶσιν,
μένειν.

Confugiunt Servi ad Thesei sacellum, quia habebat jus asyli, & jus ibi dicebatur Servis τοῖς πρᾶσιν αἰτοῦσι. Grammatici: Θησεῖον, τέμενός ἐστι τῷ Θησεῖ, ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν. ἐλέγοντο δὲ δίκαι ἐνταῦθα. 179.

VI. Quin etiam libertatem consequebantur, vel invitis dominis, pecunia numerata:

Τοῖς δούλοις ἐξεῖναι ἑαυτοὺς ἐλευθερῶσαι, ἀργύριον καταβάλλοντας τῷ δεσπότῃ.	*Servis jus esto libertatem consequi, numerata domino pecunia pro capite.*

Legem hanc colligere licet e Dionis Chrysostomi verbis *Orat. XV.* [*p.* 241. *A.*] ἐμαυτὸν οὐκ ἂν σοι δοκῶ ἐλευθερῶσαι; εἴγε ἀργύριόν ποθεν καταβάλλοις τῷ δεσπότῃ. & in palliata Diphili Comoedia κληρουμένοις, sive Plauti *Casina* [*Act. II*, 5, 5.

Quid tu me vero libertate territas?
Quid si tu nolis, filiusque etiam tuus,
Vobis invitis, atque amborum ingratiis,
Una libella liber possum fieri.

Servi quippe apud Athenienses suum, quod sibi comparabant, habebant peculium, ex quo aliquid dominis suis pendebant quotannis, atque etiam, pro capite numerabant suo, ut servitutem exuerent. Xenophon *loco laudato* [*p.* 548.] ut colligamus facit: ὅπου γὰρ ναυτικὴ δύναμίς ἐστιν ἀπὸ χρημάτων, ἀνάγκη τοῖς ἀνδραπόδοις δουλεύειν, ἵνα λαμβάνωμεν [2] πράττῃ τὰς ἀποφορὰς, καὶ ἐλευθέρους ἀφιέναι. Quod vero ex his Suidae verbis: ἀποστασίου δίκη, ὅταν δοῦλος ὑπὲρ ἐλευθερίας ἐνίσταται, φάσκων μὴ προσέχειν τοῖς δούλοις αὐτὸν ἀντιποιουμένοις, colligit vir summus, Servos aliquando egisse adversus dominos de libertate consequenda, se servos alios competitores nihil morari dicentes, nobis non potest probari, & plane alio referenda sunt, ut infra, Deo dante, videbimus: neque enim haec actio ex Lege de libertate consequenda * unquam dicta est Ἀποστασίου, sed *Libertorum* est. Quanta autem fuerit pecunia, quae a servo, ut manumitteretur, numerabatur, pro certo dicere non possumus. Apud Plautum *una libella* est:

Vobis invitis, atque amborum ingratiis,
Una *libella liber possum fieri.*

Factum

1 In his & *Eupolidis* fragmento constituendis haud leve auxilium Petito praestitit *Is. Casaubonus* in *Athen.* IX, 3. & XI, 11.

2 Adpellant ἀποφορὰν eam pecuniam, quam servi mercedis nomine heris praestabant: τὰ ὑπὸ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις παρεχόμενα χρήματα *Ammonius* inquit. Locabant enim servis villas, tabernas & alia, ut lucrum facerent: quam rem egregie cum explanarit *H. Valesius* ad *Maussaci* in *Harpocrat.* notas p. 97., verbum non addam.

Factum quoque est aliquoties, ut afflictis Reipublicae temporibus, qui egregiam in bello navaverant operam Servi, libertate donarentur a Republica: De iis, [1] qui anno tertio Olympiadis nonagesimae tertiae, Archonte Callia μετὰ Αντιγένη, ad Arginusam Lacedaemonios fuderunt, Aristophanes [2] *Ranis*, atque eos non tantum libertate, sed & civitate donatos conqueritur [*vs.* 705.]

καὶ γὰρ αἰσχρόν ἐστι τοὺς μὲν ναυμαχήσαντας μίαν,
καὶ Πλαταιᾶς εὐθὺς εἶναι, κἀντὶ δούλων δεσπότας.

De illis qui militaverant Chaeroneae adversus Philippum Macedonem Dio Chrysostomus *Orat. XV.* [*p.* 240. *D.*] ὅπως Ἀθηναίων ψηφισαμένων μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην τοὺς συμπολεμήσαντας οἰκέτας ἐλευθέρους εἶναι.

VII. Servos, qui manumittebantur, non licebat liberos renunciare in Theatro, id enim hac Lege vetitum:

Μὴ οἰκέτην ἀπελευθεροῦν ἐν τῷ θεάτρῳ, ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κήρυκα.

Servos liberos in Theatro ne renunciato: praeco qui renunciarit, ignominiosus esto.

180. Legem laudat Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [*p.* 59.] καὶ διαῤῥήδην ὁ νόμος ἀπαγορεύει, μήτε οἰκέτην ἀπελευθεροῦν ἐν τῷ θεάτρῳ, ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κήρυκα. Renunciabantur Servi liberi per praeconem, ut hic habes: Sed in Theatro non debebat fieri haec renunciatio: ambitiosum enim erat: volebant quippe omnes Graecos, qui Ludis intererant, testes esse. Aeschines: ἄλλοι δέ τινες ὑποκηρυξάμενοι, τοὺς αὐτῶν οἰκέτας ἀφίεσθαι ἀπελευθέρους, μάρτυρας τῆς ἀπελευθερίας τοὺς Ἕλληνας ποιούμενοι. Manumissi servile suum nomen aliquando mutabant, aliquando syllabis augebant, ut *Stephanus* ille, qui *Philostephanus* appellari voluit, in quem est Epigramma *Libro II. Anthologias* [*C.* 47. *p.* 262.]

ἦν Στέφανος πτωχός, καὶ παῖς ἅμα· νῦν δὲ προκόψας,
πλουτεῖ, καὶ γέγονεν εὐθὺ Φιλοστέφανος.

Tonsurae quoque genus mutabant. Grammatici: ἀνδραποδώδη τρίχα. τὴν τῶν ἀνδραπόδων ἰδίως κουράν. ἣν ἀπελευθερωθέντες ἤλλαττον Ἀθήνησιν οἱ δοῦλοι. Cum autem eodem cum Μετοίκοις jure censerentur *Liberti*, quotannis τὸ μετοίκιον, id est, duodecim drachmas aerario pendebant, & praeterea triobolum fisci scribae, sive publicano. Harpocration· ὅτι δὲ καὶ οἱ δοῦλοι ἀφεθέντες ὑπὸ τῶν δεσποτῶν ἐτέλουν τὸ μετοίκιον, ἄλλοι τε τῶν Κωμικῶν δεδηλώκασι, καὶ Ἀριστομένης. Μένανδρος δ' ἐν Ἀνατιθεμένῃ, καὶ ἐν Διδύμαις πρὸς ταῖς δώδεκα δραχμαῖς, καὶ τριώβολόν φησι τούτους τελεῖν, ἴσως τῷ τελώνῃ. Atque de his intelligendus Pollux *Libro III. cap.* 4. τὸ δὲ μετοίκιον ἦν δυοκαίδεκα τῷ δημοσίῳ δραχμαὶ, καὶ τῷ Γραμματεῖ τριώβολον. itemque Hesychius: μετοίκιον, τέλος οὕτως ἐκαλεῖτο, ὃ ἐτίθεσθαι δραχμὰς δώδεκα, τῷ δὲ Τελώνῃ τριώβολον.

VIII. Hoc tributum pendebant Liberti, ceteraque alia omnia, publica, privata, administrabant per Patronum, non quem elegissent ipsi, quemadmodum οἱ Μέ-

1 Videtur *Xenophon* extremo L. I. pugnam anno ante Calliam Archontem ponere. PALMER.

Ibid. Ea fuit Scholiastes *Aristoph.* in Ran. vs. 33. sententia: ἐπὶ Ἀντιγένους (Lege Ἀντιγένους) περὶ Ἀργινούσας οἰκέτας ναυμαχῆσαι οἱ Ἀθηναῖοι. Sed eum errantem coarguunt *Xenophon* L. I. p. 345. *Diodorus* L. XIII. p. 371. & *Athenaeus* L. V. p. 218. B. Quare meliora de praelii hujus tempore commentatur *Palmerius* Exercit. p. 772.

2 Confer Schol. Ran. vs. 193., & ea proverbia, quae Cel. *Jac. Gronovius* vulgavit Praefat. Thes. Antiq. Graec. T. x. num. 107.

οἱ Μέτοικοι, sed qui libertate donasset dominus, quem colere, eique Lege constituta praestare tenebantur hac Lege:

Τοὺς ἀπελευθερωθέντας μὴ ἀφίστασθαι ἀπὸ τῶν ἀπελευθερωσάντων, μήτε ἕτερον ἐπιγράφεσθαι προστάτην, καὶ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι ποιεῖν.

Liberti eos, a quibus manumissi fuere, colunto: neminem alium patronum adoptanto: eaque quae Legibus imperantur, ii praestanto.

Legem hanc colligere est ex iis quae referunt Grammatici de actione Ἀποστασίου, & nos eorum verba reddemus infra, σὺν Θεῷ δ' εἰπεῖν. *Patronum* colebant *Liberti*, eique quasdam operas praestare tenebantur, ut in hac Lege habes, & e verbis Suidae plenius in sequentibus dicemus: Hinc Chrysippo *Libro* περὶ ὁμονοίας *II.* ἀπελεύθεροι δοῦλοι ἔτι εἰσὶ, sed non οἰκέται erant, id est, non τῇ κτήσει κατατεταγμένοι, ut loquitur idem Chrysippus, in bonis possidentis non censebantur: Nullum praeterea alium eligere poterant προστάτην, *Patronum*, quam eum a quo libertate fuerant donati. Non ignoro Incomparabilem Casaubonum *in Animadversionibus* ad Suetonium scribere, potuisse quoque, cum manumitterentur, optare sibi & publice adsciscere *patronum* alium, quam eum qui manumitteret, in cujus clientela essent, idque voce praeconis: in hanc sententiam eum induxit Aristotelis locus *Rhetoric. Lib. III. cap.* 8. ὥσπερ ἂν τῶν Κηρύκων προσλαμβάνουσι τὰ παιδία, τὸ, τίνα αἱρεῖται ἐπίτροπον ὁ ἀπελευθερούμενος, ΚΛΕΩΝΑ. Sed idem non est, meo judicio, Προστάτης sive *Patronus*, & Ἐπίτροπος. *Patronus* non eligebatur a *Liberto*, sed is erat, qui manumiserat; At vero Ἐπίτροπος publice ab eo, qui manumitteretur, adoptabatur: nempe ὁ Προστάτης eum tutabatur sua auctoritate, & omnia ejus minima, maxima, privata, publica, administrabat: ὁ Ἐπίτροπος vero adversus *Patronum* ipsum, si opus foret, tuebatur: quemadmodum & apud Romanos *Liberti*, quanquam in *Patroni*, qui manumiserat, essent clientela, habebant tamen & alium, ex amicis si forte *Patroni*, cujus se esse *clientes* dicerent, qui apud *patronum* irascentem & in jus rapientem, si res ita ferret, deprecaretur & tueretur clientem hunc suum: ita intelligenda puto M. Tullii verba *Epist.* 12. *Libri I. ad Atticum. Libertum ego habeo, sane nequam hominem, Hilarum dico, ratiocinatorem &* clientem *tuum.* 181.

IX. Si in hanc Legem commisissent *Liberti*, iis Ἀποστασίου dica scribebatur ex hac Lege:

Ἀποστασίου γραφὰς εἶναι κατὰ τῶν ἀπελευθερωθέντων τοῖς ἀπελευθερώσασιν, ἐὰν ἀφιστῶνταί τι ἀπ' αὐτῶν, ἢ ἕτερον ἐπιγράφωνται Προστάτην, καὶ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι μὴ ποιῶσι· καὶ τοὺς μὲν ἁλόντας δούλους εἶναι· τοὺς δὲ νικήσαντας, τελέως ἤδη ἐλευθέρους.

Actio Ἀποστασίου *patronis esto adversus Libertos, qui patronos non coluerint, aut alios adoptaverint, eaque quae Legibus imperantur, non praestiterint: convicti Liberti in servitutem revocantor: si secundum Libertos pronunciatum fuerit, perfecte liberi sunto.*

Laudant hanc Legem Grammatici: Ἀποστασίου, δίκη τίς ἐστι κατὰ τῶν ἀπελευθερωθέντων διδομένη τοῖς ἀπελευθερώσασιν ἐὰν ἀφιστῶνταί τι ἀπ' αὐτῶν, ἢ ἕτερον ἐπιγράφωνται Προστάτην, καὶ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι μὴ ποιῶσι, καὶ τοὺς μὲν ἁλόντας δεῖ δούλους εἶναι. τοὺς δὲ νικήσαντας, τελέως ἤδη ἐλευθέρους. Competebat haec dica Ἀποστασίου *Patronis* adversus *Libertos* ingratos, ut hinc constat, quibus aderant Ἐπίτροποι illi, quos publice sibi adoptaverant, cum manumitterentur. An *Libertorum* exceptio, qua se adversus hanc actionem tuebantur, Ἀποστασίου quoque diceretur, quaerit vir Amplissimus & eru-

eruditissimus: atque ita dici suspicatur e Dinarchi Oratione pro Aeschylo Xenophontis Liberto, cujus epigraphe est apud Diogenem Laërtium *in Xenophonte* [*L. II*, 52.] & Dionysium Halicarnasseum *in Dinarcho* [*p.* 118.] πρὸς Ξενοφῶντα Ἀποστασίου. Confirmandae ejus suspicioni facit locus Suidae in haec verba: Ἀποστασίου δίκη, ὅταν δοῦλος ὑπὲρ ἐλευθερίας ἐνίσταται, φάσκων μὴ προσέχειν τοῖς δούλοις αὐτὸν ἀντιποιουμένοις. Quo sensu vir idem summus explicet ista Suidae verba in superioribus diximus: sed nullus dubito Suidam docere, Ἀποστασίου dicam esse etiam actionem, qua Libertus, qui aliquo modo δοῦλος ἔτι ἐστὶ, ut loquitur Chrysippus, in judicium vocat patronum, ut in plenam & omnibus numeris absolutam asseratur libertatem, dicens se non posse applicare ad servos aliquid sive operae praestantes, sive pecuniae pendentes προσέχειν τοῖς δούλοις [1] ἄν τι ποιουμένοις, ita in tres distinximus voces, quae unica legebatur apud Suidam: Servi suas praestabant operas dominis, & aliquid de suo peculio pendebant. *Liberti* quoque Lege cogebantur *patronis* ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι ποιεῖν. At hic *Libertus*, qui Ἀποστασίου dicam *patrono* scribit, nil vult sive praestare, sive pendere, cum id servorum sit, qua etiam de causa quasi servi censentur *Liberti*, sed potius plena perfectaque frui libertate. [2] Dica haec Ἀποστασίου scribebatur apud Polemarchum: 182. Aristoteles de Atheniensium Republica: Πολέμαρχος εἰσάγει δικαστὰς (γρ. δίκας τάς) τε Ἀποστασίου, καὶ Ἀπροστασίου, καὶ κλήρων, καὶ Ἐπικλήρων τοῖς Μετοίκοις, καὶ τἆλλα ὅσα τοῖς πολίταις ὁ Ἄρχων, ταῦτα τοῖς Μετοίκοις ὁ Πολέμαρχος. Judicabantur autem *Servorum* actiones in Dominos, *Patronorum* in *Libertos* Ἀποστασίου, a contribulibus *Patroni* sive Domini. Harpocration: ὅτι πρὸς τὴν φυλὴν τοῦ κεκτημένου, αἱ πρὸς δούλους λαγχάνονται δίκαι, Ἰσαῖος ἐν ἀπολογίᾳ Ἀποστασίου πρὸς Ἀπολλόδωρον δηλοῖ. Suidas: ὅτι πρὸς τὴν φυλὴν τοῦ κτησαμένου, αἱ πρὸς τοὺς δούλους λαγχάνονται δίκαι. Si hac Ἀποστασίου actione vincerentur *Liberti* a *Patronis*, in servitutem retrahebantur. Harpocration, & ex eo Suidas: καὶ τοὺς μὲν ἁλόντας, *Libertorum* scilicet, δεῖ δούλους εἶναι. Atque in ἀναγκαῖα conjiciebantur.

1 Petitus emendat τοῖς δούλοις ἄν τι ποιουμένοις, *qui aliquid operae praestant dominis.* Sed quid illud ἄν? nihil est. Ego existimo sententiam esse, *non mentem adhibere servis, qui ipsum sibi vindicant.* SALVIN.

Ibid. Ἀποστασίου δίκην Patronis adversus libertos ingratos datam fuisse constat ex *Harpocratione*, *Suida* & aliis. Interdum tamen etiam ita dictam fuisse actionem, qua servi in dominos de libertate consequenda agebant, ex hoc loco *Suidae* putat ostendi *Maussacus* ad *Harpocrationem*, ubi postremorum verborum *Suidae* sententiam ita Latine exprimit, *se servos alios competitores nihil morari dicentes*: quod non minus difficile intellectu est, quam Graeca *Suidae*. Petitus p. 179. negat servos adversus dominos egisse de consequenda libertate: deinde p. 181. *Suidam* emendat, & ita emendatum docere dicit, ἀποστασίου δίκην esse etiam actionem, qua libertus, qui aliquo modo δοῦλος ἔτι ἐστὶ, ut loquitur *Chrysippus*, in judicium vocat patronum, ut in plenam & omnibus numeris absolutam asseratur libertatem, *dicens se non posse applicare ad servos aliquid sive operae praestantes, sive pecuniae pendentes*, φάσκων μὴ προσέχειν τοῖς δούλοις ἄν τι ποιουμένοις. Hanc emendationem recte improbat *Salvinius*, quia particula ἄν ibi locum habere non potest. Adde illius animadversioni, quod Petitus non multis probabit μὴ προσέχειν τοῖς δούλοις αὐτὸν Latine posse verti, *se non posse applicare ad servos*, & quod *applicare ad servos* fortassis sine exemplo dicit pro *servorum numero ac loco habere*: nam hac significatione eum accepisse τὸ *applicare* ostendit *paraphrasis* verborum Graecorum ἄν τι ποιουμένοις. In *Salvinii* interpretatione aeque obscurum est, qui sint servi, qui alium servum sibi vindicant. *Portus* in *Suida* vertit, *dicens ipsum nullam habere rationem servorum, qui sibi vindicant ipsius libertatem*: quae ne ipsum quidem intellexisse credo. Non dubito, quin omnia haec cogitata virorum doctorum sint παρερμηνεύματα & παραδιορθώματα. *Henricus Stephanus* recte viderat locum *Suidae* corruptum esse & in ora exemplaris sui emendaverat μὴ προσήκειν τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἀντιποιουμένοις. & ita e MSS. Paris. edidit *Kusterus*, ac vertit, *dicens nihil juris illos in se habere, qui se in servitutem asserant.* Haec intelligi possunt. DUKER.

2 Multa hic in disputatione Petitus *Maussaco* debet, quem ad *Harpocrationem* voc. Ἀποστασίου δίκη consule.

bantur. Isaeus ἐν τῷ πρὸς Ἑρμωνα περὶ ἐγγύης. Ἑρμοκρέτην δὲ εἰς τὸ ἀνάκαιον ἐνέβαλε, φάσκων ἀπελεύθερον εἶναι. καὶ οὐ πρότερον ἀφῆκε πρὶν τριάκοντα δραχμὰς ἐπράξατο. Suidas: ἀνάκαιον τὸ δεσμωτήριον, εἰς ὃ κατετίθεντο τοὺς πονηροὺς δούλους, καὶ τῶν ἀπελευθέρων τοὺς ἀφισταμένους; aut etiam vendebantur. Demosthenes ἐν τῷ κατ᾽ Ἀριστογείτονος α῀. [p. 491.] καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ ὄφλουσαν [1] ἀποστασίου, ἀπέδοσθε; Si vicissent Liberti, perpetua & perfecta libertate fruebantur. Harpocration: τοὺς δὲ νικήσαντας, τελέως ἤδη ἐλευθέρους. Suidas: τοὺς δὲ νικήσαντας, τελέως λοιπὸν ἐλευθέρους. [2] Atque haec ita se habere docuerant Oratorum veterum multi, Lysias πρὸς Ἀριστόδημον, & Hyperides κατὰ Δημητρίας Ἀποστασίου. Hujus Legis meminit Valerius Maximus *Lib. II. cap. 1.* *Age quid illud institutum Athenarum, quam memorabile? quod convictus a* patrono libertus *ingratus, jure libertatis exuitur. Supersedeo te, inquit, habere civem, tanti muneris impium aestimatorem. Nec adduci possum, ut credam urbi utilem, quem domi scelestum cerno: abi igitur, & esto servus, quoniam liber esse nescisti.* Sed obiter castigandus est Valerii error, cum putet servos ab Atheniensibus civitate simul cum libertate donatos fuisse: quod verum non est: nempe in animo habebat ille justam illam libertatem apud suos Romanos vindicta datam.

Apud Romanos longe aliud usurpatum fuit adversus ingratos *Libertos*: quanquam subinde mutavit: Nam primo, quod sciam, *Patronis* concessum Libertum ultra vicesimum lapidem relegare: Quod ab Augusto institutum fuisse suspicatur CL. Lipsius. Augustus enim, ut Dio ait *Lib. LV.* [*p.* 638. *B.*] constituit τὰ δικαιώματα, οἷς οἵ τε ἄλλοι πρὸς τοὺς ἐλευθερουμένους, καὶ αὐτοὶ οἱ δεσπόται σφῶν γιγνόμενοι χρήσονται. Docet id Tacitus *Annali XIII.* [*C.* 26.] ubi scribit actum in Senatu fuisse de fraudibus *Libertorum*, efflagitatumque ut adversus male meritos revocandae libertatis jus *patronis* daretur: *quibusdam*, inquit, *coalitam libertate irreverentiam eo prorupisse frementibus, vi an aequo cum patronis jure agerent, sententiam eorum consultarent, an verberibus manus ultro intenderent, impellerentve poenam suam dissuadentes. Quid enim aliud laeso patrono concessum, quam ut vicesimum ultra lapidem, in oram Campaniae libertum releget? Ceterus actiones promiscuas & pares esse. Tribuendum aliquod telum quod sperni nequeat.* Occisum esse hunc locum sentit CL. Lipsius: nec nisi vespillones, non enim medicos, ad hoc funus coire, itaque etiam suspiciones suas ludibria appellat. Sed nondum plane depositus est hic locus, quem nullo negotio, sine ulla mutatione, interpretari facile est. Referuntur a Cornelio ea, quae pro sententia dicta sunt in Senatu ab iis, qui adversus male meritos *Libertos* revocandae libertatis jus *patronis* dari volebant: atque ab his verbis incipiunt, *Vi an aequo*, &c. quae habentur ad eos, qui contra hanc 183.
sententiam disserebant: Volunt igitur, ut sententiam *Libertorum* ipsorum consultent, vi, an aequo cum *patronis* jure agant: an cum ipsi *Liberti* manus ultro intentent *patronis* suis, *patronos* quoque ut & sibi verbera intentent non impellant, atque ita re ipsa poenam suam dissuadeant, quae admodum levis est: *Quis enim aliud*, inquiunt, *laeso* patrono *concessum, quam ut vicesimum ultra lapidem, in oram Campaniae* libertum *releget?* Quid audio, *in oram Campaniae* relegatos fuisse male meritos *Libertos* omnes? Vix est, ut credam, solam hanc oram Campaniae delectam fuisse Lege sive Principis Constitutione, in quam omnes male meriti *Liberti* a *patronis* relegarentur: & parum prudens, ut cetera mittam, atque in tutum consilium, tot perditos homines, quod sane mores eorum arguebant, eodem convenire: Adde quod poena vix poena fuisset, cum Campania tractus fuerit totius terrae Italiae amoenissimus atque feracissimus:

Contra

1 Forte melius erit ἀπογράφειν. ea enim formula qui cadebant μέτοικοι, simili poena multabantur, ut superiore Tit. dictum.

2 Id bene. Alioqui non licebat domino quavis ex caussa libertum in eandem servitutem asserere, vi. [illegible], ut loquitur *Lucianus* Abdic. C. 12, quem hac de re disputantem vide.

Contra potius interdictum puto *Libertis*, qui ultra vicesimum lapidem relegabantur, hoc tractu & agro: Verum insolens loquendi genus ϗ ἀσύνδετον fecit, ut Taciti locus corrumperetur. [1] Rescribo: *Quid enim aliud laeso patrono concessum, quam ut vicesimum ultra lapidem, moram Campaniae, libertum relleget?* Vult *Libertum* ultra vicesimum lapidem relegari, nec tamen in Campania morari. Sed quare ultra vicesimum lapidem relegantur? An quia, cum *vicena millia passuum*, ut loquitur Gaius Lib. I. ad Edictum provinciale, *in singulos dies dinumerari Praetor jubeat*, *l.* 1. *D. Si quis cautionibus*: atque *itinere faciendo*, inquit Ulpianus Lib. II. ad Edictum, *viginti millia passuum in dies singulos peragenda sint*, *l.* 3. *D. de verborum significat.* unius saltem diei itinere male meritum de *patrono* suo *libertum* ab ejus conspectu abesse voluerunt? Nihil de poena *Libertorum* ingratorum mutatum hoc Senatusconsulto, valuit enim mitior sententia. Quanquam Claudius paullo ante, *Ingratos, & de quibus patroni quererentur, revocavit in servitutem*, inquit Suetonius *in Claudio cap.* 25. quod absolute non est verum, ut ante nos pridem observarunt viri summi, auctore Marciano Lib. XIII. Institutionum. Nam in servitutem tantum retrahebatur, si patrono delatores summiserat, qui ei de statu controversiam facerent. *Divus Claudius* libertum, *qui probatus fuerit* patrono *delatores summisisse, qui de statu ejus facerent ei quaestionem, servum* patroni *esse jussit eum* libertum. *l.* 5. *D. de jure patronatus.* Commodus Imperator, referente Modestino Lib. singulari de Manumissionibus, constituit postea, ut *liberti*, qui *patronos* violaverant contumeliis, aut illata manu pulsaverant, aut non exhibuerant ad paupertatem redactos, cogerentur ad obsequia, *ministerium* appellat Imperator *patronis* praestanda; quod si nihil proficeretur, in servitutem alteri a Praeside vendebantur, pretio *patronis* addicto: nam quod putant viri maximi, addictos fuisse emptori in *Libertos*, non in *servos*, nobis non probatur, cum constet nihil profectum, illis ad ministeria *patronis* praebenda adactis: itaque opus fuit ut in servitutem retraherentur, ut metu coërceantur, quos beneficia non mutavissent. *Imperatoris Commodi constitutio talis profertur. Cum probatum sit, contumeliis* patronos *a* libertis *esse violatos, vel illata manu atroci esse pulsatos, aut etiam paupertate, vel corporis valetudine laborantes relictos: primum eos in potestatem* patronorum *redigi, & ministerium dominis praebere cogi. sin autem nec hoc modo*
184 *admoneantur: vel a Praeside emptori addicentur, & pretium* patronis *tribuetur. l.* 6. §. 1. *D. de agnoscendis liberis.* Mutavit postea jus istud, ut constat ex his Ulpiani verbis, Lib. IX. de Officio Proconsulis, in quibus habes poenas adversus male meritos de *Patronis Libertos* sancitas. *Sed si quidem inofficiosus patrono, patronae, liberisve eorum sit* libertus, *tantummodo castigari eum sub comminatione aliqua severitatis non defuturae, si rursum causam querelae praebuerit, & demitti oportet. Enimvero si contumeliam fecit, aut convicium eis dixit, etiam in exilium temporale dari debebit. Quod si manus intulit, in metallum dandus erit. Idem, & si calumniam aliquam eis instruxit, vel delatorem subornavit*, dummodo de *patroni statu* ei quaestionem non faceret, *vel quam causam adversus eos tentavit. l.* 1. *D. de jure patronatus.* Quid Ulpianus appellet hic *castigari* discere est e Modestino Lib. singulari de Manumissionibus, *Interdum illae poenae a* liberto *ingrato exiguntur, vel pars bonorum ejus aufertur, &* patrono *datur, vel fustibus caeditur, & ita absolvitur. l.* 7. §. 1. *D. eod.* Nempe *castigari* est *fustibus caedi*, quod idem Ulpianus dixit in hoc ipso argumento *fustibus castigare. l.* 1. §. *Cum Patronus* 10. *D. de officio Praefecti Urbi.* Subsecutis temporibus ex Constitutione

1 Nihil opus erat ea emendatione. Optime enim se habet meo judicio hic locus *Taciti*, cujus lepos in eo consistit, quod corruptum esse vult *Petitus*: nam, quisquis fuit ille Senator, in mente habuit elevare poenas libertis constitutas, ut graviores statuerentur. Dicit ergo εἰρωνικῶς, nihil aliud patrono concessum, quam ut in *oram Campaniae* libertum releget, secessum ob amoenitatem principibus viris aestimatum. Erat enim illa *Campaniae ora* ultra vicesimum lapidem, & idcirco patebat ille tractus amoenus libertis, qui ultra vigesimum lapidem relegabantur a patronis iratis. Sententia est plana, & locus non solum sanus sed etiam elegans, quem *Justus Lipsius* ut sanum tuetur, nam superiora tantum male se habere contendit. PALMER.

Ibid. Petiti *moram Campaniae*, a Latino sermone abhorrentem, rejecit & Cel. *Jo. Frid. Gronov.*, praeferens *centesimum ultra lapidem* cum *Camillo Peregrino*, cetera paene *Palmerio* consentiens.

stitutione Imperatorum Diocletiani & Maximiani AA. ad Veneriam, *liberti, qui ingrati probantur, ad serviendi necessitatem redigi possunt. l. 12. C. de operis Libertorum.* Quod etiam observari voluit Constantinus, Lege data ad *Maximum Praefectum Urbi, filiis etiam, qui post retractum in servitutem patrem nati fuerint, servituris. l. 2. C. de Libertis & eorum liberis.* Idemque rescripsit aliquot post annis ad *Concilium Byzacinorum, l. 1. Cod. Theod. eod.*

X. In hac adversus *Libertos* Ἀποστασίου actione Lege licebat cuivis διαμαρτυρεῖν, sive is esset civis, sive peregrinus.

Ἐξεῖναι ἐπὶ ταῖς γραφαῖς ταῖς τοῦ Ἀποστασίου διαμαρτυρεῖν τῷ βουλομένῳ ὁμοίως τῶν ξένων καὶ τῶν ἐπιχωρίων.

Cui libuerit, sive peregrino, sive civi, testimonii dictio esto in actionibus Ἀποστασίου *ad exceptionem.*

Licebat igitur cuivis testimonium dicere, in hac adversus *Libertos* actione, antequam judicium redderetur, ὡς εἰσαγώγιμός ἐστιν ἡ δίκη, ἢ οὐκ εἰσαγώγιμος. Hyperides apud Harpocrationem: Ὑπερείδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρου Ἀποστασίου δευτέρῳ φησὶν, ὡς οἱ νόμοι κελεύουσι διαμαρτυρεῖν ἐπὶ ταῖς γραφαῖς ταῖς τοῦ Ἀποστασίου τὸν βουλόμενον, ὁμοίως τῶν ξένων, καὶ τῶν ἐπιχωρίων, μήποτ' οὖν ἐν μὲν ταῖς τοῦ Ἀποστασίου δίκαις κεκώλυνται διαμαρτυρεῖν οἱ ξένοι, ἐν δὲ ταῖς τοῦ Ἀπροστασίου κεκώλυνται.

Census autem *Libertorum* habebatur, an plenam consecuti essent libertatem. Nonnus in Nazianzeni στηλιτευτικὴν *priorem.* ἐκάλουν δὲ παρὰ Ἀθηναίοις καὶ τοὺς ἀπελευθέρους νόθους· νόθοι γὰρ καὶ οὗτοι πρὸς τοὺς ἐκ γενετῆς ἐλευθέρους. καὶ οὗτοι δὲ ἐκρίνοντο, καὶ ἐδοκιμάζοντο, εἰ ὅλως ἠλευθερώθησαν. ea scilicet fini, ut si plenam esse consecuti libertatem censerentur, ab iis τὸ μετοίκιον, quod publico pendebant aerario, exigeretur.

XI. Inter servos censebatur is, qui redemptus ex hostibus, redimias non persolvisset redemptori suo, cui servitutem serviebat dum id praestitisset, ex hac Lege:

Τοῦ λυσαμένου ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι τὸν λυθέντα, ἐὰν μὴ ἀποδιδῷ λύτρα.

Redemptus ex hostibus illius esto, qui redemit, nisi redimias ipse persolverit.

Legem habes apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς Νικόστρατον [p. 685.] οἶσθα δ' ἔφη, ὅτι καὶ οἱ νόμοι κελεύουσι, τοῦ λυσαμένου ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι 185.
τὸν λυθέντα, ἐὰν μὴ ἀποδιδῷ λύτρα. Captivi autem redimi non poterant, nisi a Legatis. Anonymus in Argumento Orationis Demosthenicae περὶ παραπρεσβείας. ἀπελθὼν γὰρ εἰς τὴν πρώτην πρεσβείαν, εὗρεν ἐν Μακεδονίᾳ τινὰς τῶν Ἀθηναίων αἰχμαλώτους, καὶ ὑπέσχετο φέρειν ἐκ τῶν ἰδίων χρημάτων καὶ ῥύσασθαι αὐτοὺς, οὐκ ἠδύνατο δὲ τοῦτο ποιῆσαι, εἰ μὴ ἐν σχήματι πρεσβευτοῦ.

XII. Servum autem ociosum atque inertem alere Leges non sinebant:

Μὴ ἐξεῖναι ἀργὸν τρέφειν οἰκέτην. *Servum otiosum ne alito.*

Legem habes apud Ulpianum *in Midianam* [p. 363.] οὐκ ἐξῆν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἀργὸν τρέφειν οἰκέτην· διόπερ οἱ μὲν, αὐλοποιοὺς· οἱ δὲ, μαχαιροποιοὺς εἶχον τοὺς δούλους. Servi igitur aliquam artem sciebant, quam exercebant.

LIBER TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

De Senatu Quingentorum & Concione.

186. I. CUM eruditissime a praestantissimis viris de Quingentorum Senatu disputatum sit, ne, quod ajunt, actum agere videamur, pauca tantum delibabimus, quae omnino necessaria sunt ad hunc, quem de illo Senatu instituimus, sermonem.

Constituit Solon, ut quotannis summae praeesset Reipublicae Quadringentorum Senatus, non ducto e variis ordinibus numero, quod olim volebat Plato *Lib. VI. de Legibus*, id quippe denegatum Solonis Legibus τῷ τῶν θητῶν τιμήματι, ut in hunc Senatum allegerentur: *τοῖς θητοῖς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν, ἀλλὰ τὸ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν μόνον*, neque postea quoque, aucto numero, concessum, sed e quatuor Tribubus. Plutarchus *in Solone* [*p.* 88. *D.*] *δευτέραν προσκατένειμε Σόλων βουλὴν ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης, τεττάρων οὐσῶν, ἑκατὸν ἄνδρας ἐπιλεξάμενος.* Aucto deinde, sive in ordinem redacto, Tribuum, quae decem fuerunt, numero, e Quadringentis facti sunt Quingenti Senatores, qui dicti sunt ἡ τῶν Πεντακοσίων βουλὴ, aut οἱ Πεντακόσιοι. Ex unaquaque enim Tribu quinquaginta viri forte ducebantur: *διεῖλον τοὺς Πεντακοσίους*, inquit Ulpianus *in Androtianam* [*p.* 380.] *εἰς δέκα μερίδας, κατὰ τὰς φυλὰς, ἀνὰ πεντήκοντα· τούτοις γὰρ ἑκάστη φυλὴ προσεβάλλετο.* Sortiebantur autem, qui aetate essent Senatoria. Libanius *in Hypothesi Androtianae*: *δύο ἦσαν ἐν Ἀθήναις βουλαί· ἡ μὲν διηνεκὴς, ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἑτέρα δὲ, ἡ τὰ πολιτικὰ πράττουσα· αὕτη δὲ κατ' ἐνιαυτὸν ἠμείβετο, ἐκ Πεντακοσίων ἀνδρῶν τῶν τὴν βουλευτικὴν ἡλικίαν ἀγόντων συνισταμένη.* Aetatem Senatoriam definitam fuisse puto anno tricesimo: Oportet namque tot annos natum fuisse Judicem, ut constat ex Heliastarum jurejurando: ΚΑΙ ΓΕΓΟΝΑ ΟΥΚ ΕΛΑΤΤΟΝ Η ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΕΤΗ. Quingenti autem hi etiam inter judices: nam vere Plato *Lib. VI. de Legibus*, *πάντα μὲν γὰρ ἄρχοντα ἀναγκαῖον καὶ δικαστὴν εἶναί τινων.* Praeterea hoc Senatu moti poterant forte capi in judices, ut legimus in Graecorum Commentariis *ἀξίωμα μέν τοι ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταδέχεσθαι τοὺς ἐκφυλλοφορηθέντας.* Non potuissent autem, nisi annos minimum triginta nati: & unus e Tyrannis Triginta Charicles Socrati apud Xeno-
187. phontem *ἀπομνημονευμάτων Lib. I. ὅσουπερ*, *εἶπε*, *χρόνου βουλεύειν οὐκ ἔξεστιν, ὡς οὔπω φρονίμοις οὖσι μηδὲ σὺ διαλέγου νεωτέροις τριάκοντα ἐτῶν.* Denique Demosthenes *in Midiana* scribit se ante annum aetatis tricesimum secundum *βουλεύειν λαχεῖν*, id est, anno aetatis tricesimo primo, qui incidit in annum secundum Olympiadis centesimae sextae, Praetore Athenis Callistrato. Nam vere Plutarchus confert natalem Demosthenis in annum quartum Olympiadis

piadis nonagesimae octavae, Dexitheo Athenis Praetore: Neque enim audiendi
sunt Dionysius Halicarnasseus & Anonymus in Descriptione Olympiadum, qui
adscribunt anno quarto Olympiadis nonagesimae nonae, qui Archontem habuit
Demophilum: atque horum sententiam firmari posse putat Vir eruditissi-
mus Demosthenis ipsius verbis *Oratione II.* [*p.* 635.] adversus Stephanum;
ὁ δὲ πατὴρ ἐπετελεύτησεν ἐπὶ Δυσνικήτου Ἄρχοντος. ὁ δὲ Φορμίων Ἀθη-
ναῖος ἐγένετο, ἐπὶ Νικοδήμου Ἄρχοντος, δεκάτῳ ἔτει ὕστερον, ἢ ὁ πα-
τὴρ ἡμῶν ἀπέθανεν. [1] Emendat Vir CL. ἐπὶ Νικοφήμου, idque optime, sed
male inde probare nititur sententiam Dionysii: Nam ista dicuntur, sive potius scri-
buntur ab oratore Demosthene, non de Demosthene patre, & aetate sua, sed
ex Apollodori, cui hanc Orationem scripserat, persona, de Pasione patre: &
procul dubio vera est gravissimi scriptoris Plutarchi sententia, cujus vindicem da-
bimus & assertorem Demosthenem, qui scribit ἐν τῷ κατ' Ὀνήτορος ἐξούλης α'.
[*p.* 523.] Aphobum tutorem suum extremo anno Praeturae Polyzeli in uxorem
duxisse Onetoris sororem: ἐγήματο μὲν γὰρ ἐπὶ Πολυζήλου Ἄρχοντος Σκιρ-
ροφοριῶνος μηνός. Polyzeli Praetura incidit in annum secundum Olympia-
dis centesimae tertiae, ut est videre apud Diodorum Siculum, Anonymumque in
Descriptione Olympiadum, Cephisodoro, qui Polyzelum excepit, Archonte,
Aphobum male administratae tutelae accusavit, qui annus erat tertius Olympia-
dis centesimae tertiae, cum in viros esset adscriptus, & jam sui juris, ut legitur
ibidem: ἐγὼ δ' εὐθὺς μετὰ τοὺς γάμους, ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθεὶς, ἐνεκάλουν.
Atqui in viros tantum adscribebantur, anno aetatis vicesimo, ut in superiori-
bus diximus, circa Hecatombaeonis initia, quare dixit Demosthenes, εὐθὺς
μετὰ τοὺς γάμους ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείς. Extremo enim Polyzeli anno so-
rorem Onetoris duxerat in uxorem Aphobus: hunc Polyzelum in Praetura ex-
cepit Cephisodorus, quo jam Archonte δοκιμασθεὶς in viros est transcriptus
noster Demosthenes: Neque ante hanc aetatem actionem ἐπιτροπῆς instituere
poterat, ut qui sua ante annum aetatis vicesimum administrare non posset: un-
de in Graecorum commentariis legimus, ἐγγραφέντες εἰς ἄνδρας ἔλαχον δί-
κην ἐπιτροπῆς. Anno autem primo Olympiadis centesimae quartae, Praeto-
re Athenis Timocrate, judicium est adeptus adversus Aphobum. Demosthe-
nes *ibidem*: ἔλαχον δὲ τὴν δίκην ἐπιτροπῆς ἐπὶ Τιμοκράτους. Non igitur
conferendus est natalis Demosthenis in annum quartum Olympiadis nonagesimae
nonae, sed potius in annum quartum Olympiadis nonagesimae octavae. Atque
haec obiter de anno natali Demosthenis, cui cum tam multa debeamus, non po-
tuimus non praestare hanc ejus aetati illustrandae operam: sed e diverticulo in
viam. Scribit Demosthenes *in Midiana*, se in Quingentorum Senatum forte
captum fuisse, antequam hanc Orationem scriberet, καὶ τελευτῶν βουλεύειν
μου λαχόντος, δοκιμαζομένου κατηγορεῖ. Orationem scripsit annos natus
triginta duos [*p.* 362.] οὗτος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, γεγονὼς ἔτη περὶ πεντή- 188.
κοντα ἴσως, ἢ μικρὸν ἐλάττω, οὐδὲν ἐμοῦ πλείους λειτουργίας ὑμῖν λε-
λειτούργηκεν, ὃς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα. Quare anno aetatis tricesimo,
aut tricesimo primo, Demosthenes cooptatus est in Quingentorum Senatum: &
cum in illius vitam inquireretur, accusavit eum Midias: an Senatu motus fuerit
Demosthenes, ipse de se non dicit, neque verisimile est: nam Aeschines, qui ae-
qua iniqua illi exprobrare ludum jocumque putat, objicere ei non praetermisis-
set, imo omnino verum non est. Qui semel in Senatum fuerat cooptatus, po-
terat rursum non ita multo post legi in eundem: constat id exemplo Demosthe-
nis: nam, ut jam diximus, Senator forte captus est, sive anno primo Olym-
piadis centesimae sextae, Elpino Archonte, sive anno sequenti, qui fuit secun-
dus

[1] *Jo. Meursius* Attic. Lect. L. III, 25. & de Archontibus L. IV, 5.

dus ejusdem Olympiadis centesimae sextae, Callistrato Athenis Praetore, quod verius puto, & nonnisi anno tricesimo peracto in hunc Senatum adscribi potuisse Senatores. Iterum idem Demosthenes anno secundo Olympiadis centesimae octavae, Themistocle Archonte, Senator factus est. Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 62.] μετὰ ταῦτα ἐπὶ τοῦ χρόνου, Θεμιστοκλῆς Ἄρχων· ἐνταῦθα εἰσέρχεται Βουλευτὴς εἰς τὸ βουλευτήριον Δημοσθένης, οὔτε λαχὼν, οὔτε ἐπιλαχὼν, ἀλλ' ἐκ παρασκευῆς πριάμενος. Intervallum est a priori sortitione ad posteriorem annorum octo. Non tantum autem sorte ducebantur Quinquaginta ex unaquaque Tribu viri, sed etiam praeter eos, quinquaginta alii succidanei, in hunc finem, ut si primi illi Quinquaginta sorte lecti, aut ex illis unus aliquis, vel probaretur minus, vel intra suae πολιτείας annum moreretur, in illorum locum sufficerentur isti, quibus sors obvenerat, ita exponunt proxime laudatum Aeschinis locum Grammatici e Platonis Comici *Hyperbolo*. ἐνταῦθα εἰσέρχεται Βουλευτὴς εἰς τὸ βουλευτήριον Δημοσθένης, οὔτε λαχὼν, οὔτε ἐπιλαχών. ἐκληροῦντο οἱ βουλεύειν ἐφιέμενοι, ἔπειτα ἑκάστῳ τῶν λαχόντων ἕτερος ἐπελάγχανεν, ἵν' ἐὰν ὁ πρῶτος λαχὼν ἀποδοκιμασθῇ, ἢ τελευτήσῃ, ἀντ' ἐκείνου γένηται Βουλευτὴς ὁ ἐπιλαχὼν αὐτῷ. ὑποφαίνεται δὲ ταῦτα ἐν τῷ Πλάτωνος Ὑπερβόλῳ. Admittebantur in hunc Senatum etiam adscripti cives, ut e Lege τῶν Δημοποιήτων colligere est, unde Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας de Apollodoro adscripto cive: λαγχάνει βουλεύειν Ἀπολλόδωρος. Sortitio haec fiebat quatuor ultimis diebus de trecentis quinquaginta quatuor anni Lunaris. Ulpianus *in Androtianam* [p. 380.] ἔχει ὁ ἐνιαυτὸς κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον, τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡμέρας. καὶ τὰς μὲν τέσσαρας ἡμέρας ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι ἀρχαιρεσίας, ἐν αἷς ἄναρχος ἡ Ἀττικὴ ἦν. ἐν ταύταις προεβάλλοντο τοὺς Ἄρχοντας.

Quinquaginta illi ex unaquaque Tribu forte capti Senatores Πρυτάνεις dicebantur. Grammatici: Πρυτάνεις, τὸ δέκατον μέρος τῆς βουλῆς τῶν Πεντακοσίων, πεντήκοντα ἄνδρες ἀπὸ μιᾶς φυλῆς, οἱ διοικοῦντες ἅπαντα τὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς πραττόμενα, πρυτάνεις ἐκαλοῦντο. Sorte autem ductae Tribus imperabant sibi invicem succedentes. Grammatici: ἐπρυτάνευον δὲ ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλαις αἱ δέκα φυλαὶ κλήρῳ λαχοῦσαι κατ' ἐνιαυτόν. Ita singulae Tribus dies triginta quinque imperabant. Ulpianus *in Androtianam* [p. 380.] ἦρχον οὖν οἱ Πεντακόσιοι τὰς τριακοσίας πεντήκοντα ἡμέρας, ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ ἦσαν, καὶ δυσχερῶς ἤνυον τὰ πράγματα, διεῖλον ἑαυτοὺς εἰς δέκα μερίδας, κατὰ τὰς φυλὰς, ἀνὰ πεντήκοντα. τούτους γὰρ ἑκάστη φυλὴ προεβάλλετο. ὥστε συνέβαινε τοὺς πεντήκοντα ἄρχειν τῶν ἄλλων ἀνὰ τριάκοντα πέντε ἡμέρας. αὗται γὰρ αἱ τριάκοντα πέντε ἡμέραι, εἰσὶ τὸ δωδέ-
189. κατον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ. δεκάκις γὰρ τριάκοντα, τριακόσια, πεντάκις δέκα, πεντήκοντα. Supererant anno Lunari perficiendo quatuor illi τῶν ἀρχαιρεσιῶν dies, post regna triginta quinque dierum, quibus quaelibet decem Tribuum ordine sorte ducto praefecta fuerat: illi quatuor dies imputabantur quatuor Tribubus, quae primae imperaverant. Suidas: πρυτανεῖαι δὲ ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμός. δέκα ἐγίνοντο κατ' ἐνιαυτὸν, ὅτι καὶ δέκα αἱ φυλαί. ἐνιαυτὸν δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Σεληνιακὸν ἦγον. ἐπέβαλε δὲ ἑκάστῃ φυλῇ τῶν δέκα τριάκοντα πέντε ἡμέρας· καὶ ἐπερίττευον ἐκ τοῦ Σεληνιακοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραι τέσσαρες, ἃς ἐπεμέριζον ταῖς πρώταις λαχούσαις πρυτανεύειν τέσσαρσι

Φυ-

φυλαῖς. καὶ τῶν μὲν τεσσάρων πρώτων ἑκάστη εἶχε πρυτανείαν ἀπαρτιζομένην εἰς τριάκοντα ἓξ ἡμέρας. αἱ δὲ λοιπαὶ ἓξ ἀνὰ τριάκοντα πέντε. πρυτανεία οὖν ἐστιν ἀριθμὸς ἡμερῶν, ἤτοι τριάκοντα ἕξ, ἢ τριάκοντα πέντε. Existimavit Illustris Scaliger unamquamque Tribum unum diem per orbem summam rerum gessisse & imperasse, ut, exempli gratia, heri ἡ Αἰαντὶς φυλὴ imperabat, hodie ἡ Κεκροπὶς, cras ἡ Ἀκαμαντὶς, & ita deinceps totum vertentem annum unaquaeque suam ἐφημερίαν imperabat, prout sorte ducta erat ab ipso anni principio. Sed huic sententiae adversantur aliquot veterum Oratorum testimonia, quibus facile probatur unamquamque Tribum triginta quinque suos dies continuo imperasse, non singulae suam per orbem ἐφημερίαν. Apud Demosthenem *in Timocratea* [*p.* 449.] prima Psephismatis unius verba haec sunt: ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος, πρώτης ἑνδεκάτῃ τῆς Πρυτανείας, Τιμοκράτης εἶπεν. & paulo post: τοὺς Πρυτάνεις τοὺς τῆς Πανδιονίδος καθίσαι Νομοθέτας αὔριον. Nempe quia etiam postridie imperabat Tribus *Pandionis*, quod etiam constat ex altero Psephismate postridie scripto, quod *eadem Oratione* legitur [*p.* 456.] ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος, πρώτης Πρυτανείας δωδεκάτῃ, τῶν Προέδρων ἐπεψήφισεν Ἀριστοκλῆς Μυῤῥινούσιος, Τιμοκράτης εἶπε. Vides duos continuos dies imperasse Pandionidem, e qua Aristocles (nam μυῤῥινοῦς, inquit Stephanus, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς) πρόεδρος populum in suffragia misit. Sed nullum dubitationi locum esse sinit Antiphon ἐν τῷ περὶ τοῦ Χορευτοῦ, quin triginta quinque continuos dies singulae Tribus imperarint: haec enim ejus verba sunt [*p.* 146.] ὁρῶντες δέ με βουλεύοντα, καὶ εἰσιόντες τὸ βουλευτήριον, καὶ ἐν αὐτῷ βουλευτηρίῳ Διὸς Βουλαίου καὶ Ἀθηνᾶς Βουλαίας ἱερόν ἐστι, καὶ εἰσιόντες οἱ Βουλευταὶ προσεύχονται ὧν κἀγὼ εἷς ἦν ὁ ταῦτα πράττων, καὶ εἰς τἄλλα πάντα ἱερὰ εἰσιὼν μετὰ τῆς βουλῆς, καὶ θύων καὶ εὐχόμενος ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης, καὶ πρὸς τούτοις πρυτανεύσας τὴν πρώτην Πρυτανείαν ἅπασαν, πλὴν δυοῖν ἡμέραιν, καὶ ἱεροποιῶν καὶ θύων ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας, καὶ ἐπιψηφίζων καὶ λέγων γνώμας περὶ τῶν μεγίστων καὶ πλείστου ἀξίων τῇ πόλει φανερῶς ἦν. Dicuntur enim ista de iis quae acciderunt die quinto Metagitnionis mensis, ut in superioribus exposuimus. Sed de his satis.

Quinquaginta hi unius Tribus Prytaneis simul non imperabant suam triginta quinque dierum Prytaneiam: sed cum Prytaneia in quinque hebdomades, ut ex Ulpiano liquet, distribueretur: quinquies enim septem faciunt triginta quinque; in totidem decurias sorte distribuebantur hi quinquaginta, Prytaneis, [1] & prima decuria suam imperabat hebdomadem, secunda secundam, atque ita deinceps ordine sorte ducto: dicebantur illi decem, qui in sua hebdomade praeerant, Πρόεδροι. Ulpianus *in Androtianam* [*p.* 380.] ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πάλιν οἱ πεντήκοντα πολλοὶ ἦσαν εἰς τὸ ἄρχειν ἅμα, οἱ δέκα, κατὰ κλῆρον μιᾶς ἡμέρας τῶν ἑπτά· ὁμοίως δὲ ἕκαστος τῶν ἄλλων ἀπὸ κλήρου ἦρχε τὴν ἑαυτοῦ ἡμέραν, ἄχρις οὗ πληρωθῶσιν αἱ ἑπτὰ ἡμέραι. καὶ συνέβαινε τοῖς ἄρχουσι, 190.
τρεῖς

1 At quomodo quadrabunt ea, quae superius ex *Demosthene* allegavit ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρώτης, ἑνδεκάτῃ τῆς Πρυτανείας. (sic enim interpungendum) Nam si Πανδιονίδος πρώτης, id est, prima Proëdria Pandionidis praesidebat undecimo Prytaniae die, necesse est alium excogitare ordinem. Secundum enim Petitum secunda Pandionidis Proëdria obtinuisset undecimo die. Quare suspicio est, per singulos dies unamquamque Proëdriam obtinuisse: sic optime quadrabunt verba *Demosthenis*, neque aliter intellexit *Ulpianus*. Tamen, ne dissimulem, non satis liquet. PALMER.

Ibid. Vide potius *H. Dodwellum* Differt. III. de Cyclis sect. 37.

τρεῖς μὴ ἄρχειν. ἕκαστος δὲ ἄρχων ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ἐκαλεῖτο Ἐπιστάτης. διὰ τί δὲ μίαν μόνην ἦρχεν; ἐπειδὴ αὐτὸς τὰς κλεῖς τῆς Ἀκροπόλεως ἐπιστεύετο, καὶ πάντα τὰ χρήματα τῆς πόλεως. ἵν' οὖν μὴ ἐρασθῇ τυραννίδος, διὰ τοῦτο μίαν ἡμέραν ἐποίουν αὐτὸν ἄρξαι. ἰστέον δ' ὅτι, οἱ μὲν πεντήκοντα Πρυτάνεις ἐκαλοῦντο. οἱ δὲ δέκα, Πρόεδροι· ὁ δὲ εἷς, Ἐπιστάτης. Prytaneia igitur in quinque hebdomadas distribuebatur, ut hic habes, & secundum hanc distributionem Quinquaginta Prytaneis singularum Tribuum, in quinque decurias distinguebantur: unde intelligenda puto atque emendanda Hesychii verba, ἕδραι βουλῆς αἱ ἐγίνοντο κατὰ πενθήμερον. Rescribendum existimo, κατὰ ἑπταήμερον. Non enim quinto quoque die Senatus habebatur, ut praeferunt haec verba, sed quotidie, nisi dies esset ἄφετος. Est igitur quod dixi: Decem autem illi singularum decuriarum viri, cum hebdomadem suam imperarent, Πρόεδροι dicebantur, qui ἐκληροῦντο τῶν Πρυτανέων καθ' ἑκάστην Πρυτανείαν, ut observant Grammatici. Hi vero *Proëdri* inter se sortiebantur regna septem illorum hebdomadis dierum, quibus praeerant: atque ita fiebat, ut e decem singularum hebdomadum *Proëdris* tres superessent, qui suum non imperarent diem: *Proëdrus* autem, quum suum imperaret diem, Ἐπιστάτης dicebatur: οἱ δέκα, κατὰ κλῆρον μιᾶς ἡμέρας τῶν ἑπτά· ὁμοίως δὲ ἕκαστος τῶν ἄλλων ἀπὸ κλήρου ἦρχε τὴν ἑαυτοῦ ἡμέραν, ἄχρις οὗ πληρωθῶσιν αἱ ἑπτὰ ἡμέραι. καὶ συνέβαινε τοῖς ἄρχουσι, τρεῖς μὴ ἄρχειν. ἕκαστος δὲ ἄρχων ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ἐκαλεῖτο Ἐπιστάτης. Nemini autem licebat Lege, nisi semel *Epistatae* esse:

Δὶς οὐκ ἐξεῖναι γενέσθαι τὸν αὐτὸν Ἐπιστάτην. — *Nemini bis esse Epistatae liceto.*

Meminit Pollux *Libro VIII. cap. 9.* [*sect. 96.*] ὁ δὲ Ἐπιστάτης καλούμενος, ἐστὶν εἷς τῶν Πρυτανέων, ὁ κλήρῳ λαχών. δὶς δὲ οὐκ ἔξεστι γενέσθαι τὸν αὐτὸν Ἐπιστάτην. Suidas: τῶν Πρυτάνεων εἷς ὁ λαχών, Ἐπιστάτης ἐλέγετο. δὶς δὲ τὸν αὐτὸν ἐπιστατῆσαι οὐκ ἐξῆν. Habebat enim penes se, quum regnaret, aerarii claves, & tabularii, itemque sigillum publicum, unde metus erat, ne, si pluries fieret *Epistates*, tyrannidem invaderet. Ulpianus: ἕκαστος δὲ ἄρχων ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐκαλεῖτο Ἐπιστάτης. διὰ τί δὲ μίαν μόνην ἦρχεν; ἐπειδὴ αὐτὸς τὰς κλεῖς τῆς Ἀκροπόλεως ἐπιστεύετο, καὶ πάντα τὰ χρήματα τῆς πόλεως. ἵν' οὖν μὴ ἐρασθῇ τυραννίδος, διὰ τοῦτο μίαν ἡμέραν ἐποίουν αὐτὸν ἄρξαι. Pollux *loco laudato*: ἔχει δὲ ὁ Ἐπιστάτης τὰς κλεῖς τῶν ἱερῶν, ἐν οἷς τὰ χρήματα, καὶ τὰ γράμματα. Suidas: φυλάττει δὲ ὁ Ἐπιστάτης τοῦ ἱεροῦ τὰς κλεῖς, ἐν ᾧ τὰ δημόσια χρήματα. ἔτι μὴν καὶ τὴν δημοσίαν σφραγῖδα. Quod autem semel fungi *Epistatae* munere liceret, intelligendum est de toto vitae curriculo: nam quod ad annum ipsum, quo *Epistatae* fuerunt, referas, joculare id esset, cum etiamsi nulla id Lex sanciret, aliter fieri non posset. Nemo enim εἷς τῶν Πρυτανέων erat Ἐπιστάτης, nisi πρυτανευούσης τῆς φυλῆς, de qua erat Prytanum unum, jam vero Prytaneis, ut diximus, distribuebantur sorte in decurias quinque, quarum decuriarum singulae sorte ductae suam imperabant ordine hebdomadem, neque una decuria alterius occupabat vicem & ἐφημερίαν. An vero e *Proëdris* decem tres illi, qui Epistatae non fuerant, sorte non addicente, rursum sortirentur cum aliis, qui supererant, Prytanibus, necdum *Proedri* fuerant suam hebdomadem, pro comperto non habeo: inclinat tamen potius animus, ut credam non iterum sortitos fuisse: nam, aut ego valde fallor, aut Prytaneis, ineunte Prytaneia, distribue-

ban-

bantur forte in has quinque decurias: Πρόεδροι ἐκληροῦντο τῶν Πρυτάνεων 191.
καθ' ἑκάστην πρυτανείαν.

Ab his *Proëdris* atque *Epistatis*, alii fuerunt *Proëdri* atque *Epistatae*. Nam quotiescumque habebatur Senatus, aut concio, ὁ ἐν τῇ ἐφημερίᾳ ἄρχων Επιστάτης legebat novem *Proëdros* e singulis unum Tribubus, excepta Tribu, penes quam erat Prytaneias imperium, ut docuerat Aristoteles ἐν τῇ τῶν Αθηναίων πολιτείᾳ. Pollux *loco laudato*: καὶ ὅταν οἱ Πρυτάνεις τὸν δῆμον, ἢ τὴν βουλὴν συνάγωσιν, ὁ Επιστάτης ἐξ ἑκάστης φυλῆς (male editur βουλῆς,) Πρόεδρον ἕνα κληροῖ, μόνην τὴν πρυτανεύουσαν ἀφιείς. Suidas: ἐπειδὰν δὲ οἱ Πρυτάνεις συναγάγωσι τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον, ὁ Επιστάτης κληροῖ Προέδρους ἐννέα, ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης ἕνα, πλὴν τῆς πρυτανευούσης. Sed alibi idem Suidas & Harpocration confundunt cum *Proëdris* illis decem, qui, cum regnarent suum hebdomadis diem, *Epistatae* dicebantur, & qui hos novem sorte capiebant, Πρόεδροι, ἐκληροῦντο τῶν Πρυτάνεων καθ' ἑκάστην πρυτανείαν, εἷς ἐξ ἑκάστης φυλῆς, πλὴν τῆς πρυτανευούσης. Confuse haec dicuntur & indistincte. Nam illi decem erant numero; hi novem tantum, quia non sortiebatur Tribus illa, cujus erat Prytaneia. Illi erant unius tantum Tribus, nempe τῆς πρυτανευούσης, hi e novem aliis, praeter τὴν πρυτανεύουσαν, Tribubus capiebantur, e singulis singuli: Illi καθ' ἑκάστην πρυτανείαν, ineunte Prytaneia, legebantur: hi quotiescumque habebatur Senatus, aut concio cogebatur. Denique distincta erant munia. Horum novem *Proëdrorum* unus *Epistata* dicebatur, sorte ex illis novem ductus ab *Epistata*, penes quem erat illius diei regnum. Suidas: καὶ πάλιν ἐκ τῶν ἐννέα τούτων Επιστάτην ἕνα κληροῖ. Harpocration: δύο εἰσὶν οἱ καθιστάμενοι Επιστάται· ὁ μὲν ἐκ Πρυτάνεων κληρούμενος· ὁ δὲ ἐκ τῶν Προέδρων. Hi *Proëdri* Senatui, & populi concioni, praesidebant, unde nomen invenerunt: ἐκαλοῦντο δὲ Πρόεδροι, ἐπειδήπερ προεδρεύουσι τῶν ἄλλων ἁπάντων. Itaque per eos curabantur ea, quae περὶ τὴν βουλὴν καὶ τὴν ἐκκλησίαν erant: οἵ τινες τὰ περὶ τὴν ἐκκλησίαν διῴκουν, adde, καὶ περὶ τὴν βουλήν. Nam in hunc finem electi ab *Epistata*, ut negotio curarent. Suidas ex Aristotele ἐν τῇ τῶν Αθηναίων πολιτείᾳ. ὁ Επιστάτης κληροῖ Προέδρους ἐννέα, ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης ἕνα, πλὴν τῆς πρυτανευούσης. καὶ πάλιν ἐκ τῶν ἐννέα τούτων Επιστάτην ἕνα κληροῖ. καὶ τὸ πρᾶγμα παραδίδωσι. Hi *Proëdri* relationem faciebant eorum, quorum caussa convenerant: unde legas in Lege τῆς ἐπιχειροτονίας νόμων. ἢ οἱ Πρόεδροι μὴ χρηματίσωσι κατὰ τὰ γεγραμμένα. Ulpianus [*in Timocrat. p.* 445.] οἱ δὲ Πρόεδροι ἐπέβαλον περί τινος συνῆλθον. Sistebant praeterea in judicium coram populo. Ulpianus *in Timocrateam*: οἱ γὰρ Πρόεδροι ἐν τῷ δήμῳ εἰσῆγον. οἱ δὲ Αρχοντες οἱ Θεσμοθέται, ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Quas tamen partes fuisse praecipue τοῦ Επιστάτου ἐκ τῶν Προέδρων facile mihi persuadeo: itaque notat de eo Suidas: αὐτὸς δὲ εἰσάγει τὴν δίκην, καὶ ἐπιμελεῖται κατὰ νόμον πάντα γίνεσθαι, καὶ μηδὲν παραλειφθῆναι πρὸς τὸ διδαχθῆναι τοὺς δικαστάς. Quae postrema verba refero ad τὴν εἰσαγγελίαν, aut hujusmodi dicas, quando scilicet ἡ τῶν Πεντακοσίων βουλὴ, aut ἡ ἐκκλησία, reum εἰσαγγελίας, aut alterius criminis, a se condemnatum tradebat τῷ δικαστηρίῳ, ut gravior mulcta irrogaretur: Nam alioqui τῶν Προέδρων, aut eorum *Epistatae* non erat εἰσάγειν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ut habes in laudatis jam ante Ulpiani verbis.

 II. Ubi

II. Ubi forte capti fuerant Quingenti, qui Reipublicae praeessent, inquirebatur in eorum vitam, moresque, cum probati fuerant, jusjurandum dabant. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [*p.* 726.] λαγχάνει βουλεύειν ὁ Ἀπολλόδωρος. δοκιμασθεὶς δὲ καὶ ὀμόσας τὸν νομικὸν ὅρκον. Jusjurandi hujus Lege imperati, ut hic habes, aliquot Kapita hic describemus.

191. Ο ΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΣ ΟΡΚΟΣ.	JUSJURANDUM SENATUS.
Τὰ βέλτιστα βουλεύσειν τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων.	*Optima quaeque consulam Atheniensium populo.*
Κατὰ τοὺς νόμους βουλεύσειν.	*Secundum Leges consulam.*
ΟΥΔΕ ΔΗΣΩ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΟΥΔΕΝΑ ΟΣ ΑΝ ΕΓΓΥΗΤΑΣ ΤΡΕΙΣ ΚΑΘΙΣΤΗΙ ΤΟ ΑΥΤΟ ΤΕΛΟΣ ΤΕΛΟΥΝΤΑΣ, ΠΛΗΝ ΕΑΝ ΤΙΣ ΕΠΙ ΠΡΟΔΟΣΙΑΙ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ, Η ΕΠΙ ΚΑΤΑΛΥΣΕΙ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΣΥΝΙΩΝ ΑΛΩ, Η ΤΕΛΟΣ ΠΡΙΑΜΕΝΟΣ, Η ΕΓΓΥΗΣΑΜΕΝΟΣ, Η ΕΚΛΕΓΩΝ ΜΗ ΚΑΤΑΒΑΛΗΙ.	*Neminem vinciam, qui vades dederit tres ejusdem census, nisi quis ad urbem prodendam, aut popularem statum evertendum conspirarit: aut emptor vectigalium, aut sponsor, aut coactor, pecuniam non numerarit.*
Καθεδεῖσθαι ἐν τῷ γράμματι, ᾧ ἂν λάχωσι.	*Assidebo eo ordine, quem literae sors attribuerit.*
ΚΑΙ ΟΥ ΔΕΞΟΜΑΙ ΕΝΔΕΙΞΙΝ ΟΥΔΕ ΑΠΑΓΩΓΗΝ ΕΝΕΚΑ ΤΩΝ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΓΕΓΕΝΗΜΕΝΩΝ ΠΛΗΝ ΤΩΝ ΦΕΥΓΟΝΤΩΝ.	*Neminem, nisi exsulum, deferri, ducive sinam, praeteritorum causa.*

Primum hujus jurisjurandi Kaput extat apud Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [*p.* 726.] de Apollodoro, ὀμωμοκὼς δὲ τὰ βέλτιστα βουλεύσειν τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων. quod sane ut praestarent Senatores, exigebat ab illis muneris, quod susceperant, ratio.

Secundum Kaput descripsit Xenophon *Libro I.* Ἀπομνημονευμάτων [*p.* 561.] de Socrate agens: βουλεύσας γάρ ποτε, καὶ τὸν βουλευτικὸν ὅρκον ὀμόσας, ἐν ᾧ ἦν, κατὰ τοὺς νόμους βουλεύσειν. Erat enim Quingentorum Senatus, si cujusquam, ab institutis patriis, & receptis Legibus, ne latum quidem unguem discedere, ut qui inter primos in Solonis Leges jurarit. Plutarchus *in Solone* [*p.* 92. *B.*] κοινὸν μὲν οὖν ὤμνυεν ὅρκον ἡ βουλή, τοὺς Σόλωνος νόμους ἐμπεδώσειν, primusque Leges, cum feruntur, approbet.

Tertium Kaput legitur apud Demosthenem *in Timocratea*, cujus caussas aperit *ibidem* Orator [*p.* 469.] ἔπειτα δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοῦτο τὸ γράμμα αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ οὐκ ἔστι νόμος; τὸ, ΟΥΔΕ ΔΗΣΩ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΟΥΔΕΝΑ. ἐν δὲ τῷ ὅρκῳ τῷ βουλευτικῷ γέγραπται, ἵνα μὴ συνιστάμενοι οἱ Ῥήτορες οἱ ἐν τῇ βουλῇ δεσμὸν κατά τινος τῶν πολιτῶν λέγοιεν. ἄκυρον οὖν τοῦ δῆσαι τὴν βουλὴν ποιῶν τοῦτο ὁ Σόλων πρὸς τὸν ὅρκον τὸν βουλευτικὸν προσέγραψεν. Ulpianus: οὐκ ἔστι δὲ νόμος, ἀλλ' ὅρκος τῶν Βουλευτῶν· ὁ γὰρ νόμος, φησὶ, παραγγέλματα ἔχει καθολικά, οἷον, τόδε μὲν ποιεῖν, τόδε μὴ ποιεῖν. τόδε, οὐ δήσω Ἀθηναίων οὐδένα, οὐκ ἔστιν ὥσπερ φωνὴ νόμου, ἀλλ' ἀνθρώπου τινὸς ταῦτα λέγοντος. Senatus igitur neminem vinciebat, nisi quos excipit jusjurandum: de quibus paulo post dicemus, Deo dante.

Quartum jurisjurandi Kaput a Philochoro descriptum sequentia declarabunt.

Quum

Quintum jurisjurandi Kaput habetur apud Andocidem ἐν τῷ περὶ τῶν Μυστηρίων [p. 12.] ἡ δὲ Βουλὴ αὕτη ἀεὶ βουλεύουσα, τί ὄμνυσι; ΚΑΙ ΟΥ 193.
ΔΕΞΟΜΑΙ ΕΝΔΕΙΞΙΝ, ΟΥΔΕ ΑΠΑΓΩΓΗΝ ΕΝΕΚΑ ΤΩΝ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΓΕΓΕΝΗΜΕΝΩΝ, ΠΛΗΝ ΤΩΝ ΦΕΥΓΟΝ- 402
ΤΩΝ. Quod Kaput additum est, ut ex eodem Andocide constat, post exactos Triginta Tyrannos, cum τῆς μνησικακίας Lex sapientissimo consilio sanciretur.

Cum penes Prytanes jus esset habendi Senatum, aut cogendi populum in concionem, si quid novi in Republica accidebat, Prytanibus referebatur, ut providerent indicto Senatu, vel concione: Quare deprehensum in re capitali Mnesilochum se Prytanibus delaturam denunciat nescio quae mulier apud Comicum Θεσμοφοριαζούσαις [vs. 661.]

ἐγὼ δὲ ταῦτα τοῖς Πρυτάνεσιν ἀγγελῶ.

Neque quisquam admittebatur petitor in Senatum, nisi ab his Prytanibus, quorum avaritiam carpit Comicus Εἰρήνῃ [vs. 907.] ut qui gratis nullum admitterent, induciarum forensium nomen praetexentes: vulgo enim dicebant; ἐκεχειρία ἐστὶν, οὐ δυνάμεθα τήμερον εἰσάγειν, etsi non tam amarent ἐκεχειρίαν, quam τοὺς ἔχοντάς τι ἐν ταῖς χερσίν.

ἀλλ' ὦ πρυτάνεις δέχεσθε τὴν θεωρίαν.
Resque ipsa αὐτοβοᾷ. Nam & *Jove Tragoedo*, & θεῶν ἐκκλησίᾳ in medium prodit censor ille omnium Momus dicturus, qui tamen de illorum Deorum numero non est, qui majorum gentium sunt, sed potius sortis infimae, & patellarius. Petita ista sunt ex Atheniensium more, itaque dicebat Mercurio Jupiter de hoc praeconio: κήρυττε, ὦ Ἑρμῆ, τὸ κήρυγμα τὸ ἐκ τοῦ νόμου, ὡς ἀπειράμθοι συμβουλεύοιεν. Solebant autem, ut jam diximus, Athenienses ex Solonis Lege praeconis voce citari quinquagenariis paulo majores, & rursum alii atque alii, pro aetatis ratione, quibus licebat ἐκκλησιάζειν, hoc est, qui erant famae integrae, jam ante τῷ Ληξιαρχικῷ inscripti. Quare negat Apollo sibi per solenne hoc praeconium, τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν τελείων θεῶν, οἷς ἔξεστι; quod respondet Atheniensium huic, ΤΙΣ ΑΓΟΡΕΥΕΙΝ ΒΟΥΛΕΤΑΙ ΤΩΝ ΥΠΕΡ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΕΤΗ ΓΕΓΟΝΟΤΩΝ; licere propter aetatem, adultam quidem illam & integram, verba facere: εἰ καὶ τοῖς νέοις, ἔτι καὶ ἀγενείοις ἡμῖν ἐφεῖτο ἐκ τοῦ νόμου δημηγορεῖν. Non enim ciebatur ad orandum pro concione hoc praeconio, τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν τελείων θεῶν, οἷς ἔξεστι; quia ea scilicet non erat aetate, Apollo, quae designabatur voce illa corrupta τελείων. Nam si admittenda esset vox τελείων, nemo erat toto coelo magis τέλειος Apolline, ut qui esset in ipso aetatis integrae flore, καὶ τῇ τοῦ βίου ἀκμῇ, frustraque esset qui se iret excusatum propter τὴν νεότητα καὶ τὴν τοῦ ζῆν ἀκμήν. Post quinquagenarios etiam junio-

juniores ἐκκλησιάζοντες καθ' ἡλικίαν citabantur praeconis voce: hucque allu- 211.
dit Momus Apollini inquiens: σὺ δὲ καὶ πάνυ ἤδη ἔννομος εἶ δημηγορεῖν, πρόπαλαι μὲν ἐξ ἐφήβων γεγονὼς, ἐγγεγραμμένος δὲ ἐς τὸ τῶν Δώδεκα Ληξιαρχικὸν, καὶ ὀλίγου δεῖν, τῆς ἐπὶ Κρόνου βουλῆς ὤν. ὥστε μὴ μειρακιεύου πρὸς ἡμᾶς, μὴ αἰδεσθεὶς, εἰ ἀγένειος ὢν, δημηγορήσεις, καὶ ταῦτα, βαθυπώγωνα καὶ εὐγένειον οὕτως υἱὸν ἔχων τὸν Ἀσκληπιόν. Ridet Lucianus ineptias suorum in Deorum cultu, quorum hic antiquissimus, cujus signum minus asperum, nam indicium erat, simulacrum non ita pridem factum fuisse, si asperum esset, usu namque ac cultu detrita aspera non amplius erant. Ridicule igitur & jocose Lucianus Deos antiquos pronuntiat aut designat, qui laevigati sunt, non asperi, & Diis ipsis tribuit, quod illorum signis convenit: Rescribo igitur, & *Jove Tragoedo*, & θεῶν ἐκκλησίᾳ in Mercurii praeconio: [1] τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν τε λείων θεῶν, οἷς ἔξεστι; *Quis Deorum, queis fas est, de illorum numero qui asperi & recentes non sunt, sed laeves, concionem habere vult?* Eodemque modo emendandum est θεῶν ἐκκλησίᾳ, ubi refertur Psephisma, quod in sententiam Dei Somni factum est: ἔδοξε δὲ ἐπιγνώμονάς τε λείους θεοὺς ἑπτὰ, τρεῖς μὲν, ἐκ παλαιᾶς βουλῆς τῆς ἐπὶ Κρόνου, τέτταρας δὲ, ἐκ τῶν δώδεκα. καὶ ἐν αὐτοῖς, τὸν Δία. Sed de his satis. Dicturi pro concione apud populum, coronas capiti imponebant: ita apud Aristophanem dramate Ἐκκλησιαζούσαις [*vs.* 130.]

— τίς ἀγορεύειν βούλεται;
Γυ. ἐγώ. Πρ. περίθου δὴ τὸν στέφανον τύχ' ἀγαθῇ.

Et paulo post:

Πρ. ἔθ' ὅστις ἕτερος βούλεται λέγειν; Γυ. ἐγώ.
Πρ. ἴθι δὴ στεφανοῦ.

Unde illa:

φέρε τὸν στέφανον· ἐγὼ γὰρ αὖ λέξω πάλιν.

In

1 Petitus pro πλείων θεῶν legit τε λείων θεῶν & pro πλείους θεοὺς, τε λείους θεούς. Interpretatur λείους θεούς, *laevigatos*, *non asperos*, id est, antiquos: nam statuae Deorum usu ac cultu attritae non amplius asperae erant. *Lucianus* autem Diis ipsis tribuit, quod illorum signis convenit. Quid hoc est Petite? Particula τε post se desiderat vel alterum τε vel καί. Dii τέλειοι sunt *perfectae aetatis*, *perfecti*, *majorum gentium*. SALVIN.

Ibid. Vel sola haec, quantumvis brevis, adnotatio *Salvinii* de usu particulae τε apud Graecos sufficit ad evertendam temerariam ac levissimam, ut mihi videtur, conjecturam Petiti. Possent & alia ad eam confutandam adferri. Sed hoc melius praestabit Vir Eruditissimus, a quo novam Editionem *Luciani* dudum avide exspectant harum literarum studiosi. Quinam sint, quos πλείους θεοὺς vocant Graeci, non diserte proditum legi: sed e *Luciano* liquet hoc nomine comprehendi & τοὺς δώδεκα, quos noto disticho complexus est *Ennius*, & illos, qui ante hos sub Saturno ad concilium Deorum advocati fuerunt, quos octo fuisse ex *Herodoto* scribit Scholiastes *Luciani* ad Jov. Trag. p. 142. Respicit ad *Herodoti* Lib. II. cap. 46. & 145. Sed haec loca nihil ad *Lucianum* illustrandum faciunt. Nam *Herodotus* refert sententiam Aegyptiorum, qui Panem inter vetustissimos Deos & Herculem inter τοὺς δώδεκα referebant, qui apud Graecos, ut ait *Herodotus*, sunt inter recentissimos. *Lucianus* autem de Graecis agit, ac tres ordines Deorum apud illos facit, τοὺς ἐπὶ Κρόνου, τοὺς δώδεκα & τοὺς ἡμιανθρώπους, inter quos Bacchum, Herculem, Aesculapium & alios id genus recenset. Et sic etiam *Dionysius Halicarn.* VII, 72. *Majorum gentium Deos* apud *Ciceronem* I. Tusculan. 13. interpretatur τοὺς δώδεκα. Sed putem a Cicerone non hos tantum, verum etiam his antiquiores, eo nomine designari, quemadmodum apud *Lucianum* utrique τέλειοι θεοὶ dicuntur. Nam *Augustinus* de Civ. Dei VIII, 5. locum *Ciceronis* laudans inter majorum gentium Deos etiam Saturnum numerat. Et si *majorum ac minorum gentium* patricii, a quibus hanc appellationem ad Deos transtulit *Cicero*, nihil aliud sunt, quam majoris & minoris antiquitatis patricii, ut Doctis placet, recte etiam Saturnus, & qui ante τοὺς δώδεκα fuerunt, *majorum gentium Dii* appellari possunt. DUKER.

Ibid. Recte Viri Eruditissimi, quibus cum paria facit *Moses Solanus*, Petiti conjecturam explodens ad *Luciani* Jov. Trag. C. 18.

In Θεσμοφοριαζούσαις [*vs.* 387.] postquam dixit Praeco, τίς ἀγορεύειν βούλεται; respondet mulier, ἐγὼ, quam itaque hac de causa coronam imponere capiti jubet Praeco.

περίθου νυν τόνδε πρῶτον πρὶν λέγειν.

Atque ad hunc forte morem referenda sunt, quae de Pericle narrat Valerius Maximus *Libro V. cap.* 10. *Princeps Atheniensium Pericles intra quatriduum duobus mirificis adolescentibus filiis spoliatus, his ipsis diebus, & vultu pristinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore concionatus est. Ille vero* caput *quoque solito more* coronatum *gerere sustinuit, ut nihil ex vetere ritu propter domesticum vulnus detraheret.* Cui vero aures commodare nolebant Prytaneis, silentium imperabant. Quare cum mulier, quae virum simulabat, effutiret male sana, Praxagora, quae Prytanum vicem fungebatur, silentium indicit apud Comicum Εκκλησιαζούσαις [*vs.* 144.]

σὺ μὲν βάδιζε, καὶ κάθησ'. οὐδὲν γὰρ εἶ.

Etiam e suggesto deturbabant per apparitores. Aristophanes testis est omni exceptione major *Acharnensibus* [*vs.* 55.]

—— Πρ. οἱ τοξόται.
Αμ. ὦ Τριπτόλεμε καὶ Κελεὲ, περιόψεσθέ με.
Δι. ὦ ἄνδρες Πρυτάνεις, ἀδικεῖτε τὴν ἐκκλησίαν,
τὸν ἄνδρ' ἀπάγοντες, ὅστις ἡμῖν ἤθελε
212. σπονδὰς ποιῆσαι, καὶ κρεμάσαι τὰς ἀσπίδας.

Scholiastes Aristophanis ad haec, ὦ τοξόται. τοῦτο φησὶν εἷς τῶν Πρυτανέων, κελεύων ἐκβαλεῖν τὸν Αμφίθεον ὡς ὑβριστήν. ἄλλως. τοῦτο ἐκ τῶν Πρυτανέων τίς φησι, κελεύων ἀπελαύνειν τὸν Αμφίθεον. Ubi omnes, qui vellent, dixerant Proëdri populum in suffragia mittebant, nisi forte intercederent Nomophylaces, qui Proëdris adsidebant, de quibus Pollux *Libro VIII. cap.* 9. τοῖς δὲ Προέδροις ἐν ἐκκλησίαις συγκαθίζουσι Νομοφύλακες, ἵνα διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν, ὅσα μὴ συμφέρει. aut ipse, qui Psephisma scripserat, sententiam mutaret. Plutarchus *in Aristide* [*p.* 320. *B.*] πάλιν δὲ γράψας τινὰ γνώμην εἰς τὸν δῆμον, ἀντιλογίας οὔσης πρὸς αὐτὴν, και φιλονεικίας, ἐκράτει. μέλλοντος δὲ τοῦ Προέδρου τὸν δῆμον ἐπερωτᾷν, αἰσθόμενος ἐκ τῶν λόγων αὐτῶν τὸ ἀσύμφορον, ἀπέστη τοῦ ψηφίσματος. Inter Proëdros autem partes erant maxime Epistatae. Demosthenes *in Androtiana* [*p.* 383.] ταῦτα ἐπήρετο φησὶν ὁ Επιστάτης. διεχειροτόνησεν ὁ δῆμος, ἔδοξεν. & paulo post [*p.* 385.] ὅτι πρῶτον μὲν οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς, καὶ ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων Επιστάτης ηρώτων καὶ διαχειροτονίαν ἐδίδοσαν, ὅτῳ δοκεῖ δωρεᾶς αξίως ἡ βουλὴ βεβουλευκέναι, καὶ ὅτῳ μή. Populo vero in suffragia eunti Prytaneis oportebat dare calculos, ut legitur in Graecorum Commentariis: τοὺς Πρυτάνεις ἔδει τιθέναι τοὺς καδίσκους, καὶ τὴν ψῆφον διδόναι προσιόντι τῷ δήμῳ. Mittebat unusquisque calculum in cados, qui destituti erant in illius parte loci, in quo convenerant, cancellis undique septa: ἔφερεν εἰς ἕνα τόπον τῆς ἀγορᾶς περιπεφραγμένον ἐν κύκλῳ δρυφράκτοις. Iidem Prytaneis concionem dimittebant per Praeconem solenni formula in sequentem concionem τῶν νομίμων. Aristophanes *Acharnensibus* [*vs.* 171.]

τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι, παρεῖναι δ' εἰς ἕνην.
οἱ γὰρ πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν.

VIII. De-

VIII. Demosthenis aetate, ipsoque florente, & causam, si Aeschini fides, dante Timarcho Legi, Legem tulerunt Athenienses hanc;

Καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀποκληροῦν φυλὴν ἐπὶ τὸ βῆμα, ἥτις προεδρεύσει, καὶ καθῆσθαι τοὺς φυλέτας βοηθοῦντας τοῖς νόμοις καὶ τῇ δημοκρατίᾳ.

Singulis Concionibus sortito ducitor Tribus, quae praesideat circa suggestum, & Leges atque Rempublicam tueatur.

Quare haec Lex lata fuerit nescimus, causam ferendae dedisse Timarchum testatur Aeschines, eaque videtur consultum Legibus, ne qui, si forte, Oratores, aut alii, apud populum concionem haberent, queis fas non esset: Id licet colligere ex Aeschine ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [*p.* 5.] qui postquam multa περὶ τῆς τῶν Ῥητόρων δοκιμασίας dixit, subjicit: ὑμεῖς δὲ τί προσέθεσθε καινὸν νόμον, μετὰ τὸ καλὸν παγκράτιον, ὃ οὗτος ἐπαγκρατίασεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ὑπεραισχυνθέντες γὰρ ἐπὶ τῷ πράγματι, καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν, νόμον ἐθήκατε καινὸν, ἀποκληροῦν φυλὴν ἐπὶ τὸ βῆμα, ἥ τις προεδρεύσει. καὶ τί προσέταξε ὁ τιθεὶς τὸν νόμον; καθῆσθαι κελεύει τοὺς φυλέτας βοηθοῦντας τοῖς νόμοις καὶ τῇ δημοκρατίᾳ.

IX. Plebiscito sive Psephismate facto, [1] non licebat Prytanibus iterum mittere populum in suffragia de re, de qua jam Psephisma scriptum esset, atque ita Lege hac cautum est,

Τοὺς Πρυτάνεις μὴ ἀναψηφίσαι.

Prytaneis populum iterum de eadem re in suffragia ne mittunto.

Meminit hujus Legis extrema sua Oratione Nicias apud Thucydidem *Historia* 213.
VI. [*C.* 14.] Καὶ σὺ, ὦ Πρύτανι, ταῦτα (εἴπερ ἡγῇ σοι προσήκειν κήδεσθαί τε τῆς πόλεως, καὶ βούλει γενέσθαι πολίτης ἀγαθὸς) ἐπιψήφιζε, καὶ γνώμας προτίθει αὖθις Ἀθηναίοις, νομίσας, εἰ ὀῤῥωδεῖς τὸ ἀναψηφίσαι, τὸ μὲν λύειν τοὺς νόμους, μὴ μετὰ τοσῶνδ' ἂν μαρτύρων αἰτίαν σχεῖν.

X. Quemadmodum jurejurando affirmabat Senatus Quingentorum neminem se vincturum, qui vades dederit tres ejusdem census, ita ne faceret [2] Lege Solonis cavebatur:

Οὐκ ἐξεῖναι τῇ Βουλῇ Ἀθηναίων οὐδένα; ΟΣ ΑΝ ΕΓΓΥΗΤΑΣ ΤΡΕΙΣ ΚΑΘΙΣΤΗι ΤΟ ΑΥΤΟ ΤΕΛΟΣ ΤΕΛΟΥΝΤΑΣ, ΠΛΗΝ ΕΑΝ ΤΙΣ ΕΠΙ ΠΡΟΔΟΣΙΑι ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ, Η ΕΠΙ ΚΑΤΑΛΥΣΕΙ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΣΥΝΙΩΝ ΑΛΩ Η ΤΕΛΟΣ ΠΡΙΑΜΕΝΟΣ Η ΕΓΓΥΗΣΑΜΕΝΟΣ Η ΕΚΛΕΓΩΝ ΜΗ ΚΑΤΑΒΑΛΗι.

Senatui Atheniensem civem vincire jus non esto, si vades dederit tres ejusdem census: nisi quis ad urbem prodendam, aut popularem statum evertendum conspirarit: aut emptor vectigalium, aut sponsor, aut coactor, pecuniam non numerarit.

Legem esse, qua οὐκ ἐξῆν τῇ Βουλῇ δῆσαι Ἀθηναίων οὐδένα non dicta caussa, constat e Demosthene *in Timocratea* [*p.* 469.] ubi enim descripsit, addit, ἀλλ' ἐφ' οἷς κεῖται νόμος οὗτος, διδάξω ὑμᾶς, οὗτος γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐκ ἐπὶ τοῖς κεκριμένοις καὶ ἠγωνισμένοις κεῖται, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἀκρίτοις,

1 Est tamen illustre exemplum in contrarium in decreto de Mitylenaeis interficiendis apud *Thucydidem* III, 36. seq., ubi Psephismate jam facto, & Mitylenas ad Pachetem misso οἱ ἐν τέλει dicuntur αὖθις γνώμας προθεῖναι, ut optime Clariss. *Duker.* in *Thucydid.* VI, 14.

2 Quae sequuntur, Legis verba non sunt. Partem faciunt jurisjurandi, quo Senatores adigebantur. Vide supra p. 192. & *Ulpianum* ad eum Oratoris locum, unde haec depromta.

τοις, ἵνα μὴ διὰ τὸ δεδιέναι χεῖρον ἀναγκάζοιντο ἀγωνίζεσθαι, ἢ καὶ παντάπασιν ἀπαράσκευοι εἶεν. Ex hac Lege apud Ariſtophanem Θεσμοφοριαζούσαις [*vſ.* 936.] Prytaneis Mneſilochum non dicta cauſa in vincula conjiciunt, quia evertebat popularem ſtatum, violatis Cereris ſacris:

Πρ. ὁ δ' ἔσθ' ὁ πανοῦργος, ὃν ἔλεγεν ἡμῖν Κλεισθένης.
Μνησ. τί κύπτεις; δῆσον αὐτὸν εἰσάγων,
ὦ τοξότ', ἐν τῇ σανίδι, κᾆπειτ' ἐνθαδὶ
στήσας φύλαττε. καὶ προσιέναι μηδένα
ἔα πρὸς αὐτόν. ἀλλὰ τὴν μάστιγ' ἔχων
παῖ', ἢν προσίῃ τις.

& paullo poſt:

ἔχοντα ταῦτ' ἔδοξεν τῇ βουλῇ σε δεῖν.

XI. Poterat Senatus Quingentorum multam irrogare quingentarum tantum drachmarum, ex hac Lege.

Τὴν βουλὴν κυρίαν εἶναι ζημιοῦν πενταχοσίαις.

Senatui jus eſto multare drachmis quingentis.

Habes hanc Legem apud Demoſthenem ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν [*p.* 643.] Καὶ ἐπειδὴ ἐν τῷ διαχειροτονεῖν ἦν ἡ βουλὴ, πότερα δικαστηρίῳ παραδοίη, ἢ ζημιώσειε ταῖς πεντακοσίαις, ὅσου ἦν κυρία κατὰ τὸν νόμον. Quibus e verbis vides Senatum Quingentorum potuiſſe irrogare multam quingentarum tantum drachmarum, aut reos a ſe condemnatos tradere τῷ δικαστηρίῳ, ut gravior multa irrogaretur. Quando autem fiebat, ut Senatus a ſe condemnatos traderet τῷ δικαστηρίῳ, Theſmothetae in judicium introducebant. Pollux *Lib. VIII. cap.* 9. οἱ δὲ Θεσμοθέται εἰσάγουσι τὰς ἐκ τῆς βουλῆς καταγνώσεις.

214. XII. Maximum fuit apud Athenienſes rei nauticae ſtudium, etiam ab antiquiſſimis temporibus, a quo Regum auctoritate revocati, in idem poſtea Perſicis temporibus naviter Themiſtoclis conſilio incubuerunt. Narrat Plutarchus *in Themiſtocle* [*p.* 121. *D.*] ἐκ δὲ τούτου τὸν Πειραιᾶ κατεσκεύαζε τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν κατανοήσας, καὶ τὴν πόλιν ὅλην ἁρμοττόμενος πρὸς τὴν θάλασσαν, καὶ τρόπον τινὰ τοῖς παλαιοῖς βασιλεῦσι τῶν Ἀθηναίων ἀντιπολιτευόμενος. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ (ὡς λέγεται) πραγματευόμενοι τοὺς πολίτας ἀποσπάσαι τῆς θαλάσσης, καὶ συνεθίσαι ζῆν μὴ πλέοντας, ἀλλὰ τὴν χώραν φυτεύοντας, τὸν περὶ τῆς Ἀθηνᾶς διέδοσαν λόγον, ὡς ἐρίσαντος περὶ τῆς χώρας Ποσειδῶνος, δείξασα τὴν μορίαν τοῖς δικασταῖς, ἐνίκησε, Θεμιστοκλῆς δ' οὐχ, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ Κωμικὸς λέγει, τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προσέμιξεν, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐξῆψε τοῦ Πειραιῶς, καὶ τὴν γῆν τῆς θαλάττης· ὁ καὶ τὸν δῆμον ηὔξησε κατὰ τῶν ἀρίστων. Ante Themiſtoclem navali utebantur Phalero: poſtquam vero Themiſtocles ſummae rerum praefuit, Piraeeum ἐπίνειον eſſe voluit, ut docet Pauſanias *in Atticis*. In hoc ναυστάθμῳ trecentarum navium claſſem habebant. Thucydides *Lib. II.* [*C.* 13.] καὶ τριήρεις τὰς πλωΐμους τριακοσίας. Demoſthenes: περὶ συμμοριῶν non ſemel hujus meminit numeri. Aeſchines ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας [*p.* 51.] τριήρεις δ' ἐκτησάμεθα πλωΐμους καὶ ἐντελεῖς οὐκ ἐλάττους ἢ τριακοσίας.

Qua-

Quare corruptus est coaevi scriptoris Isocratis locus *Areopagitico* [*princip.*] ἀλλ' οὐ πλείοις μὲν τριήρεις ἢ διακοσίας κεκτημένης. Male vertit eruditissimus Interpres, *Quum & triremes amplius ducentas possideat.* Plures quidem erant triremes, quam ducentae, nam erant trecentae, sed id non dicit Isocrates, imo contra, ut vulgo editur, *Quum triremes possideat non amplius ducentis*: Sed emendandum puto apud Isocratem, ἀλλ' οὐ πλείοις μὲν τριήρεις ἢ διακύσας κεκτημένης. Apud Galenum *in Lexico*: ἄκυσα πεπληρωμένη. [1] Hinc διάκυσα optime de navi bene instructa: Verto, *Cum triremes plures non possederit, aut instructiores.* Ob hoc igitur rei nauticae studium factum est, ut quotannis Senatus Quingentorum Lege teneretur naves novas aedificare.

Τὴν βουλὴν τῶν Πεντακοσίων ποιεῖσθαι τριήρεις καινάς.	*Senatus Quingentorum naves novas aedificato.*

Lex extat apud Libanium *in Hypothesi Androtianae*: νόμος ἦν ἐπιτάττων τῇ βουλῇ τῶν Πεντακοσίων ποιεῖσθαι τριήρεις καινάς. Eamque in rem pecuniam e publico accipiebat Senatus. Ulpianus: ἔθος ἦν τὴν βουλὴν τῶν Πεντακοσίων λαμβάνουσαν χρήματα ἀπὸ τοῦ δήμου, καινὰς τριήρεις ποιεῖν. Idque videtur institutum a Themistoclis temporibus, vel certe factitatum, post nobilem illam Salaminiam victoriam. Demosthenes *in Androtiana* [*p.* 385.] ἄξιον τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κἀκεῖνο ἐξετάσαι, τί δήποτε, ἂν τἆλλα πάντα ἡ βουλὴ καλῶς βουλεύσῃ, καὶ μηδεὶς ἔχῃ μηδὲν ἐγκαλέσαι, τὰς δὲ τριήρεις μὴ ποιήσηται, τὴν δωρεὰν οὐκ ἔξεστιν αἰτῆσαι. εὑρήσετε γὰρ τοῦτο τὸ ἰσχυρὸν ὑπὲρ τοῦ δήμου κείμενον. οἶμαι γὰρ ἂν μηδένα ἀντειπεῖν, ὡς οὐχ ὅσα πώποτε τῇ πόλει γέγονεν, ἢ νῦν ἐστιν ἀγαθὰ, ἢ θάτερα, ἵνα μηδὲν εἴπω φλαυρὸν, ἐκ τοῦ τῶν τριηρῶν, τὰ μὲν κτήσεως, τὰ δὲ ἀπουσίας γέγονεν. οἷον πολλὰ μὲν τίς ἔχοι λέγειν καὶ παλαιὰ καὶ καινά. ἃ δὲ οὖν πᾶσι μάλιστ' ἀκοῦσαι γνώριμα, τοῦτο μὲν εἰ βούλεσθε, οἱ τὰ Προπύλαια καὶ τὸν Παρθενῶνα οἰκοδομήσαντες ἐκεῖνοι, καὶ τἆλλα πάντα ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἱερὰ κοσμήσαντες, ἐφ' οἷς φιλοτιμούμεθα πάντες εἰκότως· ἴστε γὰρ δή που τοῦτο ἀκοῇ, ὅτι τὴν πόλιν ἐκλιπόντες, καὶ κατακλεισθέντες εἰς Σαλαμῖνα, ἐκ τοῦ τριήρεις ἔχειν, πάντα μὲν τὰ σφέτερα αὐτῶν, καὶ τὴν πόλιν, τῇ ναυμαχίᾳ νικήσαντες ἔσωσαν.

XIII. Ad hanc quoque rem invitabatur Quingentorum Senatus munere, 115.
de quo hac Lege cautum est.

Τὴν βουλὴν τὴν ποιήσασαν τὰς τριήρεις, αἰτεῖν τὴν δωρεάν· τὴν μὴ ποιήσασαν τὰς τριήρεις, μὴ αἰτεῖν δωρεάν.	*Senatus, qui naves aedificarit, munus petito: si secus fecerit, munus ne petito.*

Lex haec habetur apud Ulpianum *ad Androtianam*: κελεύει τὴν βουλὴν νόμος τὴν ποιήσασαν τὰς τριήρεις, αἰτεῖν τὴν δωρεάν· τὴν μὴ ποιήσασαν τὰς τριήρεις, μὴ αἰτεῖν δωρεάν. Meminit hujus Legis Demosthenes *in Androtiana* [*p.* 383.]

1 Haud vidi magis. Ἄκυσα a *Galeno* in Lexico *Hippocrat.* explicatur πεπληρωμένη. Hinc διάκυσα optime de navi bene instructa. Cedo ex omni Graeciae copia simile exemplum? Quod allatum si fuerit, caussam non dicam, quin omnium vanissimus & confidentissimus censear. Recte suspicatus est, si a *Galeno* mendi suspicio absit, *Anut. Foesius*, respexisse eum *Hippocratis* verba de Morb. Mulier. p. 600. ὅσαι ἂν χερὶ θα- [illegible] τὰς [illegible], ἢν διαφθείρωσιν ἄκυσαι. Ibi ἄκυσαι sunt praegnantes, πεπληρωμέναι, quae nolentes foetum corrumpunt. Quid autem hae ad naves armatas & instructas? *Isocratis* locus bene habet, tali commento non incrustandus. Ejus aetate de veteri Atticae reipublicae flore haud parum deminutum erat, neque mirum adeo, si numerus triremium non prorsus aequaret priora florentis civitatis tempora.

383.] περὶ τοίνυν τοῦ νόμου, τοῦ διαῤῥήδην οὐκ ἐῶντος ἐξεῖναι, μὴ ποιησαμένῃ τῇ βουλῇ τὰς τριήρεις, αἰτῆσαι τὴν δωρεὰν, ἄξιόν ἐστιν ἀκοῦσαι τὴν ἀπολογίαν, ἣν ποιήσεται. Libanius: νόμος δὲ ἦν ἐπιτάττων τῇ βουλῇ ταύτῃ ποιεῖσθαι τριήρεις καινάς· ἐὰν δὲ μὴ ποιήσηται, κωλύων αὐτὴν αἰτεῖν παρὰ τοῦ δήμου δωρεὰν, & paullo post: δεύτερον δὲ ὑπεναντίον τῷ ἐκείνῳ τῷ νόμῳ, τῷ κελεύοντι, μὴ ποιησαμένην τὴν βουλὴν τὰς τριήρεις, μὴ αἰτεῖν δωρεάν. Ulpianus: πρὸς τὸν ὑπὸ τοῦ Διοδώρου προτεινόμενον περὶ τῶν νεῶν νόμον, οὐκ ἐποιήσατο τὰς τριήρεις ἡ βουλὴ, τὴν δωρεὰν οὐ δύναται λαβεῖν. Coronam intelligit τοῦ δωρεᾶς nomine: Ulpianus paullo post: νόμος ἐστὶ, ἐὰν μὴ ποιήσηται τὰς τριήρεις ἡ βουλὴ, μὴ λαμβάνειν τὸν στέφανον. Idem ad haec *Timocrateae* verba [*p.* 445.] ἐπὶ δὲ τῆς πρώτης Πρυτανείας τῇ ἑνδεκάτῃ, ἐν τῷ δήμῳ, ἐπειδὰν εὔξηται ὁ κῆρυξ, ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τῶν βουλευτικῶν, ita scribit: περὶ τῆς βουλῆς τῶν Πεντακοσίων, ὅτι δεῖ λαμβάνειν αὐτὴν στέφανον, ἐὰν ποιήσηται τὰς τριήρεις. Sed corruptus est locus, e quo vix aliquid boni sensus elicias. An intelligit Enarrator, ἐπὶ τῆς πρώτης Πρυτανείας τῇ ἑνδεκάτῃ, scivisse populum de numero navium, quas e Lege περὶ τῶν νεῶν tenebatur quotannis Senatus Quingentorum aedificare, ita ut praescribat Senatui, penes quem erat imperium novi illius anni ineuntis, numerum, qui excidit in Ulpiani codicibus, navium, quas velit a Senatu, si quidem ex corona donari expetat, aedificari: An vero sensus hic est, Populi decreto, primae Prytaneiae die undecimo, corona donari Senatum Quingentorum, qui anno praefuerat, ob egregie navatam Reipublicae operam, praecipue ob factas triremes. Certe constat recens inito anno decreta hujusmodi fieri solita, itaque negat Androtion, quo auctore scriptum est Psephisma ἐν τῷ δήμῳ de coronando Senatu, se prius detulisse ad Senatum, qui illum exceperat, quia metus erat ne, odio dicam, an invidia, denegaret. Ulpianus: αὕτη οὖν ἡ βουλὴ, περὶ ἧς ὁ λόγος, λαβοῦσα τὰ χρήματα ἐκ τοῦ δήμου, τὰς τριήρεις οὐκ ἐποίησεν. ἐδόκει δὲ εἰς τὰ ἄλλα πάντα καλῶς βεβουλευκέναι. ὁ γοῦν Ἀνδροτίων ὁ Ῥήτωρ, προστάτης ὢν ταύτης τῆς βουλῆς, ἔγραψε ψήφισμα στεφανωθῆναι τὴν βουλὴν, τούτου ἐπελάβοντο τοῦ ψηφίσματος, ὡς παρανόμως γραφέντος, Εὐκτήμων, καὶ Διόδωρος, κατὰ τέσσαρας νόμους· ὧν πρῶτός ἐστιν, ἀπροβούλευτον ψήφισμα μὴ εἰσιέναι ἐν τῷ δήμῳ. ἔδει οὖν αὐτὸν πρῶτον εἰσενέγκαι τὸ ψήφισμα εἰς τὴν βουλήν. οὐκ εἰσήνεγκε δὲ, ἐπειδὴ νεωστὶ ἄρξασα ἦν ἡ βουλὴ, καὶ ἐφοβεῖτο, μὴ διαφωνηθῇ. ἕκαστος γὰρ τὸν πρὸ αὐτοῦ θέλει δεῖξαι κακῶς ἄρξαντα. Prior sententia verisimilior videtur: Posterior quippe constare non potest cum iis, quae jam sumus dicturi: Nam qui Magistratu exibant, intra triginta ab abdicato Magistratu dies, rationes gestae Reipublicae reddere tenebantur: Quare ad diem undecimum primae Prytaneiae rationes πρὸς τοὺς Λογιστὰς retulisse non poterat Quingen-
216 torum Senatus: ac proinde neque Plebiscito corona donari, cum reddendis rationibus esset obnoxius.

XIV. Omnes namque, qui ad Rempublicam accedebant, rationes reddere tenebantur, isque, inter eos Senatus Quingentorum, ut liquido constat ex hac Lege:

Τὴν βουλὴν τοὺς Πεντακοσίους ὑπευθύνους εἶναι.	*Quingentorum Senatus reddundis rationibus obnoxius esto.*

Meminit hujus Legis Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [*p.* 56.] πάλιν τὴν

βου-

βουλὴν τοῖς Πεντακοσίοις ὑπεύθυνον πεποίηκεν ὁ νομοθέτης. Ne vero Senatus paucorum scelere damnaretur, quando rationes suas referebat, vertente Magistratus sui anno severe in suos animadvertebat, & si quis munus suum bene non fungeretur, Senatu movebat, latis per folia, calculorum vicem, sententiis; quod ἐκφυλλοφορεῖν vocabant. Harpocration: εἰ ἐδόκει τις τῶν βουλευτῶν ἀδικεῖν, διεψηφίζετο ἡ βουλὴ περὶ αὐτοῦ, εἰ χρὴ αὐτὸν μηκέτι βουλεύειν. ἀντὶ δὲ ψήφων, φύλλοις ἐχρῶντο, δι' ὧν ἕκαστος ἐπεσημήνατο τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. Suidas: εἴποτέ τις τῶν πολιτῶν ἀδικεῖν ἐδόκει, καὶ ἀνάξιος εἶναι τοῦ συνεδρίου τῶν Πεντακοσίων, ἐσκόπει ἡ βουλὴ περὶ αὐτοῦ, εἰ χρὴ αὐτὸν μηκέτι βουλεύειν, ἀλλ' ἐλαθῆναι ἐκ τοῦ συνεδρίου. ἀντὶ δὲ τῆς ψήφου φύλλοις ἐπεσήμαινε τὴν αὐτοῦ γνώμην ἕκαστος, ὥσπερ ὀστράκῳ ἐπὶ τοῦ ὀστρακισμοῦ. Eadem habet Auctor *Etymologici*, e quo amplius disces primitus fabis usos fuisse, sed postquam fraudem Xenotimus fecisse deprehensus est; coepta folia adhiberi. μετὰ δὲ τὸ ἁλῶναι κακουργοῦντα Ξενότιμον τὸν ὑπηρέτην ἐν τοῖς κυάμοις, οὕτως ἡ τῶν φύλλων ἐπενοήθη. Fabis enim calculorum vicem utebatur Senatus. Suidas: κυαμεῦσαι, κυάμοις ψηφοφορῆσαι, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Βουλευταί. Hinc Tzetzae error patet *Chiliade XIII. cap.* 489.

Ἐκφυλλοφόρησιν δὲ αὐτὴν οὕτω καλοῦμεν πάλιν.
Ἐν τούτοις, οἷς οὐχὶ παρῆν εὐφθάρτοις ὀστράκων,
Εἰς φύλλα παρενέγραφον, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀστράκοις.
Καὶ τὰ λοιπὰ ἐτέλουν δὲ, ὡς ἐν ὀστράκοις ἔφην.
Μόνον ἐς τὸ Κανέσαργες τὰ φύλλα οὐκ ἐρρίπτουν,
Εἰς τόπον στέγειν φύλλα δὲ δυνάμενον, καὶ κρύπτειν.

Nam quemadmodum populus, qui in concionem convenerat, utebatur testulis, (usus tamen aliquando est fabis. Suidas: περὶ γὰρ τῆς αἱρέσεως τῶν ψήφων κυάμοις ἐχρῶντο ἐν ταῖς ἐκκλησίαις.) calculorum vicem, ita Senatus foliis, non tantum, cum Senatorum aliqui Senatu essent movendi, sed etiam in ferendis aliis de rebus sententiis. Pollux *Lib. VIII. cap.* 5. καὶ ἡ βουλὴ δὲ ἡ τῶν Πεντακοσίων φύλλοις ἀντὶ ψήφων ἐχρῶντο. κοινῇ μὲν τοι πᾶς ὁ δῆμος ὀστράκοις ἐψηφίζετο. Sed ad rem. Meminit Aeschines [*p.* 15.] ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου, ἐκφυλλοφορήσεως hujus. ἐὰν μὲν ἡ βουλὴ καταγνοῦσα τουτονὶ ἀδικεῖν, καὶ ἐκφυλλοφορήσασα δικαστηρίῳ παραδῷ, δότε τὴν δωρεὰν αὐτοῖς. & mox, μετὰ ταῦτα, ὡς ἐπανῆλθεν ἡ βουλὴ εἰς τὸ βουλευτήριον, ἐξεφυλλοφόρησεν αὐτόν. In τοῦ ἐκφυλλοφορηθέντος locum suffectum fuisse τὸν ἐπιλαχόντα nullus dubito.

XV. Si munus suum egregie functi essent Senatores, Senatus corona cohonestabatur, ut Lege hac cautum est.

Ἐὰν ἀξίως ἡ βουλὴ δοκῇ βουλεῦσαι δωρεᾶς, διδόναι τὸν δῆμον τὴν δωρεὰν αὐτῇ.	*Si bene Rempublicam gesserit Senatus, meritum illi populus muneris honorem habeto.*

Legitur haec Lex apud Demosthenem *in Androtiana* [*p.* 382.] νόμος ἐστὶ, 217.
φησὶν, ἐὰν ἀξίως ἡ βουλὴ δοκῇ βουλεῦσαι δωρεᾶς, διδόναι τὸν δῆμον τὴν δωρεὰν αὐτῇ. Ulpianus *ibidem*: νόμος δέ ἐστι, τὴν βουλὴν τὴν δόξασαν τῷ δήμῳ καλῶς βεβουλευκέναι, στεφανοῦσθαι. & paullo post: παραφέρει γὰρ καὶ αὐτὸς ἕτερον νόμον λέγοντα, τὴν βουλὴν ἐὰν δόξῃ καλῶς βεβουλευκέναι ἐν

τῷ δήμῳ, στεφανοῦσθαι. Sed non bona fide administratam fuisse a Senatu Rempublicam, qui triremes non fecerit, docet Demosthenes *eadem Oratione* [p. 385.] ὅτι δ' οὐδὲ τὸν δῆμον ἐᾷ διδόναι μὴ ποιησαμένοις τὰς ναῦς ὁ νόμος, καὶ τοῦτ' ἐπιδείξω. διὰ ταῦτα γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον ὁ νόμος, μὴ ἐξεῖναι τῇ βουλῇ μὴ ποιησαμένῃ τὰς τριήρεις, αἰτῆσαι τὴν δωρεάν, ἵνα μηδὲ πεισθῆναι, μηδὲ ἐξαπατηθῆναι γένοιτο ἐπὶ τῷ δήμῳ. ἀλλ' ὃ δίκαιον ἦν εὑρεῖν ἅμα, καὶ συμφέρον τῷ δήμῳ, νόμῳ τετάχθαι. τὰς τριήρεις οὐ πεποίησαι; μὴ τοίνυν αἴτει τὴν δωρεάν. ἄξιον τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κἀκεῖνο ἐξετάσαι, τί δήποτε, ἂν τἄλλα πάντα ἡ βουλὴ καλῶς βουλεύσῃ, καὶ οὐδεὶς ἔχῃ μηδὲν ἐγκαλέσαι, τὰς δὲ τριήρεις μὴ ποιήσηται, τὴν δωρεὰν οὐκ ἔξεστιν αἰτῆσαι. εὑρήσετε γὰρ τοῦτο τὸ ἰσχυρὸν ὑπὲρ τοῦ δήμου κείμενον. Quare severe anquisitum, sive apud Senatum, sive ἐν τῷ δήμῳ, an coronandus, & cuique libera dicendi facultas concessa est. Demosthenes [p. 385.] πρῶτον μὲν οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς, καὶ ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων Ἐπιστάτης, ἠρώτων καὶ διαχειροτονίαν ἐδίδοσαν ὅτῳ δοκεῖ δωρεᾶς ἀξίως ἡ βουλὴ βεβουλευκέναι, καὶ ὅτῳ μή. πρὸς τοίνυν τούτοις, ἐπειδὰν Μειδίου κατηγορεῖτο τῆς βουλῆς, καὶ ἄλλων τινῶν, ἀναπηδήσαντες οἱ Βουλευταὶ ἐδέοντο μὴ σφᾶς ἀφελέσθαι τὴν δωρεάν. Hinc Ulpiani illa de Androtione: ἔδει οὖν αὐτὸν πρῶτον εἰσενέγκαι τὸ ψήφισμα εἰς τὴν βουλήν. οὐκ εἰσήνεγκε δέ, ἐπειδὴ νεωστὶ ἄρξασα ἦν ἡ βουλή, καὶ ἐφοβεῖτο, μὴ διαφωνηθῇ, ἕκαστος γὰρ τὸν περὶ αὐτοῦ θέλει δεῖξαι κακῶς ἄρξαντα. & tamen jam ante rationes gesti Magistratus apud τοὺς Λογιστὰς Senatus retulerat.

TITULUS SECUNDUS.

De Magistratibus.

I. VAria fuerunt Athenis Magistratuum genera, quae tamen ad tria possunt referri: Nam alii erant κληρωτοὶ, alii χειροτονητοὶ, alii αἱρετοί. Ulpianus *Argumento ad Androtianam*: διάφοροι γὰρ παρ' Ἀθηναίοις ὑπῆρχον ἀρχαί· ὧν αἱ μέν, κληρωταί, αἱ δέ, χειροτονηταί· αἱ δέ, αἱρεταί· καὶ κληρωταὶ μέν, αἱ κατὰ κλῆρον γινόμεναι· χειροτονηταὶ δέ, αἱ κατὰ χειροτονίαν τοῦ δήμου γινόμεναι· αἱρεταὶ δέ, αἱ κατὰ αἵρεσιν. Nec dissentit, etsi paullo aliter, Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 58.] ἔστι γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, τῶν περὶ τὰς ἀρχὰς εἴδη τρία· ὧν ἓν μὲν καὶ πᾶσι φανερώτατον, οἱ κληρωτοὶ καὶ οἱ χειροτονητοὶ Ἄρχοντες· δεύτερον δέ, ὅσοι τι διαχειρίζουσι τῶν τῆς πόλεως ὑπὲρ τριάκοντα ἡμέρας, καὶ οἱ τῶν δημοσίων ἔργων ἐπιστάται. τρίτον δ' ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, καὶ εἴ τινες ἄλλοι αἱρετοὶ ἡγεμονίας δικαστηρίων λαμβάνουσι. Hinc enim facile colligas, alios esse κληρωτοὺς, alios χειροτονητοὺς, alios αἱρετοὺς, & inter hos postremos, qui διαχειρίζουσι τὰ δημόσια χρήματα ὑπὲρ τριάκονθ' ἡμέρας, & ἡγεμονίας δικαστηρίων λαμβάνουσι.

Magistra-

Magistratus autem hi penes solos erant εὐπόρους, atque ab iis gerendis arcebantur οἱ θῆτες capite censi, non tantum ante Solonem, sed etiam hac ipsius Solonis Lege. 218.

Τοῖς εὐπόροις τὰς ἀρχὰς ἁπάσας ἄρχειν.	*Ii soli, quibus census est, Magistratus gerunto.*

Habes apud Plutarchum *in Solone* [*p.* 87. *E.*] δεύτερον δὲ Σόλων τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας ὥσπερ ἦσαν τοῖς εὐπόροις ἀπολιπεῖν βουλόμενος, τὴν δ᾽ ἄλλην μῖξαι πολιτείαν, ἧς ὁ δῆμος οὐ μετεῖχεν, ἔλαβε τὰ τιμήματα τῶν πολιτῶν, καὶ πρώτους ἔταξε τοὺς Πεντακοσιομεδίμνους· δευτέρους δὲ τοὺς ἵππους τρέφειν δυναμένους· Ζευγῖται δὲ οἱ τοῦ τρίτου τιμήματος ὠνομάσθησαν· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκαλοῦντο Θῆτες, οἷς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν. Aristoteles *Polit. Lib. II. extremo*: τὰς δὲ ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων καὶ εὐπόρων Σόλων κατέστησε πάσας; ἐκ τῶν Πεντακοσιομεδίμνων, καὶ Ζευγιτῶν; καὶ τρίτου τέλους τῆς καλουμένης, Ἱππάδος· τὸ δὲ τέταρτον, Θητικὸν, οἷς οὐδεμιᾶς ἀρχῆς μετῆν. Idque institutum fuisse videtur Thesei, ut narrat Plutarchus [*in Thes. p.* 11. *C.*] ἔτι δὲ μᾶλλον αὐξῆσαι τὴν πόλιν βουλόμενος, ἐκάλει πάντας ἐπὶ τοῖς ἴσοις, καὶ τὸ δεῦρ᾽ ἴτε πάντες λεῲ, κήρυγμα Θησέως γενέσθαι φασὶ, πανδημίαν τινὰ καθιστάντος. οὐ μὴν ἄτακτον οὐδὲ μεμιγμένην περιεῖδεν ὑπὸ πλήθους ἐπιχυθέντος ἀκρίτου γενομένην τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς Εὐπατρίδας καὶ Γεωμόρους καὶ Δημιουργοὺς, Εὐπατρίδαις μὲν γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν Ἄρχοντας ἀποδοὺς, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς. Mutatum id tamen ab Aristide Lysimachi F. qui γράφει ψήφισμα, inquit Plutarchus *in ejus Vita* [*p.* 332. *C.*] κοινὴν εἶναι τὴν πολιτείαν, καὶ τοὺς Ἄρχοντας ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἱρεῖσθαι. atque obtinuit, puto, Platone suum scribente Menexenum, in eo enim rationem adfert, cur in adipiscendis honoribus & Magistratibus nullum sit inter omnes cives discrimen, cognatio enim est & necessitudo, quae inter omnes cives aborigines intercedit [*p.* 238. *E.*] αἰτία δὲ ἡμῖν τῆς πολιτείας ταύτης, ἡ ἐξ ἴσου γένεσις. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πόλεις ἐκ παντοδαπῶν κατεσκευασμέναι ἀνθρώπων εἰσὶ καὶ ἀνωμάλων· ὥστε αὐτῶν ἀνώμαλοι καὶ αἱ πολιτεῖαι, τυραννίδες τε καὶ ὀλιγαρχίαι. οἰκοῦσιν οὖν, ἔνιοι μὲν δούλους, οἱ δὲ, δεσπότας ἀλλήλους νομίζοντες· ἡμεῖς δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι, μιᾶς μητρὸς πάντες ἀδελφοὶ φύντες, οὐκ ἀξιοῦμεν δοῦλοι οὐδὲ δεσπόται ἀλλήλων εἶναι. ἀλλ᾽ ἡ ἰσογονία ἡμᾶς ἡ κατὰ φύσιν ἰσονομίαν ἀναγκάζει ζητεῖν κατὰ νόμον, καὶ μηδενὶ ἄλλῳ ὑπείκειν ἀλλήλοις, ἢ ἀρετῆς δόξῃ καὶ φρονήσεως. Rursum tamen mutavit, optimatibus in id incumbentibus, quod testatur apud Plutarchum *in Phocione* [*p.* 753. *E.*] Antipater, φιλίαν ἔσεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ συμμαχίαν, πολιτευομένοις τὴν πάτριον ἀπὸ [1] τιμήματος πολιτείαν. &

1. Explicat distinctius *Diodorus* L. XVIII. p. 637. Καὶ προσέταξεν, Antipater, ἀπὸ τιμήσεως εἶναι τὸ πολίτευμα, καὶ τοὺς μὲν κεκτημένους πλείω δραχμῶν δισχιλίων, κυρίους εἶναι τοῦ πολιτεύματος· τοὺς δὲ κατωτέρω τῆς τιμήσεως, ἅπαντας ὡς ταραχώδεις ὄντας καὶ πολεμικοὺς ἀπήλασε τῆς πολιτείας. Cassander, inposito Athenis Demetrio, de ea re parum mutavit, permissa illis Atheniensium rei publicae cura, quibus in aere erant minae decem : τὸ πολίτευμα διοικεῖσθαι ἀπὸ τιμήσεως ἄχρι μνῶν δέκα idem *Diodorus* L. XIX. p. 667.

& paullo post additur: τῶν δὲ ἀποψηφισθέντων τοῦ πολιτεύματος διὰ τὴν πενίαν. id est, multi Magistratu sunt abdicati vel repulsi, quia censum non habebant.

Κληρωτὰς ἀρχὰς sortiebantur in Thesei sacello, praesidentibus Thesmothetis. Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 55.] ἀρχὰς δὲ φήσουσιν ἐκείνας εἶναι ἃς οἱ Θεσμοθέται ἀποκληροῦσιν ἐν τῷ Θησείῳ. Praeerant igitur huic sortitioni Thesmothetae, eaque fiebat in Thesei sacello, ubi jus etiam dici solitum. An vero omnes qui vellent, dummodo fas esset, possent sortiri has, quas appellant κληρωτὰς ἀρχὰς, merito quaeri potest: Nam videtur Aristoteles *Polit. Lib. II. cap.* 12. scribere sortitionem tantum judicum fuisse, αἵρεσιν vero Magistratuum. Verba haec sunt Aristotelis: Σόλωνα δ' ἔνιοι μὲν οἴονται νομοθέτην γενέσθαι σπουδαῖον· ὀλιγαρχίαν τε γὰρ καταλῦσαι, λίαν
219. ἄκρατον οὖσαν, καὶ δουλεύοντα τὸν δῆμον παῦσαι, καὶ δημοκρατίαν καταστῆσαι τὴν πάτριον, μίξαντα καλῶς τὴν πολιτείαν. εἶναι γὰρ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ὀλιγαρχικόν· τὸ δὲ τὰς ἀρχὰς αἱρετὰς, ἀριστοκρατικόν· τὰ δὲ δικαστήρια, δημοτικόν. ἔοικε δὲ Σόλων ἐκεῖνα μὲν ὑπάρχοντα πρότερον οὐ καταλῦσαι, τήν τε βουλὴν, καὶ τὴν τῶν ἀρχῶν αἵρεσιν. τὸν δὲ δῆμον καταστῆσαι, τὰ δικαστήρια ποιήσας ἐκ πάντων, διὸ καὶ μέμφονταί τινες αὐτῷ· λῦσαι γὰρ θάτερον κύριον ποιήσαντα τὸ δικαστήριον πάντων, κληρωτὸν ὄν. Contra vero e Demosthene, Lysia, Plutarcho colligere est Magistratus fuisse κληρωτοὺς, nam Novem illi Archontes, qui inter omnes Magistratus facile principem locum obtinent, sortitione creabantur. Ego vero existimo utramque sententiam stare: Nam non omnes sine ullo discrimine, quibus census erat, admittebantur ad sortitionem Magistratuum, sed ii tantum, qui a populo designabantur: ita intelligo ista Grammaticorum verba: [1] ἐκληροῦντο οἱ βουλεύειν ἢ ἄρχειν ἐφιέμενοι; id est, *Sortiebantur, quibus permittebatur, Magistratum.* Quanquam neque id tantum aliquando, sed etiam praeterea sine ulla sorte committebant Magistratum iis, quos vellent, ut testatur exemplum Aristidis sine sorte creati jussu populi, Archontis ἐπωνύμου, & narrat Demosthenes *in Exordiis Concionum*: ἦν τις, ὡς ἔοικε, χρόνος παρ' ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτε ἠνάγκαζεν ὁ δῆμος ὃν ἂν ἄνθρωπον ἴδοι σώφρονα καὶ χρηστὸν πράττειν τὰ κοινὰ καὶ ἄρχειν. Igitur primo populus eligebat quos vellet, qui deinde sortiebantur inter se Magistratus: Postquam sortitione creati erant Magistratus, alii, quasi succidanei, eosdem Magistratus sortiebantur, ut si primi illi sorte lecti vel probarentur minus ἐν τῷ δικαστηρίῳ, vel intra sui Magistratus annum morerentur, in illorum locum sufficerentur isti, quibus sors obvenerat. Grammatici: ἐκληροῦντο οἱ βουλεύειν ἢ ἄρχειν ἐφιέμενοι, ἔπειτα ἑκάστῳ τῶν λαχόντων ἕτερος ἐπελάγχανεν, ἵν' ἐὰν ὁ πρῶτος λαχὼν ἀποδοκιμασθῇ, ἢ τελευτήσῃ, ἀντ' ἐκείνου γένηται βουλευτὴς, ἢ Ἄρχων, ὁ ἐπιλαχὼν αὐτῷ. ὑποφαίνεται δὲ ταῦτα ἐν τῷ Πλάτωνος Ὑπερβόλῳ.

II. Sorti-

1 *Harpocrationis* haec in Ἐπιλαχὼν aliorsum pertinent, ut optime docuit Cel. *Jac. Perizonius* ad *Aelian.* Hist. Var. L. VIII, 10., Petiti opinionem refellens. Qua in re magnopere vellem expendisset haec *Plutarchi* in Pericle p. 157. A. ὡς, Senatus Areopagitici, αὐτὸς δὲ μετέσχε, διὰ τὸ μήτ' ἄρχων, μήτε θεσμοθέτης, μήτε βασιλεὺς, μήτε πολέμαρχος λαχεῖν· αὗται γὰρ αἱ ἀρχαὶ ΚΛΗΡΩΤΑΙ τε ἦσαν ἐκ παλαιοῦ, καὶ δι' αὐτῶν οἱ δοκιμασθέντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον. Ea enim sorte lectos Archontes novem diu ante Periclem liquidissimo declarant, caussamque Petiti haud parum juvant.

II. Sortibus autem utebantur fabis, ex hac Lege,

Κυάμοις τὰς ἀρχὰς αἱρέεσθαι. *Fabis Magistratus sortiuntor.*

Legem descripsit Lucianus βίων πρᾶσει [C. 6.] τὸ δὲ μεῖζον, Ἀθηναίοισι νόμος. Κυάμοισι τὰς ἀρχὰς αἱρέεσθαι. Isque sorte captus erat, cui album obvenerat fabulum. Hesychius: καὶ ἐλάγχανον κυάμῳ, καὶ τοὺς τὸν λευκὸν κύαμον λαβόντας εἰληχέναι ἐνόμιζον, & paullo post e Sophoclis *Meleagro.* διεκλήρουν τὰς ἀρχὰς κυάμῳ, καὶ ὁ τὸν λευκὸν λαβὼν ἐλάγχανεν.

III. Nomina eorum, qui sortiebantur, singula singulis inscribebantur tabellis, atque in urnam conjecta, cum singulis fabis singula extrahebantur: itaque capital erat, si quis nomen suum duabus tabellis inscripsisset, atque ita Magistratum duabus tabellis sortiretur: idque Lege hac sanctum.

Ἐπὶ τῷ δυοῖν πινακίοιν τὸν ἕνα κληροῦσθαι, θάνατος ζημία. *Si quis duabus tabellis Magistratum sit sortitus, capital esto.*

Meminit Legis Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν περὶ ὀνόματος [p. 577.] ἅτερος ἡμῶν πείσας τὸν ἕτερον, ἐὰν λάχῃ, παραδώσειν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν, οὕτω κληρώσεται; τὸ δυοῖν πινακίοιν τὸν ἕνα κληροῦσθαι, τί ἄλλο ἐστίν; εἶτ' ἐφ' ᾧ θάνατον ζημίαν ὁ νόμος λέγει, τοῦθ' ἡμῖν ἀδεῶς ἐξέσται πράττειν, πάνυ γε. Meminit Harpocration: πινάκια, τὰ καθιέμενα ἀντὶ κλήρων ὑπὸ τῶν [1] κληρονόμων. ἔοικε δ' εἶναι ταῦτα χαλκᾶ, ὡς ὑποσημαίνει Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ὀνόματος. Quare Vir Clarissimus, qui alio refert Demosthenis verba, & Harpocrationis interpretationem rejicit, frustra est: 220. Nam, ut recte attendamus, movet Mantitheus fratri germano litem, quod cum primum Boeoti nomen accepisset a Mantia patre, ipse, defuncto parente, Mantitheum se inscribi jusserit, quod aegre fuit Mantitheo: Quare apud judices, quae sequantur incommoda ex hoc eodem fratrum nomine, exponit: cum uterque Mantitheus Mantiae F. Thoricius dicatur: Nam si alter nostrum, inquit, Magistratum sit sortitus tabella, cui inscriptum fuerit, Mantitheus Mantiae F. Thoricius, an non potest alter alteri gratiam de Magistratu facere, & de jure suo cedere, quod quid aliud est, quam duabus Magistratum sortiri tabellis? Atque haec est mens Demosthenis.

Magistratus χειροτονητοὶ populi creabantur suffragiis in Pnyce, referentibus ad populum Thesmothetis. Pollux *Lib. VIII. cap.* 9. ἰδίᾳ δὲ οἱ μὲν Θεσμοθέται τὰς εἰσαγγελίας εἰσαγγέλλουσιν εἰς τὸν δῆμον, καὶ τὰς χειροτονίας: etsi paullo ante dixit, τοὺς ἐννέα Ἄρχοντας κοινῇ ἔχειν ἐξουσίαν Στρατηγοὺς χειροτονεῖν ἐξ ἁπάντων, καὶ Ἱππάρχους δύο, καὶ Φυλάρχους δέκα. [2] *Pnyx* autem Athenis locus est juxta Acropolim aedificatus, antiquae simplicitatis ritu, non ad posterioris theatri splendorem: eundemque locum fuisse puto cum veteri illo foro, in quo conveniebant olim, quod erat juxta Pandemi Veneris aedem, ἰόντων Ἀθήνησιν εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου, ut adnotat Pausanias *Atticis* [C. 22.] qui Veneris Pandemi sacellum ibi collocat: Apollodorus *Lib.* περὶ θεῶν auctor est [in Harpocrat. voc. Πάνδημος] Πάνδημον Ἀφροδίτην Ἀθήνησι κληθῆναι τὴν ἀφιδρυθεῖσαν περὶ τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν, διὰ τὸ ἐνταῦθα πάντα τὸν δῆμον συνάγεσθαι τὸ παλαιὸν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἃς ἐκάλουν ἀγοράς. *Pnyx* est hoc forum: nam ut vetus illud forum juxta arcem

1 Omnino videtur τῶν κληρούντων scripsisse *Harpocration*, quod & in mentem venisse eruditissimo *H. Valesio* animadverto: eum vide.

2 Vide quae *Thucydidi* L. VIII, 97. adscripserunt viri Clariss. *Jos. Wasse* & *C. A. Duker.*

cem erat, & *Pnyx* quoque: & ut cogebatur populus olim ἐν ταῖς ἐκκλησίαις in hoc foro, etiam in *Pnyce*: Pollux, ἐκκλησίαζον δὲ πάλαι μὲν ἐν τῇ Πνυκὶ, Πνὺξ δὲ ἦν χωρίον πρὸς τὴν Ἀκρόπολιν, κατεσκευασμένον κατὰ τὴν παλαιὰν ἁπλότητα, οὐκ εἰς θεάτρου πολυπραγμοσύνην. αὖθις δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἐν τῷ Διονυσιακῷ θεάτρῳ, μόνας δὲ τὰς Ἀρχαιρεσίας ἐν τῇ Πνυκί.[1] Postea igitur desitum, ut hic habes apud Pollucem; & habita comitia in Bacchi Theatro, nisi cum eligendus esset Magistratus, ut testatur etiam Hesychius: Πνὺξ, τόπος Ἀθήνησι, ἐν ᾧ αἱ ἐκκλησίαι πάλαι μὲν ἤγοντο πᾶσαι, νῦν δὲ ἅπαξ, ὅταν στρατηγὸν χειροτονῶσι.

IV. Penes igitur populum jus atque arbitrium fuit creandorum Magistratuum Lege Solonis:

Τὸν δῆμον Ἀρχόντων καταστάσεως κύριον εἶναι. *Populus Magistratus creato.*

Refert Plutarchus in Comparatione Solonis atque Poplicolae [*p.* 110. *B.*] νόμοις δὲ πολλοῖς ἐχρήσατο τῶν ἐκείνου Solonis: καὶ γὰρ Ἀρχόντων καταστάσεως κυρίους ἐποίησε τοὺς πολλούς. Quod non tantum intelligendum περὶ τῶν χειροτονητῶν ἀρχῶν, sed etiam περὶ τῶν κληρωτῶν, ut jam supra diximus, cum nemo Magistratum sortiretur, qui a populo non designaretur.

Magistratus αἱρετοὶ sunt, quos deligunt tribules, aut populares, iique designantur, vel ad obeundum aliquod munus, διαχειρίζειν τι τῶν τῆς πόλεως, atque ἡγεμονίᾳ χρῶνται δικαστηρίου, aut ad obeundum quidem publicum aliquod munus, sed sine ἡγεμονίᾳ δικαστηρίου. Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [*p.* 58.] ἐπειδὰν δὲ ἀφέλῃ τις τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου κεχειροτονημένους, καὶ τοὺς κληρωτοὺς Ἄρχοντας, καταλείπεται, οὓς αἱ φυλαὶ καὶ αἱ τριττύες, καὶ οἱ δῆμοι ἐξ ἑαυτῶν αἱροῦνται τὰ δημόσια χρήματα διαχειρίζειν, τούτους αἱρετοὺς ἄρχοντας εἶναι. τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν ἐπιταχθῇ
121. τι ταῖς φυλαῖς, ἢ τάφρους ἐξεργάζεσθαι ἢ τριήρεις ναυπηγεῖσθαι. Inter hujusmodi Magistratus recensentur *ibidem* e Solonis Legibus, ὅσοι τι διαχειρίζουσι τῶν τῆς πόλεως ὑπὲρ τριάκονθ' ἡμέρας, καὶ οἱ τῶν δημοσίων ἔργων ἐπιστάται, καὶ εἴ τινες ἄλλοι αἱρετοὶ ἡγεμονίας δικαστηρίων λαμβάνουσι. Est autem ἡγεμονία δικαστηρίου, est, inquam, illius, apud quem sive γραφὴ, sive δίκη defertur, quique in judicium, cui praeest, εἰσάγει τοὺς ἀντιδίκους, ut legitur in Graecorum Commentariis: ἄλλαι πρὸς ἄλλους τῶν Ἀρχόντων ἐλαγχάνοντο δίκαι, τὰς δὲ ἀπενεχθείσας αἱ ἀρχαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν ἑκάστη νόμον εἰσῆγον εἰς δικαστήριον ἡγουμένη καὶ προεστῶσα. At non soli ἐννέα Ἄρχοντες ἡγεμονίᾳ χρῶνται δικαστηρίου, ut conjiciebat vir praestantissimus Hieronymus Volfius, sed etiam alii quotquot omnes τὰς δίκας, quae apud eos deferuntur, εἰς τὸ δικαστήριον εἰσάγουσι, ut, exempli gratia, Logistae, Undecimviri capitales, Strategi. Suidas: ἡγεμονία δικαστηρίου. τοῖς Ἄρχουσιν οὐ πάσας πᾶσιν ἐφεῖτο δίκας εἰσάγειν, ἀλλὰ τῷ μὲν Ἄρχοντι, τὰς τῶν ὀρφανῶν, καὶ τὰς τῆς παρανοίας, καὶ τὰς τῶν ἀποκλήρων ἐπιδικασίας. τοῖς δὲ Λογισταῖς, τὰς κατὰ τῶν ἀρξάντων εὐθύνας. τῷ μέντοι γε Βασιλεῖ, τάς τε φονικὰς, καὶ τὰς τῆς ἀσεβείας, καὶ ἄν τις ἱερωσύνης ἀμφισβητεῖ· πρότερον δὲ καὶ τὰς περὶ τῶν ἱερῶν τοῖς Ἱερεῦσιν ἀμφισβητήσεις. προηγόρους

[1] Haec multo uberius *Jo. Meursius* L. II. Athen. Attic. C. 9.

ρους δὲ καὶ τῶν νόμων εἴργεσθαι. τοὺς ἐναντία. τῷ Πολεμάρχῳ δὲ ὅσαι ἀποστασίου γραφὴν ἔφερον ἐπὶ μὴν καὶ ὅσα ὁ Ἄρχων ἐν τοῖς ἀστοῖς, ὁ Πολέμαρχος τοῖς Μετοίκοις δίκας. τοῖς Θεσμοθέταις, συκοφαντίας, καὶ δώρων, καὶ ὕβρεως, καὶ μοιχείας, καὶ βουλεύσεως. τοῖς Ἕνδεκα, ὅσοι λῃστάς, καὶ λωποδύτας, καὶ ἀνδραποδιστὰς εἰσάγουσι. τῷ Στρατηγῷ, περὶ τριηραρχίας, καὶ ἀντιδόσεως. οὕτως οὖν διαιτοῦντες ἡγεμονίαν δικαστηρίου ἔχειν λέγονται. Hujus loci ſenſus eſt, eos, qui εἰσῆγον τὰς δίκας εἰς τὸ δικαστήριον habere etiam ἡγεμονίαν δικαστηρίου, cujusmodi ſunt Logiſtae, qui in judicium introducebant τὰς εὐθύνας: ita etiam ἐπιστάται τῶν δημοσίων ἔργων, aut ὅσοι διαχειρίζουσί τι τῶν τῆς πόλεως ὑπὲρ τριάκοντα ἡμέρας, apud quos nullus dubito ſcriptas fuiſſe dicas, operum redemptoribus, exempli gratia, aut ſi qui ſunt hujusmodi, quibus praeeſſent: Hi αἱρετοὶ Magiſtratus eligebantur, ὅταν ἐπιταχθῇ τι ταῖς φυλαῖς, & κατὰ ψήφισμα, inquit Aeſchines, non autem certo anni tempore. Magiſtratus vero κληρωτοὶ καὶ χειροτονητοὶ, ſaltem eorum plera pars, comitialibus illis diebus, quas ἀρχαιρεσίας dixerunt. Aeſchines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 55.] ἀρχὰς δὲ φήσουσιν ἐκείνας εἶναι, ἃς οἱ Θεσμοθέται ἀποκληροῦσιν ἐν τῷ Θησείῳ, κἀκείνας ἃς ὁ δῆμος εἴωθε χειροτονεῖν ἐν ἀρχαιρεσίαις, Στρατηγοὺς, καὶ Ἱππάρχους, καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀρχάς. De Stratego Chabria Demoſthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους [p. 430.] ὡς δ' ἐν Ἀρχαιρεσίαις ὑμεῖς Χαβρίαν ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον κατεστήσατε.

V. Ne quis autem bis eodem anno eundem Magiſtratum, aut etiam duos gereret, Lege cautum eſt:

Δὶς μὴ ἄρχειν τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ. μηδὲ δύο ἀρχὰς ἄρξαι τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ.	*Idem eundem Magiſtratum eodem anno bis ne gerito: neque item duos Magiſtratus eodem anno.*

[1] Legem hanc laudat Ulpianus *ad Timocrateam* Demoſthenis: ſed luxata ſunt ejus verba, quae ita eduntur [p. 470.] νόμος ἦν δὶς τὸν αὐτὸν μὴ ἄρχειν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ μὴ δόντα εὐθύνας τῆς πρώτης ἀρχῆς. μηδ' ἀρχὴν τὴν αὐτὴν ἄρχειν τὸν αὐτόν. Sed locus ita reſtituendus eſt: [1] νόμος ἦν, τὸν αὐτὸν μὴ ἄρχειν μὴ δόντα εὐθύνας τῆς πρώτης ἀρχῆς, μὴ δὶς ἀρχὴν τὴν αὐτὴν ἄρχειν τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ. Non enim negat tantum Lex prior bis eodem anno licere ὑπεύθυνον ἄρχειν, ſed etiam in genere vetat quenquam 222.
ὑπεύθυνον ἄρχειν, ſive eodem, ſive alio anno. Poſteriore vero in genere non interdicitur, δὶς ἀρχὴν τὴν αὐτὴν ἄρχειν τὸν αὐτόν, contrarium quippe receptum

[1] Meo judicio depravat, &, quae clara ſunt, nimia ſubtilitate obſcurat. Suppleo in verbis *Ulpiani* poſtremus, ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ, *eodem anno*. SALVIN.

Ibid. Peritus perperam deſcripſit verba *Ulpiani*, in quo non legitur μηδ' ἀρχὴν τὴν αὐτήν, ſed καὶ μὴ δὶς ἀρχὴν τὴν αὐτήν. Recte tamen animadvertit in verbis illis aliquid vitii eſſe. *Demoſthenes* p. 796. docet, Heliaſtas juraſſe, ſe neminem creaturos magiſtratum, qui nondum rationem ante geſti magiſtratus reddidiſſet, nec paſſuros, ut idem eodem anno eundem magiſtratum bis, aut eodem anno duos magiſtratus ſimul gereret. Scholiaſtes dicit legem fuiſſe, ne quis bis eodem anno magiſtratus eſſet, qui adhuc obnoxius eſſet rationibus prioribus magiſtratus reddendis, & ne idem eodem magiſtratu fungeretur, μὴ δὶς ἀρχὴν τὴν αὐτὴν ἄρχειν τὸν αὐτόν. In his quidem e praecedentibus videtur ſuppleri poſſe ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ. ſed ita non bene priori capiti legis additur ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ. Nam qui rationem ante geſti magiſtratus non reddiderant, neque eodem, neque ullo alio anno magiſtratus creari poterant. DUKER.

Ibid. Peritus uſus videtur, cum haec excerperet, Editione Pariſina *Jo. Benenati*, quae Scholiaſtae verba eum in modum edit.

ceptum Atheniensium moribus atque institutis fuisse certo scimus ex historia: sed cum hac cautione, *ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ*. Cujus rationem aperit Graecus Magister: *ἵνα μὴ οἱ βουλόμενοι κατηγορεῖν αὐτοῦ, Ἄρχοντα προσδοκῶντες αὐτὸν ἄρχειν τὴν αὐτὴν ἀρχὴν, ἀναγκάζοιντο σιωπᾶν.* Alterum hujus Legis Kaput: *Μηδὲ δύο ἀρχὰς ἄρξαι τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ*, non debet confundi cum illa Lege, cujus jam meminimus; Illa quippe cautum, ne quis *ὑπεύθυνοι*, hac vero, ne quis, sive relatis rationibus, sive non, eodem anno duos gerat Magistratus. Hujus Kapitis, ut & prioris, mentio apud Demosthenem *Timocratea* [*p.* 470.] in jurejurando Heliastarum occurrit, quae ab illis ideo dicuntur, quia *τοὺς Ἄρχοντας δοκιμασθῆναι ἐν τῷ δικαστηρίῳ* oportebat: ΟΥΔΕ ΔΙΣ ΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ *καταστήσω* ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΑΝΔΡΑ. ΟΥΔΕ ΔΥΟ ΑΡΧΑΣ ΑΡΞΑΙ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΕΝ ΤΩι ΑΥΤΩι ΕΝΙΑΥΤΩι. Neque id temere Lege sancitum fuisse monet virorum maximus Aristoteles *Libro II. Polit. cap.* 11. *φαῦλον δ' ἂν δόξειεν εἶναι καὶ τὸ πλείους ἀρχὰς τὸν αὐτὸν ἄρχειν· ὅπερ εὐδοκιμεῖ παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις. ἓν γὰρ ὑφ' ἑνὸς ἔργον ἄριστ' ἀποτελεῖται, καὶ πολιτικώτερον πλείονας μετέχειν τῶν ἀρχῶν, καὶ δημοτικώτερον.*

VI. Ubi vero, sive sorte capti, sive suffragiis populi, aut tribulium, creati fuerant Magistratus, antequam munus suum obirent, anteactae vitae rationem apud Judices reddebant, ut &, postquam abdicarant, gesti Magistratus apud Logistas: idque ex hac Lege:

ΤΑΣ ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΤΑΣ ΑΡΧΑΣ ΑΠΑΣΑΣ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΠΙΣΤΑΤΑΣ ΤΩΝ ΔΗΜΟΣΙΩΝ ΕΡΓΩΝ ΚΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΟΣΟΙ ΔΙΑΧΕΙΡΙΖΟΥΣΙ ΤΙ ΤΩΝ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΠΛΕΟΝ Η ΤΡΙΑΚΟΝΘ' ΗΜΕΡΑΣ, ΚΑΙ ΟΣΟΙ ΛΑΜΒΑΝΟΥΣΙΝ ΗΓΕΜΟΝΙΑΣ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΩΝ ΑΡΧΕΙΝ ΔΟΚΙΜΑΣΘΕΝΤΑΣ ΕΝ ΤΩι ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΩι ΚΑΙ ΛΟΓΟΝ ΚΑΙ ΕΥΘΥΝΑΣ ΕΓΓΡΑΦΕΙΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΛΟΓΙΣΤΑΣ ΚΑΘΑΠΕΡ ΚΑΙ ΤΑΣ ΑΛΛΑΣ ΑΡΧΑΣ.

Electi Magistratus omnes quotquot sunt, & Praefecti publicorum operum, & omnes qui Rempublicam gerunt, ultra dies triginta, quique judiciis praesunt, a judicibus approbantor: & probati Magistratum gerunto: Magistratu abdicato, ejus gesti apud Scribam & Logistas rationes referunto, quemadmodum & alii Magistratus.

Duo sunt hujus Legis Kapita, quorum unum est *περὶ τῆς τῶν Ἀρχόντων δοκιμασίας ἐν τῷ δικαστηρίῳ*, alterum de referendis gesti Magistratus rationibus. Fiebat igitur Magistratuum *ἀνάκρισις*, antequam munus suum obirent. Neque eximebantur ab hac *δοκιμασίᾳ* Magistratus sorte capti: nam de iis sirempse quoque Lege cautum, ut testatur Aeschines *ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος* [*p.* 55.] ubi enim verba Legis, quae descripsimus, refert, ista interserit: *τί τούτους κελεύει ποιεῖν; οὐ διακονεῖν, ἀλλ'* ΑΡΧΕΙΝ ΔΟΚΙΜΑΣΘΕΝΘΑΣ ΕΝ ΤΩι ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΩι. *ἐπειδὴ καὶ αἱ Κληρωταὶ ἀρχαὶ οὐκ ἀδοκίμαστοι, ἀλλὰ δοκιμασθεῖσαι ἄρχουσι.* Pollux *Libro VIII. cap.* 6. *δοκιμασία δὲ τοῖς Ἄρ-*
323. *χουσιν ἐπηγγέλλετο, καὶ τοῖς Κληρωτοῖς, καὶ τοῖς αἱρετοῖς, εἴτ' ἐπιτήδειοί εἰσιν ἄρχειν, εἴτε καὶ μή.* Atque hinc factum, ut *ἑκάστῳ τῶν λαχόντων ἕτερος ἐπελάγχανεν, ἵν' ἐὰν ὁ πρῶτος λαχὼν ἀποδοκιμασθῇ, ἀντ' ἐκείνου γένηται ἄρχων ὁ ἐπιλαχὼν αὐτῷ.* Si quem autem Magistratum minus probarent, nec eo Magistratu fungi vellent, is arcebatur concione, nec orare sinebant ad populum. Demosthenes *ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος α'* [*p.* 486.] *ἢ εἴ τις εἴποι ἐξεῖναι λέγειν τοῖς ἀποδεδοκιμασμένοις ἄρχειν λαχοῦσιν.* Interrogabantur autem in his *δοκιμασίαις*; An parentes honorassent; An stipendia

sua

sua fecissent. An sacra sint illis gentilicia; An censum habeant. Dinarchus ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος [p. 107.] ἀνακρίνοντες τοὺς τῶν κοινῶν τιμὴν μέλλοντας διοικεῖν, τίς ἐστι τὸν ἴδιον τρόπον. ΕΙ ΓΟΝΕΑΣ ΕΥ ΠΟΙΕΙ, ΕΙ ΤΑΣ ΣΤΡΑΤΕΙΑΣ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΣΤΡΑΤΕΥΤΑΙ, ΕΙ ΙΕΡΑ ΠΑΤΡΩΙΑ ΕΣΤΙΝ, ΕΙ ΤΑ ΤΕΛΗ ΤΕΛΕΙ. Utebantur vero fabis judices in ferendis suffragiis δοκιμασίας vel ἀποδοκιμασίας. Suidas ex Aristophanis Scholiaste *ad Equites*: πρὸ γὰρ τῆς εὑρέσεως τῶν ψήφων κυάμοις ἐχρῶντο ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν Ἀρχόντων. χειροτονίαν hic vocant τὴν δοκιμασίαν τῶν Ἀρχόντων ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Itaque χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐννέα Ἄρχοντας dicit Interpres Comici, ὅτε ἐδοκιμάζοντο. & Heliastae, quos Magistratus κυαμευτοὺς sive κληρωτοὺς fatentur, eos tamen se καθιστάναι dicunt, quia scilicet approbant; unde Ulpianus *ad Timocrateam* docet κύαμον, non tantum esse sortem, qua Magistratum sortiuntur, sed etiam τὴν ψῆφον τοῦ λαμβάνειν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἄρχειν, id est, calculum judicis, quo δοκιμάζει τοὺς Ἄρχοντας ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ὥστε ἄρχειν. Introducebantur autem omnes illi Magistratus, quorum anteactam vitam expendi & in eam inquiri oportebat, a Thesmothetis εἰς τὸ δικαστήριον, qui judicio praeerant. Pollux *Libro VIII cap.* 9. εἰσάγουσι δὲ οἱ Θεσμοθέται καὶ δοκιμασίαν ταῖς ἀρχαῖς. Quin etiam muneris erat omnium simul Novem Archontum, non tantum Thesmothetarum, singulis Prytaniis, primo populi conventu e statis, referre ad populum, an recte praeessent Magistratus, necne. Pollux *ibidem*: καὶ κοινῇ μὲν οἱ ἐννέα Ἄρχοντες ἔχουσιν ἐξουσίαν, καὶ καθ' ἑκάστην πρυτανείαν, ἐπερωτᾶν, εἰ δοκεῖ καλῶς ἄρχειν ἕκαστος. & paulo post: τῶν δὲ ἐκκλησιῶν, ἡ μὲν κυρία α', (ita rescribendum esse diximus in superioribus:) ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἐπιχειροτονοῦσιν, εἰ δοκοῦσι καλῶς ἔχουσιν (forte melius ἄρχουσιν) ἢ ἀποχειροτονοῦσιν. Aristoteles de Republica Atheniensium: προσγράφουσι δὲ τὴν κυρίαν α', (ita rescribendum puto, id est, πρώτην) ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ δεῖ τὰς ἀρχὰς ἀποχειροτονεῖν, οἳ (forte εἰ) δοκοῦσι μὴ καλῶς ἄρχειν. Suidas multum variat ab usu vocis ἀποχειροτονίας, itaque vix dubito reponendum esse ἐπιχειροτονία, ubi morem καταχειροτονίας describit. Καταχειροτονία δὲ ἀποχειροτονίας (melius, uti jam diximus ἐπιχειροτονίας) διαφέρει. Καταχειροτονία μὲν γὰρ ἐγίνετο οὕτως. ἔλεγεν ὁ κῆρυξ, ὅτῳ Μειδίας δοκεῖ ἀδικεῖν, ἀράτω τὴν χεῖρα. εἶτα οἱ θέλοντες ἐξέτεινον τὰς χεῖρας. καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο πρῶτον Καταχειροτονία. ἀποχειροτονία (γρ. ἐπιχειροτονία) δὲ οὕτως, ὅτῳ μὴ δοκεῖ ἀδικεῖν Μειδίας, ἀράτω τὴν χεῖρα, καὶ ἐξέτεινόν τινες, καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο ἀποχειροτονία. (γρ. ἐπιχειροτονία,) λοιπὸν πάσας ἠρίθμουν τὰς χεῖρας, καὶ ἑώρα ὁ κῆρυξ ποῖαι πλείους εἰσί, πότερον τῶν φασκόντων αὐτὸν ἀδικεῖν ἢ μή, καὶ ὅσαι ἂν ἦσαν πλείους εὑρεθεῖσαι, ἐκεῖ ([1] mallem ἐκείνη) καὶ ἡ γνώμη ἐκρατεῖτο. Fiebat tamen aliquando, ut populus, quos ejurare Magistratum & abdicare suo scito jusserat, juberet iterum Magistratum gerere. Habes exemplum apud Demosthenem ἐν τῷ
κατὰ Θεοκρίνου [p. 719.] ἀδελφὸς αὐτοῦ Θεσμοθετῶν, καὶ τούτῳ χρώμενος 224.
συμβούλῳ, τοιοῦτος ἔδοξε παρ' ὑμῖν ἄνθρωπος εἶναι, ὥστε οὐ μόνον αὐτὸς

[1] Id bene. Firmat Etymologus p. 481., in ceteris ex *Suida* adjuvandus. De ἐπιχειροτονίας dubito; ea enim aliud in foro [illegible] Sed vide *H. Vales.* in Harpocrat. p. 44. [illegible]

αὐτὸς ἀπεχειροτονήθη τῶν ἐπιχειροτονιῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν ἅπασαν ἐποίησε· καὶ εἰμὴ δεομένων αὐτῶν, καὶ ἱκετευόντων, καὶ λεγόντων, ὡς οὐκ ἔτι πρόσεισι Θεοκρίνης πρὸς τὴν ἀρχὴν, ἔπειθ' ὑμᾶς καὶ πάλιν ἀπέδοτε τοὺς στεφάνους αὐτοῖς. Qui Magistratu movebantur, etiam apud judices causam dicere cogebantur. Pollux: τὸν δὲ ἀποχειροτονηθέντα κρίνουσι. Harpocration: ἔθος ἦν Ἀθήνησι κατὰ τῶν Ἀρχόντων, καὶ κατὰ τῶν συκοφαντῶν προβολὰς ἐν τῷ δήμῳ τίθεσθαι. εἰ δέ τις καταχειροτονηθείη, οὕτως εἰσήγετο εἰς τὸ δικαστήριον. Alterum Legis Kaput cavet de referendis a Magistratu rationibus apud Scribam & *Logistas*. Hi *Logistae* Magistratus erant sorte capti, decem numero, apud quos rationes gesti sui Magistratus referebant οἱ ἐν ἀρχῇ, intra triginta ab abdicato Magistratu dies. Auctor *Etymologici*: Λογισταὶ Ἄρχοντες εἰσὶ κληρωτοὶ δέκα, ἐφ' ὧν πάντες οἱ ἄρξαντες ἀρχήν τινα, λόγον ἀπέφερον τῶν διῳκημένων. Harpocration: Λογισταὶ, ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλουμένη. εἰσὶ δὲ τὸν ἀριθμὸν δέκα, οἳ τὰς εὐθύνας τῶν διῳκημένων ἐκλογίζονται ἐν ἡμέραις τριάκοντα, ὅταν τὰς ἀρχὰς ἀποθῶνται οἱ Ἄρχοντες. Ad hos *Logistas* non potest referri Pollucis locus *Libro VIII. cap.* 9. δύο δὲ ἦσαν Λογισταὶ, ὁ μὲν τῆς βουλῆς, ὁ δὲ τῆς διοικήσεως, καὶ τούτους ἡ βουλὴ κληροῖ [1] κατάρχων, ὡς παρακολουθεῖν τοῖς διοικοῦσι. Nam diversi hi *Logistae* Pollucis ab illis, de quibus jam dictum ex Harpocratione, primum, numero, decem enim illi sunt, hi vero Pollucis, duo, deinde, munere: nam apud illos referebantur rationes: hi assectabantur tantum τοὺς διοικοῦντας, & videbant ne qua fraus fieret, tum a Senatu Quingentorum, cum ab iis omnibus, ὅσοι διαχειρίζουσί τι τῶν τῆς πόλεως, aut etiam aliquam Reipublicae navant operam. Verum horum Λογιστῶν οὐδεὶς λόγος in hac Lege, sed illorum tantum decem, οἳ τὰς εὐθύνας τῶν διῳκημένων ἐκλογίζονται. De quibus quaeritur an iidem sint cum τοῖς Εὐθύνοις. Eosdem esse negabat Aristoteles ἐν τῇ τῶν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, apud Harpocrationem: διείλεκται περὶ Λογιστῶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Πολιτείᾳ, ἔνθα δείκνυται ὅτι διαφέρουσι τῶν Εὐθύνων. At vero Auctor *Etymologici* putat eosdem fuisse τοὺς Εὐθύνους cum Logistis: Εὔθυνοι, δικασταὶ, εὐθυνταὶ οὓς ἡμεῖς Λογιστὰς λέγομεν. Sed tutius est fidem habere Aristoteli, qui etiam horum meminit *Polit. Libro VI. cap. ult.* ἐπεὶ δὲ ἔνιαι τῶν ἀρχῶν, εἰ καὶ μὴ πᾶσαι διαχειρίζουσι πολλὰ τῶν κοινῶν, ἀναγκαῖον ἑτέραν εἶναι τὴν ληψομένην λογισμὸν, καὶ προσευθυνοῦσαν αὐτὴν μηδὲν διαχειρίζουσαν ἕτερον. καλοῦσι δὲ τούτους οἱ μὲν Εὐθύνους, οἱ δὲ Λογιστὰς, οἱ δὲ Ἐξεταστὰς, οἱ δὲ Συνηγόρους. Non multum tamen diversum erat munus *Logistarum* ab illo Euthynorum, erantque pari numero, decem scilicet. Harpocration: Εὔθυναι, ὄνομα ἀρχῆς παρ' Ἀθηναίοις. δέκα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες ἦσαν, παρ' οἷς ἐδίδοσαν οἱ πρεσβεύσαντες, ἢ ἄρξαντες, ἢ διοικήσαντές τι τῶν δημοσίων τὰς εὐθύνας. De his Pollux, meo judicio, *Libro VIII. cap.* 9. οἱ δ' Εὔθυνοι, ὥσπερ οἱ Πάρεδροι τοῖς ἐννέα Ἄρχουσι, προσαιροῦνται. οὗτοι δ' εἰσπράσσουσι καὶ τοὺς ἔχοντας· Quo ex loco colligi posse puto differitates, quae sunt inter *Logistas* & *Euthynos*: nam illi κληρωτοὶ sunt, hi προσαιροῦνται. *Logistae* sunt tanquam Novem Archontes, *Euthyni* sunt, tanquam Paredri Novem Archon-

1 Longe melius erit κατ' ἀρχήν. Vide not. *Kuhnii* in eum *Pollucis* locum.

chontum, & assident *Logistis*, itaque ubi judicatum est, Magistratus potestate decedentes aliquid publica debere, *Euthyni* id ab illis exigunt: εἰς πράττουσι τοὺς ἔχοντας, id est, τοὺς ὀφείλοντας τῇ πόλει. Quare mirum non est si utrisque εὐθύνας adscribunt. Grammatici autem de referendis rationibus 225.
ista habent: εὔθυνη, κυρίως ἣν εἰσάγουσιν οἱ Λογισταὶ πρὸς τοὺς δόξαντας μὴ ὀρθῶς ἄρξαι τῆς πόλεως, ἢ πρεσβεῦσαι κακῶς. καὶ τὰ δικαστήρια μὲν οἱ λογισταὶ κληροῦσι. κατηγορεῖ δὲ ὁ βουλόμενος, καὶ τοῖς δικασταῖς ἐφεῖται τιμᾶσθαι τοῖς ἁλοῦσιν. Referunt suas ὑπεύθυνοι Magistratus rationes apud *Logistas*, hi cum *Euthynis* judicabant: unde in Psephismate apud Andocidem ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων [*p.* 10.] καὶ ὅσων εὔθυναί τινές εἰσι κατεγνωσμέναι ἐν τοῖς λογιστηρίοις ὑπὸ τῶν εὐθυνῶν, ἢ τῶν Παρέδρων. Aliquando ad populum de iis referebant. Ulpianus ad Demosthenem περὶ παραπρεσβείας [*p.* 246.] Λογισταὶ δὲ ἐκαλοῦντο, οἱ εἰσάγοντες ἐν τῷ δήμῳ τοὺς ὑπευθύνους ἀρχὴ γὰρ ἦν καὶ αὕτη ἡ τῶν Λογιστῶν. Ab iis ad judices dabatur provocatio: Est quoque cum judicibus traderent pronunciandum, εἰσάγοντες εἰς τὸ δικαστήριον, nempe, si περὶ ἀδικημάτων moveretur controversia: nam si tantum περὶ χρημάτων agebatur, apud *Logistas* disceptabatur. Pollux: εὔθυνη δὲ καὶ τῶν ἀρξάντων, ἢ πρεσβευσάντων. ἣν μὲν περὶ χρημάτων πρὸς τοὺς Εὐθύνους, καὶ Λογιστάς. οἱ δ' ἦσαν δέκα. ἣν δὲ περὶ ἀδικημάτων πρὸς Δικαστάς. Accusabat autem & nomina apud eos deferebat τῶν ὑπευθύνων cui lubebat: Unde solennis illa praeconii formula, usurpata, quando Magistratus ὑπεύθυνοι suas referebant rationes, ΤΙΣ ΒΟΥΛΕΤΑΙ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΝ; Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [*p.* 57.] οὐκοῦν ἐχρῆν σε, ὦ Δημόσθενες, ἐᾶσαι τὸν τῶν Λογιστῶν κήρυκα κηρῦξαι τὸ πάτριον καὶ ἔννομον κήρυγμα τοῦτο, ΤΙΣ ΒΟΥΛΕΤΑΙ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΝ; ἐᾶσον ἀμφισβητῆσαί σοι τὸν βουλόμενον τῶν πολιτῶν, ὡς οὐκ ἐπιδέδωκας, ἀλλ' ἀπὸ πολλῶν, ὧν ἔχεις εἰς τὴν τῶν τειχῶν οἰκοδομίαν μικρὰ κατέθηκας, δέκα τάλαντα εἰς ταῦτα ἐκ τῆς πόλεως εἰληφώς. μὴ ἅρπαζε τὴν φιλοτιμίαν, μηδὲ ἐξαιροῦ τῶν δικαστῶν τὰς ψήφους ἐκ τῶν χειρῶν. Oportebat autem per dies triginta Magistratus munere suo decedentes sistere se certis mensis diebus in designatis locis, ubi praesto essent ad refutandas controversias, quae illis ab accusatoribus movebantur apud *Logistas*. Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 342.] ἔδει τοὺς τὰ κοινὰ διοικοῦντας, εὐθύνας διδόναι τῶν πεπραγμένων· ἔθος δὲ ἐν ἡμέραις ῥηταῖς εἴς τινα τόπον συλλέγεσθαι, ἵνα ὁ βουλόμενος κατηγορεῖν αὐτῶν, ἑτοίμως ὑπακούσωσι καὶ ἀποκρίνωνται. Definitum enim erat tempus, intra quod oportebat εὐθύνην ab accusatore scribi. Pollux: ἡ δὲ εὐθύνη χρόνον εἶχεν ὡρισμένον, μεθ' ὃν οὐκ ἔτ' ἐξὸν ἦν ἐγκαλεῖν. Tempus illud definiebatur triginta ab abdicato Magistratu diebus, ut docent laudata paulo ante Grammaticorum verba: εἰσὶ δὲ Λογισταὶ τὸν ἀριθμὸν δέκα, οἳ τὰς εὐθύνας τῶν διῳκημένων ἐκλογίζονται ἐν ἡμέραις τριάκοντα, ὅταν τὰς ἀρχὰς ἀπόθωνται οἱ Ἄρχοντες. At si quis se non stitisset, cum accusatorem haberet, ab apparitore in jus vocabatur ad Senatum Quingentorum, a quibus, si vadimonium desereret, capite minutus notabatur infamia. Demosthenes *in Midiana* [*p.* 342.] βουλόμενος δὲ τὸ μέλλον λαθεῖν φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν, τῶν διαιτητῶν, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος ἢ Σκιρροφοριῶνος γιγνομένην· εἰς ἣν ὁ μὲν ἦλθε τῶν Διαιτητῶν,

 ὁ δ'

ὁ δ' οὐχ ἧλθε πείσας τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους, κλητῆρα οὐδ' ὁντινοῦν ἐπιγραψάμενος, κατηγόρων ἔρημον, οὐδενὸς παρόντος, ἐκβάλλει καὶ ἀτιμοῖ τὸν Διαιτητήν. καὶ νῦν εἷς Ἀθηναίων, ὅτι Μειδίας ἔρημον ὦφλε δίκην, ἁπάντων ἐστέρηται τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ καθάπαξ ἄτιμος γέγονε. Ulpianus ad haec: τὸ δὲ κατὰ τὸν πρύτανιν, τοιοῦτον ἦν· ψῆφον ἐδίδου τοῖς βουλευταῖς, λέγων, ὁ δεῖνα τῶν ἀρχόντων οὐκ ἀπήντησε, καίτοι κατήγορον ἔχων, τί οὖν ὑμῖν δοκεῖ περὶ αὐτοῦ; καὶ οὕτως οἱ βουλευταὶ κατεψηφίζοντο κλητῆρα. ὁ γὰρ διδοὺς τὴν γραφὴν, προσέγραφεν, ὅτι κατηγορῶ τοῦδε, καὶ προσκαλοῦμαι τοῦτον
226. διὰ τοῦ δεῖνος εἰς τὸ βουλευτήριον. καθάπαξ ἄτιμος. ἀσαφὲς τὸ καθάπαξ. ἔστι δὲ τοιοῦτο· τῶν ἀτιμουμένων οἱ μὲν, τὸ τρίτον μέρος τοῦ σώματος ἠτιμοῦντο· οἱ δὲ, τὰ δύο· οἱ δὲ, ὁλοκλήρως, καὶ οὗτοι οὐδενὸς μετεῖχον τῶν κοινῶν. τοῦτο οὖν ἐστὶ τὸ καθάπαξ, ἀντὶ τοῦ ὁλοκλήρως. Hinc factum, ut Lycurgus Rhetor moriturus in Metroum ad Quingentorum Senatum se jusserit deferri, cupiens Reipublicae administratae rationem illic reddere. Plutarchus [*t. II. p.* 842. *E.*] μέλλων δὲ τελευτήσειν, εἰς τὸ Μητρῷον καὶ τὸ Βουλευτήριον ἐκέλευσεν αὐτὸν κομισθῆναι, βουλόμενος εὐθύνας δοῦναι τῶν πεπολιτευμένων. οὐδενὸς δὲ κατηγορῆσαι τολμήσαντος πλὴν Μενεσαίχμου, τὰς διαβολὰς ἀπολυσάμενος, εἰς τὴν οἰκίαν ἀπεκομίσθη. Hac autem εὐθυνῶν Lege nullus excipitur, sed comprehenduntur [1] omnes quotquot sunt Magistratus, κληρωτοὶ, χειροτονητοὶ, καὶ αἱρετοί. Est enim εὐθύνη ὧν δημοσίᾳ τις ἐπιστεύθη. unde Lysias, ἀναμνησθέντες ὅτι οὔτε χρήματα διαχειρίσας τῆς πόλεως, δίδωμι λόγον αὐτῶν, οὔτε ἀρχὴν ἄρξας οὐδεμίαν, εὐθύνας ὑπέχω νῦν αὐτῆς.

VII. Quomodo autem referendae sint rationes praescribebat Lex in hunc modum:

Ἐγγράφειν, ὅτι ἔλαβον τοῦτο τῆς τῆς πόλεως, τοῦτο ἀνήλωσα· ἢ ὅτι ἔλαβον οὐδὲν τῶν τῆς πόλεως, οὔτ' ἀνήλωσα.

Rationes ita referunto: Hoc de publico accepi: hoc expendi: vel, Nihil de publico accepi: nihil expendi.

Habes apud Aeschinem ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [*p.* 56.] ubi docet etiam eos ipsos, qui nihil de publico acceperant, nihil in publicum impenderant, sed tantum ad Rempublicam accesserant, Lege cogi ad referendas rationes apud Logistas, se scilicet nihil accepisse, nihil expendisse: ἀλλ' ἔστι τίς ἄνθρωπος, ὃς οὔτε εἴληφεν οὐδὲν τῶν δημοσίων, οὔτ' ἀνήλωκε, προσῆλθε δὲ πρός τι τῶν κοινῶν, καὶ τοῦτον ἀποφέρειν κελεύει λόγον πρὸς τοὺς Λογιστάς. καὶ πῶς ὅγε μηδὲν λαβὼν, μηδ' ἀναλώσας ἀποίσει λόγον τῇ πόλει; αὐτὸς ὑποβάλλει καὶ διδάσκει ὁ νόμος, ἃ χρὴ γράφειν. κελεύει γὰρ αὐτὸ τοῦτο ἐγγράφειν, ὅτι ἔλαβον οὐδὲν τῶν τῆς πόλεως, οὔτ' ἀνήλωσα. ἀνεύθυνον δὲ καὶ ἀζήτητον καὶ ἀνεξέταστον οὐδέν ἐστι τῶν ἐν τῇ πόλει. Quod si quis nollet suas referre rationes, impingebatur illi dica, quam ἀλογίου dixerunt. Hesychius: ἀλογίου δίκη, ἣν φεύγουσιν οἱ Ἄρχοντες, λόγον οὐ δόντες τῶν τῆς ἀρχῆς διοικημάτων.

VIII. Donec autem rationes retulissent suas Magistratus, suorum nihil bonorum in sua positum habebant potestate, ex hac Lege:

Τὸν

1 Operae erit pretium ea conferre, quae *Synesius* Orat. de Regn. p. 19. C. disputat.

Τὸν ὑπεύθυνον τὴν οὐσίαν μὴ καθιερῦν, μηδὲ ἀνάθημα ἀναθεῖναι, μηδὲ ἐκποίητον γίνεσθαι, μηδὲ διαθέσθαι τὰ ἑαυτοῦ.

Magistratus referendis rationibus obnoxius de suis bonis nil quicquam Diis consecrato, aut appendito: neque adoptator, neque testamentum facito.

Legem habes apud Aeschinem ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 56.] ὑπεύθυνον οὐκ ἐᾷ ὁ νόμος τὴν οὐσίαν καθιερῦν, οὐδὲ ἀνάθημα ἀναθεῖναι, οὐδὲ ἐκποίητον γίνεσθαι, οὐδὲ διαθέσθαι τὰ ἑαυτοῦ, οὐδὲ ἄλλα πολλά. Non licet quicquam Diis consecrare, aut appendere, non licet testamentum facere: ratio est, quia ea, quae consecrant, aut appendunt, aut testamento dant legant ὑπεύθυνοι, oppignerata jam sunt Reipublicae, donec rationes retulerint, ut *ibidem* legitur: ἑνὶ δὲ λόγῳ ἐνεχυράζει τὰς οὐσίας ὁ νομοθέτης τὰς τῶν ὑπευθύνων, ἕως ἂν λόγον ἀποδῶσι τῇ πόλει. Atque haec eadem ratio est, cur non liceat ὑπευθύνῳ in aliam adoptione transire familiam: Adoptatus enim familiam mutat & statum, & qui juris erat sui, alieno subjicitur, quod ab eo, qui reddendis rationibus est obnoxius, fieri non potest, nisi in fraudem Reipublicae.

IX. Quare etiam Lege cavebatur, ne quis ὑπεύθυνος peregre proficisce- 227
retur.

ΑΡΧΗΝ ΥΠΕΥΘΥΝΟΝ ΜΗ ΑΠΟΔΗΜΕΙΝ.

Magistratus referendis rationibus obnoxius peregre ne proficiscitor.

Ei igitur non licebat peregre extra fines Atticae proficisci, ut cavetur hac Lege, quae omnium τῶν εὐθυνῶν prima legebatur, ne qua fraus fieret. Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 56.] καὶ οὕτως ἰσχυρῶς ἀπιστεῖ τοῖς ὑπευθύνοις, ὥστε εὐθέως ἀρχόμενος τῶν νόμων λέγει, ΑΡΧΗΝ ΥΠΕΥΘΥΝΟΝ (φησὶ) ΜΗ ΑΠΟΔΗΜΕΙΝ, ὦ Ἡράκλεις (ὑπολάβοι ἄν τις) ὅτι ἦρξα, μὴ ἀποδημήσω; ἵνα γε μὴ προλαβὼν χρήματα τῆς πόλεως, ἢ πράξεις δρασμῷ χρήσῃ. Metus scilicet erat, ne quis convasatis & interceptis publicis pecuniis, aut re male gesta se daret in pedes.

X. Praeterea Lege cavebatur, ne quis, rationibus non redditis, alium gereret Magistratum:

Τὸν αὐτὸν μὴ ἄρχειν ὑπεύθυνον ὄντα ἑτέρας ἀρχῆς.

Qui referendis rationibus est obnoxius Magistratum ne gerito.

Legem hanc partim ex Heliastarum jurejurando, partim ex Ulpiano ad hoc jusjurandum descripsimus. Ulpiani verba diximus in superioribus ita esse concipienda: νόμος ἦν τὸν αὐτὸν μὴ ἄρχειν, μὴ δόντα εὐθύνας τῆς προτέρας ἀρχῆς. Non enim negat tantum Lex bis eodem anno licere ὑπευθύνῳ ἄρχειν, sed etiam in genere vetat quenquam ἄρχειν ὑπεύθυνον. praetereaque ita legitur in Heliastarum jurejurando: ΟΥΔΕ ΑΡΧΗΝ ΚΑΤΑΚΤΗΣΩ ΩΣ ΤΕ ΑΡΧΕΙΝ ΥΠΕΥΘΥΝΟΝ ΟΝΤΑ ΕΤΕΡΑΣ ΑΡΧΗΣ. Quae verba exponit Ulpianus, & ab Heliastis dicuntur, ut & sequentia, quia nullus; nisi δοκιμασθεὶς ἐν τῷ δικαστηρίῳ, Magistratum gerere quibat.

XI. Unde etiam non licebat Lege, Magistratum, qui rationes suas non retulisset, corona donare.

ΑΡΧΗΝ ΥΠΕΥΘΥΝΟΝ ΜΗ ΣΤΕΦΑΝΟΥΝ.

Magistratus, priusquam rationes retulerit, corona ne donator.

Frequens hujus Legis laudatio occurrit apud Aeschinem ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 57.] ὅτι ὁ μὲν νομοθέτης, ἐάν τις μιᾶς ἀρχῆς τῆς ἐλαχίστης ὑπεύθυνος ᾖ, τοῦτον οὐκ ἐᾷ, πρὶν ἂν λόγους καὶ εὐθύνας δῷ στεφα-

νοῦν. Iterum [*p.* 58.] ἕτερος δὲ ἀπαγορεύει νόμος, ΑΡΧΗΝ ΥΠΕΥΘΥΝΟΝ ΜΗ ΣΤΕΦΑΝΟΥΝ. Rursum: *ἀλλὰ πρῶτον μὲν τοὺς νόμους ἀπέδειξα ἀπαγορεύοντας μὴ στεφανοῦν τοὺς ὑπευθύνους.* Expressit M. Tullius *Libro de Optimo genere Oratorum extremo* [C. 7.] *Cum esset Lex Athenis*, NE QVIS POPVLI SCITVM FACERET VT QVISQVAM CORONA DONARETVR IN MAGISTRATV PRIVS QVAM RATIONES RETVLISSET. Libanius *in Argumento Orationis* Demosthenicae περὶ στεφάνου. *νόμον δὲ κελεύειν τοὺς ὑπευθύνους μὴ στεφανοῦν.* Anonymus *in Argumento ejusdem Orationis*: *παράνομον εἶναι φάσκων πρὸς τρεῖς νόμους τὸ ψήφισμα· ἕνα μὲν, τὸν κελεύοντα τὸν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦσθαι, πρὶν ἂν δῷ τὰς εὐθύνας.* Auctor *Argumenti Orationis* Aeschinis κατὰ Κτησιφῶντος. *ἓν μὲν, ὅτι ὑπεύθυνον ὄντα τὸν Δημοσθένην ἐστεφάνωσε, τοῦ νόμου κελεύοντος, μὴ ἐξεῖναι ὑπεύθυνον ἄρχοντα στεφανοῦν.* Cujus Legis ratio, Legislatorisque consilium fuit, ne qui corona esset a populo donatus, idem cum rationes referret suas, reus perageretur, & multaretur. Aeschines *ibidem* [*p.* 55.] *πολλοὶ γὰρ πάνυ τῶν ὑπευθύνων ἐπαυτοφώρῳ κλέπται τῶν δημοσίων χρημάτων ὄντες ἐξελεγχόμενοι διεφύγανον ἐκ τῶν δικαστηρίων. εἰκότως· ᾐσχύνοντο γὰρ (οἶμαι) οἱ δικασταὶ,*
228. *εἰ φανήσεται ὁ αὐτὸς ἀνὴρ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει, (τυχὸν δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ,) πρώην μέν ποτε ἀναγορευόμενος ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ὅτι στεφανοῦται ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης ὑπὸ τοῦ δήμου χρυσῷ στεφάνῳ· ὁ δὲ αὐτὸς μικρὸν ἐπισχὼν ἔξεισιν ἐκ τοῦ δικαστηρίου κλοπῆς ἕνεκα τὰς εὐθύνας ὠφληκώς. ὥστε ἠναγκάζοντο τὴν ψῆφον φέρειν οἱ δικασταὶ οὐ περὶ τοῦ παρόντος ἀδικήματος, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς αἰσχύνης τοῦ δήμου. κατιδὼν δέ τις ταῦτα νομοθέτης, τίθησι νόμον καὶ μάλα καλῶς ἔχοντα, τὸν διαῤῥήδην ἀπαγορεύοντα, τοὺς ὑπευθύνους μὴ στεφανοῦν.* Huic Legi ut fraudem facerent, & imponerent, populi scitum faciebant, ut corona donaretur Magistratus, verum sub hac Lege, postquam rationes retulisset suas; sed & id contra hanc Legem fuisse demonstrat Aeschines *ibidem*: *τούτων γὰρ τινες τῶν τοὺς ὑπευθύνους στεφανούντων παρὰ τοὺς νόμους, οἱ μὲν φύσει μέτριοί εἰσιν, εἰ δή τις ἐστὶ μέτριος τῶν τὰ παράνομα γραφόντων· ἀλλ' οὖν προβάλλονταί γέ τι πρὸ τῆς αἰσχύνης, προσεγγράφουσι γάρ τι πρὸς τὰ ψηφίσματα, στεφανοῦν τὸν ὑπεύθυνον, ἐπειδὰν λόγον καὶ εὐθύνας τῆς ἀρχῆς δῷ. καὶ ἡ μὲν πόλις τὸ ἴσον ἀδίκημα ἀδικεῖται. (προκαταλαμβάνονται γὰρ ἐπαίνοις καὶ στεφάνοις αἱ εὐθύναι) ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων ἐνδείκνυται τοῖς ἀκούουσιν, ὅτι ἔγραφε μὲν παράνομα, αἰσχύνεται δὲ ἀφ' οἷς ἡμάρτηκε.*

XII. Si quis aerarius Magistratum gerebat, capite luebat, ut hac Lege sancitum:

Ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ, [1] θάνατον ζημίαν εἶναι.	*Si quis aerarius Magistratum gerat, capital esto.*

Legem laudat Demosthenes *in Leptinea* [*p.* 311.] *ἐὰν δὲ ἁλῷ, ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ, ὃς κεῖται, ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ, θάνατον λέγει· τοῦτο γάρ ἐστ' ἐπ' ἐκείνῳ τὸ ἐπιτίμιον.* Nomen ejus deferebatur apud Thesmothetas,

1 Exemplum in Pyrrho est, nobilissimo genere nato, apud *Demosthenem* Or. in Midiam p. 369.

thetas, ut constat ἐκ τῆς τῶν νόμων ἐπιχειροτονίας, apud Demosthenem *in Timocratea*: καὶ ἔνδειξις αὐτῶν ἔστω πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας, καθάπερ ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ.

XIII. Tyrannidem affectare Athenis capital fuit veteri Solonis Lege:

Εἴ τις ἐπιχειρεῖν τυραννεῖν, θάνατον ζημίαν εἶναι.	*Si quis tyrannidem affectarit, capital esto.*

Legem descripsit Plutarchus *in Solone*, cujus verba in sequentibus reddemus: jam primus instituerat Theseus δημοκρατίαν καὶ ἰσομοιρίαν, & omnes ἐπὶ τοῖς ἴσοις in urbem invitaverat: verum non diu obtinuit δημοκρατία apud Athenienses, sed post Theseum Mnestheus, atque insecutis temporibus alii aliquot imperarunt Reges, donec tandem omnino sunt exacti. Apollinis sortes causam exactorum ab Atheniensibus Regum facit Graecus Comici Interpres *ad Nubes*: τοῖς Ἀθηναίοις πυθοχρήστως ἐχρῆτο καταλῦσαι μὲν τὰς βασιλείας, προστήσασθαι δὲ Δία βασιλέα. Quod factum puto, quando contendebant inter se de regno Medon & Neleus Codri filii: nam placuit disceptationis arbitrium Apollini permittere, ἀνενεγκεῖν εἰς τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖς, inquit Pausanias *Achaicis* [C. 2.] qui addit dedisse Μέδοντι τὴν Πυθίαν βασιλείαν τὴν Ἀθηναίων. Sed [1] regnum non fuit. exactum enim videtur tunc Apollinis jussu Regum nomen, ut Jovi cederet; quare Medon Rex non fuit, sed Ἄρχων διὰ βίου, ut appellatione, ita etiam potestate imminuta. Quanquam & hi, cum nimia videretur eorum potestas e perpetuis Magistratibus facti sunt Ἄρχοντες δεκαετεῖς. Atque horum quoque abrogatum est decennale illud imperium metu tyrannidis, & creati sunt Ἄρχοντες ἐνιαύσιοι, qui praeessent anno imperio Reipublicae: Cum autem Solon forte inter hos no- 229.
vem Ἄρχοντας ἐπώνυμος esset allectus, istam adversus tyrannos, aut τυραννεῖν ἐπινοοῦντας tulit Legem, neque ipse potuit unquam induci, ut extraordinarium capesseret imperium, & plus Legibus posset, quin contra ultro oblatam recusavit tyrannidem, ut ipse scribit ad Phocum his versibus [in Plutarchi *Solon*. p. 86. *A*.]

Εἰ δὲ γῆς ἐφεισάμην πατρίδος,
Τυραννίδος δὲ καὶ βίης ἀμειλίχου
Οὐ καθηψάμην, μιάνας καὶ καταισχύνας κλέος
Οὐδὲν αἰδοῦμαι. πλέον γὰρ ὧδε νικήσειν δοκέω
Πάντας ἀνθρώποις.

His concinit celebratum illius dictum, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. atque hac de causa merito gloriatur in Elegiis,

Δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος ὅσσον ἐπαρκεῖ,
  Τιμῆς οὔτ' ἀφελὼν, οὔτ' ἐπορεξάμενος.
Οἳ δ' εἶχον δύναμιν, καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοὶ,
  Καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.
Ἔστην δ' ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισι·
  Νικᾶν δ' οὐκ εἴασ' οὐδετέρους ἀδίκως.

At-

1 Non proprie quidem dictum. Quia tamen Medontidae primo per omne vitae suae tempus & dein per continuos decem annos summum obtinuerunt magistratum, saepe illi vetustis Scriptoribus βασιλεῖς & βασιλεύειν perhibentur, docente *Jac. Perizonio* in *Aelian*. Var. Hist. L. v, 13.

Atque hoc institutum adeo gratum & acceptum fuit Atheniensi populo, ut in illis πατρίοις εὐχαῖς, quae fiebant pro concione, ut in superioribus diximus, diris devoveret Praeco, si quis tyrannidem affectaret: morem expressit lepidissimus Aristophanes Θεσμοφοριαζούσαις [*vs.* 342.]

> Εἴ τις ἐπιβουλεύει τι τῷ δήμῳ κακὸν
> Τῷ τῶν γυναικῶν. ἢ τυραννεῖν ἐπινοεῖ,
> Ἢ τὸν τύραννον συγκατάγειν,
> Κακῶς ἀπολέσθαι τοῦτον αὐτὸν καὶ οἰκίαν
> Ἀρᾶσθε.

Hinc inter cetera jurisjurandi Heliastarum Kapita hoc legitur, ΚΑΙ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ΟΥ ΨΗΦΙΟΥΜΑΙ ΕΙΝΑΙ. Qua libertate, quae aequa erat omnibus, praecipue gloriabantur Athenae: Hac tamen Lege non licebat τῷ ἐντυχόντι occidere eum, qui tyrannidem affectaret, sed oportebat in judicio convictum ab Undecimviris capitalibus capite plecti: id liquet ex antithesi, quam instituit Plutarchus, Legum Solonis & Poplicolae [*p.* 110. C.] τὸ δὲ μισοτύραννον ἐν τῷ Ποπλικόλᾳ σφοδρότερον. εἰ γάρ τις ἐπιχειροίη τυραννεῖν, ὁ μὲν Σόλων ἁλόντι τὴν δίκην ἐπιτίθησιν, ὁ δὲ καὶ πρὸ τῆς κρίσεως ἀνελεῖν δίδωσι. Atque haec quidem quod ad eos qui tyrannidem affectarent: nam Tyrannorum non tanta habebatur ratio: illos enim impune, imo cum spe praemii, licebat occidere. Cicero *pro Milone* [C. 29.] *Graeci homines Deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Quae ego vidi Athenis? Quas res divinas talibus institutas viris? Quos cantus? Quae carmina? prope ad immortalitatis, & religionem, & memoriam consecrantur.* Aristogitonem & Harmodium intelligit M. Tullius, in [1] quorum honorem Scolia illa scripta, quae ἐν ταῖς τῶν ποτῶν συνόδοις ᾖδον, ut docet Interpres Comici *ad Acharnenses.* Hinc in Rhetorum Scholis Lex τυραννοκτόνῳ δίδωσι τὴν δωρεάν. *Tyrannicidae praemium detur.* Honorique Harmodii & Aristogitonis consultum est Lege sive Psephismate isto.

230. *Nomina Harmodii & Aristogitonis ne unquam servis indere liceto.*

Id docet Herodes Atticus apud Scriptorem *Noctium Atticarum Lib. IX. cap.* 2. *Majores autem mei Athenienses*, Nomina *juvenum fortissimorum* Harmodii & Aristogitonis, *qui libertatis recuperandae gratia Hippiam tyrannum interficere adorti erant*, ne unquam servis indere liceret, *decreto publico sanxerunt. Quoniam nefas ducerent, nomina patriae libertati devota servili contagio pollui.* Neque tantum in Tyrannos insurgebant, sed etiam *in Graecis civitatibus Liberi Tyrannorum, oppressis illis, eodem supplicio afficiuntur*, ut testatur M. Brutus Epistola ad Ciceronem, & sublata tyrannide, acta rescindebantur: unde saepius leges: καὶ ἔστω ταῦτα ἄκυρα, ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα.

Atque haec quidem Atheniensium communis cum multis aliis populis, in quibus Romani, fuit sententia. Romani tamen, ubi, ita volentibus fatis, omnia unius arbitrio permissa sunt, Principem Lege Majestatis tutum & sacrosanctum merito esse voluerunt: & putarunt, *quod crimen Majestatis non solum facto, sed & verbis impiis maxime exacerbatur*, ut loquitur Paulus *Sentent. Lib. V. Tit.* 29. quae etiam verba paululum immutata leguntur apud Modestinum Lib. XII. Pandectarum: *Crimen Majestatis facto*, [2] *vel violatis statuis, vel imaginibus, maxime exa-*

1 Honores Harmodio & Aristogitoni, eorumque posteris publice Athenis habitos describit *Demosthenes* περὶ Παραπρ. p. 260. Scolion, quo inter pocula eorum memoria celebrabatur, habet *Athenaeus* L. xv, 15.

2 *Veluti violatis statuis* scripserat *Modestinus*, probante *Desid. Heraldo* Observat. C. 11.; *Cujacio*, quem tangit Petitus, adstipulatur ex magna parte *Ant. Schultingius* ad *Paulli* L. v. Tit. xxix. Est tamen Petiti suspicio, qua Triboniano suppetias fert, elegans, roburque accipit ex *Jul. Capitolini* verbis in Gordianis C. 9.

exacerbatur in milites. l. 7. §. 4. D. Ad Legem Juliam Majestatis. Neque enim hic audio virum summum, qui existimabat Modestinum idem cum Paulo scripsisse. Sed quia ex maledicto non contrahi crimen Majestatis postea constitutum est, constitutioque relati in *Codicem* Justiniani *l. unica C. Si quis Imperatori maledixerit.* ideo Modestini verba Tribonianum sic immutasse. Ego vero mihi facile persuadeo, Modestinum ita scripsisse, quomodo editum est *Crimen majestatis facto, vel violatis statuis vel imaginibus, maxime exacerbatur in milites:* non enim voluit Modestinus *maxime exacerbari* crimen hoc Majestatis *verbis impiis*, cum ipse doceat, *nec lubricum linguae ad poenam facile trahendum esse. d. l. 7. §. 3. D. Ad Legem Juliam Majestatis.* Scribebat autem ista, meo judicio, Modestinus, occasione eorum, quae in Africa acciderant, cum exauctoratis a militibus Maximinis, Gordiani (quorum aetate floruit Modestinus) Imperatores salutati sunt: nam *statuas Maximini dejecerunt, & imagines perfregerunt:* quibus exacerbatus Maximini animus, nemini partium Gordiani parcitum voluit: exacerbatum igitur est maxime in milites crimen majestatis tum facto, quando exauctorarunt milites Maximinum, & Gordianum Imperatorem renunciarunt, cum violatis statuis vel imaginibus: nam etiam crimen Majestatis contrahebatur, si quid in statuis vel imaginibus Principum admissum, cum cautionibus tamen quibusdam, quas referunt jureconsultorum filii: itaque *hoc crimine liberatus est a Senatu, qui statuas Imperatoris reprobatas conflaverit : l. 4. §. 1. D. eod.* Appellat *statuas reprobatas*, sive, quae a statuario, aut eo qui faciendas locaverat, minus probarentur, ut Imperatoris vultum non referentes: sive quia Imperator eas sibi poni nolebat: (neque enim sine ipsius Imperatoris auctoritate ponebantur) cum itaque neque positae, neque consecratae essent, impune licuit conflare, quemadmodum *Severus & Antoninus Pontio rescripserunt, non videri contra Majestatem fieri ob imagines Caesaris non consecratas, venditas. l. 5. §. 2. D. eod.* Verum quod conferunt viri praestantissimi §. 1. *dictae l.* 231.
4. cum *l. 3. C. de statuis & Imaginibus*, frustra sunt, meo judicio: neque enim quicquam simile: Verba *hujus l. 3.* haec sunt:

Imperatores Theodosius Arcadius & Valentinianus Caes.
Florentio Praefecto Praetorio.

In nostrae serenitatis imaginibus ac statuis erigendis privatae collationis injuriam propulsari praecipimus, ne quid in eis suum collator cognoscat. Dat. III. Non. Aprilis, Theodosio A. XVII. & Festo Conss.

Praecipiunt Imperatores, ne quid a quoquam conferatur in erigendis statuis ac imaginibus Imperatorum, quemadmodum *lege sequenti ; ejus, cujus ad honorem petitur, expensis propriis statuam collocari praecipiunt*, sed hic agitur de erigendis statuis, sive diebus festis, sive communibus, cum ornamentis, accedente judicis praesentia, ut iidem Imperatores cavent *l. 2. C. eod. Si quando nostrae statuae vel imagines eriguntur, sive diebus (ut adsolet) festis, sive communibus, adsit judex sine adorationis ambitioso fastidio: ut ornamentum diei, & loco, & nostrae recordationi sui probet accessisse praesentiam. Dat. III. Non. Maij, Theodosio A. XI. & Valentiniano Caesare Conss.* Ornamenta autem, quibus opus in erigendis statuis, nolunt privatim a quoquam conferri, sed a fisco, puto, praeberi.

Verum Principes nullum stabiliendis imperiis suis, ceterorumque factionibus dissolvendis paratius, praesentius, & efficacius praesidium, invenerunt, quam in fide Christianorum, qui malum malo non dispungunt, cum male velle, male facere, male dicere, male cogitare de quoquam ex aequo vetentur. Quod autem in neminem licet, eo magis nec in Principem, qui per Deum tantus est, & in quo scimus esse, quod Deus voluit: itaque pro magno adjumento habemus, & suspicimus a Deo constitutum, hominem solo Deo minorem, ab illo secundum, post illum Deum primum, quotidie precati, & in posterum precaturi vitam illi prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quaecumque sunt Regis & hominis vota.

XIV. Solonis Lege licebat eum, qui sustineret everso Reipublicae statu Magistratum gerere, impune occidere: qui occiderit, purus esto, nec a sacris arcetor, praetereaque bona ejus, quem occidit, illi cedunto.

ΟΣ ΑΝ ΑΡΞΗι ΕΝ ΤΗι ΠΟΛΕΙ ΤΗΣ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑΣ ΚΑΤΑΛΥΘΕΙΣΗΣ, ΝΗΠΟΙΝΙ ΤΕΘΝΑΝΑΙ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΑΠΟΚΤΕΙΝΑΝΤΑ ΟΣΙΟΝ ΕΙΝΑΙ, ΚΑΙ ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ ΕΧΕΙΝ ΤΟΥ ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΟΣ.

Qui Magistratum gesserit everso Reipublicae statu, eum impune occidito: qui occiderit, purus a caede esto, ejusque bona illi cedunto.

Ea Lex erat perscripta in columna ante curiam, in qua habebatur Senatus. Andocides ἐν τῷ περὶ μυστηρίων [p. 12.] ὁ δὲ νόμος τι κελεύει, ὃς ἐν τῇ στήλῃ ἔμπροσθεν ἐστὶ τοῦ βουλευτηρίου. ΟΣ ΑΝ ΑΡΞΗι ΕΝ ΤΗι ΠΟΛΕΙ ΤΗΣ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑΣ ΚΑΤΑΛΥΘΕΙΣΗΣ ΝΗΠΟΙΝΙ ΤΕΘΝΑΝΑΙ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΑΠΟΚΤΕΙΝΑΝΤΑ ΟΣΙΟΝ ΕΙΝΑΙ, ΚΑΙ ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ
232. ΕΧΕΙΝ ΤΟΥ ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΟΣ. ἀλλ' ὅτι οὖν, ὦ Ἐπιχάρης, ἢ νῦν; ὁ ἀποκτείνας σε, καθαρὸς τὰς χεῖρας ἔσται, κατά γε τὸν Σόλωνος νόμον.

Praeterea Psephismate decretum est, post exactos Triginta Tyrannos, licere impune occidere eum, qui moliretur aliquid adversus Leges patrias, & in Psephismatis verba jurabatur ab Atheniensibus. Ratio Psephismatis est, quia praestat occidisse antequam mali quicquam patrarit, quam expectasse, donec sub jugum misisset Rempublicam: ineptae enim sunt, cum de rerum summa agitur, Meropis argutiae apud Euripidem.

Εἰ γὰρ σε μέλλεν, ὡς σὺ φῂς, κτείνειν πόσις,
Χρῆν καὶ σε μέλλειν.

XV. Extat Psephisma apud Andocidem *loco laudato* in haec verba.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

ΕΔΟΞΕ ΤΗι ΒΟΥΛΗι ΚΑΙ ΤΩι ΔΗΜΩι, ΑΙΑΝΤΙΣ ΕΠΡΥΤΑΝΕΥΕ ΚΛΕΟΓΕΝΗΣ ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕ ΒΟΗΘΟΣ ΕΠΕΣΤΑΤΕΙ ΤΑΔΕ ΔΗΜΟΦΑΝΤΟΣ ΣΥΝΕΓΡΑΨΕΝ ΑΡΧΕΙ ΧΡΟΝΟΣ ΤΟΥΔΕ ΤΟΥ ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΣ Η ΒΟΥΛΗ ΟΙ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΟΙ ΛΑΧΟΝΤΕΣ ΤΩι ΚΥΑΜΩι, ΟΤΕ ΚΛΕΟΓΕΝΗΣ ΠΡΩΤΟΝ ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝ, ΕΑΝ ΤΙΣ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑΝ ΚΑΤΑΛΥΗι ΤΗΝ ΑΘΗΝΗιΣΙΝ Η ΑΡΧΗΝ ΤΙΝΑ ΑΡΧΗι ΚΑΤΑΛΕΛΥΜΕΝΗΣ ΤΗΣ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑΣ ΠΟΛΕΜΙΟΣ ΕΣΤΑΙ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΝΗΠΟΙΝΙ ΤΕΘΝΑΤΩ ΚΑΙ ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ ΑΥΤΟΥ ΔΗΜΟΣΙΑ ΕΣΤΩ ΚΑΙ ΤΗΣ ΘΕΟΥ ΤΟ ΕΠΙΔΕΚΑΤΟΝ. Ο ΔΕ ΑΠΟΚΤΕΙΝΑΣ ΤΟΝ ΤΑΥΤΑ ΠΟΙΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ Ο ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΣΑΣ ΟΣΙΟΣ ΕΣΤΩ ΚΑΙ ΕΥΑΓΗΣ, ΟΜΟΣΑΙ Δ' ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ ΑΠΑΝΤΑΣ ΚΑΘ' ΙΕΡΩΝ ΤΕΛΕΙΩΝ ΚΑΤΑ ΦΥΛΑΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΔΗΜΟΥΣ ΑΠΟΚΤΕΙΝΕΙΝ ΤΟΝ ΤΑΥΤΑ ΠΟΙΗΣΑΝΤΑ.

PSEPHISMA.

Placuit Senatui, populoque Atheniensium: Ajantis Tribus imperabat, Cleogenes erat Scriba: Boëthus praeerat: Demophantus Psephisma scripsit. Incipit tempus hujus Psephismatis, ex quo, Quingentorum Senatu sorte capto, Cleogenes primum Scriba erat. Si quis Atheniensium Rempublicam evertat, aut ea eversa Magistratum gerat, Atheniensium hostis esto, impuneque occiditor; bona ejus publicantor, subducta eorum parte decima Minervae sacra. Is qui occiderit, aut occidendi consilium dederit, purus a caede esto: Athenienses omnes, in sua quisque Tribu, & populo, inter sacra juranto se occisuros, qui haec patrare sustineat.

XVI. Jurisjurandi, cujus meminit Psephisma, formula extat apud Andocidem *ibidem*: concipiebatur autem hoc jusjurandum ante Liberalia verna τὰ κατ' ἄστυ Διονύσια, Elaphebolione mense: ὁ δὲ ὅρκος ἔστω ὅδε.

ΟΡΚΟΣ.	JUSJURANDUM.
ΚΤΕΝΩ ΤΗι ΕΜΑΥΤΟΥ ΧΕΙΡΙ ΑΝ ΔΥΝΑΤΟΣ Ω ΟΣ ΑΝ ΚΑΤΑΛΥΣΗι ΤΗΝ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑΝ ΤΗΝ ΑΘΗΝΗιΣΙ. ΚΑΙ ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΡΞΗι ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΚΑΤΑΛΕΛΥΜΕΝΗΣ ΤΗΣ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑΣ ΤΟ ΛΟΙΠΟΝ, ΚΑΙ ΕΑΝ ΤΙΣ ΤΥΡΑΝΝΕΙΝ ΕΠΑΝΑΣΤΗι Η ΤΟΝ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ΣΥΓΚΑΤΑΣΤΗΣΗι. ΚΑΙ ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΛΛΟΣ ΑΠΟΚΤΕΙΝΗι ΟΣΙΟΝ ΑΥΤΟΝ ΝΟΜΙΩ ΕΙΝΑΙ ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΘΕΩΝ ΚΑΙ ΔΑΙΜΟΝΩΝ, ΩΣ ΠΟΛΕΜΙΟΝ ΚΤΕΙΝΑΝΤΑ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ, ΚΑΙ ΤΑ ΚΤΗΜΑΤΑ ΤΟΥ ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΟΣ ΠΑΝΤΑ ΑΠΟΔΟΜΕΝΟΣ ΑΠΟΔΩΣΩ ΤΑ ΗΜΙΣΕΑ ΤΩ ΑΠΟΚΤΕΙΝΑΝΤΙ ΚΑΙ ΛΟΓΩι ΚΑΙ ΨΗΦΩι, ΚΑΙ ΟΥΚ ΑΠΟΣΤΕΡΗΣΩ ΟΥΔΕΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΚΤΕΙΝΩΝ ΤΙΝΑ ΤΟΥΤΩΝ ΑΠΟΘΑΝΗι Η ΕΠΙΧΕΙΡΩΝ, ΕΥ ΠΟΙΗΣΩ ΑΥΤΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΠΑΙΔΑΣ ΤΟΥΣ ΕΚΕΙΝΟΥ, ΚΑΘΑΠΕΡ ΑΡΜΟΔΙΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΑ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΑΠΟΓΟΝΟΥΣ ΑΥΤΩΝ. ΟΠΟΣΟΙ ΔΕ ΟΡΚΟΙ ΟΜΩΜΟΝΤΑΙ ΑΘΗΝΗιΣΙΝ Η ΕΝ ΤΩι ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΩι Η ΑΛΛΟΘΙ ΠΟΥ ΕΝΑΝΤΙΟΙ ΤΩι ΔΗΜΩι ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΛΥΩ ΚΑΙ ΑΦΙΗΜΙ.	*Occidam mea ipsius manu, si possim, eum, qui everterit Rempublicam Atheniensium, aut ea eversa Magistratum gesserit in posterum: & si quis tyrannidem invadat ipse, aut alteri adstruat, eumque quis alius occiderit, is mihi purus erit a caede apud Deos & Daemonas, ut qui populi Atheniensium hostem occiderit: bonaque occisi restituam, ita ut semissis eorum cedat illi qui occidit, me auctore & suffragante: neque quicquam subducam: Si quis autem dum occidit, aut aggreditur illos, pereat, honores ei tribuam, ejusque liberis, quales Harmodio & Aristogitoni, eorumque posteris: Quaecumque autem juramenta concipientur Athenis, aut in castris, aut ubicumque sit, contraria Atheniensium populo, irrita habeo & remitto.* 233.

Ταῦτα δὲ ὠμόσατε Ἀθηναῖοι πάντες καθ' ἱερῶν τελείων, τὸν νόμιμον ὅρκον πρὸ Διονυσίων· καὶ ἐπεύχεσθε, εὐορκοῦντι μὲν εἶναι πολλὰ καὶ ἀγαθά· ἐπιορκοῦντι δὲ, ἐξώλη αὐτὸν εἶναι καὶ γένος.

Meminit hujus tum Psephismatis, cum jurisjurandi Lycurgus ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους [p. 165.] μετὰ τοὺς Τριάκοντα οἱ πατέρες ὑμῶν ἐψηφίσαντο καὶ ὤμοσαν, ἐάν τις τυραννίδι ἐπιθῆται, ἢ τὴν πόλιν προδιδῷ, ἢ τὸν δῆμον καταλύῃ, τὸν αἰσθανόμενον καθαρὸν εἶναι ἀποκτείναντα. καὶ κρεῖττον ἔδοξεν αὐτοῖς τοὺς τὴν αἰτίαν ἔχοντας τεθνάναι μᾶλλον, ἢ πειραθέντας, μετ' ἀληθείας αὐτοὺς δουλεύειν. ἀρχὴν γὰρ ᾤοντο δεῖν οὕτω ζῆν τοὺς πολίτας, ὥστε μηδ' εἰς ὑποψίαν ἐλθεῖν μηδένα τούτων τῶν ἀδικημάτων. ταῦτα, ὦ ἄνδρες, ἔγραψαν εἰς τὴν στήλην, καὶ ταύτην ἔστησαν εἰς τὸ βουλευτήριον ὑπόμνημα τοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν συνιοῦσιν, καὶ βουλευομένοις ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὡς δεῖ, πρὸς τοιούτους ἔχειν. καὶ διὰ τοῦτο ἄν τις αἴσθησιν λάβῃ μέλλοντας αὐτοὺς τούτων τι ποιεῖν, ἀποκτείνειν συνώμοσαν. εἰκότως. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἀδικημάτων ὑστέρας δεῖ τετάχθαι τὰς τιμωρίας· προδοσίας δὲ καὶ δήμου καταλύσεως, προτέρας. εἰ γὰρ προήσεσθε τοῦτον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μέλλουσιν ἐκεῖνοι κατὰ τῆς πατρίδος φαῦλόν τι πράττειν, οὐκ ἔστιν ὑμῖν μετὰ ταῦτα δίκην παρ' αὐτῶν ἀδικούντων λαβεῖν. κρείττους γὰρ ἤδη γίνονται τῆς παρὰ τῶν ἀδικούντων τιμωρίας. Quod vero jusjurandum concipiunt omnes 234.
in universum Athenienses, cujus alia suis singula quaeque locis adferemus Kapita,

pita, Ardetti videntur jurasse: nam is locus erat Athenis, ubi jurare solebant. Hesychius: τοὺς ῥαδίως ἐπὶ τοὺς ὅρκους ἰόντας, Ἀρδήττοις ἐκάλουν. τόπος δὲ ἦν περὶ τὸν Ἰλισσὸν, ἐγγὺς τοῦ Παναθηναϊκοῦ σταδίου, ἐν ᾧ τοὺς ὅρκους ἐποιοῦντο.

XVII. Lege non licebat munus ejurare apud alios, quam qui illud injunxerant & mandaverant, ut colligere est facile ex hac speciali Lege:

Τὰς ἐκ τοῦ δήμου χειροτονίας ἐν τῇ βουλῇ μὴ ἐξόμνυσθαι.	*Munus a populo mandatum apud Senatum ne ejurato.*

Legem descripsit Aeschines ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας [p. 40.] οὐδὲ γὰρ ὁ νόμος ἐᾷ τὰς ἐκ τοῦ δήμου χειροτονίας ἐν τῇ βουλῇ ἐξόμνυσθαι. Hac ejuratione significabatur id, quod injungebatur munus, non posse praestari, ob sonticam vel aliam causam. Harpocration: [1] ἐξωμοσία, τὸ μεθ' ὅρκου πρᾶξίν τινα ἀπαρνήσασθαι διὰ νόσον ἤ τινα ἑτέραν πρόφασιν ἐξωμόσασθαί ἐστιν. Pollux *Lib. VIII. cap.* 6. ἐξωμοσία δὲ, ὅταν τις ἢ πρεσβευτὴς αἱρεθῇ, ἢ ἐπὶ ἄλλην τινὰ δημοσίαν ὑπηρεσίαν, ἀρρωστεῖν, ἢ ἀδυνατεῖν φάσκων ἐξόμνυται αὐτὸς, ἢ δι' ἑτέρου. Fiebat namque per alium ejuratio, si is qui munus ejurabat in morbo cubaret: Hinc Aeschines per fratrem suum legationem ad Philippum ejuravit, morbum causatus, ut est *in Argumento Orationis* Demosthenicae περὶ παραπρεσβείας· προσεποιήσατο ὁ Αἰσχίνης, ὡς λέγει Δημοσθένης, ἀρρωστεῖν, καὶ τότε ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Εὔνομος ἦλθεν ἔχων ἰατρὸν, καὶ ὀμνύων ὅτι ἀρρωστεῖ Αἰσχίνης.

XVIII. Lege non licebat convicium facere Magistratui conventum agenti, qui secus fecisset, multa ei irrogabatur.

Ἐάν τις [2] ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ, ζημιούσθω.	*Si quis Magistratui forum agenti maledixerit, multa ei irrogator.*

Meminit hujus Legis Lysias ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στρατιώτου [C. 2.] οἱ δὲ μετὰ Κτησικλέους τοῦ ἄρχοντος, ἀπαγγείλαντός τινος, ὡς ἐγὼ λοιδοροῖμι, τοῦ νόμου ἀπαγορεύοντος, ἐάν τις ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ, παρὰ τὸν νόμον, ζημιῶσαι ἠξίωσαν, ἐπιβαλόντες τὸ ἀργύριον. capite luisse vult Ulpianus *ad Midianam*: ὁ δὲ τοῖς Ἄρχουσι τῆς πόλεως ἀπειλῶν καὶ λοιδορούμενος, ἐφ' οἷς θάνατος ὥρισται. Sed multam tantum fuisse, testis idem Lysias *eadem Oratione* non semel [C. 3.] τοῦ μὲν νόμου διαῤῥήδην ἀγορεύοντος τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδοροῦντας ζημιοῦν. & paullo post: εἰ γὰρ φανερός εἰμι μὴ ἐλθὼν εἰς τὸ συνέδριον, ὁ δὲ νόμος τοὺς ἐντὸς πλημμελοῦντας ἀγορεύει τὴν ζημίαν ὀφείλειν. Quibus e verbis colligas Legem cavisse verbis expressis, ne Magistratui convicium fieret ἐντὸς τοῦ συνεδρίου, sive ἐν τῷ συνεδρίῳ, dum forum ageret, id est, *apud consilium*: verteret Caius, *in Ecclesia*: nam ita intelligenda sunt ejus verba *ex Institutionum Lib. I. Tit. de Libertatibus Servorum*, ubi explanat, quinam Liberti cives Romani sint. *Cives Romani sunt, qui his tribus modis, id est, testamento, aut in Ecclesia, aut ante Consulem fuerint manumissi.* Videri posset non nemini *Ecclesiae* nomen irrepsisse e Christianorum mori-

1 Habet, quae huc pertinent, *Ulpian.* ad *Demosthenem* de Legat. Fals. p. 226. & Schol. *Aristophan.* Ecclesiaz. vs. 1018.

2 Convicia in magistratus evomendi licentiam, ab omnium ore & ubique removent Atticae leges, nulla loci temporisque habita ratione. Testis *Demosthen.* in Midian. p. 327. Quare rectius vertas, *ne quis omnino in Senatu convicia faceret*, sicuti contra Petitum docet ad eum *Lysiae* locum p. 162. *Edit. Londin.* & in Lect. Lysiac C. 11. p. 714. elegantissimus *Taylor.*

moribus: nam ex sacris Imperatorum Constitutionibus *manumissio procedit in sacrosanctis Ecclesiis*: Caio autem Ethnico, unde *Ecclesiae* nomen? itaque legunt viri praestantissimi, *aut censu, aut ante Consulem.* Ego vero existimo vocem [1] *Ecclesiae* probam esse apud Caïum: nam cum *cives Romani sint*, ut loquitur Ulpianus, *liberti, qui vindicta, censu, aut testamento, manumissi sunt*: *vindicta* autem *manumittantur apud Magistratum, velut Praetorem, Consulem, Proconsulem*: censu vero desitum est manumitti aetate Ulpiani, ut liquido probant haec ejus verba: *Censu, manumittebantur olim, qui lustrali censu Romae, jussu dominorum, inter cives Romanos censum profitebantur.* Caius tamen etiam tribus modis fieri docet: uno modorum distributo in duas species: nam cum *vindicta* fiat *apud Magistratum*: Caïus distinxit. *In concilium* autem *adhibebantur Romae quinque Senatores & quinque Equites Romani*: *in Provincia viginti Recuperatores cives Romani*, ut scribit Ulpianus; & docet Theophilus, qui συνέδριον vocat *Tit. Quibus ex causis manumittere non possint* §. 4. hocque *concilium adtribuit tantum Praetori Romae.* ἐγένετο δὲ καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸ Κονσίλιον, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τοῦ κομβέντου, τοῦ Πραίτωρος καθημένου ἐν τῷ οἰκείῳ δικαστηρίῳ, καὶ συγκαθεζομένων αὐτῷ πέντε Συγκλητικῶν καὶ πέντε Ἱπποτῶν Ῥωμαίων. Quanquam etiam Consul suum habuerit consilium, unde legitur apud Ulpianum Lib. II. de Officio Consulis: *Officium Consulis est, consilium praebere manumittere volentibus. l. unica D. de Officio Consulis.* quemadmodum Julianus Lib. XLII. Digestorum tum Consuli cum Praetori, & Provinciarum Praesidibus consilium tribuit: *An apud se manumittere possit is, qui consilium praebeat saepe quaesitum est? Ego quum meminissem Javolenum praeceptorem meum & in Africa & in Syria servos suos manumisisse, cum consilium praeberet; exemplum ejus secutus, & in Praetura & Consulatu meo quosdam ex servis meis vindicta liberavi, & quibusdam Praetoribus consulentibus me, idem suasi. l. 5. D. de Manumissis vindicta.* Non tamen semper concilium cogebat Praetor, aut Consul, quando apud illum manumittebatur: nam Ulpianus Lib. V. ad Edictum testatur se, *cum in villa cum Praetore fuisset, passum esse apud eum manumitti, & si lictoris praesentia non esset. l. 8. D. de manumissis vindicta.* Itaque definivit Gaius Lib. I. Rerum Cotidianarum sive aureorum, *non esse omnino necesse pro tribunali manumittere: itaque plerumque in transitu servi manumitti solent, cum aut lavandi, aut gestandi, aut ludorum gratia prodierit Praetor, aut Proconsul, Legatusve Caesaris. l. 7. D. eod.* Quare observandum est, aliquando, apud concilium Consulis sive Proconsulis, sive Praetoris, sive Praesidis Provinciae manumissum fuisse, aliquando apud solum Consulem, aut Praetorem, aut Magistratum, cui hujusmodi jus est: unde *titulus Codicis De vindicta libertate, & apud concilium manumissione.* & in Imperatoris Antonini Augusti Rescripto ad Tertium *concilii* tantum mentio, *Eorum qui apud concilium manumittuntur, &c. l. 1. C. eod.* & distinguit Imperator Constantius A. ad Maximum Pr. Pr. *concilium* a Consulibus, Praetoribus, &c. *Apud concilium nostrum,* (haec vox *nostrum* abest a plerisque libris idque merito) *vel apud Consules, Praetores, Praesules, Praesides, Magistratusve earum civitatum, quibus hujusmodi jus est, adipisci potest patronorum judicio sedula servitus libertatem. l. 4. C. eod.* Ex hac igitur observatione distinctioneque, dixit Caïus, manumitti, *aut in Ecclesia*, hoc est, apud concilium, *aut ante Consulem*, id est, non adhibito concilio apud Consulem, aliumve Magistratum, cui hujusmodi jus est. Sed haec obiter, quae, quanquam extra rem sint, non ingrata tamen esse aequo Lectori votum sit nostrum. 235.

At vero certum est *verbis impiis* exacerbari Principes, Majestatisque crimen contrahi: quanquam Imperatores Augusti Theodosius, Arcadius, & Honorius 236.
Rufino Pr. Pr. rescribant, maledictum, *si ex levitate processerit, contemnendum esse, si ex insania, miseratione dignissimum, si ab injuria remittendum. l. unica. C. Si quis Imperatori maledixerit.* Qua de re insignis est Tertulliani locus *Lib. de Pallio, cap.* 4. qui ita vulgo editur. *Physconem & Sardanapalum tacendum est,*

1 Tu vide quae Celeb. *A. Schultingius* Petito rescripsit ad Institut. *Caji* L. 1. Tit. 1.

est, qui nisi insignes libidinum, alias Reges nemo nosset: tacendum autem, ne quid & illi de Caesaribus quibusdam vestris obmussitent, propudiosis: nec magnae forte constantiae mandatum sit, impuriorem Physcone, molliorem Sardanapalo, Caesarem designare, & quidem sub Nerone. Optime Vir Incomparabilis arguit mendi haec verba, *nec magnae forte constantiae*: nam, ut observat illud Literarum μέγα αὔχημα, magnae atque etiam maximae constantiae sit, Caesarem aliquem Sardanapalo molliorem, & Physcone impuriorem designare: quis enim in illum ausit scribere, qui potest proscribere? aut quis in eum dicere, cui licet, si libet, occidere? E prima Beati Rhenani Editione restituendus est hic locus, in qua ita legitur. *Tacendum autem ne quid & illi de Caesaribus quibusdam vestris obmussitent, pariter propudiosisse ne cane & forte constantiae mandatum sit, impuriorem Physcon & molliorem Sardanapalo Caesarem designare, & quidem subneronem.* Ita igitur legentes hujus editionis vestigia restituimus. *Tacendum autem, ne quid & illi de Caesaribus quibusdam vestris obmussitent, pariter propudiosis: Senecanae & forte constantiae mandatum sit, impuriorem Physcone, & molliorem Sardanapalo Caesarem designare,* [1] *& quidem sub Neronem.* Dixit igitur Tertullianus, tacendum esse Physconem, aut Sardanapalum, ne illi de Caesaribus quosdam reponant, non minus propudiosos, & non nemo se componat ad exemplum *Senecanae constantiae*, id est, idem quod *Seneca* praestet; qui constanter & animose Caesaris impuritiam atque mollitiem ausus est, sive in iis, quae de Caio scripsit, sive edito Ludo in mortem Claudii, designare, idque imperante Nerone ipso, hoc enim est, quod dicit, *sub Neronem*, sed Graecatur, ὑπὸ τὸν Νέρωνα.

XIX. Inter praecipuos Atheniensium Magistratus censendi sunt annui illi novem, quorum unus *Archon* dicebatur, signabatque Fastos, alter *Rex*, tertius *Polemarchus*, reliqui sex *Thesmothetae*. Pollux *Lib. VIII. cap. 9:* Ἀρχόντων Ἀθήνησιν ὀνόματα. οἱ ἐννέα Ἄρχοντες. εἰσὶ δὲ ὁ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπώνυμος Ἄρχων, Βασιλεὺς, Πολέμαρχος, καὶ Θεσμοθέται ἕξ. ἐκ τούτων γὰρ οἱ ἐννέα Ἄρχοντες συμπληροῦνται. Quos Magistratus cum sortiti essent illi, quos populus designaverat, ut in superioribus diximus; probatque hic *ex Oratione adversus Neaeram* locus [*p.* 737.] ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς συνῴκισεν αὐτοὺς, καὶ δημοκρατίαν ἐποίησε, καὶ ἡ πόλις πολυάνθρωπος ἐγένετο, τὸν μὲν βασιλέα οὐδὲν ἧττον ὁ δῆμος ᾑρεῖτο ἐκ προκρίτων κατ᾽ ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν. oportebat in eorum vitam inquiri, antequam Magistratum capesserent; idque fiebat prius apud Quingentorum Senatum, deinde apud judices. Etenim, si τοὺς Ἀρχόντων Παρέδρους δοκιμασθῆναι ἐχρῆν ἐν τοῖς Πεντακοσίοις, εἶτ᾽ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, quanto magis ipsos τοὺς ἐννέα Ἄρχοντας? Sed non sinit nos [2] dubitare Pollux *loco laudato.* ἐκαλεῖτο δέ τις Θεσμοθετῶν ἀνάκρισις. ἐπηρώτα δὲ ἡ βουλή. Quod ad τὴν ἐν τῷ δικαστηρίῳ δοκιμασίαν attinet, in Lege praecipitur. Utriusque autem ἀνακρίσεως, id est, illius

1 Petitus emendat *sub Neronem*, id est, *imperante Nerone ipso: hoc enim est*, ait, *quod dicit sub Neronem, sed Graecatur,* ὑπὸ τὸν Νέρωνα. Non Graecatur hoc loco *Tertullianus*: nam Graeci hoc non dicunt ὑπὸ τὸν Νέρωνα, sed ἐπὶ τοῦ Νέρωνος. SALVIN.

Ibid. Est locus vexatus & varie ab Interpretibus expositus. *Salmasius* p. 914. in *Tertullianum* de Pallio e MS. & Edd. *Rhenani*, in quibus est *sub Neronem*, una voce legit *Subneronem*, id est, *qui ad Neronem proxime accederet*, idque secutus est *Heraldus*. *Junius* & *Marcilius* retinent *sub Nerone*, sed non convenit inter eos de sententia. Non volo, quae ab his dicta sunt, describere, ac tantum dicam mihi veram videri animadversionem *Salvini* contra Petitum. Graeci eodem modo praepositione ὑπὸ cum accusativo utuntur in designando tempore, quo Latini praepositione *sub*, v. g. ὑπὸ νύκτα *sub noctem*, ὑπ᾽ ᾠδὰς ἀλεκτρυόνων, *sub galli cantum*: sed neutri, quod sciam, ei addunt nomina hominum ea significatione, qua ὑπὸ τὸν Νέρωνα dici putat Petitus. DUKER.

2 Res clarissima est ex *Demosthene* Orat. in Leptin. p. 296., quaeque illi adscripsit *Ulpianus*.

illius quae apud Quingentorum Senatum, tum etiam, quae apud judices, eadem erant Kapita, quorum nonnulla etiam hodie leguntur.

ΑΝΑΚΡΙΣΙΣ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ.

Εἰ Ἀθηναῖοι εἰσὶν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας, καὶ τῶν δήμων πόθεν. καὶ εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος, καὶ Ζεὺς Ἑρκεῖος.

Ω ΑΝΘΡΩΠΕ, ΤΙΣ ΗΝ ΣΟΙ ΠΑΤΗΡ; ΕΜΟΙ Ο ΔΕΙΝΑ. ΟΙΚΕΙΟΙ ΤΙΝΕΣ ΕΙΝΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΥΣΙΝ ΑΥΤΩι; ΠΑΝΥ ΓΕ, ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΓΕ ΟΙ ΔΕΙΝΑ, ΑΝΕΨΙΟΙ. ΕΙΤΑ ΟΙ ΔΕΙΝΑ ΑΝΕΨΙΑΔΟΥΣ. ΕΙΤΑ ΟΙ ΔΕΙΝΑ, ΟΙΣ ΗΡΙΑ ΤΑΥΤΑ. ΕΙΤΑ ΦΡΑΤΟΡΕΣ. ΕΙΤΑ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΠΑΤΡΩιΟΥ ΚΑΙ ΔΙΟΣ ΕΡΚΕΙΟΥ ΓΕΝΗΤΑΙ. ΕΙΤΑ ΟΙ ΔΗΜΟΤΑΙ ΠΟΛΛΑΚΙΣ ΑΥΤΟΝ ΔΕΔΟΚΙΜΑΣΘΑΙ ΚΑΙ ΑΡΧΑΣ ΑΡΞΑΙ, ΚΑΙ ΑΥΤΟΥ ΔΙΕΨΗΦΙΣΜΕΝΟΙ ΦΑΙΝΟΝΤΑΙ.

[1] Ω ΑΝΘΡΩΠΕ, ΤΙΣ ΗΝ ΣΟΙ ΜΗΤΗΡ; ΕΜΟΙ Η ΔΕΙΝΑ.

ΟΙΚΕΙΟΙ ΤΙΝΕΣ ΕΙΝΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΥΣΙΝ ΑΥΤΗι; ΠΑΝΥ ΓΕ, ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΓΕ ΟΙ ΔΕΙΝΑ ΑΝΕΨΙΟΙ. ΕΙΤΑ ΟΙ ΔΕΙΝΑ ΑΝΕΨΙΑΔΟΥΣ. ΕΙΤΑ ΟΙ ΦΡΑΤΟΡΕΣ ΤΩΝ ΟΙΚΕΙΩΝ ΑΥΤΗΣ ΚΑΙ ΔΗΜΟΤΑΙ.

Εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσι.

Εἰ ἐστρατεύοντο ὑπὲρ τῆς πατρίδος.

Εἰ τὸ τίμημά ἐστιν αὐτοῖς.

Εἰ ἀφελεῖς.

EXAMEN NOVEM VIRORUM. 337.

An ab abavis utrinque cives essent Athenienses, & ex quo populo; an illis esset Apollo patrius, & Jupiter [1] Hercaeus, necne.

Heus tu, quis tibi pater est? Mihine? Ille. Quinam de cognatione testimonium illi dicunt? Multi: primum quidem, hi patrueles; deinde hi patruelium filii: deinde hi, quibus sepulchri jus cum illo commune est: deinde Apollinis Patrii & Jovis Hercaei Genetae: deinde Phratores; deinde populares, qui illi saepius suis suffragiis Magistratus commiserunt, atque approbarunt.

Heus tu, quae tibi mater est? Mihine? Haec.

Quinam de cognatione testimonium illi dicunt? Multi: primum quidem hi, patrueles: deinde hi, patruelum filii: deinde Phratores & populares cognatorum ejus.

An parentes honorarint, necne.

An pro patria militarint, necne.

An census sit illis, necne.

An integri corporis essent, necne.

Kapita ista habes apud Pollucem *loco laudato*: Ἀρχόντων Ἀθήνησιν ὀνόματα, οἱ ἐννέα Ἄρχοντες, εἰσὶ δὲ ὁ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπώνυμος Ἄρχων, Βασιλεὺς, Πολέμαρχος, καὶ Θεσμοθέται ἕξ. ἐκ τούτων γὰρ οἱ ἐννέα Ἄρχοντες συμπληροῦνται. ἐκαλεῖτο δέ τις Θεσμοθετῶν ἀνάκρισις, εἰ Ἀθηναῖοι εἰσὶν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας, καὶ τῶν δήμων πόθεν. καὶ εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος, καὶ Ζεὺς Ἑρκεῖος, καὶ εἰς τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσι. καὶ εἰ ἐστρατεύοντο ὑπὲρ τῆς πατρίδος. καὶ εἰ τὸ τίμημά ἐστιν αὐτοῖς. ἐπηρώτα δὲ ἡ βουλή. Laudat quoque Demosthenes ἐν τῇ ἐφέσει πρὸς Εὐβουλίδην ex Eurythei persona, qui ita judices alloquitur [*p.* 715.] ἀναμνήσθητε δ' ἐκεί-

1 Immo *Herceus* & *Jovis Hercei.* Ζεὺς Ἑρκεῖος. SALVIN.
Ibid. Vide *Heinsium* ad Ovidii Epist. Did. vs. 113. Pravam scripturam etiam postremus Editor *Virgilii* dedit in *Servio* ad II. Aeneid. 469. & 506. DUKER.

838. ἐκείνων, καὶ θεάσασθε, ὡς πολλὰ καὶ δίκαια ἔχων πρὸς ὑμᾶς ἥκω. ὥσπερ γὰρ τοὺς Θεσμοθέτας ἀνακρίνετε, ἐγὼ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐμαυτὸν ὑμῖν ἀνακρίνω. Ω ΑΝΘΡΩΠΕ, ΤΙΣ ΗΝ ΣΟΙ ΠΑΤΗΡ; ΕΜΟΙ ΤΟΥΚΡΙΤΟΣ. ΟΙΚΕΙΟΙ ΤΙΝΕΣ ΕΙΝΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΥΣΙΝ ΑΥΤΩι; ΠΑΝΥ ΓΕ, ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΓΕ. τέταρες ΑΝΕΨΙΟΙ. ΕΙΤΑ ΑΝΕΨΙΑΔΟΥΣ. εἶτα οἱ τὰς ἀνεψιὰς λαβόντες αὐτῶν. ΕΙΤΑ ΦΡΑΤΟΡΕΣ, ΕΙΤΑ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΠΑΤΡΩιΟΥ ΚΑΙ ΔΙΟΣ ΕΡΚΕΙΟΥ ΓΕΝΗΤΑΙ. ΕΙΤΑ ΟΙΣ ΗΡΙΑ ΤΑΥΤΑ. ΕΙΤΑ ΟΙ ΔΗΜΟΤΑΙ ΠΟΛΛΑΚΙΣ ΑΥΤΟΝ ΔΕΔΟΚΙΜΑΣΘΑΙ ΚΑΙ ΑΡΧΑΣ ΑΡΞΑΙ, ΚΑΙ ΑΥΤΟΙ ΔΙΕΨΗΦΙΣΜΕΝΟΙ ΦΑΙΝΟΝΤΑΙ. τὰ μὲν τοίνυν περὶ τοῦ πατρὸς, πῶς ἄν ὑμῖν δικαιότερον, ἢ καθαρώτερον ἀποδείξαιμι; καλῶ δὲ ὑμῖν τοὺς οἰκείους, εἰ βούλεσθε. τὰ δὲ περὶ τῆς μητρὸς ἀκούσατε. ΕΜΟΙ γὰρ ἐστι μήτηρ; ΝΙΚΑΡΕΤΗ ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ ΜΕΛΙΤΕΩΣ. ΤΑΥΤΗΣ ΤΙΝΕΣ ΟΙΚΕΙΟΙ ΜΑΡΤΥΡΟΥΣΙ. πρῶτον μὲν ἀδελφιδοῦ δύο υἱοί. ΕΙΤΑ ΑΝΕΨΙΟΙ αὐτῆς· εἶτα οἱ Πρωτομάχου υἱεῖς τοῦ λαβόντος τὴν ἐμὴν μητέρα πρότερον· εἶτα ὁ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν τὴν ἐκ Πρωτομάχου γήμας Εὔνικος Χολαργεύς· εἶτα υἱὸς τῆς ἀδελφῆς, ἀλλὰ μὴν καὶ ΦΡΑΤΟΡΕΣ ΤΩΝ ΟΙΚΕΙΩΝ ΑΥΤΗΣ ΚΑΙ ΔΗΜΟΤΑΙ. ταῦτα μεμαρτυρήκασι. & paullo post, ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασαὶ, τοὺς ἐννέα Αρχοντας ἀνακρίνεται, εἰ γονέας εὖ ποιοῦσιν. Dicitur quidem haec ἀνάκρισις Thesmothetarum, quae revera est omnium Novemvirorum: itaque quae refert Pollux dici solita ἐν τῇ ἀνακρίσει Thesmothetarum, εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσι, usurpari scribit Demosthenes ἐν τῇ τῶν ἐννέα Αρχόντων ἀνακρίσει. Praeterea *in Scholiis* Aristophanis legimus *ad Nubes* [vs. 1470.] ὡς πρόγονον οὖν αὐτὸν, *Apollinem Patrium*, ἐτίμων καὶ οἱ Αρχοντες ὅτε ἐχειροτονοῦντο, sive ἐδοκιμάζοντο, quia scilicet interrogabantur, εἰ Απόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος. quod factum quoque notat Pollux. Sed singula Kapita paucis expendamus.

Primo interrogabantur, an utrinque ab abavis usque cives essent Athenienses, necne: εἰ Αθηναῖοί εἰσιν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας. atque ad istud Kaput referendum est, quod interrogantur, ex quo sint populo, τῶν δήμων πόθεν, itemque an illis esset Apollo Patrius, & Jupiter Hercaeus, necne: εἰ Απόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος, καὶ Ζεὺς Ερκεῖος. Nam quibus non erat Apollo Patrius; aut Jupiter Hercaeus, peregrini & advenae censebantur: de Apolline quidem Scholiastes Comici *loco laudato*: ὡς πρόγονον οὖν αὐτὸν, *Apollinem Patrium*, ἐτίμων καὶ οἱ Αρχοντες ὅτε ἐχειροτονοῦντο. ἐκ γὰρ τοῦ μὴ εἰδέναι ξένοις αὐτοὺς ἐνόμιζον. Nam, ut inquit Comicus [*Avib.* vs. 1525.]

— οὐκ εἰσὶ βάρβαροι, id est, adscriptitii,
ὅθεν ὁ Πατρῷος ἐστιν.

De Jove vero Hercaeo Harpocration e Dinarcho, Hyperide, & Demetrio, docens illis licere ad Rempublicam accedere, quibus sit Jupiter Hercaeus: Ερκεῖος Ζεὺς, Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Μοσχίωνος, εἰ Φράτορες αὐτῷ καὶ βωμοὶ Διὸς Ερκείου, καὶ Απόλλωνος Πατρῴου εἰσίν. ὅτι δὲ τούτοις μετῆν τῆς πολιτείας οἷς εἴη Ζεὺς Ερκεῖος, δεδήλωκε καὶ Υπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ δημοποιήτου, εἰ γνήσιος, καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς περὶ τὴν ἐν Αθήναις νομοθεσίαν. Videnturque ii, qui in *Phratorum* album referebantur, ad *Apollinis Patrii* & *Jovis Hercaei* adducti fuisse. Demosthenes *loco laudato* [p. 719.] ἀλλὰ παιδίον

ὄντα

ὄντα μὲν εὐθέως ἦγον εἰς τοὺς Φράτορας, εἰς Ἀπόλλωνος Πατρῴου ἦγον, εἰς τἄλλα ἱερά, unde in his, quae jam ante descripsimus: ΕΙΤΑ ΦΡΑΤΟΡΕΣ, ΕΙΤΑ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΠΑΤΡΩΟΥ ΚΑΙ ΔΙΟΣ ΕΡΚΕΙΟΥ ΓΕΝΗΤΑΙ. Atque ista quidem prioribus seculis ita fuere: nam postea jus istud 239.
mutavit, datumque est civium adscitorum liberis cive matre genitis τῶν ἐννέα Ἀρχόντων γενέσθαι, ut e Lege dandae civitatis constat. Quin etiam tandem adscriptis civibus id concessum fuisse colligo e Plutarcho, qui civitate Atheniensi donatus est, & relatus in Tribum *Leontidem*, ut ipse testatur συμποσιακῶν *Libro I. Problemate* 10. nam Plutarchus ipse Archon creatus est, ut scribit ejusdem Operis *Libro II. Problemate ultimo*, nam ita habent Codices, quibus usus est vernaculus noster Interpres voce una auctiores vulgatis: ὅτε τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἦρχον Ἀθήνησιν.

Secundum Kaput ἀνακρίσεως spectat cultum parentibus exhibitum: [1] εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιεῖ. Neque enim qui in parentes impius est, potest in patriam bene affectus censeri.

Tertium Kaput est, εἰ ἐστρατεύοντο ὑπὲρ τῆς πατρίδος, vertimus, *An pro patria militaverint, necne*: non enim pro comperto habemus, utrum intelligant de omnibus stipendiis legitime confectis: nam omnia non meruerant stipendia ante quadragesimum aetatis annum: quod si hoc modo de omnibus stipendiis accipiendum est, nonnisi post annum aetatis quadragesimum poterant sorte capi Novemviri.

Quarto interrogabantur, εἰ τὸ τίμημά ἐστιν αὐτοῖς. *An census sit illis, necne.* Intelligit autem Legislator τῶν Πεντακοσιομεδίμνων censum. Nam cum Theseus Magistratus esse voluisset penes nobiles & potentiores, *Novemviri* maxime e nobilibus sorte capti: hinc Hieronymus *in Chronicis*: *Novem Principes ex nobilibus Urbis electi praefuerunt annuo imperio Reipublicae.* Haec vestigia legens Solon Πεντακοσιομεδίμνοις voluit τὰς ἀρχὰς ἀπολιπεῖν. Unde Demetrius Phalereus in Libro, cui titulum fecit *Socrati*, ubi de Aristide Lysimachi F. sermo est [apud Plut. *Aristid. princip.*] existimat esse τεκμήριον τῆς περὶ τὸν οἶκον εὐπορίας, τήν Ἐπώνυμον ἀρχήν, ἣν ἦρξε τῷ κυάμῳ λαχών, ἐκ τῶν γενῶν τῶν τὰ μέγιστα τιμήματα κεκτημένων, οὓς Πεντακοσιομεδίμνους προσηγόρευον. Quanquam hic ipse Aristides postea suo Psephismate cavit κοινὴν εἶναι τὴν πολιτείαν, καὶ τοὺς Ἄρχοντας ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἱρεῖσθαι, nulla census, nulla τῆς εὐγενείας habita ratione. Sed mox ἡ πάτριος ἀπὸ τιμήματος πολιτεία revocata est.

Quintum Kaput descripsit Auctor *Etymologici*: ΕΙ ΑΦΕΛΕΙΣ. *An integri corporis essent, necne.* Id quidem de *Rege* tantum in uno e Novemviris scribit Grammaticus: καὶ οἱ Βασιλεῖς ἐδοκιμάζοντο Ἀθήνησιν, [2] ΕΙ ΑΦΕΛΕΙΣ. addit ἢ ὁλόκληροι, quod est glossema prioris vocis, est enim ΑΦΕΛΗΣ, ὁ ὑγιὴς τὸ σῶμα καὶ ὁλόκληρος παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις. Sed id tamen de omnibus Novemviris intelligendum esse constat, ex eo quod in bello mutilati, quos ἀδυνάτους Athenienses dixerunt, non poterant sorte capi Novemviri, τῶν ἐννέα Ἀρχόντων γενέσθαι. Lysias ἐν τῷ πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν περὶ τοῦ μὴ

1 Addi hic debuerat praeclarus *Dinarchi* locus ex Orat. in Aristog. p. 107. Περὶ δὲ τίνων, ἀνακρίναντες τοὺς τῶν κοινῶν τι μέλλοντας διοικεῖν, τίς ἐστιν ὁ ἄλλος τρόπος; ΕΙ ΓΟΝΕΑΣ ΕΥ ΠΟΙΕΙ, ΕΙ ΤΑΣ ΣΤΡΑΤΕΙΑΣ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΣΤΡΑΤΕΥΤΑΙ, ΕΙ ΙΕΡΑ ΠΑΤΡΩΙΑ ΕΣΤΙΝ, ΕΙ ΤΑ ΤΕΛΗ ΤΕΛΕΙ; Nimirum & id rogabantur, utrum parentum suorum tumulos, uti oportebat, ornarent. Xenophon Memor. L. II. p. 587. Καὶ ἐάν τις τῶν γονέων τελευτησάντων τοὺς τάφους μὴ κοσμῇ, καὶ τοῦτο ἐξετάζει ἡ πόλις ἐν ταῖς τῶν ἀρχόντων δοκιμασίαις.

2 Vide superius L. I. Tit. 2, II.

μὴ δίδοσθαι τῷ Ἀδυνάτῳ ἀργύριον [C. 5.] τοσοῦτον δὲ διενήνοχεν ἀναισχυντίᾳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων, ὥστε ὑμᾶς πειρᾶται πείθειν, τοσούτους ὄντας εἷς ὤν, ὡς οὐκ εἰμὶ τῶν Ἀδυνάτων ἐγώ, καίτοι εἰ τοῦτο πείσει τινὰς ὑμῶν, ὦ βουλή, τί με κωλύει κληροῦσθαι τῶν ἐννέα Ἀρχόντων. & paulo post: οἱ δὲ, ὡς Ἀδύνατον ὄντα, κληροῦσθαι κωλύσουσιν. & infra ex Ἀδυνάτου persona. ἐπειδὴ γὰρ, ὦ βουλή, τῶν μεγίστων ἀρχῶν ὁ δαίμων ἀπεστέρησεν ἡμᾶς. & ibidem: πῶς οὖν οὐκ ἂν δικαιότατος εἴην, εἰ τῶν μὲν καλλίστων καὶ μεγίστων διὰ τὴν συμφορὰν ἀπεστερημένος εἴην. Neque enim a capessendo
240. hoc Magistratu, quod paupertate premantur ἐντὸς τριῶν μνῶν κεκτημένοι tantum, arcentur, sed quia sunt τὸ σῶμα πεπηρωμένοι, quod manifesto indicant ista Lysiae verba: οὐ γὰρ δή που τὸν αὐτὸν ὑμεῖς μὲν ὡς δυνάμενον ἀφαιρήσεσθε τὸ διδόμενον, οἱ δὲ, ὡς Ἀδύνατον ὄντα, κληροῦσθαι κωλύσουσιν. Sensus est: non aequum esse, ut qui fraudatur pecunia, quae τοῖς Ἀδυνάτοις secundum Leges e publico dabatur, ὡς ὑγιαίνων καὶ τῷ σώματι δυνάμενος; prohibeatur κληροῦσθαι τῶν ἐννέα Ἀρχόντων, quia scilicet Ἀδύνατος, καὶ ἀνάπηρος est: neque hic quicquam περὶ εὐπορίας ἢ ἀπορίας, sed tantum περὶ τοῦ τῷ σώματι δύνασθαι, ἢ εἶναι τῶν Ἀδυνάτων. Negabant enim hunc, cui Orationem scripsit Lysias, εἶναι τῶν Ἀδυνάτων, ne pecuniam e publico acciperet: at rursum fatebantur Ἀδύνατον esse, id est, πεπηρωμένον τὸ σῶμα, ne posset κληροῦσθαι τῶν ἐννέα Ἀρχόντων, additque se διὰ τὴν συμφορὰν ἀπεστερημένον τῶν ἐννέα Ἀρχόντων.

XX. Approbati a Senatu, itemque a judicibus Novemviri, jurabant in Leges, se eas esse observaturos: si secus fecissent, auream statuam suam pensuros esse.

ΟΡΚΟΣ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ.	JUSJURANDUM NOVEMVIRORUM.
Συμφυλάξειν τοὺς νόμους, ἢ χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀποτίσαι ἰσομέτρητον.	*Leges observabo; si secus fecero, auream statuam meam aequi ponderis pendam.*

Habes apud Pollucem *Libro VIII. cap.* 9. qui docet quibus in locis ab illis jurari sit solitum: ὤμνυον δὲ οἱ Θεσμοθέται πρὸς τῇ Βασιλείῳ Στοᾷ, ἢ ἐπὶ τοῦ λίθου, ἐφ' ᾧ τε συμφυλάξειν τοὺς νόμους, ἢ χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀποτίσαι. εἶτα ἐντεῦθεν εἰς Ἀκρόπολιν ἀνελθόντες ὤμνυον ταῦτα. Plutarchus *in Solone* [*p.* 92. *B.*] ἴδιον ὤμνυεν ὅρκον ἕκαστος τῶν Θεσμοθετῶν ἐν ἀγορᾷ πρὸς τῷ λίθῳ καταφατίζων, εἴ τι παραβαίη τῶν θεσμῶν, ἀνδριάντα χρυσοῦν ἰσομέτρητον ἀναθήσειν ἐν Δελφοῖς. Ubi vides & id a Solone fuisse institutum, & statuam Delphis fuisse ponendam, quod etiam dixit Platonicus *Phaedrus* [*p.* 235. *D.*] e quo praeterea discimus, non tantum Thesmothetarum, sed omnium etiam Novemvirorum fuisse jusjurandum: καὶ σοὶ ἐγὼ, ὥσπερ οἱ ἐννέα Ἄρχοντες, ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσειν.

XXI. Tantam honestatis curam his Novemviris voluit esse Solon, ut si quis Archon vino se ingurgitaverit, capital ei fuerit, ex hac Lege:

Τῷ Ἄρχοντι, ἂν μεθύων ληφθῇ, θάνατος ἔστω ἡ ζημία.	*Si Archon vino madere deprehensus fuerit, capital esto.*

Legem hanc refert Diogenes Laërtius *in Solone* [*segm.* 57.] Quamvis autem Legis

Legis hujus verba ad quosvis Magistratus spectare videantur, proprie tamen Legem hanc Archonti τῷ Ἐπωνύμῳ, qui Fastos signabat, scripsisse nobis videtur Solon: Nam πρὸς Ἄρχοντα τὸν Ἐπώνυμον λαγχάνονται δίκαι παρανοίας, ut docet Julius Pollux *Libro VIII. cap.* 9. Quare non oportebat, ut in illum jactaretur istud e veteri Tragoedia:

ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

XXII. Ne quis vero his Novemviris injurius esset, Lege sanxerunt, nam si quis fecisset, ignominiosus erat:

Ἐὰν Θεσμοθέτην, ἢ Ἄρχοντα [1] ἐστεφανωμένον, ἢ τινα τούτων, οἷς ἂν ἡ πόλις τινὰ ἄδειαν, ἢ στεφανηφορίαν, ἢ τινὰ τιμὴν δῷ, ὑβρίσῃ τις, ἢ πατάξῃ, ἢ κακῶς εἴπῃ, ἄτιμος ἔστω καθάπαξ.

Si quis Thesmothetam, aut Archontem coronatum, aut aliquem eorum, quibus civitas aut immunitatem ali- 241.
quam, aut coronam ferre, aut honorem aliquem concessit, contumelia affecerit, aut pulsaverit, aut maledixerit, ignominiosus esto.

Legem laudat Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Μειδίου [*p.* 327.] docetque ita severe animadversum fuisse, quia civitati proprie, non privato alicui, fiebat injuria: ὅτι τοὺς νόμους ἤδη ὁ τοῦτο ποιῶν προσυβρίζει, καὶ τὸν ὑμέτερον κοινὸν στέφανον, καὶ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα· ὁ γὰρ Θεσμοθέτης, οὐδενὸς ἀνθρώπων ἐστ' ὄνομα, ἀλλὰ τῆς πόλεως.

XXIII. Lege tenebatur *Rex* uxorem civem atque virginem ducere:

Τὴν τοῦ Βασιλέως γυναῖκα ἀστὴν εἶναι, καὶ παρθένον γαμεῖν.

Regis uxor civis esto, virgoque ei nubito.

Idque sancitum est propter ea, quae cum uxore sua *Rex* curabat, sacra, ne quid secus, & praeter ritus patrios in iis fieret. Lex autem perscripta erat in columna lapidea juxta aram Bacchi ἐν Λίμναις. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [*p.* 737.] ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς συνῴκισεν αὐτοὺς καὶ δημοκρατίαν ἐποίησε, καὶ ἡ πόλις πολυάνθρωπος ἐγένετο, τὸν μὲν βασιλέα οὐδὲν ἧττον ὁ δῆμος ἡρεῖτο ἐκ προκρίτων κατ' ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν. τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ νόμον ἔθετο ἀστὴν εἶναι καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν, ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύηται τὰ ἄρρητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὰ νομιζόμενα γίγνηται τοῖς θεοῖς εὐσεβῶς, καὶ μηδὲν καταλύηται μηδὲ καινοτομῆται. καὶ τοῦτον τὸν νόμον γράψαντες ἐν στήλῃ λιθίνῃ, ἔστησαν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου παρὰ τὸν βωμὸν ἐν Λίμναις. Tenebatur quisquis *Rex* erat, si maritus fieret intra τῆς ἀρχῆς annum, uxorem ducere civem, quod illi cum ceteris omnibus Atheniensibus commune erat, & praeterea virginem illibatam: aut si jam maritus esset, in *ἀνακρίσει* interrogabatur an civem & virginem in uxorem duxisset.

XXIV. Quemadmodum Novemviri antequam assumerentur ad Magistratum illum, de omni retrorsus vita acta causam dicere solebant, quod si nullam dedecoris labem perpetua innocentia contraxisse videbantur, ad τὴν ἀρχὴν adsumebantur. Deinde Magistratus gesti causam dicentes, rationesque ferentes, si tum quoque innocentes usquequaque apparuissent, ad Areopagiticum Senatum conscribebantur, Solonis Lege:

Τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ Βουλὴν εἶναι ἐκ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν Ἀρχόντων.

In Senatum Areopagiticum Novemviri cooptantor.

Habes

[1] Hoc de more *Pollux* L. VIII. segm. 86. & *Alciphron* L. II. Epist. 3. p. 282.

Habes apud Plutarchum *in Solone* [*p.* 88. *D.*] Συνεστάμενος δὲ τὴν ἐν Αρείῳ πάγῳ Βουλὴν ἐκ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν Αρχόντων, ἧς διὰ τὸ ἄρξαι καὶ αὐτὸς μετεῖχεν. Rursum *in Pericle* [*p.* 157. *A.*] ἐχρῆτο κατὰ τῆς ἐξ Αρείου πάγου Βουλῆς, ἧς αὐτὸς οὐ μετεῖχε, διὰ τὸ μήτ' Αρχων, μήτε Θεσμοθέτης, μήτε Βασιλεὺς, μήτε Πολέμαρχος λαχεῖν. αὗται γὰρ αἱ ἀρχαὶ κληρωταί τε ἦσαν ἐκ παλαιοῦ, καὶ δι' αὐτῶν οἱ δοκιμασθέντες ἀνέβαινον εἰς Αρειον πάγον. Pollux *Libro VIII.* οἱ δὲ ἐννέα Αρχοντες οἱ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, μετὰ τὸ δοῦναι τὰς εὐθύνας ἀεὶ τοῖς Αρειοπαγίταις προσετίθεντο. Aliis placet sex tantum Thesmothetas post exactum sui Magistratus tempus, in Areopagitarum consilium quotannis adoptari. Libanius *in Androtianae Argumento*: δευτέρα διαφορὰ, ὅτι ἡ μὲν τῶν Πεντακοσίων Βουλὴ ἀριθμῷ ὑποπίπτει ὡρισμένῳ· ἡ δὲ ἐν Αρείῳ πάγῳ, ἀορίστῳ· ὡς γάρ τινες τῶν ῥητόρων λέγουσι, κατ' ἔτος οἱ ἐννέα Αρχοντες αὐτῇ προσετίθεντο· ὡς δέ τινες,
242. ὅτι καὶ ἐξ μόνοι Θεσμοθέται. οἱ δὲ ἐννέα Αρχοντες, ἐνιαυτὸν μόνον ἦρχον, περὶ τῆς ἀρχῆς κρινόμενοι περὶ τοῦ περιλαβόντος παντὸς βίου. καὶ εἰ μὲν εὑρέθησαν ἐν πᾶσι δίκαιοι, ἦρχον τὸν ἐνιαυτόν. εἶτα πάλιν μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκρίνοντο, εἰ καλῶς ἐν αὐτῷ ἦρξαν, καὶ εἰ δικαίως ὤφθησαν ἄρξαντες, προσετίθεντο τῇ Βουλῇ τῶν Αρεοπαγιτῶν. καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὑποπίπτει ἀριθμῷ. εἰ δὲ μὴ ἐξεβάλλοντο. Certo igitur numero Areopagitae circumscribi non possunt: quanquam quot sint singulis annis dici possit, quemadmodum in veteri illa Inscriptione, quam descripsit Volaterranus: ΤΩι ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩι ΑΝΘΥΠΑΤΩι ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ ΡΟΥΦΩι ΦΑΙΣΤΩι ΚΑΙ ΑΡΕΙΟΠΑΓΙΤΗι, Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ [1] ΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ, ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ Ο ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΕΥΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΕΝΕΚΑ. Neque enim perpetuum hunc esse trecentorum Areopagitarum numerum docet Inscriptio, sed hoc tantum, eo, quo scripta positaque est haec Inscriptio, anno *Areopagitas* trecentos fuisse, quod sane mirandum est: *Festus* autem hic etiam inter *Areopagitas*, ac proinde de *Novemviris* unus, quia adscripti cives sortiebantur τῶν ἐννέα Αρχόντων γενεάς. At vero locus e *Scholiis* ad Aeschyli *Eumenidas* [*vs.* 746.] duplici in mendo cubat, quorum unum est Scholiorum scriptoris, alterum descriptoris: ita editur: ὁ ἀριθμὸς τῶν Αρεοπαγιτῶν λ' καὶ εἷς. Mutavit librarius τὸ ν' in τὸ λ' facili lapsu, itaque rescribendum est: ὁ ἀριθμὸς τῶν Αρεοπαγιτῶν ν' καὶ εἷς. atque hoc librarii peccatum est; auctoris vero, quod *Areopagitas* dicat, qui *Ephetae* sunt, nam *Ephetae* erant quinquaginta & unus. Pollux: Εφέται, τὸν μὲν ἀριθμὸν, εἷς καὶ πεντήκοντα. Nisi dicamus, quod fortasse verius est, in hoc Orestis judicio, sedisse tantum triginta & unum Areopagitas:

> ἐκβάλλεσθ' ὡς τάχιστα τευχέων πάλον,
> ὅσοις δικαστῶν τοῦτ' ἐπέσταλται τέλος.

ὁ ἀριθμὸς τῶν Αρεοπαγιτῶν λ' καὶ εἷς. Non enim omnes semper Areopagitae in omnibus caussis jus dicebant, sed quidam ex illis tantum, quemadmodum in aliis Tribunalibus factum est: itaque in caussa Orestis sedisse finguntur Areopagitae triginta & unus tantum. *Areopagitarum* Magistratus erat perpetuus; neque quisquam hoc Senatu movebatur, qui non grande & inexpiabile admisisset nefas. Libanius *loco laudato*: ἡ τῶν Αρεοπαγιτῶν Βουλὴ ἦν ἀδιάδοχος, εἰ μὴ γάρ τις ἥμαρτε μεγάλως, οὐκ ἐξεβάλλετο. Auctorem hujus Senatus

1 Neglecta sunt vocabula ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ, quae inserta videbis apud *Gruter.* Thes. p. CCCCLXIV. Nihil ergo haec ad trecentos Areopagitas.

tus Solonem facit Cicero *Libro I. de Officiis* [C. 22.] *Quamvis enim Themistocles jure laudetur, & sit ejus nomen, quam Solonis, illustrius, citeturque Salamis clarissimae testis victoriae, quae anteponatur consilio Solonis, ei, quo* primum constituit Areopagitas, *non minus praeclarum hoc, quam illud, judicandum est.* Argumento est, quod nusquam *Areopagitarum* meminerit Draco in suis Legibus. Plutarchus *in Solone* [p. 88. E.] οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου Βουλὴν (ὥσπερ εἴρηται) Σόλωνα συστήσασθαί φασι, καὶ μαρτυρεῖν αὐτοῖς μάλιστα δοκεῖ τὸ μηδαμοῦ τὸν Δράκοντα λέγειν μηδ᾽ ὀνομάζειν Ἀρεοπαγίτας, ἀλλὰ τοῖς Ἐφέταις ἀεὶ διαλέγεσθαι περὶ τῶν φονικῶν. At vero Aristoteles *Libro II. Politic.* extremo affirmat ante Solonem fuisse *Areopagitarum* Senatum, sed & ipse Solon Lege octava Axonis tertii decimi auctor est omni exceptione major *Areopagitas* jam ante ordinatam a se Rempublicam fuisse, & δίκας φόνου judicasse. Plutarchus *ibid.* ὁ δὲ τρισκαιδέκατος Ἄξων τοῦ
Σόλωνος τὸν ὄγδοον ἔχει τὸν νόμον οὕτως αὐτοῖς ὀνόμασι γεγραμμένον. 243
Ἀτίμων ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι, ἐπιτίμους εἶναι, πλὴν ὅσοι ἐξ Ἀρείου πάγου καταδικασθέντες ἐπὶ φόνῳ ἔφυγον, ὅτε θεσμὸς ἐφάνη ὅδε. Cur enim meminisset Solon eorum, qui *Areopagitarum* sententia solum verterant propter caedem, si *Areopagitarum* Senatus ante Solonem non fuisset? ταῦτα δὴ πάλιν ὡς πρὸ τῆς Σόλωνος ἀρχῆς καὶ νομοθεσίας τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν οὖσαν ἐνδείκνυται. τίνες γὰρ ἦσαν οἱ πρὸ Σόλωνος ἐν Ἀρείῳ πάγῳ καταδικασθέντες, εἰ πρῶτος Σόλων ἔδωκε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ τὸ κρίνειν; Sed facile ista conciliari possunt, meo judicio. Nam ante Draconis νομοθεσίαν *Areopagitae* de caede judicia reddiderunt, ut e laudata Solonis Lege constat, neque enim tantum est a Draconis Praetura ad illam Solonis intervallum, ut superesse non potuerint, suas scribente Leges Solone, qui, antequam Draco Leges ferret, ab *Areopagitarum* Senatu caedis damnati fuerant. [1] Draco vero, *Ephetis* constitutis, omne *Areopagitis* abrogavit imperium, nec illi, quamdiu Legibus Draconis stetit Respublica, de caede judicia reddiderunt: itaque soli *Ephetae* in quinque illis tribunalibus, de quibus suo loco, Deo dante, dicemus, jus dicebant. Pollux: Ἐφέται, τὸν μὲν ἀριθμὸν εἷς καὶ πεντήκοντα· Δράκων δ᾽ αὐτοὺς κατέστησεν ἀριστίνδην αἱρεθέντας. ἐδίκαζον δὲ τοῖς ἐφ᾽ αἵματι διωκόμενος, ἐν τοῖς πέντε δικαστηρίοις. Sed Solon vetus jus restituit, & *Areopagitas* cum *Ephetis* voluit de caede judicia reddere: addit Pollux, Σόλων δ᾽ αὐτοῖς προσκατέστησε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν. Itaque quasi de novo primumque constituisse hunc *Areopagitarum* Senatum Solon videtur. Adde quod primus, puto, cum συνέστησε ἐκ τῶν κατ᾽ ἐνιαυτὸν Ἀρχόντων, constituit ex annuis Novemviris.

XXV. Item voluit Lege hunc Senatum *Areopagitarum* suo regere consilio Rempublicam Atheniensium, ut Leges, ut majorum instituta serventur:

Τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ Βουλὴν εἶναι ἐπίσκοπον πάντων, καὶ φύλακα τῶν νόμων.	*Senatus Areopagi Rempublicam consilio suo regito, Legesque servato.*

Laudat Plutarchus *in Solone*: τὴν δ᾽ ἄνω Βουλὴν, Areopagi scilicet, ἐπίσκοπον πάντων, καὶ φύλακα τῶν νόμων ἐκάθισεν. Apud Andocidem ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων [p. 11.] in Psephismate, quod factum est post exactos Triginta Tyrannos: ἐπειδὰν δὲ τεθῶσιν οἱ νόμοι, ἐπιμελείσθω ἡ Βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου τῶν νόμων, ὅπως ἂν αἱ ἀρχαὶ τοῖς κειμένοις νόμοις χρῶνται.

1 Vide *Jo. Meursium* Areopag. C. 3., cui Petitus multa debet.

χρῶνται. Suidas in Ἄρειος πάγος. ἐδίκαζε δὲ καὶ τὰ φονικὰ, καὶ τὰ ἄλλα πολιτικὰ διῴκει σεμνῶς. Neque hic audiendus est Libanius *in Androtianae argumento*, qui Rempublicam nonnisi in summo ejus discrimine administrasse scribit: ἡ δὲ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ, τὰ φονικὰ μόνον δικάζει. εἰ δέ τις εἴποι, ὅτι καὶ αὕτη δημόσια διῴκει, λέγομεν ὅτι ἡνίκα μεγίστη ἀνάγκη ἐγίγνετο, τότε περὶ δημοσίων συνήγετο. Atqui nil quicquam, quod alicujus esset momenti, sive in sago, sive in toga, absque hujus *Areopagitici* Senatus auctoritate fiebat. M. Tullius *Libro de Natura Deorum II.* [C. 29.] *Ut, si quis dicat,* Atheniensium Rempublicam consilio Regi, *desit illud* Ariopagi: *sic cum dicimus, providentia mundum administrari, deesse arbitrator, Deorum.* Idem *Libro I. de Officiis* [C. 22.] *Quamvis enim Themistocles jure laudetur, & sit ejus nomen, quam Solonis, illustrius, citeturque Salamis clarissimae testis victoriae, quae anteponatur consilio Solonis, ei, quo primum constituit* Areopagitas: *non minus praeclarum hoc, quam illud, judicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit civitati: hoc consilio Leges Atheniensium, hoc majorum instituta servantur. Et Themistocles quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum juverit: at ille adjuvit Themistoclem. Est enim bellum gestum consilio Senatus ejus, qui a Solone*
244. *erat constitutus.* Itaque Isocrates ἐπιμελείας τῆς εὐκοσμίας scripsit *in Areopagitico*: οὕτω γὰρ οἱ πρόγονοι ἡμῶν περὶ τὴν σωφροσύνην ἐσπούδαζον, ὥστε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐπέστησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐκοσμίας. Hinc memorabile illud *Areopagitarum* judicium, quod retulit M. Fabius *Libro V. cap. 9. Nec mihi videntur Areopagitae cum damnaverunt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud judicasse, quam id signum esse perniciosissimae mentis, multisque malo futurae, si adolevisset.* Ad hunc quoque Senatum pertinuit cura viarum, ne quis in illis privatim quicquam aedificii extrueret, aut obstrueret. Heraclides in Fragmento *de Politiis*: Θεμιστοκλῆς καὶ Ἀριστείδης καὶ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ, πολλὰ ἐδυνάντο, καὶ τῶν ὁδῶν ἐπεμελοῦντο, ὅπως μὴ τινὲς ἀνοικοδομῶσιν αὐτὰς ἢ δρυφάκτοις ὑπερτείνωσιν. Senatus *Ariopagi* laudes e Minervae persona celebravit Aeschylus versibus, qui non tantum in ejus *Eumenidibus* [*vs.* 684. *&c.*] sed hic quoque legi merentur:

κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμὸν Ἀττικὸς λεὼς,
πρώτας δίκας κρίνοντες αἵματος χυτοῦ.
ἔσται δὲ καὶ τὸ λοιπὸν Αἰγέως στρατῷ,
αἰεὶ δικαστῶν τοῦτο βουλευτήριον.
* * 1 * * * * * *
* * * *
πάγον δ' Ἄρειον τόνδ' Ἀμαζόνων ἕδραν,
σκηνάς θ' ὅτ' ἦλθον Θησέως κατὰ φθόνον
στρατηλατοῦσαι, καὶ πόλιν νεόπτολιν
τήνδ' ὑψίπυργον ἀντεπύργωσαν τότε·
Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος
πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος· ἐν δὲ τῷ σέβας
ἀστῶν, φόβος τε συγγενὴς τὸ μὴ ἀδικεῖν
σχήσει, τό, θ' ἦμαρ, καὶ κατ' εὐφρόνην ὁμῶς,
αὐτῶν πολιτῶν μὴ 'πικαινούντων νόμους,
κακαῖς ἐπιρροαῖσι βορβόρῳ θ' ὕδωρ

λαμ-

1 Videtur Petitus asteriscis haec sejunxisse, quod deesse quaedam arbitraretur: cujus opinionis ratio non adparet. In *Aeschylo* recte cohaerent.

λαμπρὸν μιαίνων, ὕποθ' εὑρήσεις ποτόν.
τὸ μήτ' ἄναρχον μήτε δεσποτούμενον
ἀστοῖς περιστέλλουσι βουλεύω σέβειν,
καὶ μὴ τὸ δεινὸν πᾶν πόλεως ἔξω βαλεῖν·
τίς γὰρ δεδοικὼς μηδὲν, ἔνδικος βροτῶν;
τοιόνδε τοι ταρβοῦντες ἐνδίκως σέβας,
ἔρυμά τε χώρας, καὶ πόλεως σωτήριον
ἔχοιτ' ἂν οἷον οὔτις ἀνθρώπων ἔχει
οὔτ' ἐν Σκύθησιν, οὔτε Πέλοπος ἐν τόποις·
κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον,
αἰδοῖον, ὀξύθυμον εὑδόντων ὕπερ
ἐγρηγορὸς φρούρημα γῆς καθίσταμαι.
ταύτην μὲν ἐξέτειν' ἐμοῖς παραίνεσιν
ἀστοῖσιν εἰς τὸ λοιπόν. ὀρθοῦσθαι δὲ χρὴ,
καὶ ψῆφον αἴρειν καὶ διαγνῶναι δίκην,
αἰδουμένοις τὸν ὅρκον. εἴρηται λόγος.

Areopagitarum tamen majestatem ivit imminutum Pericles Ephialtis usus opera, quod testatur Aristoteles *Lib. Politic. II. extremo*: καὶ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν Ἐφιάλτης ἐκόλουσε, καὶ Περικλῆς. Plutarchus *in Pericle*, & ali- 245.
bi non semel. διὸ καὶ μᾶλλον ἰσχύσας ὁ Περικλῆς ἐν τῷ δήμῳ, κατεστασίασε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, ὥστε τὴν μὲν ἀφαιρεθῆναι τὰς πλείστας κρίσεις δι' Ἐφιάλτου.

XXVI. Adeo honeste autem atque temperanter vitam instituerunt, ut Lege caverint, ne quis ex illo Senatu *Areopagita* Comoediam, quam lascivam nimis credebant, scriberet.

Μηδένα ποιεῖν κωμῳδίας Ἀρεοπαγίτην.	*Nullus Areopagitarum Comoediam scribito.*

Descripsit hanc Legem Plutarchus *Lib. de Athenienſium Gloria* [*p.* 348. *B.*] τῶν δὲ δραματοποιῶν, τὴν μὲν κωμῳδοποιΐαν οὕτως ἄσεμνον ἡγοῦντο καὶ φορτικὸν, ὥστε νόμος ἦν, Μηδένα ποιεῖν κωμῳδίας Ἀρεοπαγίτην. Quem locum male accepit eruditus Interpres: non enim *Areopagitae* sunt, qui vetuerunt, Ne quis porro Comoediam scriberet, sed sanctum est, Ne quis *Areopagita* Comoediam scribat.

Si Comoediam autem scribere indignum visum *Areopagitarum* gravitate, quanto magis mimos agere Senatoriam dignitatem dedecebit? Itaque merito cum in Patricios scenica officia tractantes, tum in populum iis applaudentem, invehitur Juvenalis *Satyra VIII.* [*vſ.* 185.]

Conſumptis opibus vocem, Damaſippe, locaſti
Sipario, clamoſum ageres ut Phaſma Catulli,
Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Judice me, dignus vera cruce: nec tamen ipſi
Ignoſcas populo: populi frons durior hujus,
Qui ſedet, & ſpectat triſcurria Patriciorum.

Postremo hoc versu magnus Scaliger legebat,

Qui ſedet, & ſpectat tranſcurria Patriciorum.

Interpretabaturque *ludos, ad quos ex Senatu tranſibant*, idque ingratiis nuperi scriptoris, qui vulgatam lectionem tuetur: sunt enim, inquit, *triſcurria* nimiae Patriciorum scurrilitates, quibus mimos agentibus spectator adsidet populus.

Sed vulgatam lectionem destruit analogia: neque enim a voce *scurra* potest formari *scurrium*: emendatio quoque viri magni probari nobis nequit: itaque aliud quaerendum est. Emendanda igitur vox ista videtur e praecedentibus, quae nonnihil labis contraxerunt ab interpunctione: itaque locus sic est rescribendus, atque interpungendus.

Consumptis opibus vocem, Damasippe, locasti
Sipario, clamosum ageres ut Phasma: Catulli
Laureolum velox & jam bene Lentulus egit,
Judice me, dignus vera cruce: nec tamen ipsi
Ignoscas populo: populi frons durior hujus,
Qui sedet, & spectat tricharia Patriciorum.

Nemo est veterum, qui Catullo *Phasma* adscribat, si hunc excipias locum: at vero *Laureolum* mimum a Catullo fuisse compositum nemo, puto, ambigit, & testis est locupletissimus Tertullianus *Lib. adversus Valentinianos cap.* 14. cujus verba describemus, quia unice faciunt ad lucem praeferendam, & mendum tollendum e Poëtae Satyrici verbis: *Ita depulsa quo minus pergeret, nec habens*
246. supervolare crucem, *id est, Horon, quia nullum* Catulli Laureolum *fuerit exercitata, ut destituta Passioni illi suae in* tricha *multiplici perplexa, omni genere ejus cepit adfligi*: Verum ad Juvenalem redeamus. Refert cum stomacho Poëta, Patricios operam suam locasse scenae, & de nescio quo, cui nomen facit *Damasippo*, memorat, eum, ubi sua dilapidavit bona, addixisse suam operam ludicris his artibus, & mimos egisse: ac primo quidem illum, cui nomen *Phasma*, non minus quam Menandri Comoediae: an vero idem argumentum utrique fuerit, certo non possumus affirmare: primum igitur hunc mimum egit Damasippus;

Consumptis opibus vocem, Damasippe, locasti
Sipario, clamosum ageres ut Phasma:

Adeo autem profecit in agendis mimis, ut non minus perite atque bene quam *Lentulus*, cujus nomen magnum in illaudatissima hac arte, meminitque non semel B. Hieronymus & Tertullianus, egerit *Catulli* mimum, qui *Laureolus* dicebatur:

Catulli
Laureolum *velox & jam bene* Lentulus *egit*.

Mimum hunc egit bene periteque, tanquam jam alter *Lentulus*, cum tamen magna in eo agendo arte opus esset, cujus argumentum hoc est, ut e Josepho constat, σταυροῦται ληφθεὶς ἡγεμών, *crucem* autem *supervolabat*, ut e Tertulliano discimus: unde Juvenali *velox* dicitur egisse *Laureolum*. Cruciarii autem destituebantur in *tricha*, ut docet Tertullianus, quo in numero cum fuerit *Laureolus*, etiam destitutus fuerat in *tricha*, a qua voce [*] *tricharia* formavit Juvenalis, quae a populo spectari dixit,

Qui videt, & spectat tricharia *Patriciorum.*

Quia spectabant cruciarium *Laureolum* in *tricha* destitutum. Verum, age, cum tam commoda se offerat occasio, gratiam ineamus a Josepho & Suetonio, illorum locis, ubi agunt de Caji caede, vel emendatis, vel illustratis. Suetonius prodigia referens, quae eo ipso, quo caesus est, die acciderunt [*in Cajo* C. 57.] *Pantomimus Mnester Tragoediam saltavit, quam olim Neoptolemus Tragoedus ludis, quibus Rex Macedonum Philippus occisus est, egerat. Et cum in* Laureolo *mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem vomuit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundavit.* Josephus *Lib. XIX.* [C. 1, 13.] ἐνθάδε καὶ σημεῖα δύο γίνεται. καὶ γὰρ Μῖμος εἰσάγεται, καθ᾽ ὃν σταυροῦται ληφθεὶς ἡγεμών, ὅ, τε ὀρχηστὴς δρᾶμα εἰσάγει Κινύραν,

ἐν

[*] Operae pretium fecisset Petitus, si novam vocem diligentius explicuisset & firmasset. Eam explodit *Ferrarius* Elect. II, 11. Adde *Is. Vossium* ad *Catullum* p. 56.

ὃν δὲ αὐτός τε ἐκτείνετο, καὶ ἡ θυγάτηρ Μύῤῥα, αἷμά τε ἦν τεχνητὸν πολὺ καὶ τὸ περὶ τὸν σαυρωθέντα ἐκκεχυμένον, καὶ τὸ περὶ τὸν Κινύραν. ὁμολογεῖται δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γενέσθαι, ἐν ᾗ Φίλιππον τὸν Αμύντου Μακεδόνων βασιλέα κτείνει Παυσανίας εἰς τὸ θέατρον εἰσιόντα. Prodigia iſta, ut & caedes Caii, acciderunt *nono Kalendas Februarias*, ut addit Suetonius, qui dies erat ultimus Ludorum *Palatinorum*: Miraculum vero auget Joſephus, qui eodem die, quo olim Philippus Macedonum Rex, Cajum de medio ſublatum fuiſſe ſcribit, ſed id ingratiis viri magni, qui putat Joſephum rem non ſatis animo concepiſſe. At vero non iſta a Joſepho temere ſive conficta, ſive dicta eſſe certus ſum, idque liquido demonſtrabimus ex Diodoro Siculo, cujus haec ſunt verba *Lib. XVIII. extremo.* ὅτι Alexander μὲν ἐν τὸν προειρημένον τρόπον ἐτελεύτησε, βασιλεύσας ἔτη δώδεκα καὶ μῆνας ἑπτά. [1] Diximus alibi Alexandrum Magnum obiiſſe ineunte anno primo Olym- 247.
piadis centeſimae quartaedecimae, Hegeſia Athenis Praetore, die viceſimo octavo menſis Daeſii, qui incidit eo anno in diem undecimum menſis Auguſti: nam vertebat annus quintus Octaëteridis Macedonicae, qui cepit undecimo Kalendas Novembris die. Quare dicendum eſt Alexandrum Magnum imperare cepiſſe anno Periodi Julianae quatermilleſimo tercenteſimo ſeptuageſimo octavo, e cujus diebus aeſtivis inivit Olympias centeſima undecima, vertebatque annus primus Octaëteridis Macedonicae, qui ceperat Nonis Octobribus anni Periodi Julianae quatermilleſimi tercenteſimi ſeptuageſimi ſeptimi. Annus erat embolimaeus: adde trium menſium modum. Cepit ergo Apellaeus pridie Nonas Januarias anni Periodi Julianae quatermilleſimi tercenteſimi ſeptuageſimi octavi: Dies viceſimus ſecundus πολιτικῶς numeratus Apellaei fuit die *nono Kalendas Februarias*: eoque die interemptus eſt Philippus a Pauſania: Ergo init imperium Alexandri Magni exante diem octavum Kalendas Februarias anni Periodi Julianae quatermilleſimi tercenteſimi ſeptuageſimi octavi, qui dies cadit in viceſimum tertium Apellaei. Quare Alexander, qui rebus humanis exemptus eſt anno Periodi Julianae quatermilleſimo tercenteſimo nonageſimo, menſis Daeſii die viceſimo octavo, ſive quarto Eidus Auguſti, regnavit annos duodecim, menſes ſex, dies totidem, habita ratione menſium Macedonum, ſed dies ſunt ſeptemdecim, menſes ſex, ſi ab octavo Kalendas Februarias ad quartum Eidus Auguſti numeres: Ergo optime dixit Diodorus βασιλεύσας ἔτη δώδεκα, μῆνας ἑπτά, quanquam non abſolutus erat menſis ſeptimus, ſed vertebat. Tragoedia, quam olim Neoptolemus ludis, quibus Philippus occiſus eſt, egit, eſt *Cinyras*: nam eandem ſaltavit Tragoediam Mneſter eo die, quo caeſus eſt Cajus, quam olim egerat Neoptolemus, teſte Suetonio: Mneſter autem ſaltavit Tragoediam *Cinyram*, auctore Joſepho, in cujus verbis puſillum eſt mendum, ſed quod hiſtoriam fabularem plane evertit: ὅ, τε ὀρχηστὴς δρᾶμα εἰσάγει Κινύραν, ὃν δὲ αὐτός τε ἐκτείνετο, καὶ ἡ θυγάτηρ Μύῤῥα. Ut verba haec ſonant, diceres caeſam fuiſſe Myrrham, quod tamen veterum alius nemo, quod ſciam, in literas retulit: certe ipſe Joſephus in ſequentibus fuſi tantum in eo dramate Cinyrae ſanguinis meminit: αἷμά τε ἦν τεχνητὸν πολὺ, καὶ τὸ περὶ τὸν σαυρωθέντα ἐκκεχυμένον καὶ τὸ περὶ τὸν Κινύραν. Myrrham ubi pater agnovit, ſibi ipſe necem concivit, Myrrha in cognominem mutata eſt arborem, ut ſcribit Antonius Liberalis: apud Apollodorum *Bibliothecae Lib. III.* Panyaſis fugiſſe dicit Myrrham, cumque pene jam a patre retraheretur poenas datura, in arborem fuiſſe mutatam. De ea ingenioſiſſimus Poëtarum *Metamorphoſeon Lib. X* [vſ. 472.]

Cum tandem Cinyras, avidus cognoſcere amantem,
Poſt tot concubitus, illato lumine vidit,
Et ſcelus, & natam, verbisque dolore retentis,

Pen-

1 Eclog. Chronol. L. iv. p. 44 [illegible]

Pendenti nitidum vagina diripit ensem:
Myrrha fugit: tenebrisque, & caecae munere noctis,
Intercepta neci est: latosque vagata per agros,
Palmiferos Arabas, Panchaeaque *rura reliquit*
Perque novem erravit redeuntis cornua Lunae,
248. *Cum tandem terra requievit fessa Sabaea.*

Hos versus descripsimus, quia indicio sunt interpunctionem unius ex illis, qui initio hujus fabulae leguntur, mendosam esse ad hunc modum [*vs.* 304.].

Gratulor huic terrae, quod abest regionibus illis,
Quae tantum genuere nefas. Sit dives amomo,
Cinnamaque, costumque suum, sudataque ligno
Thura ferat, floresque alios Panchaica *tellus,*
Dum ferat & Myrrham.

Interpunctio haec Myrrham adscribit *Panchaïae*: atqui in sequentibus dicit *Panchaiam* reliquisse:

Palmiferos Arabas, Panchaeaque *rura reliquit.*

& in Sabaea resedisse:

Cum tandem terra requievit fessa Sabaea.

Quare existimo in praecedentibus τὸ *Panchaïca* conjungendum esse cum voce *thura*, cujus est epitheton, non autem cum voce *tellus*: itaque distinguo.

Sudataque ligno
Thura ferat, [1] (*floresque alios,*) Panchaïca, *tellus,*
Dum ferat & Myrrham tanti nova non fuit arbor.

Verum ad Myrrham nostra revertatur oratio. Non igitur occisa est Myrrha, sed evasit: itaque reponendum est apud Josephum: ὅ, τε ὀρχηστὴς δρᾶμα εἰσάγει Κινύραν, ἐν ᾧ αὐτός τε ἐκτείνετο, [2], καὶ ἡ θυγάτηρ Μύῤῥα. in eo dramate peribat Cinyras, abibat sive fugiebat Myrrha. Hactenus de Josephi verbis disputatum est, pauca dicenda sunt de *Laureolo* in verbis Suetonii: ejus enim oblata occasione huic ista mandavimus chartae: *Et cum in* Laureolo *mimo*, inquit Suetonius, *in quo actor proripiens se ruina, sanguinem vomuit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundavit.* Sed quid illud est? *proripiens se ruina*: & quo referes? quaenam est illa *ruina*, e qua se *proripuit actor*? certe id non est pro argumento hujus dramatis, nam repraesentabatur eo dramate inducebaturque *Laureolus* latronum antesignanus in crucem actus: in quo Mimo repraesentando, cave putes verum sanguinem vomuisse actorem *Laureoli*, qui in crucem actus fuerat: nam ista falsis imaginibus, non ex vero a Mimorum actoribus repraesentabantur: itaque hunc, quem vomuit actor *Laureoli*, αἷμα τεχνητὸν περὶ τὸν σταυρωθέντα appellat Josephus in hac historia: unde duo discimus, prius est, sanguinem effusum fuisse, non ab eo qui se ruina proripuerat, sed ab eo qui in crucem fuerat actus falsam, cum partes *Laureoli* ageret: alterum est, hunc sanguinem fuisse τεχνητὸν, non verum: atque ex his constat mendosa esse Suetonii verba, quae ita, me auctore restitues: *Et cum in* Laureolo *Mimo, in quo actor proripiens* [3] *cervina sanguinem vomuit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent; cruore*

1 Perinconmode hac distinctione inter *thura* & *Panchaïca* interjiciuntur *floresque alios.* Tu potius vide Cl. *P. Burmannum.*

2. Quia veteres dixerunt, Cinyram tantum mortem sibi consciisse, Myrrham autem fugisse, Petitus κ, ἡ θυγάτηρ mutat in καὶ ἡ θυγάτηρ & vertit, *in eo dramate peribat Cinyras, abibat, sive fugiebat Myrrha.* Quis hoc unquam audivit ἡ esse *abibat*? SALVIN.

Ibid. Credo inauditum esse, nec placere potuit *Hudsono* ad *Josephi* Antiq. Judaic. XIX, 1, 13., cujus sententia multo probabilior est hoc commento Petiti. DUKER.

3 Specie blanditur conjectura. Id nondum percipio, cur cervina sanguinem vomuerit? neque enim ejus vestigium apud *Josephum.* Dein *cervina* pro utre ex corio cervino habet quid insoliti. Ego *Rhenani* ad *Tertullianum proripens e ruina* praeferrem. Vide *Paul. Leopardum* Emend. L. XX, 14.

cruore scena abundavit. Sensus hic est. Actor primarum partium, id est, is qui *Laureolum* agebat, cum cruci affigeretur, bis manus, bis pedes, habuit utriculos de *cervina* pelle sanguinis plenos, subduxit ille se, ita ut utriculi illi affixi clavis sanguinem effuderint, & crucianus iste falsus subducto paululum capite, *cervino* utre, qui forte appositus erat pectori, tanquam ore, sanguinem vomuerit, quod cum, Mimo peracto, alii actores ad dandum certatim artus experimentum, tentare vellent, scena cruore abundavit. Sanguis ille, e *cervino* ef- 249.
fusus utriculo, id est, quem τεχνητὸν Josephus nominat. Sed emansores sumus: ad *Areopagitas* nostros redeamus.

XXVII. Senatus Areopagiticus Lege rationes suas quotannis referebat:

Τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐγγεγράφθαι πρὸς τοὺς Λογιστὰς λόγον καὶ εὐθύνας διδόναι.

Senatus Areopagiticus apud Logistas rationes suas referto.

Descripsit Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [*p.* 56.] πρῶτον μὲν γὰρ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐγγράφειν πρὸς τοὺς Λογιστὰς ὁ νόμος κελεύει λόγον καὶ εὐθύνας διδόναι, καὶ τὴν ἐκεῖ σκυθρωπὸν καὶ τῶν μεγίστων κύριον ἄγειν ὑπὸ τὴν ὑμετέραν ψῆφον. Quotannis diximus, quanquam in Lege non habeatur, quia cum Magistratus sit perpetuus, non finito τῆς ἀρχῆς tempore, sed alio definito rationes suas ut referrent, opus fuit.

XXVIII. Inter praecipuos Magistratus numerandi veniunt *Strategi*, qui numero decem quotannis bello praeficiebantur, ut Grammatici docent ex Hyperide & Aristotele: οἱ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν χειροτονούμενοι Στρατηγοὶ δέκα ἦσαν, ὡς μαθεῖν ἐστιν ἔκ τε τῶν Ὑπερείδου κατ' Αὐτοκλέους, καὶ ἐκ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας Ἀριστοτέλους. Videtur Plutarchus *in Cimone* [*p.* 483. *E.*] docere e singulis unum Tribubus creatos fuisse, ὡς δὲ Κίμων μετὰ τῶν συστρατήγων προελθὼν εἰς τὸ θέατρον ἐποιήσατο τῷ θεῷ τὰς νενομισμένας σπονδὰς, οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἀπελθεῖν, ἀλλ' ὁρκώσας, ἠνάγκασε καθίσαι καὶ κρῖναι δέκα ὄντας, ἀπὸ φυλῆς μιᾶς ἕκαστον. Quod an verum sit, aut perpetuo usurpatum, necne, pronunciare non audeo: neque multum juvat Pollux *Lib. VIII.* [*sect.* 87.] qui ita scribit: καὶ στρατηγοὺς χειροτονοῦσιν ἐξ ἁπάντων. potest enim exponi aut de omnibus Tribubus, aut de omnibus Atheniensibus: quod posterius verius puto. Eligebantur autem diebus comitialibus, qui anni vertentis ultimi sunt, a populo. Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [*p.* 55.] Κἀκείνας ἀρχὰς ἃς ὁ δῆμος εἴωθε χειροτονεῖν ἐν Ἀρχαιρεσίαις, Στρατηγοὺς, καὶ Ἱππάρχους, καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀρχάς. Idque in Pnyce, etiam, ubi Theatro extructo desitum est ibi concionem habere. Pollux: ἐκκλησίαζον δὲ πάλαι μὲν ἐν τῇ Πνυκί. αὖθις δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἐν τῷ Διονυσιακῷ θεάτρῳ, μόνας δὲ τὰς Ἀρχαιρεσίας ἐν τῇ Πνυκί. Hesychius: Πνὺξ, τόπος Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ αἱ ἐκκλησίαι πάλαι μὲν ἤγοντο πᾶσαι, νῦν δὲ ἅπαξ, ὅταν Στρατηγοὺς χειροτονῶσιν. De Chabria *Stratego* Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους [*p.* 430.] ὡς δ' ἐν Ἀρχαιρεσίαις ὑμεῖς Χαβρίαν ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον κατεστήσατε. Nam quod Cleo Boëdromione mense *Strategus* creatus est, id extra ordinem factum est, suffectus quippe est in locum Niciae, qui ultro se hoc Magistratu abdicavit. Atque ii sunt, qui dicuntur Στρατηγοὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων, ut ab aliis distinguerentur: Neque hic [1] audiendus est Vir Incomparabilis, qui, cum Athenaeus Posidonii verba referat

1 Magno *Athenaei* Animadversori eadem fere rescripsit Ill. *Ezech. Spanhem.* in *Juliani Orat.* I. p. 77.

Lib. V. [C. 14.] ubi de Athenione, qui bello Mithridatico Athenienſium Rempublicam occupavit, agit, εἵλοντο τὸν Ἀθηνίωνα Στρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων, iſta animadvertit: Στρατηγὸς eſt, qui militibus praeeſt, & ut Suetonii vocem uſurpem, ducatum habet. Quare igitur addit ἐπὶ τῶν ὅπλων; quia ſeculo Athenaei Στρατηγοὶ in municipiis dicebantur, etiam civiles & urbani Magiſtratus, ut *in Actis S. Apoſtolorum cap. XVI.* [*vſ.* 38.] & *l.* 6. §. 16. item *l.* 15. §. 9. *D. De excuſatione tutorum.* Non igitur ſimpliciter Στρατηγὸς Athenarum creatur Athenio, ſed Στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων, quae poteſtas Dicta-
250. turae affinis, ac paene eadem fuit. Hactenus ὁ θαυμάσιος, cui aſſenſum non praebemus, ut qui ſciamus jam ab antiquis temporibus, & aliquot retro ſeculis ante Athenaei aetatem occurrere mentionem τοῦ ἐπὶ τῶν ὅπλων Στρατηγοῦ. Demoſthenes ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου [*p.* 140.] ex Pſephiſmate Calliſthenis: ἐπιμελείσθω ὁ ἐπὶ τῶν Ὅπλων Στρατηγός. Neque Poſidonii verba ſunt interpretanda ex uſu ſeculi illius, quo Athenaeus ſcripſit: Nam Athenaei aetate οἱ ἐπὶ τῶν ὅπλων Στρατηγοὶ fuerunt Aediles. Philoſtratus in Lolliano [*L.* 1. *Vit. Sophiſt.* 13, 1.] προὔστη δὲ καὶ τοῦ Ἀθηναίων δήμου, στρατηγήσας αὐτοῖς τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων. ἡ δὲ ἀρχὴ αὕτη, πάλαι μὲν κατέλεγέ τε, καὶ ἐξῆγεν ἐς τὰ πολέμια· νυνὶ δὲ τροφῶν ἐπιμελεῖται, καὶ σίτου ἀγορᾶς. Sed quare ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων Στρατηγὸς dicebatur? Haec eſt, meo judicio, ratio: cum decem eſſent *Strategi*, non omnes ſimul praeerant, ſed ſinguli per orbem ſuum imperabant diem, ut exemplo Miltiadis videre eſt apud Herodotum, & Cornelium Nepotem, ſive Aemilius Probus is eſt, *in Miltiadis vita. Strategus* itaque ἐπὶ τῶν ὅπλων is eſt, [1] penes quem erat imperium illius diei: atque ita ſinguli *Strategi* vicem ſuam ſunt & dicuntur Στρατηγοὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων. Quanquam ſaepe factum legimus, ut penes eum eſſet ſumma auctoritas atque imperium, non in unum tantum diem & vicem ſuam, qui auctoritate, aut peritia, aut gratia apud plebem valebat plurimum: Lege autem cavebatur, ut creandus *Strategus* agrum intra fines Atticae poſſideret, & liberos legitimos aut jam haberet, aut ſuſciperet.

Τὸν Στρατηγὸν παιδοποιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους, καὶ γῆν ἐντὸς ὅρων κεκτῆσθαι.	*Strategus liberos ſuſcipito e legitimis nuptiis: agrumque intra fines Atticae poſſideto.*

Meminit Dinarchus ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους [*p.* 99.] καὶ τοὺς μὲν νόμους προλέγειν τῷ Στρατηγῷ, τὴν παρὰ τοῦ δήμου πίστιν ἀξιοῦντι λαμβάνειν, παιδοποιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους, γῆν ἐντὸς ὅρων κεκτῆσθαι· πάσας τὰς δικαίας πίστεις παρακαταθέμενον, οὕτως ἀξιοῦν προεστάναι τοῦ δήμου. Nempe bona oppignerabantur Reipublicae, liberique erant paternae fidei obſides: itaque factum aliquando, ut paterna luerent delicta: atque ex hoc more Sinon Graecus apud Poëtam Latinorum principem [*Aeneid. II*, 139.] de ſuis liberis,

> *Quos illi fors ad poenas ob noſtra repoſcent*
> *Effugia, & culpam hanc miſerorum morte piabunt.*

Cicero *Epiſtola ad Brutum* 15. *In qua videtur illud eſſe crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, poena pervenit. Sed id & antiquum eſt, & omnium civitatum. Siquidem Themiſtoclis etiam liberi eguerunt.* Poſtquam creati fuerant *Strategi*, ἐδοκιμάζοντο e Lege, ut & ceteri Magiſtratus, atque δοκιμασίας [illegible] *Strate-*

1 Ad rem nihil haec facere monuit *Joach. Kuhnius in Pollux.* VIII, 94. Στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων ſive τῶν πεζῶν eſt *dux peditum*, ſicuti ὁ ἐπὶ τῶν ἱππέων *equitum praefectus*. Habet *Demoſthenes* Orat. de Coron. p. 157. [illegible] ἐπὶ τῶν ὅπλων & [illegible] ἐπὶ τῶν [illegible] ἐπὶ τῶν [illegible]. *Lyſias* Orat. adv. Diagiton. C. 2. [illegible] ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν.

Strategorum meminerunt Grammatici e Lycurgo ἐν τῷ περὶ τῆς διοικήσεως. τρεῖς δοκιμασίαι κατὰ τὸν νόμον γίνονται· τρίτη, ἣν οἱ Στρατηγοὶ δοκιμάζονται. Aphthonius *cap. ultimo*: εἰ πάντα τὰ παρ᾽ ὑμῖν πολιτεύματα κρίνητε, τοὺς Στρατηγοὺς, τὰς ἱερωσύνας, τὰ ψηφίσματα πάντα ὀλίγου δέω λέγειν, ὅσα παρὰ τὸν πόλεμον ἄριστα πράττεται, ἅπαντα δικαστῶν εἶδεν ἐξέτασις. καὶ στρατηγεῖ μὲν, ὃν ὁ κρίνων ἐξήτασεν. Interrogabantur autem; An agros intra fines Atticae possiderent, necne: An liberos legitimos jam suscepissent, aut suscepturi essent, necne: colligere est e Dinarcho, qui verbis jam laudatis subjicit: σὺ δὲ τὴν πατρῴαν γῆν πεπρακέναι, τοὺς δὲ οὐ γεγενημένους υἱεῖς σαυτῷ προσποιήσῃ παρὰ τοὺς νόμους, τῶν ἐν ταῖς κρίσεσιν ἕνεκα γινομένων ὅρκων. 251.

XXIX. Ubi approbati fuerant, jusjurandum ex Lege concipiebant, cujus hoc extat Kaput.

ΟΡΚΟΣ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ.	JUSJURANDUM STRATEGORUM.
Δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλλεῖν.	*Bis quotannis in agrum Megarensem irrumpam.*

Additum est istud Kaput Charino rogante, paullo ante belli Peloponnesiaci initia. Plutarchus *in Pericle* [*p.* 168. *E.*] ἐπεὶ δ᾽ ὁ πεμφθεὶς κῆρυξ Ἀνθεμόκριτος αἰτίᾳ τῶν Μεγαρέων ἀποθανεῖν ἔδοξε, γράφει ψήφισμα κατ᾽ αὐτῶν Χαρῖνος, ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν, ὃς δ᾽ ἂν ἐπιβῇ τῆς Ἀττικῆς Μεγαρέων θανάτῳ ζημιοῦσθαι. τοὺς δὲ Στρατηγοὺς, ὅταν ὀμνύωσι τὸν πάτριον ὅρκον, ἐπομνύειν ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσι. Quemadmodum autem *Strategi* apud Judices ἐδοκιμάζοντο, ita etiam rationes referebant, nisi populus Atheniensis esse voluisset αὐτοκράτορας, ut creatus est olim Aristides bello adversus Barbaros. Plutarchus *in Aristide* [*p.* 325. *A.*] χειροτονηθεὶς δὲ Στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ἐπὶ τὴν μάχην. de Alcibiade, Nicia, & Lamacho Plutarchus [*Alcibiad. p.* 200. *B.*] ἔγραψε τῶν Ῥητόρων Δημόστρατος καὶ εἶπεν ὡς χρὴ τοὺς Στρατηγοὺς αὐτοκράτορας εἶναι καὶ τῆς παρασκευῆς καὶ τοῦ πολέμου παντός. αὐτοκράτωρ, is est, qui rationes non refert. Suidas: Αὐτοκράτορα, πάντα τὸν ἀνυπεύθυνον. Atque haec αὐτοκρατορία [1] posita erat tum in belli apparatu adornando, tum in bello administrando: id est: militum delectum habebat, necessaria ad bellum parabat, ipsum denique bellum pro arbitrio αὐτοκράτωρ administrabat, quemadmodum apud Romanos Dictator, cujus non tam nomen, quam rem ipsam invasit Divus Julius, & ad posteros transmisit cum *Imperatoris* titulo, sed majori longe cum dignatione atque auctoritate: nam ut inquit Ulpianus Lib. XIII. ad Legem Juliam & Papiam, *Princeps legibus solutus est: Augusta autem, licet Legibus soluta non est: Principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, quae ipsi habent. l.* 21. *D. de Legibus*: ubi [2] interpungendum est, meo judicio, *Augusta autem licet, Legibus soluta non est: Principes, &c.* id est, quanquam Augusta sit, Legibus soluta non est, nulla alia veteri Lege, nullo Senatusconsulto: Principes tamen eadem illi tribuunt privilegia, quae ipsi habent:

1 Haec si uberius confirmata desideres, adi notas Cl. *Jac. Gronov.* in *Arrian.* Exp. Alex. I, 27. & *Ezech. Spanhem.* ad *Juliani* Orat. I. p. 150.

2 Id vero necessarium non est, ne quid asperius dicam. Vide Cl. *Heineccii* Comment. ad Leg. Jul. & Pap. L. III, 5. p. 397.

bent: quemadmodum, exempli gratia, in verbis Ulpiani Lib. LXIII. ad Edictum, *Quodcumque privilegii fisco competit, hoc idem Caesaris ratio, & Augustae habere solet. l. 6. §. 1. D. de jure Fisci*: quanquam negant viri praestantissimi solere ex *l. 57. D. de Legatis II.* Sed verum est, quod scribit Gajus Libro XIV. ad Legem Juliam & Papiam, *Quod Principi relictum est, qui antequam dies legati cedat, ab hominibus ereptus est, ex constitutione Divi Antonini, successori ejus debetur. l. 56. D. de Legatis II.* at tamen, ut scribit Junius Mauricianus Libro II. ad Legem Juliam & Papiam, *Si Augustae legaveris, & ea inter homines esse desierit, deficit quod ei relictum est, sicuti Divus Hadrianus in Plotinae, & proxime Imperator Antoninus in Faustinae Augustae persona constituit, cum ea inter homines esse desiit, quam testator decederet. l. 57. D. eod.* habet idem privilegii ratio Augustae, quod fiscus, sed quamdiu est: non est autem amplius ratio Augustae, ubi ipsa Augusta inter homines esse desiit: at vero fiscus nunquam esse desinit.

252. Sed ad nostros *Strategos* revertamur:

XXX. Si naves sociorum intercipiebant, aut illos injuria afficiebant, publica adversus *Strategos* ὑπευθύνοις instituebantur Lege judicia.

Τοὺς Στρατηγοὺς δεινὰ ποιοῦντας, καὶ κατάγοντας τὰ πλοῖα τῶν συμμάχων εἰσαγγέλλειν.

Adversus Strategos vexantes socios, aut eorum naves intercipientes, publica instituuntor judicia.

Meminit Demosthenes ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ [*p.* 58.] εἰ γὰρ δεινὰ ποιεῖ Διοπείθης *Strategus*, καὶ κατάγει τὰ πλοῖα, μικρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μικρὸν πινάκιον, ταῦτα πάντα κωλῦσαι δύναιτ' ἄν. καὶ λέγουσιν οἱ νόμοι, ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας εἰσαγγέλλειν. Primum itaque adversus absentem *Strategum* plebiscito dabatur publicum judicium, quod ut institueretur, *Stratego* praesente opus erat: quare arcessebatur: mittebaturque Paralus, aut Salaminia navis, qua adveheretur. Demosthenes [*ibidem*] ἐπὶ δὲ ἡμᾶς αὐτοὺς, ψήφισμα, εἰσαγγελία, Πάραλος· ταῦτ' ἐστὶν ἱκανά. Male interpretatur eruditissimus Wolfius Πάραλον, *tributa judicia*: intelligit namque Orator navem. Scholia: Πάραλος ἡ Σαλαμινία. αὗται ἱεραὶ τριήρεις δημόσιαι. ἐπὶ γὰρ τὰς τῆς πόλεως χρείας πεμπόμεναι καὶ ταχυναυτοῦσαι. & narrat Plutarchus *in Alcibiade*, cum violatae religionis accusaretur Alcibiades, qui praeerat exercitui in Sicilia, missam esse harum navium alteram, qua veheretur [*p.* 202. C.] καὶ τέλος ἀπέστειλε τὴν Σαλαμινίαν πρὸς αὐτὸν, κελεύοντας ἀκολουθεῖν ἐπὶ τὴν κρίσιν, καὶ πείθειν τὸν δῆμον. Aristophanes *Avibus* [*vs.* 147.]

— μηδαμῶς
Ἡμῖν παρὰ τὴν θάλατταν, ἵν' ἀνακύψεται
Κλητῆρ' ἄγουσ' ἕωθεν ἡ Σαλαμινία.

XXXI. Lege sancitum erat, Ne cui Syndico iterum fieri liceret creari que a populo:

Μὴ ἐξεῖναι χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, πλέον, ἢ ἅπαξ συνδικῆσαι.

Nemo, plus quam semel, Syndicus a populo creator.

Ratio Legis est, ne id munus ob publicam utilitatem inventum, verteretur in questum compendiumque privatum. Habes apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην [*p.* 311.] ἔστι δὲ καὶ μάλα ἔχων νόμος ὑμῖν καλῶς, οὐκ ἐπὶ τούτοις τεθεὶς, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ πρᾶγμα, ὥσπερ ἐργασία τις ᾖ, καὶ συκοφαντία, μὴ ἐξεῖναι χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, πλέον, ἢ ἅπαξ συνδικῆσαι. Ulpianus: οὗτος ὁ νόμος ἐκέλευε, μὴ δεύτερον συνδικεῖν.

καὶ

καὶ γὰρ ἅπαξ τοῦτο ποιήσας, κωλύεται, ἵνα μὴ διὰ τὸ κέρδος ψευδείας ἐπιχειρῶσιν. Idem quoque docet Paulus Lib. I. Sententiarum: *Defensionem Reipublicae amplius quam semel suscipere nemo cogitur. l. 16. §. 3. D. de muneribus & honoribus.* Defensores enim civitatis, vel Reipublicae, qui ad certam causam agendam, vel defendendam eliguntur, Graeci *Syndicos* appellant, ut notat Arcadius Lib. singulari de muneribus civilibus: & *defensio civitatis est*, inquit Hermogenianus Lib. I. Epitomarum, *ut Syndicus fiat.* Meminit Harpocration, e quo constat, post exactos Triginta Tyrannos id munus esse institutum, σύνδικοι. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους φησίν. οἱ μετὰ τὰ ἐκ Πειραιῶς ἐγὼ ἀκούω, Σύνδικοι ἦσαν, [1] πρὸς οὓς τὰ δημευόμενα ἀπεφέρετο. καὶ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Δεξίππου, εἰ γνήσιος, καί που ἑτέρωθι ἀνδρεῖός ἐστι οὐδὲ πρὸς τοῖς Θεσμοθέταις, γραφὰς γραφόμενος, πρὸς τοῖς Συνδίκοις ἀπογραφὰς ἀπογράφων. μή ποτ' οὖν ἀρχή τις ἦν καθισταμένη μετὰ τὴν ἐκ Πειραιῶς κάθοδον οἱ Σύνδικοι.

XXXII. Neque item *Astynomi* munere fungi iterum Lege licebat.

ΑΝ ΤΙΣ ΑΣΤΥΝΟΜΗΣΗι ΔΙΣ.	*Si quis semel atque iterum Astynomus fuerit.* 253.

Non licuisse, colligere est e Demosthene *in Prooemiis*: *Prooemio LXIV.* διψότατοι γὰρ ἐστ' ἀφελείας, ὅσα ὑμῖν ὑπάρχει, καὶ νόμους περὶ τούτων θεῖναι ΑΝ ΤΙΣ ΑΣΤΥΝΟΜΗΣΗι ΔΙΣ. ἢ τὰ τοιαῦτα· στρατηγεῖν δ' ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς ἐᾶν. De his Aristoteles de Republica Atheniensium apud Harpocrationem: δέκα φησὶν εἶναι τοὺς Ἀστυνόμους Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ· πέντε μὲν ἐν Πειραιεῖ, πέντε δ' ἐν ἄστει. τούτοις δέ φησι μέλειν, [2] περί τε τῶν αὐλητρίδων, καὶ ψαλτριῶν, καὶ τῶν κοπρολόγων, καὶ τῶν τοιούτων. Sed numerus est corruptus: Quindecim enim fuerunt *Astynomi*, quot & Agoranomi, Metronomi, Sitophylaces: nempe decem in Urbe, at vero in Piraeeo: atque hic numerus semper est reponendus. Emendationis causam petimus ex eo quod Piraeeus tertiam Athenarum partem constituebat: Ergo quinque tantum erant in Piraeeo: in reliqua vero urbe decem secundum hanc analogiam.

XXXIII. Quaestores nonnisi e populi sententia creabantur veteri Atheniensium Lege:

Γνώμῃ τοῦ δήμου χειροτονεῖσθαι τὸν Ταμίαν.	*E populi sententia Quaestores creantor.*

Meminit hujus Legis Ulpianus ad haec Demosthenis *ex Androtiana* verba [*p.* 387.] ἀνελοῦσα γὰρ ἡ βουλὴ τὸν νόμον, τοῦτον ἐχειροτόνησεν. ista enim adnotat: Καταφρονήσασα ἡ βουλὴ τοῦ νόμου τοῦ κελεύοντος γνώμῃ τοῦ δήμου χειροτονεῖσθαι τὸν Ταμίαν. [3] Numero erant decem e Pentecosiomedimnis lecti,

1 Bona civium publicata ad eorum curam pertinuisse *Lysias* extrema Orat. XVI. & Orat. XVII, 6. & XVIII, 9. clarissime significat. neque latuit doctissimo *H. Valesio* ad *Harpocrationem*, quem vide.

2 Copiosius ἀστυνόμων officium describitur a Philosopho Politic. L. VI, 8. & *Ulpiano* ad Orat. *Demosth.* in Timocrat. p. 463., de cujus scholio *Maussacus* ad *Harpocrat.* V. Ἀστυνόμος. Porro quae de numero eorum & Agoranomorum & Metronomorum ac Sitophylacum sequuntur, mihi minus certa videntur. Dicam fortasse alias.

3 *Thucydides* 1, 96. post bellum Medicum & tributorum ab Aristide inter socios factam descriptionem primum Athenis creatos esse Ἑλληνοταμίας refert: quos alios fuisse puto atque hos Ταμίας, de quibus *Pollux*, *Harpocration*, *Ulpianus* & *Suidas* loquuntur. Namque hi Ταμίαι sive illi Κληρωτοὶ sive Χειροτονητοὶ fuerint, pecuniam, quae Atheniensium propria erat & in templo Minervae asservabatur, una cum ἀγάλμασι καὶ ἀναθήμασι curabant: illi vero pecuniam, quae sociorum omnium erat, cujus aerarium in insula Delo. JAC. PALMERIUS.

Ibid. Res certa est. Vide *Antiphont.* de Caed. Herod. p. 137. *Harpocrat.* in Ἑλληνοταμίαι & quae viri docti ad *Thucydidem* notarunt.

ti, qui accipiebant coram Senatu, & adſervabant in Minervae Templo, quod erat in Arce, Minervae ſimulacrum, victorias, alium mundum, itemque pecuniam publicam. Pollux *Libro VIII. cap.* 8. Ταμίαι τοῦ θεοῦ, κληρωτοὶ μὲν, ἐκ πεντακοσιομεδίμνων ἦσαν. τὰ δὲ χρήματα παρελάμβανον, τῆς βουλῆς παρούσης. Suidas: Ταμίαι Ἀρχοντές εἰσιν Ἀθήνησι κληρωτοὶ ἀπὸ πεντακοσιομεδίμνων. οἳ τὰ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν ἀκροπόλει χρήματα, ἱερά τε καὶ δημόσια φυλάττουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς. Harpocration: ἀρχή τις ἦν παρ' Ἀθηναίοις οἱ Ταμίαι δέκα τὸν ἀριθμόν. παραλαμβάνουσι δὲ οὗτοι τό τε ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τὰς νίκας, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, καὶ τὰ χρήματα ἐναντίον τῆς βουλῆς, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Hi decem *Quaeſtores* ſua inter ſe partiebantur munia, unius tamen omnes collegii, meo judicio: [1] quare ſorte non capiebantur, quemadmodum praeferunt Pollucis & Suidae codices, quos emendandos itaque ad hunc modum conjicio: apud Pollucem quidem Ταμίαι τοῦ θεοῦ, κλήρῳ οὗτοι μὲν ἐκ Πεντακοσιομεδίμνων. apud Suidam vero Ταμίαι Ἄρχοντες εἰσὶν Ἀθήνησιν κλήρῳ οὗτοι ἀπὸ Πεντακοσιομεδίμνων. Nam electos fuiſſe non tantum haec Lex probat, ſed etiam quod Pſephiſma a Stratocle ſcriptum honori Oratoris Lycurgi, eadem Lycurgo *Quaeſtori* a populo electo adſcribit, quae ſuis *Quaeſtoribus* Pollux & Suidas. Pſephiſmatis verba ſunt apud Plutarchum: ἔτι δὲ αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου, χρήματα πολλὰ συνήγαγεν εἰς τὴν Ἀκρόπολιν, καὶ παρασκευάσας τῇ Θεῷ κόσμον, νίκας τε ὁλοχρύσους, πομπεῖά τε χρυσᾶ καὶ ἀργύρεα, καὶ κόσμον χρυσοῦν εἰς ἑκατὸν κανηφόρους. De eodem Lycurgo Plutarchus *in ejus Vita* [*p.* 841. *B.*] Ταμίας γὰρ ἐγένετο ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας ταλάντων μυρίων τετρακισχιλίων, ἤ, ὥς τινες, μυρίων ὀκτακισχιλίων ἑξακοσίων πεντήκοντα. καὶ ὁ τὰς τιμὰς αὐτῷ ψηφιζόμενος. Στρατοκλῆς ὁ Ῥήτωρ, τὸ μὲν πρῶτον αἱρε-
254 θεὶς αὐτὸς, &c. Sed locus & a mendo & ab interpunctione laborat. Mendum facile eſt deprehendere: Nam reditus annui Athenienſium erant ſex mille talenta, ducentis quinquaginta minus. Demoſthenes ſex mille dicit ἐν τῷ περὶ Συμμοριῶν [*p.* 106.] ἐπειδὰν δὲ ταῦτα οὕτως ἔχοντα ὑπάρχῃ, κελεύω, ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων. Sed defuiſſe talenta ducenta quinquaginta teſtis eſt Polybius *Libro II.* [C. 62.] de Athenienſibus loquens: ἐτιμήσαντο τήν τε χώραν καὶ τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν, καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν. ἀλλ' ὅμως τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας ἐνέλιπε τῶν ἑξακισχιλίων, διακοσίοις καὶ πεντήκοντα ταλάντοις. Quinquies mille ſeptingenta quinquaginta talenta annua dant in quinque annos viginti octo millia ſeptingenta quinquaginta talenta: Ergo fient in quindecim annos talenta octoginta ſex millia ducenta quinquaginta: qui numerus reponendus apud Plutarchum *loco laudato*, itemque in Phephiſmate Stratoclis, cujus etiam auctoritate nititur Plutarchus: itaque delenda eſt τελεία στιγμὴ in Plutarchi verbis, locusque ita reſtituendus: Ταμίας γὰρ ἐγένετο ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας ταλάντων μυρίων τετρακισχιλίων, ἤ, ὥς τινες,

[1] Fuiſſe Athenis Quaeſtores, quibus non ſorte, ſed electione is honor contigerit, quique adeo αἱρετοὶ, non κληρωτοὶ, negare nolim. Vid. *Aeſchin.* in Cteſiphont. p. 57. Hoc tamen non efficit, ut *Pollucem* & *Suidam* & *Ulpian.* ad Demoſth. περὶ τῆς ἐν Χεῤῥον. p. 60. propterea jure corrigas. Fiebat enim id extra ordinem, monente & Petitum corrigente doctiſſimo *Kuhnio* in *Polluc.* VIII, 97.

νες, [1] μυρίων ὀκτάκις, χιλίων ἑξάκις, διακοσίων πεντήκοντα, καὶ ὁ τὰς τιμὰς αὐτοῦ ψηφιζόμενος Στρατοκλῆς ὁ Ῥήτωρ· τὸ μὲν πρῶτον, &c. Scriptum olim fuerat, ἢ, ὥς τινες, μυρίων ὀκτάκις, χιλίων ἑξάκις, σ^{ων} πεντήκοντα. unde factum ἑξακοσίων πεντήκοντα, quod fuit ceteris numeris corrumpendis: inter istos autem fuit Stratocles, in cujus Psephismate eundem numerum repone, quibus si addas ἑξακόσια καὶ πεντήκοντα τάλαντα apud Lycurgum a privatis intra illud tempus deposita, fient octoginta sex millia, & nongenta talenta, quae Lycurgus administravit. Sed de his satis est.

XXXIV. Quamdiu autem hunc Magistratum gerere licitum Legibus fuerit, videamus: ultra quinquennium Quaestori esse non licebat:

Μὴ πλείω πέντε ἐτῶν διέπειν τὸν χειροτονηθέντα ἐπὶ τὰ δημόσια χρήματα.	*Quaestor ultra quinquennium non esto.*

Legem habes apud Plutarchum *in Lycurgo Oratore* [*p.* 841. *B.*] Ταμίας γὰρ ἐγένετο ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας ταλάντων μυρίων τετράκις, χιλίων, ἢ, ὥς τινες, μυρίων ὀκτάκις, χιλίων ἑξάκις, διακοσίων πεντήκοντα, καὶ ὁ τὰς τιμὰς αὐτοῦ ψηφιζόμενος Στρατοκλῆς ὁ Ῥήτωρ· τὸ μὲν πρῶτον αἱρεθεὶς αὐτός. ἔπειτα τῶν φίλων ἐπιγραψάμενός τινα, αὐτὸς ἐποιεῖτο τὴν διοίκησιν διὰ τὸ φθάσαι νόμον εἰσενεγκεῖν, μὴ πλείω πέντε ἐτῶν διέπειν τὸν χειροτονηθέντα ἐπὶ τὰ δημόσια χρήματα. Magistratus hic, aut ego valde fallor, annuus, sed qui, relatis rationibus, & approbatis, iterum, iterumque, in quinquennium usque, ab eodem geri poterat: vide Plutarchum *in Aristide.*

XXXV. Inter *Quaestores* numerandus est is qui administrabat pecuniam illam, quae viritim Atheniensibus civibus distribuebatur ad dies festos, ludos, & spectacula, τὰ θεωρικὰ dixerunt. Magistratus hic eligebatur circa Dionysia τὰ κατ' ἄστυ, Elaphebolione mense, ut puto: nam tunc maxime solennia spectacula: colligo e verbis Aeschinis ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [*p.* 57.] καί μοι ἀνάγνωθι ἐπὶ τίνος Ἄρχοντος, καὶ ποίου μηνός, καὶ ἐν τίνι ἡμέρᾳ, καὶ ἐν ποίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐχειροτονήθη Δημοσθένης τὴν ἀρχὴν τὴν ἐπὶ τῶν θεωρικῶν, ὅτι μεσοῦντα τὴν ἀρχὴν ἔγραψεν αὐτὸν στεφανοῦν. Scripsit Psephisma Ctesipho de coronando Demosthene die vicesimo secundo Pyanepsionis; ἐπὶ Ἄρχοντος Εὐθυκλέους, Πυανεψιῶνος ἐνάτῃ ἀπιόντος. φυλῆς πρυτανευούσης Οἰνηίδος, Κτησιφῶν Λεωσθένους Ἀναφλύστιος εἶπεν. cum jam septimus ab initio Magistratu mensis ageretur: Ergo Elaphebolione mense τῇ τῆς ὀγδόης πρυτανείας κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ πρώτῃ, quae cogebatur die vi- 255.
cesimo Elaphebolionis, creatus est *Quaestor* τῶν θεωρικῶν, Demosthenes, Lysimachida Athenis Praetore, anno secundo Olympiadis centesimae decimae. Anno sequenti, qui fuit tertius ejusdem Olympiadis centesimae decimae, Archonte Euthycle, Pyanepsionis die vicesimo secundo, Ctesipho populi scitum fecit, ut corona donaretur Demosthenes, cum Tragoediae agerentur Dionysiis τοῖς κατ' ἄστυ, Elaphebolione mense: Sed hoc ipso anno, paulo antequam haec Diony-

1. Scripsisse *Plutarchum* novo more μυρίων ὀκτάκις, χιλίων ἑξάκις cras fortasse credam, hodie non. Cogitasset Petitus de reditibus urbis & agri Attici Lycurgi aetate plurimum fuisse deminutum, & Lycurgum sua diligentia & cura effecisse, ut reditus urbis, quae prius sexaginta talenta, ad mille ac ducenta pervenirent, & corrigendi hunc inpetum sufflaminasset. *Plutarchus* de Lycurgo p. 842. E. τὰ δὲ μέγιστα χίλια διακόσια τάλαντα πρόσοδον τῇ πόλει κατέστησε, πρότερον ἑξήκοντα προσιόντων. Sede jam ad calculos, & rotundabunt mille ac ducenta talenta annorum xv. decursu μύρια καὶ ὀκτακισχίλια τάλαντα, quorum ac paullo amplius administrationem Lycurgo illi apud Plutarchum Scriptores tribuebant.

Dionysia celebrarentur, die quinto Elaphebolionis mensis Aeschines Ctesiphontis nomen apud Archontem detulit, quod populi scitum fecisset παράνομον, ut corona donaretur Demosthenes in hoc *Quaesturae* Magistratu prius, quam rationes retulisset: ἐπὶ Χαιρωνίδου Ἄρχοντος, Ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ ἱσαμένου, Αἰσχίνης Ἀτρομήτου Κοθωκίδης ἀπήνεγκε πρὸς τὸν Ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν, κατὰ Κτησιφῶντος τοῦ Λεωσθένους Ἀναφλυστίου· ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα, ὡς ἄρα δεῖ στεφανῶσαι Δημοσθένην Δημοσθένους Παιανιέα χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τοῖς μεγάλοις, τραγῳδοῖς καινοῖς, τῶν νόμων οὐκ ἐώντων τὸν ὑπεύθυνον στεφανοῦν· ἔστι Δημοσθένης τειχοποιὸς, καὶ ἐπὶ τῶν θεωρικῶν τεταγμένος. Eodem, quo populi scitum fecit Ctesiphon, anno Aeschines dicam scripsit Ctesiphonti, nam, (ut mittam, si intra annum vertentem dica τῶν παρανόμων non scriberetur, eum qui accusabatur indemnem fuisse καὶ ἔξω κινδύνων, atqui Ctesiphonti scripsit Aeschines τίμημα τάλαντα πεντήκοντα,) si non eodem anno dicam scripsisset Ctesiphonti Aeschines, neque *Elaphebolion* mensis, quo nomen Ctesiphontis detulit Aeschines, ejusdem sit anni cum *Pyanepsione*, quo populi scitum fecit Ctesipho, sed sequentis, procul dubio Demosthenes corona donatus fuisset in theatro ludis Dionysiacis, *Elaphebolione* mense ejusdem anni, cujus erat *Pyanepsion*, quo populi scitum fecit Ctesipho: Verum intercessit Aeschines scripta dica τῶν παρανόμων Ctesiphonti: Quare *Pyanepsion*, quo populi scitum fecit Ctesipho, & *Elaphebolion*, quo dicam ei scripsit Aschines, sunt ejusdem anni vertentis, qui secundus erat Olympiadis centesimae decimae. Sed dices *Pyanepsione* mense, quo scitum fecit populi Ctesipho, [1] *Euthyclem* fuisse Archontem, *Elaphebolione* vero, quo diem dixit Ctesiphonti Aeschines, *Chaeronidam* Archontem fuisse. Nihil tamen est, quod nos dejiciat a nostra sententia: nam, aut ego valde fallor; *Euthycles* Praetor Athenis fuit primis tantum hujus anni secundi Olympiadis centesimae decimae mensibus, non autem toto anno praefuit, sive fuerit rebus humanis exemptus *Euthycles*, sive Magistratu motus: in reliquos igitur vertentis anni menses Praeturam gessit *Chaeronida* ὁ ἐπιλαχὼν pro more: & constat quidem e Psephismate Ctesiphontis, *Euthyclem Pyanepsione* affecto Praetorem adhuc fuisse: e dica vero Aeschinis *Chaeronidam* ineunte *Elaphebolione* jam Archontem fuisse.

XXXVI. Sed redeamus ad τοὺς ἐπὶ τὸ θεωρικὸν, de quibus Leges duae memorantur apud Aschinem ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [*p.* 57.]

ΝΟΜΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΟ ΘΕΩΡΙΚΟΝ ΚΕΧΕΙΡΟΤΟΝΗΜΕΝΩΝ.	LEX DE QVAESTORIBVS THEORICAE PECVNIAE.
256 Ο ΗΓΗΜΟΝΟΣ ΝΟΜΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΟ ΘΕΩΡΙΚΟΝ ΚΕΧΕΙΡΟΤΟΝΗΜΕΝΩΝ.	LEX HEGEMONIS DE QVAESTORIBVS THEORICAE PECVNIAE.

Priori illa Lege, quae in gratiam Eubuli lata est, hi Quaestores Theoricae pecuniae, singulis Prytaniis sua populo enumerabant vectigalia, navalia & armamentaria curabant; viarum quoque refectores erant, & Quaestorum ceterorum munera obibant.

Sed Hegemon Lege sua fines rexit, motos restituit terminos, distinctionemque dominiorum fecit: nam solam administrare voluit Theoricam pecuniam, cetera,

1 Unde desumpsit hunc Archontem Petitus? Nam & *Diodorus* & *Dionysius* Halicarnasseus Lysimachidem ponunt ante Chaeronidam. Jac. Palmerius.

Ibid. Sumsit ex *Demosthene* de Coron. p. 157., sed non fuit ἐπώνυμος Archon, ut plures eà in Oratione.

cetera, ut prius fuerant, aliorum curae commisit. Aeschinis verba sunt [p. 57.] πρότερον μὲν τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, Ἀντιγραφεὺς ἦν χειροτονητὸς τῇ πόλει, ὃς καθ᾽ ἑκάστην πρυτανείαν ἀπελογίζετο τὰς προσόδους τῷ δήμῳ. διὰ δὲ τὴν πρὸς Εὔβουλον γενομένην πίστιν ὑμῖν, οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικὸν κεχειροτονημένοι ἦρχον μὲν, πρὶν ἢ τὸν Ἡγήμονος νόμον γενέσθαι, τὴν τοῦ Ἀντιγραφέως ἀρχὴν, ἦρχον δὲ τὴν τῶν Ἀποδεκτῶν καὶ νεωρίων ἀρχὴν, καὶ σκευοθήκην ᾠκοδόμουν· ἦσαν δὲ καὶ ὁδοποιοὶ, καὶ σχεδὸν τὴν ὅλην διοίκησιν εἶχον τῆς πόλεως. [1] Eubulo Demosthenis & Aeschinis aequali id datum, quia Lege sanxit, ut capital esset ei, qui vellet τὰ θεωρικὰ, etiam ingruente bello, etiam in militum stipendia impendi: & quidem prior Lex scripta est antequam Demosthenes esset ἐπὶ τὸ θεωρικὸν κεχειροτονημένος, obtinebatque adhuc cum in hoc esset Magistratu Demosthenes, ut liquet ex Aeschinis verbis; at vero intra illud tempus, quod est ab anno secundo Olympiadis decimae supra centesimam, quo Demosthenes Quaestor fuit Theoricae pecuniae, ad annum tertium Olympiadis centesimae duodecimae, Archonte Aristophonte, quo Aeschines hanc adversus Ctesiphontem Orationem habuit, lata est ab Hegemone haec de Quaestoribus Theoricae pecuniae Lex, ejus enim hic meminit Aeschines. Horum Quaestorum meminit Pollux *Libro VIII. cap. 9.* τῶν θεωρικῶν ἐφεστηκὼς ἐπὶ τῆς διοικήσεως, αἱρετὸς ἦν ἐπὶ τῶν προσιόντων καὶ ἀναλισκομένων.

XXXVII. Lege cautum apud Athenienses erat, Ne quis priva auctoritate a populo, aut Senatu, neque electus, neque creatus, aliquo populi Atheniensis eat Legatus, qui secus faxit, capite luat.

Ἐάν τις, οὔτε βουλῆς, οὔτε δήμου, χειροτονήσαντος αὐτὸν, ᾤχετο πρεσβεύων, θάνατος ἡ ζημία ἔστω.	*Si quis, neque a Senatu, neque a populo creatus, aliquo Legatus eat, capital esto.*

Legem laudat Demosthenes ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας [p. 227.] τηνικαῦτα ὁ δεινὸς, καὶ σοφὸς οὗτος, καὶ εὔφωνος, οὔτε βουλῆς, οὔτε δήμου χειροτονήσαντος αὐτὸν, ᾤχετο πρεσβεύων εἰς Φίλιππον, οὐδ᾽ ὅτι τῶν τοιούτων ὁ νόμος θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι κελεύει, ὑπολογισάμενος. Rursum [p. 228.] ἀκούω, ᾤχετο μὲν πρεσβεύων παρὰ τὸν νόμον, ὃς θάνατον κελεύει τούτων τὴν ζημίαν εἶναι. Grave erat munus πρεσβεία, & severe in illos animadvertebatur, qui non pro dignitate defungerentur: nec effugio erat locus: Liberos enim suos Legati ad fidem faciendam Athenis futuros obsides relinquebant. Aeschines ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας [p. 47.] de liberis suis, quos Athenis reliquerat, ἵν᾽ εἰδῆτε τὰς ἐμὰς παρακαταθήκας, ἃς οἴκοι καταλιπὼν εἰς Μακεδονίαν ἐπρέσβευσα. Post obitam Legationem rationes referebant, & si fidem operamque suam populo probassent, publice convivio excipiebantur in Prytaneo, auctore & sciscente Senatu. Anonymus *in Argumento Orationis* Demosthenicae περὶ παραπρεσβείας. ἰστέον δὲ ὅτι μετὰ τὴν πρεσ- 257.
βείαν ἕκαστος τῶν πρέσβεων Ἀθηναίοις ἐδίδου. καὶ ἡ μὲν πρώτη πρεσβεία παρέσχεν Ἀθηναίοις οὕτως καλῶς, ὥστε τὸν Δημοσθένην γράψαι καλέσαι αὐτοὺς ἐπ᾽ ἄριστον. ἔθος γὰρ ἦν τοὺς καλῶς πρεσβεύσαντας εἰς δημόσιον ἄριστον καλεῖσθαι. Demosthenes *hac Oratione* [p. 204.] καὶ βουλὴ δὲ ἡ μὴ κωλυθεῖσα ἀκοῦσαι τἀληθῆ παρ᾽ ἐμοῦ οὔτ᾽ ἐπῄνεσε τούτους, οὔτ᾽ εἰς

τὸ

1 De hoc Eubulo *Ulpianus* ad princip. Olynth. 1. & *Harpocration* in Voce cum nota *H. Valesii.*

τὸ πρυτανεῖον ἠξίωσε καλέσαι. καὶ τοι τοῦτο ἀφ' οὗ γέγονεν ἡ πόλις, οὐδεὶς πώποτε φησὶ παθεῖν οὐδένας πρεσβείας. & paulo post: οὔτ' ἔπαινος, οὔτε κλῆσις εἰς τὸ πρυτανεῖόν ἐστι τῶν πρεσβέων ὑπὸ τῆς βουλῆς. Ulpianus: ἀεὶ γὰρ οἱ πρέσβεις ἐπανερχόμενοι ἐκαλοῦντο ἐπὶ δεῖπνον ἔθει τινὶ τιμῆς χάριν. Pollux *Libro IX. cap.* 5. ἐπὶ δὲ ταύτην πρυτανεῖον καὶ ἑστία τῆς πόλεως, παρ' ἣν ἐσιτοῦντο, οἵ τε κατὰ δημοσίαν πρεσβείαν ἥκοντες, Legativi, quod ex aerario publico accipiebant, modus fuit, binae in singulos Legationis dies drachmae. Aristophanes *Acharnensibus* [*vs.* 65.]

> ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν,
> μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας,
> ἐπ' Εὐθυμένους Ἄρχοντος.

XXXVIII. Lege non licebat amplius, quam semel sub eodem Magistratu Scribatus munere fungi:

Ὑπογραμματεῦσαι οὐκ ἔξεστι δὶς τὸν αὐτὸν τῇ ἀρχῇ τῇ αὐτῇ.	*Semel tantum sub eodem Magistratu Scriba esto.*

Legem laudat Lysias ἐν τῇ κατὰ Νικομάχου Γραμματέως εὐθυνῶν κατηγορίᾳ [C. 9.] ὃ δὲ πάντων δεινότατον, ὑπογραμματεῦσαι μὲν οὐκ ἔξεστι δὶς τὸν αὐτὸν τῇ ἀρχῇ τῇ αὐτῇ. Vile erat hoc Scribatus munus apud Athenienses: testatur Ulpianus *ad Leptineam* [*p.* 313.] εἶτα ἐξάρας τὴν τῶν Συρακουσίων ἰσχὺν, τὸν κεκρατηκότα λίαν ἠλάττωσε, Γραμματέα καὶ ὑπηρέτην προσειπὼν, ὀνόματα παρ' Ἀθηναίοις ἀπερριμμένα. & mox subjungit: εἴρηται δὲ ὑπό τινος ὡς οἱ παρὰ Συρακουσίοις Γραμματεῖς σεμνοί τε εἰσὶ καὶ ἔνδοξοι, καὶ οὐχ ὡς οἱ παρ' Ἀθηναίοις. Libanius *in Argumento Orationis* Demosthenicae περὶ παραπρεσβείας. καὶ Γραμματεὺς τῆς πόλεως, ἥτις ἦν εὐτελὴς ὑπηρεσία. [1] Atque ad hoc munus praecipue adsumebantur Servi publici. Lysias *Oratione laudata* [C. 2.] de hoc Nicomacho, qui Scriba fuerat: καὶ εἰς τοῦτο ὕβρεως ἥκεις, ὥστε σαυτοῦ νομίζεις εἶναι τὰ τῆς πόλεως, αὐτὸς δημόσιος ὤν. Δημόσιοι Servi publici sunt, qui & *Vulgares* Jureconsultis dicuntur, & *Calones* in Glossis. Harpocration, δημοσίους λέγουσι τοὺς τῆς πόλεως δούλους.* Ulpianus *in II. Olynthiacam* [*p.* 15.] δούλους εἶχον δημοσίους οἱ

1 Haec ad *Hugonem* suum de Prim. Scrib. Orig. p. 430. respiciens doctissimus *Trotz*, Petitum ait jejune hanc materiam tractasse cum reliquis Antiquariis omnibus, neque distinxisse inter Scribas publicos & privatos. Ego vero mallem *parcius ista viris*. Versati in eo genere praeter Petitum sunt viri egregii *Jo. Meursius* Att. Lect. L. VI, 25. *Ezech. Spanhem.* de Usu & Praest. Numism. Diss. IX. p. 705. & Epist. ad Morell. II. p. 107. *H. Valesius* in *Harpocrat.* p. 16. *Ant. van Dale* Dissert. V. p. 425., & jejune omnes? At Petitus asseverat vile Athenis Scribarum fuisse munus, omnesque servos: quorum ego ultimum frustra quaero; prius disertis verbis Grammatici prodiderunt: horum tu si eluseris testimonia ac εὐτελῆ ὑπηρεσίαν de officio laboris ac molestiae pleno acceperis, efficiam profecto, ut Archon ἐπώνυμος ceterique Atheniensium Magistratus εὐτελεῖς ὑπηρέται fuerint. Dices verba *Ulpiani* ad Olynth. II. nihil juvare: non enim sequi, quoniam servos Athenis docuerunt literas, eosdem & Scribas fecisse. Haud illud quidem inconcinne. Sed vide, quae Scholiastes superioribus adstruit: Καὶ ἐξέπεμπον αὐτοὺς ἐν τοῖς πολέμοις μετὰ τῶν ταμιῶν καὶ τῶν στρατηγῶν, ἵνα ἀπογράφοιεν τὰ ἀναλισκόμενα. οὐκ ἀναίρει δὲ τοῦτο ἐκεῖνο, ἀλλ' ἴσα, διὰ δὲ δύνασθαι τούτους τοῦτο ποιεῖν ὡς δούλους, ἔχουσι μαθόντες τἀληθές· αἰσχρὸν γὰρ ἐνόμιζον παρὰ Ἀθηναίοις ἐλευθέρους τοῦτο ποιεῖν. Potisne est liquidius? Petitus ea neglexit, quod aliud Scribarum, quam quod prae manibus erat, genus explicarent. Id laudo impense, quod Nicomachum vir doctus servorum numero exemit. Fuit libertinae is conditionis, sed civibus transcriptus. Id clare *Lysias* profitetur. Atque hic desino, neque invito, uti quidem suspicor, viro doctissimo.

οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ αἰχμαλώτων ποιήσαντες, καὶ ἐδίδασκον τούτοις γράμματα, atque ita Scribarum munus desungebantur. Erant autem Scribae tres, qui forte creabantur. Suidas: κληρωτοὶ ἦσαν οἱ Γραμματεῖς τὸν ἀριθμὸν τρεῖς, γράφοντες τὰ δημόσια. οὐδενὸς δὲ ἦσαν οἱ Γραμματεῖς κύριοι, ἀλλ' ἢ τοῦ γράφειν, ἢ ἀναγνῶναι. Harpocration: ὁ Γραμματεὺς πῶς τε καθίστατο καὶ τί ἔπραττεν, ὡς τῶν γραμμάτων τε ἐστὶ κύριος καὶ τὰ ψηφίσματα τὰ γινόμενα φυλάττει, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀντιγράφεται καὶ παρακάθηται τῇ βουλῇ, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Horum unus servabat tabulas & decreta: alter Leges, de quo Lysias *Oratione laudata*, ubi docet munus illius fuisse, tum Leges describere, cum praelegere atque referre in concionibus & judiciis: προσταχθὲν γὰρ τῷ Νικομάχῳ τοὺς νόμους ἀναγράψαι. & paulo post: ἐπιβαλλόντων δὲ τῶν Ἀρχόντων ἐπιβολὰς καὶ εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον, οὐκ ἠθέλησε παραδοῦναι τοὺς νόμους. Tertius populo ac Senatui praelegebat: Julius Pollux *Lib. VIII. cap.* 9. Γραμματεύς, ὁ κατὰ πρυτανείαν κληρωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐπὶ τῷ γράμματα φυλάττειν καὶ τὰ ψηφίσματα. καὶ ἕτερος ἐπὶ τοὺς νόμους ὑπὸ τῆς βουλῆς χειροτονούμενος· ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δημοσίου αἱρεθεὶς γραμματεύς, ἀναγινώσκει τῷ τε δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ. Priores duo a Senatu legebantur, ut est in his Pollucis 258.
verbis, unde τῆς βουλῆς dicuntur Demostheni ἐν τῷ περὶ στεφάνου, tertius a populo, & τῆς πόλεως nuncupabatur, ut est apud Thucydidem *Libro VII.* [C. 11.] ὁ δὲ Γραμματεὺς πόλεως παρελθὼν ἀνέγνω τοῖς Ἀθηναίοις, δηλοῦσαν τάδε. De his Aristophanis Interpres ad hunc Comici versum *Equitibus* [vs. 1253.]

ὅπως γένωμαί σοι Φανὸς ὑπογραφεὺς δικῶν.

Φανὸς γὰρ, κακοπράγμων ἐγένετο φιλόνεικος Γραμματεύς. ἐπὶ δὲ δήμου, ὑπογραφεὺς ἐλέγετο. ὁ δὲ τοῦ βουλευτηρίου Ἀντιγραφεύς· δημοσίου δὲ γενομένου, ἔγραφον ἀμφότεροι τὰ λεγόμενα. Sed confundit hic Magister errore maximo τοὺς Ἀντιγραφέας cum Scribis. Legebantur autem Scribae singulis Prytaniis, ut est apud Pollucem: Γραμματεύς, ὁ κατὰ πρυτανείαν κληρωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς. Rationesque administrati muneris singulis quoque Prytaniis referebant; ita ut legitimum ministerii tempus diebus triginta verteret; reliqui quinque dies Prytaneiae reddendis, puto, rationibus dicabantur: Dies triginta ministrasse, & singulis Prytaniis rationes retulisse scribit Lysias *Oratione laudata*, cujus verba describemus, ut illustremus, atque emendemus: καὶ γάρ τοι, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐπειδὴ ἐκείνων δίκην οὐ δέδωκεν, ὁποίαν καὶ νῦν τὴν ἀρχὴν κατεστήσατο· ὅστις πρῶτον μὲν τέτταρα ἔτη ἀνέγραψεν, ἐξὸν αὐτῷ τριάκοντα ἡμερῶν ἀπαλλαγῆναι ἔπειτα διωρισμένον. ἐξ ὧν ἔδει ἀναγράφειν αὐτὸν ἁπάντων κύριον ἐποιήσατο, καὶ ὅσα χειρίσας μόνος οὐδεὶς τῶν ἀρξάντων εὐθύνας οὐκ ἔδωκεν. ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι τῆς αὐτῶν ἀρχῆς κατὰ πρυτανείαν λόγον ἀναφέρουσι· σὺ δὲ, ὦ Νικόμαχε, οὐδὲ τεττάρων ἐτῶν ἠξίωσας ἐγγράψαι, ἀλλὰ μόνῳ σοὶ τῶν πολιτῶν ἐξεῖναι νομίζεις ἄρχειν πολὺν χρόνον, καὶ μήτε εὐθύνας διδόναι, μήτε τοῖς ψηφίσμασι πείθεσθαι, μήτε τῶν νόμων φροντίζειν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἐγγράφεις, τὰ δὲ ἐξαλείφεις· καὶ εἰς τοῦτο ὕβρεως ἥκεις, ὥστε σαυτοῦ νομίζεις εἶναι τὰ τῆς πόλεως, αὐτὸς δημόσιος ὤν. Nicomachus Scriba Leges Solonis intra menses quatuor describere jussus est, at ille non quatuor mensibus, sed totidem an-

nis id praestitit, atque immutavit, abrogavitque, quas describendas acceperat Leges. Lysias: προσταχθὲν γὰρ αὐτῷ τεσσάρων μηνῶν ἀναγράψαι τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος, ἀντὶ μὲν Σόλωνος αὐτὸν νομοθέτην κατέστησεν, ἀντὶ δὲ τεττάρων μηνῶν, ἓξ ἔτη τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο. καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ἀργύριον λαμβάνων, τοὺς μὲν ἀνέγραφε, τοὺς δὲ ἐξήλειφεν. Male editur ἓξ ἔτη, nam ex iis, quae jam ante descripsimus, constat, quatuor tantum annos, non autem sex, huic muneri vacasse Nicomachum: Rescribendum igitur est: ἀντὶ δὲ τεττάρων μηνῶν, [1] ἐς ἔτη τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, elegantissime: tot annis Scribatu functus est, quot mensibus imperatum fuerat: quatuor menses praescripti fuerant, totidem ille annos impendit describendis Legibus, cum tamen Scribam munere hoc fungi triginta tantum dies jus esset: atque id est quod his verbis queritur Lysias, ὅστις πρῶτον μὲν τέτταρα ἔτη ἀνέγραψεν, ἐξὸν αὐτῷ τριάκοντα ἡμερῶν ἀπαλλαγῆναι. Addit deinde ea, quae constituta erant, & describenda tantum acceperat, immutasse, & pro arbitrio versasse, perinde ac si ipse Legislator foret, neque rationes retulisse: Lysiae verba ita legenda & interpungenda sunt: ἔπειτα διωρισμένων, ἐξ ὧν ἔδει ἀναγράφειν, αὐτὸν ἁπάντων κύριον ἐποιήσατο, καὶ ὅσα χειρίσας μόνος οὗτος τῶν ἀρξάντων εὐθύνας οὐκ ἔδωκεν.

Apud Romanos vile quoque hoc Scribarum munus, & Libertorum, quod jam diu monuerunt docti: de Alexandro Persei Filio Plutarchus *in Paullo Ae-*
359. *milio* [*p.* 275. *A.*] τὸν δὲ τρίτον, Ἀλέξανδρον, εὐφυᾶ μὲν ἐν τῷ τορεύειν καὶ λεπτουργεῖν γλυφάς φασιν, ἐκμαθόντα δὲ τὰ ῥωμαϊκὰ γράμματα, καὶ τὴν διάλεκτον ὑπογραμματεύειν τοῖς ἄρχουσιν, ἐπιδέξιον καὶ χαρίεντα περὶ ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν ἐξεταζόμενον.

TITULUS TERTIUS.

De Oratoribus.

I. QUanquam inter Magistratus censendi non sint *Oratores*, tamen ἐν τοῖς ἰδιώταις non sunt numerandi, cum expressis verbis distinguantur ab iis in Aeschinis *Oratione adversus Timarchum* [*p.* 2.] τρίτον δὲ ἐφεξῆς διέξειμι πρὸς ὑμᾶς τοὺς νόμους περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν, οὐ μόνον περὶ τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν Ῥητόρων. Nemo autem in hunc ordinem cooptabatur, qui esset minor annis triginta, quanquam etiam nonnulli quadragesimum aetatis annum definiant: idque Lege cautum:

Μὴ εἰσελθεῖν τινα εἰπεῖν μήπω τριάκοντα ἔτη γεγονότα.	*Ne quis annis triginta minor in Senatu, aut populo, orato.*

Legem hanc laudat Graecus Aristophanis Interpres *ad Nubes* [*vs.* 530.] νόμος

1 Verius semper opinatus sum ἑξῆς τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, in quo nunc tanto securius acquiesco, quod idem se adprobasse Cl. *Taylor* animadvertam. Dicitur sane Nicomachus τέσσαρα ἔτη ἀναγράψαι. Sed intra id spatium se non conclusisse additur continuo. Σὺ δὲ εἰς τεττάρων ἐτῶν ἑξήκοντα ἀνεγράφης.

νόμος δὲ ἦν μὴ εἰσελθεῖν τινα εἰπεῖν μή πω τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότα ὡς δέ τινες, τριάκοντα. Ad Oratores Legem hanc esse referendam dubium esse non potest, cum alioquin liceat apud populum dicere ubi ad annum aetatis vicesimum ventum est: Annum vero tricesimum potius, quam quadragesimum, definivimus, quia ea aetas est Senatoria, & exempla probant: neque minore debuit esse is, qui re vera erat auctor publici consilii, regendae civitatis dux, princeps sententiae in Senatu, in populo, in caussis publicis: Nemo autem temere huic Oratorum albo adscribebatur, sed quotannis decem sorte legebantur, qui drachmam de publico accipiebant, eo, quo orabant, die, docet Aristoteles apud Scholiastem Aristophanis, ad hunc e *Vespis versum* [689.]

Αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικὸν, δραχμήν.

ἐλάμβανον γὰρ οἱ Ῥήτορες δραχμὴν, ὅτε συνηγόρουν ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἢ ὑπὲρ ἄλλου τινός. ἐκ τούτου δὲ φαίνεται ὅτι μισθοφόρος ἦν ἡ ἀρχή. κληρωτοὺς δὲ γενομένους δέκα Συνηγόρους Ἀριστοτέλης φησί. Qui enim Συνήγοροι hic dicuntur, ii sunt Ῥήτορες, qui sorte capti ἐδοκιμάζοντο apud Judices, in vitam illorum inquirebatur, cum e re publica non esset τὸν Ῥήτορα ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα τῶν λόγων ἐπιμεληθέντα πρότερον, ἀλλ' οὐ τοῦ βίου. Atque hanc ob caussam dicuntur a Judicibus χειροτονεῖσθαι. Demosthenes *in Timocratea* [p. 448.] τοὺς Συνηγόρους, οὓς χειροτονεῖτε, δύναιτ' ἂν πεῖσαί τις σιωπᾶν. Judices alloquitur Demosthenes, quos χειροτονεῖν τοὺς Συνηγόρους docet: docuerat & Antiphon ἐν τῇ πρὸς τὴν Δημοσθένους γραφὴν ἀπολογίᾳ, καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν Λινδίων φόρου, ex eo Grammatici: ἐοίκασι παρ' Ἀθηναίοις τινὲς χειροτονεῖσθαι Συνήγοροι ἐπὶ τῷ συναγορεύειν.

II. Examen istud quibusdam continetur Kapitibus, quae praescripsit Legislator.

ΔΟΚΙΜΑΣΙΑ ΡΗΤΟΡΩΝ.	DE ORATORUM VITA QUAESTIO. 260.
ΑΝ ΤΙΣ ΛΕΓΗι ΕΝ ΤΩι ΔΗΜΩι, ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΤΥΠΤΩΝ, Η ΤΗΝ ΜΗΤΕΡΑ, Η ΜΗ ΤΡΕΦΩΝ, Η ΜΗ ΠΑΡΕΧΩΝ ΟΙΚΗΣΙΝ.	*Si quis in populo oret, qui alterum parentum pulsarit, aut non aluerit, aut tectum ad habitandum non praebuerit.*
ΕΙ ΤΑΣ ΣΤΡΑΤΕΙΑΣ ΜΗ ΕΣΤΡΑΤΕΥΜΕΝΟΣ, ΟΣΑΙ ΑΝ ΑΥΤΩι ΠΡΟΣΤΑΧΘΩΣΙΝ Η ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ ΑΠΟΒΕΒΛΗΚΩΣ.	*Si ad militiam vocatus non responderit, aut clypeum abjecerit.*
ΕΙ ΠΕΠΟΡΝΕΥΜΕΝΟΣ Η ΗΤΑΙΡΗΚΩΣ.	*Si scortetur, aut muliebria patiatur.*
ΕΙ Ο ΤΑ ΠΑΤΡΩιΑ ΚΑΤΕΔΗΔΟΚΩΣ Η ΩΝ ΑΝ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΣ ΓΕΝΗΤΑΙ.	*Si paternam, aut aliam quamvis ad se delatam hereditatem, decoxerit.*
Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα λέγῃ, ΔΟΚΙΜΑΣΙΑΝ ΜΕΝ ΕΠΑΓΓΕΙΛΑΤΩ ΑΘΗΝΑΙΩΝ Ο ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ ΟΙΣ ΕΞΕΣΤΙΝ. τοὺς δὲ δικαστὰς περὶ τούτων ἐν τῷ δικαστηρίῳ διαγινώσκειν.	*Si, inquam, in populo oret nihilominus, illius nomen Atheniensium quivis, cui libuerit, & licuerit, deferto: judicesque ea de re judicium reddunto.*

Habes omnia ista Kapita apud Aeschinem ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [p. 5.] e Solonis Legibus: ἃ συνιδὼν ὁ νομοθέτης, διαῤῥήδην ἀπέδειξεν οὓς χρὴ δημηγορεῖν,

γορεῖν, καὶ οὓς οὐ δεῖ λέγειν ἐν τῷ δήμῳ· καὶ οὐκ ἀπελαύνει ἀπὸ τοῦ βήματος εἴ τις μὴ προγόνων ἐστὶν ἐστρατηγηκότων υἱός· οὐδέ γε εἰ τέχνην τινὰ ἐργάζεται, ἐπικουρῶν τῇ ἀναγκαίᾳ τροφῇ· ἀλλὰ καὶ τούτους καὶ μάλιστα ἀσπάζεται, καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις ἐπερωτᾷ, τίς ἀγορεύειν βούλεται; τίνας δ' οὐκ ᾤετο λέγειν; τοὺς αἰσχρῶς βεβιωκότας. τούτους οὐκ ἐᾷ δημηγορεῖν, καὶ ποῦ δηλοῖ; ΔΟΚΙΜΑΣΙΑ (φησὶ) ΡΗΤΟΡΩΝ ΑΝ ΤΙΣ ΛΕΓΗι ΕΝ ΤΩι ΔΗΜΩι ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΤΥΠΤΩΝ, Η ΤΗΝ ΜΗΤΕΡΑ, Η ΜΗ ΤΡΕΦΩΝ, Η ΜΗ ΠΑΡΕΧΩΝ ΟΙΚΗΣΙΝ. τοῦτον οὐκ ἐᾷ λέγειν. Sed jam singula Kapita expendamus.

Primum est, de honore parentibus habendo: Nam si quis parentum alterum pulsaverit, aut non exhibuerit, aut in aedes non admiserit, cui, quaeso te, persuadebit, se bene affectum fore in alienos, cum in suos, quibus, tantum Diis, honorem habere debuit, tam impius fuerit. Aeschines: ΑΝ ΤΙΣ ΛΕΓΗι ΕΝ ΤΩι ΔΗΜΩι ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΤΥΠΤΩΝ, Η ΤΗΝ ΜΗΤΕΡΑ, Η ΜΗ ΤΡΕΦΩΝ, Η ΜΗ ΠΑΡΕΧΩΝ ΟΙΚΗΣΙΝ. τοῦτον οὐκ ἐᾷ λέγειν. νὴ Δία καλῶς γε, ὡς ἔγωγε φημί. διὰ τί; ὅτι εἴ τις, οὓς ἐξ ἴσου δεῖ τιμᾶν τοῖς θεοῖς, εἰς τούτους ἐστὶ φαῦλος, τί ποτε (φησὶν) ὑπ' αὐτοῦ πείσονται οἱ ἀλλότριοι, καὶ ἡ πόλις ὅλη;

261. Secundum Kaput militiam spectat: nam qui ad eam vocatus non responderit, aut instructa acie & in pugna clypeum abjecerit, prae ignavia fortis nunquam erit princeps sententiae. Aeschines: Καὶ τίσιν δεύτερον ἀπεῖπε μὴ λέγειν; ΕΙΣ ΤΑΣ ΣΤΡΑΤΕΙΑΣ φησὶ ΜΗ ΕΣΤΡΑΤΕΥΜΕΝΟΣ ΟΣΑΙ ΑΝ ΑΥΤΩι ΠΡΟΣΤΑΧΘΩΣΙΝ Η ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ ΑΠΟΒΕΒΛΗΚΩΣ. δίκαια λέγων. τί δή ποτε; ἄνθρωπε, τῇ πόλει ὑπὲρ ἧς τὰ ὅπλα μὴ τίθεσαι, ἢ διὰ δειλίαν μὴ δυνατὸς εἶ ἐπαμύναι, μηδὲ συμβουλεύειν ἀξίου.

Tertium Kaput pudicitiam vindicat: Nam si quis sustinet muliebria pati, quaestumque corpore facere, faciet etiam prostituta Republica. Aeschines: Τρίτον, τίσι διαλέγεται; ΕΙ ΠΕΠΟΡΝΕΥΜΕΝΟΣ, φησὶν, Η ΗΤΑΙΡΗΚΩΣ. τὸν γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐφ' ὕβρει πεπρακότα, καὶ τὰ κοινὰ τὰ τῆς πόλεως ῥᾳδίως ἡγήσατο ἀποδώσεσθαι.

Quartum denique Kaput exigit ab Oratore, ut rem familiarem tueatur, nam si bona sua decoxerit, [1] publicam non multo melius rem tuebitur. Aeschines: Τέταρτον, τίσι διαλέγεται; ΕΙ Ο ΤΑ ΠΑΤΡΩιΑ, φησὶ, ΚΑΤΕΔΗΔΟΚΩΣ Η ΩΝ ΑΝ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΣ ΓΕΝΗΤΑΙ, τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς οἰκήσαντα, καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν.

Atque de istis quaestio habebatur a judicibus, quando forte capti *Oratores* ab illis ἐδοκιμάζοντο, εἴτ' ἐπιτήδειοι εἰσὶ λέγειν, εἴ τε καὶ μή. Meminit illius Lycurgus Rhetor ἐν τῷ περὶ τῆς διοικήσεως. τρεῖς δοκιμασίαι κατὰ τὸν νόμον γίνονται· μία μὲν, ἣν οἱ ἐννέα Ἄρχοντες δοκιμάζονται· ἑτέρα δὲ, ἣν οἱ Ῥήτορες.

Quod si quis alicujus harum rerum reus, latuisset, & *oraret* in populo, dica illi scribebatur, quam Δοκιμασίαν dixerunt, nomenque ejus deferebat Atheniensium quivis, cui liberet & liceret, judicesque ea de re judicium reddebant. Aeschines τούτους οὖν ἐξείργει τοῦ βήματος, τούτους ἀπαγορεύει μὴ δημηγορεῖν.

1 Vide *Athenaeum* L. IV, 18. p. 166., quaeque is ex *Menandri* Nauclero excerpsit.

γορεῖν. Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα μὴ μόνον λέγῃ, ἀλλὰ καὶ συκοφαντῇ καὶ ἀσελγαίνῃ; καὶ μηκέτι τοιοῦτον ἄνθρωπον δύνηται φέρειν ἡ πόλις; ΔΟΚΙΜΑΣΙΑΝ ΜΕΝ, φησὶν, ΕΠΑΓΓΕΙΛΑΤΩ ΑΘΗΝΑΙΩΝ Ο ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ ΟΙΣ ΕΞΕΣΤΙΝ. ὑμᾶς δ' ἤδη κελεύει περὶ τούτων ἐν τῷ δικαστηρίῳ διαγινώσκειν. Καὶ νῦν ἐγὼ κατὰ τοῦτον τὸν νόμον ἥκω πρὸς ὑμᾶς. Aeſchinis ſententiam expreſſit Pollux *Lib. VIII. cap.* 6. δοκιμασία τοῖς Δημαγωγοῖς ἐπηγγέλλετο, εἰ ἡταιρηκότες εἶεν, ἢ τὰ πατρῷα κατεδηδοκότες; ἢ τοὺς γονέας κεκακωκότες, ἢ ἄλλως κακῶς βεβιωκότες, ἀτίμους αὐτοὺς ἐχρῆν εἶναι, καὶ μὴ λέγειν. Dixit Δημαγωγοὺς, qui ſunt Ῥήτορες, ut e laudatis Aeſchinis verbis conſtat, itemque Ariſtotele, Graeco Demoſthenis Interprete, aliis. Appellabatur quoque haec dica Ῥητορικὴ, Harpocration: Ῥητορικὴ γραφή. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδην. ἔοικε Ῥητορικὴ γραφὴ καλεῖσθαι, ἡ κατὰ Ῥήτορος γράψαντός τι, ἢ εἰπόντος, ἢ πράξαντος παράνομον· καὶ ὥσπερ λέγεται Πρυτανικὴ ἡ κατὰ Πρυτανέως, καὶ Ἐπιστατικὴ ἡ κατ' Ἐπιστάτου, ἴσως δὲ κατὰ τοῦτο Ῥητορικαὶ γραφαί τινες καλοῦνται; ὅτι κατὰ διαφόροις νόμοις αἱ τῶν Ῥητόρων γραφαὶ εἰσάγονται, ὡς Ἀντιφῶν ἐν τῷ κατὰ Πρυτανέως, εἰ γνήσιος, ὑποσημαίνει. Suidas: Ῥητορικὴ γραφὴ, ἣν ἠγωνίζοντο οἱ Ῥήτορες, οὐ γὰρ πάσας ἠγωνίζοντο τὰς δίκας τῶν παλαιῶν οἱ Ῥήτορες, ἀλλ' ἐνίας. ἄλλοι δὲ Ῥητορικὴν γραφὴν λέγουσι, τὴν κατὰ Ῥήτορος γινομένην, γράψαντός τι, ἢ εἰπόντος, ἢ πράξαντος παράνομον. ἴσως δὲ κατὰ τοῦτο Ῥητορικαί τινες γραφαὶ καλοῦνται, ὅτι κατὰ διαφόροις νόμοις αἱ τῶν Ῥητόρων γραφαὶ εἰσάγονται, ὥσπερ λέγεται Πρυτανικὴ γραφὴ ἡ κατὰ Πρυτανέως, καὶ Ἐπιστατικὴ· ἡ κατ' Ἐπιστάτου. Reſcribendum eſt cum apud [1] Harpocrationem, tum apud Suidam, ὅτι κατὰ διαφόρους νόμους αἱ κατὰ τῶν Ῥητόρων γραφαὶ εἰσάγονται. Dica Oratoribus ſcribi poterat propter violatas varias Leges, ut ἀστρατείας, ἑταιρήσεως, &c. Atque haec actio proprie dicebatur ἐπαγγελία. Grammatici: ἐπαγγελία, σημαίνει καὶ ἄλλα, ἰδίως δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν ἐγκαλούντων τινὶ δημηγορεῖν καὶ πολιτεύεσθαι οὐκ ἐξόν. Sive etiam εἰσαγγελία. Pollux *Lib. VIII. cap.* 6. ἀδικῶν δέ τις ἁλίσκεται, ἢ Ἄρχων, ἢ Ῥήτωρ, εἰς τὴν βουλὴν Εἰσαγγελία δίδοται κατ' αὐτοῦ. & paullo poſt e Theophraſto: ἐγίγνοντο δὲ καὶ Εἰσαγγελίαι κατὰ τῶν καταλυόντων τὸν δῆμον Ῥητόρων, ἢ μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ λεγόντων, ἢ πρὸς τοὺς πολεμίους ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι ἀπελθόντων, ἢ προδόντων φρούριον, ἢ στρατιὰν, ἢ ναῦς, ὡς Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ νόμων. 262.
Videtur in his non bene convenire Polluci cum Aeſchine: Aeſchines namque cognitionem defert ſecundum Legem ad Judices: Pollux vero ad Quingentorum Senatum. Sed haec facile inter ſe conciliari poſſunt: e Solonis quippe Legibus oportebat τοὺς δικαστὰς περὶ τούτων ἐν τῷ δικαστηρίῳ διαγινώσκειν. Pollux: χίλιοι δὲ κατὰ μετὰ τὸν Σόλωνα τὰς Εἰσαγγελίας ἔκρινον. Hi mille duo ſunt δικαστήρια, quae in unum convenerant, quod ſaepe fieri ſolitum teſtis Demoſthenis Interpres Ulpianus ad haec e *Timocratea* Verba [*p.* 443.] δικαστηρίοιν δυοῖν εἰς ἓν καὶ χιλίους ἐψηφισμένων. ἐν τοῖς μεγάλοις καὶ ἐσπουδασμένοις πράγμασι, συνήρχοντο ἐκ δύο δικαστηρίων, πληροῦντες ἀριθμὸν

[1] In *Harpocratione* Blankardi & Jac. Gronovii haud aliter provulgatum. *Suidae* doctiſſimus editor monentem Petitum audire neglexit.

ἀριθμὸν χιλίων καὶ ἑνός. Mutavit & id postea, Demetrio Phalereo Legem ferente, & additi sunt quingenti judices. idem Pollux: κατὰ δὲ τὸν Φαληρέα καὶ πρὸς Πενταχόσιοι. Altera quoque conciliationis ratio iniri potest ex his Pollucis verbis: ἀδικῶν δέ τις ἁλίσκεται, ἢ Αρχων, ἢ Ρήτωρ, εἰς τὴν βουλὴν Εἰσαγγελία δίδοται κατ᾽ αὐτοῦ, κἂν μὲν μέτρια ἀδικεῖν δοκῇ, ἡ βουλὴ ποιεῖται ζημίας ἐπιβουλήν. ἂν δὲ μείζω, παραδίδωσι δικαστηρίῳ.

III. Lege praeterea Atheniensium cautum erat, ut is qui Orator forte legebatur, agros intra fines Atticae possideret, & liberos legitimos, aut jam haberet, aut suscepturus esset, qui essent tanquam Reipublicae oppignerati, & paternae fidei dati obsides.

Τὸν Ρήτορα παιδοποιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους, καὶ γῆν ἐντὸς ὅρων κεκτῆσθαι.

Orator liberos suscipito e legitimis nuptiis, agrumque intra fines Atticae possideto.

Legem laudat Dinarchus ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους [*p.* 99.] Καὶ τοὺς μὲν νόμους προλέγειν τῷ Ρήτορι, τὴν παρὰ τοῦ δήμου πίστιν ἀξιοῦντι λαμβάνειν, παιδοποιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους, γῆν ἐντὸς ὅρων κεκτῆσθαι· πάσας τὰς δικαίας πίστεις παρακαταθέμενον, οὕτως ἀξιοῦν προεστάναι τοῦ δήμου. σὲ δὲ τὴν πατρῴαν γῆν πεπρακέναι, τοὺς δὲ οὐ γεγενημένους υἱεῖς σαυτῷ προσποιεῖσθαι παρὰ τοὺς νόμους, τῶν ἐν ταῖς κρίσεσιν ἕνεκα γινομένων ὅρκων.

IV. Diligenter autem providebant, ut Oratores μετ᾽ εὐκοσμίας, sive in Senatu, sive in populo, orarent, eaque de re extat haec Lex:

ΤΩΝ ΡΗΤΟΡΩΝ ΕΑΝ ΤΙΣ ΛΕΓΗΙ ΕΝ ΒΟΥΛΗΙ Η ΕΝ ΔΗΜΩΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΩΝ, Η ΜΗ ΧΩΡΙΣ ΠΕΡΙ ΕΚΑΣΤΟΥ Η ΔΙΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ Ο ΑΥΤΟΣ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ, ΟΤΙ Η ΛΟΙΔΟΡΕΙΤΑΙ, Η ΚΑΚΩΣ ΑΓΟΡΕΥΕΙ ΤΙΝΑ, Η ΥΠΟΚΡΟΥΕΙ Η ΧΡΗΜΑΤΙΖΟΝΤΩΝ ΜΕΤΑΞΥ ΑΝΙΣΤΑΜΕΝΟΣ ΛΕΓΗΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΗ ΕΠΙ ΤΟΥ ΒΗΜΑΤΟΣ Η ΠΑΡΑΚΕΛΕΥΗΤΑΙ Η
263. ΕΛΚΗΙ ΤΟΝ ΕΠΙΣΤΑΤΗΝ ΑΦΕΙΜΕΝΗΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ Η ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ, ΚΥΡΙΕΥΕΤΩΣΑΝ ΟΙ ΠΡΟΕΔΡΟΙ ΜΕΧΡΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΔΡΑΧΜΩΝ ΕΙΘ᾽ ΕΚΑΣΤΟΝ ΑΔΙΚΗΜΑ ΕΠΙΓΡΑΦΕΙΝ ΤΟΙΣ ΠΡΑΚΤΟΡΣΙΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΠΛΕΟΝΟΣ ΑΞΙΟΣ ΕΣΤΙ ΖΗΜΙΑΣ ΕΠΙΒΑΛΛΟΝΤΕΣ ΜΕΧΡΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΔΡΑΧΜΩΝ ΕΙΣΦΕΡΕΤΩΣΑΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ, Η ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΕΝ ΤΩΙ ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΩΙ, ΟΤΑΝ ΔΙΕΞΙΩΣΙ ΚΛΗΣΕΙΣ ΚΡΙΝΑΤΩΣΑΝ. ΚΑΙ ΕΑΝ ΚΑΤΑΓΝΩΣΘΗΙ ΑΥΤΟΥ ΚΡΥΒΔΗΝ ΨΗΦΙΖΟΝΤΩΝ ΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ, ΕΓΓΡΑΨΑΤΩΣΑΝ ΟΙ ΠΡΟΕΔΡΟΙ ΤΟΙΣ ΠΡΑΚΤΟΡΣΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑΝΟΜΩΝ.

Si quis Oratorum in Senatu, aut in populo, vel non seorsim de re proposita, vel bis de eadem re apud eosdem dixerit, sive conviciatus fuerit, sive maledixerit alicui, sive pede supploserit, vel inter decernendum importune locutus fuerit de rebus alienis ab his, de quibus referebant Proëdri, vel aliquem concitarit, vel Epistatam traxerit, dimissa concione, aut Senatu, ejus multandi potestas esto penes Proëdros ad quinquaginta drachmas usque: quinquaginta hae drachmae exigendae inscribuntor exactoribus hoc nomine: Quod si graviorem meruisse poenam videbitur, irrogata multa ad quinquaginta drachmas usque, deferunto ad Senatum, aut concionem, quae prima habebitur. Ubi in jus vocatus fuerit, in Senatu judicanto. Quod si damnatus fuerit, clam suffragia ferentibus Senatoribus, Proëdri multam exactoribus exigendam Legum violatarum nomine inscribunto.

Legem hanc descripsit Aeschines: ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [*p.* 5.] ἀναγνώσεται

σεται δὴ ὑμῖν τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῆς εὐκοσμίας κειμένους τῶν Ῥητόρων. ΝΟΜΟΙ ΤΩΝ ΡΗΤΟΡΩΝ, ΕΑΝ ΤΙΣ ΛΕΓΗι ΕΝ ΒΟΥΛΗι Η ΕΝ ΔΗΜΩι, &c. Obſervandum autem eſt, ubi nos ſcripſimus: ΚΑΙ ΕΑΝ ΚΑΤΑΓΝΩΣΘΗι ΑΥΤΟΥ ΚΡΥΒΔΗΝ ΨΗΦΙΖΟΝΤΩΝ ΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ legi, ΨΗΦΙΖΩΝ ΕΝ ΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ. Sed reponendum eſt, ΚΡΥΒΔΗΝ ΨΗΦΙΖΟΝΤΩΝ ΕΝ. [1] (id eſt πέντε καὶ πεντήκοντα) ΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ. *clam ſuffragia ferentibus quinquaginta quinque Senatoribus*, ubi numerum definit, quot minimum clam ſuffragia ferre deberent Senatores, nempe quinquaginta quinque: At in concionibus numerus non definitur eorum, qui ſuffragia clam ferre debent, ſed permittitur uniuscujusque, qui concioni intereſt, arbitrio, unde paſſim legas, ψηφισαμένων μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων, οἷς ἂν δόξῃ, κρύβδην ψηφιζομένοις.

TITULUS QUARTUS.

De Muneribus & Honoribus.

I. NON ignoro τοὺς λειτουργοῦντας Magiſtratibus non poſſe accenſeri, ſi rem ad vivum reſeces, quin tamen aliquam ἀρχῆς ſpeciem prae ſe ferant, non ſinit nos dubitare Demoſthenes *in Midiana*, nam de numero τῶν ἰδιωτῶν eximit, ut adſcribat iis, qui in aliqua dignitate ſunt poſiti, eos namque his deſignat verbis: οἷς ἂν ἡ πόλις τινὰ ἄδειαν, ἢ στεφανηφορίαν, ἤ τινα τιμὴν δῷ. optime Ulpianus *ad hunc locum*: ἔχει γὰρ τινα καὶ ὁ Χορηγὸς ἄ- 264.
δειαν, οἷον ἀφιέναι τῆς στρατείας τὸν χορὸν, καὶ εἰσάγειν, ὅτε βούλοιτο. Excuſabant Choragi a militia eos, qui ſibi in pompa miniſtrabant & ſaltabant, ut ſuo loco, Deo dante, dicemus, καὶ εἰσάγειν, ὅτε βούλοιτο, quibus verbis, ut puto, ſignificat Ulpianus, Choragum habuiſſe, ſi liberet, ἡγεμονίαν δικαστηρίου, ſi qua inter Chori, quem dabat, ſaltatores lis oriretur. Munera autem iſta altero quoque anno obibant, ex hac Lege:

Ενιαυτὸν διαλιπόντα ἕκαστον λειτουργεῖν. *Altero quoque anno munera obeunto.*

Hujus Legis meminit Demoſthenes *in Leptinea* [*p.* 275.] ἐκ τῶν νῦν ὑπαρχόντων νόμων καὶ πάλαι κυρίων, οὓς οὐδ᾽ αὐτὸς οὗτος ἀντείποι ἂν μὴ οὐχὶ καλῶς ἔχειν, ἐνιαυτὸν διαλιπὼν ἕκαστος λειτουργεῖ. Quanquam multi volentes ſingulis quibusque annis munia iſta publica adibant: conſtat vel exemplo illius, cui ſcripſit Lyſias ἀπολογίαν δωροδοκίας [C. 1.] in ea enim iſta leguntur: quae, quamvis pluſcula ſint, adſcribemus. ἐγὼ γὰρ ἐδοκιμάσθην μὲν ἐπὶ Θεοπόμπου Αρχοντος, καταστὰς δὲ Χορηγὸς Τραγῳδοῖς, ἀνήλωσα τριάκοντα μνᾶς. καὶ τρίτῳ μηνὶ Θαργηλίοις νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ, δισχιλίας δραχμάς· ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου Αρχοντος, εἰς Πυῤῥιχιστὰς Παναθηναίοις

1 Hujus correctionis cauſſam requiro. Ecquis dixit quinquaginta & quinque Senatores ſuffragia tuliſſe? Id ſi aut fori Attici conſuetudine aut Veterum teſtimoniis liqueret, fortaſſe non intercederem. In ſcriptis *Aeſchinis* libris loco ψηφίζων ἐν legitur ψηφιζόντων. Unde mihi optime feciſſe viri eruditi videntur ψηφιζόντων τῶν βουλευτῶν.

θηναίοις τοῖς μεγάλοις ὀκτακοσίας. ἔτι δ' ἀνδράσι χορηγῶν εἰς Διονύσια ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Ἄρχοντος, ἐνίκησα, καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τοῦ τρίποδος ἀναθέσει πεντακισχιλίας δραχμάς· καὶ ἐπὶ Διοκλέους Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς κυκλικῷ χορῷ τριακοσίας. τὸν δὲ μεταξὺ χρόνον ἐτριηράρχουν ἑπτὰ ἔτη, καὶ ἓξ τάλαντα ἀνήλωσα, ὅμως εἰσφορὰς, τὴν μὲν, τριάκοντα μνᾶς, τὴν δὲ, τετρακισχιλίας δραχμὰς, εἰσενήνοχα. ἐπειδὴ δὲ κατέπλευσα ἐπὶ Ἀλεξίου Ἄρχοντος, εὐθὺς ἐγυμνασιάρχουν εἰς Προμήθεια, καὶ ἐνίκων, ἀναλώσας δώδεκα μνᾶς. καὶ ὕστερον κατέστην Χορηγὸς παιδικοῦ χορῷ, καὶ ἀνήλωσα πλέον ἢ πεντεκαίδεκα μνᾶς. ἐπὶ δὲ Εὐκλείδου Ἄρχοντος Κωμῳδοῖς χορηγῶν Κηφισοδότῳ, ἐνίκων, καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τῆς σκευῆς ἀναθέσει ἑκκαίδεκα μνᾶς· καὶ Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς ἐχορήγουν Πυρριχισταῖς ἀγενείοις, καὶ ἀνήλωσα ἑπτὰ μνᾶς. νενίκηκα δὲ τριήρει μὲν ἁμιλλώμενος ἐπὶ Σουνίῳ, ἀναλώσας πεντεκαίδεκα μνᾶς. καὶ τούτων ὧν κατέλεξα, εἰ ἐβουλόμην κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ λῃτουργεῖν, οὐδ' ἂν τὸ τέταρτον μέρος ἀνήλωσα. Habes in his nobile exemplum hominis ſingulis paene annis ſemel atque iterum munera iſta obeuntis, quod facilius conſtabit appoſitis Faſtis Archontum Athenienſium.

OLYMPIAS XCII.

ANNI OLYMP.	ARCHONTES.
II.	THEOPOMPVS.

Is, cui Orationem hanc ſcripſit Lyſias, tutela exit in viros tranſcriptus. Antheſteriis Choragus fit, itemque Thargeliis.

ANNI OLYMP.	ARCHONTES.
III.	GLAVCIPPVS.

Choragus eſt Panathenaeis Majoribus, & Dionyſiis τοῖς κατ' ἄστυ. itemque Trierarchus.

ANNI OLYMP.	ARCHONTES.
IV.	DIOCLES.

Choragus Panathenaeis Minoribus.

OLYMPIAS XCIII.

ANNI OLYMP.	ARCHONTES.
I.	EVCTEMON.
II.	ANTIGENES.
III.	CALLIAS.
IV.	ALEXIAS.

Gymnaſiarchus *Prometheiis*. itemque Choragus.

265. ### OLYMPIAS XCIV.

ANNI OLYMP.	ARCHONTES.
I.	ANARCHIA.
II.	EVCLIDES.
III.	MICION.
IV.	EPAENETVS.

OLYMPIAS XCV.

ANNI OLYMP.	ARCHONTES.
I.	LACHES.
II.	ARISTOCRATES.
Sed malim	EVCLIDES.

Choragus Panathenaeis Minoribus, & iterum.

In annum ſecundum Olympiadis nonageſimae quintae conjicimus Praeturam *Euclidis*, non autem in ſecundum [1] Olympiadis nonageſimae quartae, tum auctore Euſebio in Latino B. Hieronymi Chronico, tum quia e Legibus conſtat Euclidem Ἄρχοντα γενέσθαι μετ' ὀλίγον χρόνον τῶν Τριάκοντα. Neque poteſt ejus Magiſtratus adſcribi anno tertio Olympiadis nonageſimae quintae, quod a nobis olim factum eſt, ſed fallebamur: Nam Euclide Archonte *Panathenaea minora* celebrata ſunt, ut ex his Lyſiae liquet: Ergo Euclides Archon non fuit anno tertio Olympiadis nonageſimae quintae: Anno quippe tertio Olympiadis *Panathenaea Majora* celebrabantur, non autem Minora. Itaque apud Suidam

1 Vide not. ad L. II. Tit. I. p. 194.

Suidam rescribendum est, τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι [1] πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κη'. καὶ ἐπὶ Εὐκλείδου. & apud Apostolium eodem exemplo. Sed ad Lysiam, sive potius eum, cui Lysias Orationem scripsit, redeamus. ἐγὼ γὰρ, inquit, ἐδοκιμάσθην μὲν ἐπὶ Θεοπόμπου Ἄρχοντος, id est, *in viros transcriptus sum Theopompo Archonte*, anno scilicet secundo Olympiadis nonagesimae secundae. Addit deinde eo anno *Choragum* fuisse, itemque anno sequenti, qui Praetorem habuit Glaucippum, nec non etiam, Praetore Diocle, qui signavit Fastos anni quarti Olympiadis nonagesimae secundae: καὶ ἐπὶ Διοκλέους Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς κυκλικῷ χορῷ τριακοσίας. τὸν μεταξὺ χρόνον ἐτριηράρχουν ἑπτὰ ἔτη, καὶ ἓξ τάλαντα ἀνήλωσα. Quodnam sit intermedium tempus, quod inter Praeturam Theopompi & Dioclis intercessit, facile quivis videt, scilicet Praeturam Glaucippi: Eo igitur anno Trierarchus fuit: atqui dixit, τὸν δὲ μεταξὺ χρόνον ἐτριηράρχουν ἑπτὰ ἔτη, καὶ ἓξ τάλαντα ἀνήλωσα: quasi annorum spatio septem ad Dioclis usque Praeturam Trierarchus fuerit, quod omnino verum non est: Nam ante Theopompum Archontem Trierarchus esse non potuit, ut qui nondum sui esset juris, Theopompo demum Archonte tutela exiit, & in viros transcriptus publica obire cepit munia, & anno sequenti, Glaucippo Praetore Trierarchus triremem instruxit suo sumptu, quem fecit in hanc rem talentorum septem, majorem certe, quam sex talentorum. Atque hoc est, quod dixit Orator, sed ejus verba in mendo cubant: nos mendo liberamus & rescribimus: τὸν δὲ μεταξὺ χρόνον ἐτριηράρχουν, [2] ἑπτὰ, ἔτι ἢ καὶ ἓξ τάλαντα ἀνήλωσα. Sed haec obiter. Altero, ut jam diximus, quoque anno Athenienses ex Lege publica obibant munera, quare alia pacis sunt πρὸς εἰρήνην, alia belli, πρὸς πόλεμον, ut loquitur Ulpianus *ad Leptineam*: Pacis quidem haec sunt, Χορηγία, Ἑστίασις, καὶ Γυμνασιαρχία. Belli vero, Εἰσφορὰ, καὶ Τριηραρχία.

II. Choragus est, qui sumptus praebebat ad Ludos, καὶ ὄψον, id est, choragium, quo instruebatur Theatrum & Chorus. Ulpianus *ad Leptineam* [*p.* 282.] 266.
Χορηγὸς, ὁ τοῖς Διονυσίοις καὶ τοῖς Παναθηναίοις τῷ χορῷ τὴν τροφὴν παρέχων, καὶ στεφάνους, καὶ κόσμον, καὶ ὅσα περὶ τὴν τοιαύτην πανήγυριν. Sed longe fallitur Grammaticus, si his tantum Ludis constitutos fuisse Choragos putat: nam fuerunt & aliis, ut ex iis, quae jam ante e Lysia descripsimus, liquet. Hos Choragos designabant & constituebant unaquaeque Tribus suos: Libanius *in Argumento Midianae*: Καθίστασαν δὲ τοὺς Χορηγοὺς αἱ φυλαὶ, Χορη-

1 Verius multo erit, si rescripseris πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κὰι ἐπὶ Εὐκλέους. Viginti enim quinque annis ante Euclidem summo Athenis magistratu functus Eucles est, quo Archonte Babylonios Aristophanem docuisse alias ostendi. Mecum sentit Ampl. *Boubier* Differt. de Prisc. Graec. & Latin. Liter. p. 573.

2 Non possum probare emendationem Petiti. Nam si Trierarchus tantum fuit Glaucippo Praetore, quomodo sex vel septem talenta in hanc rem impendit? Non enim tantos fuisse sumptus Trierarchiae in annum probat locus *Ulpiani* ad Midianam infra a Petito laudatus p. 274., ex quo patet τοῖς συντελέσι talento dato onus in socios vel alios Trierarchiae curatores deponere potuisse: sed validius repugnat lex a *Demosthene* scripta atque ibidem citata: τὸν τριηραρχεῖν αἱρεθέντα ἀπὸ τῆς οὐσίας ἀπὸ τῶν δέκα ταλάντων δέκα &c. Nam si unico anno septem talenta Trierarchus quisque impendisset, quis color tam iniquae distributionis? ut videlicet is qui decem tantum talenta possideret, septem in Trierarchiam insumeret, & sic uno anno plusquam duas tertias bonorum jacturam faceret. Credo igitur retinendam esse vulgatam scripturam, sed ut τὸ μεταξὺ intelligatur de toto spatio temporis a Theopompo ad Alexiam, tanquam haec fuerint per parenthesin dicta. Fuit quando putabam scribendum pro ἐτριηράρχουν [illegible] ἐτριηράρχησα [illegible]. Sed id damnavi; non enim erat privatae sortis ejusmodi navis. JAC. PALMER.

Ibid. Haec optimi coloris sunt. A Theopompo ad Alexiam abierunt anni septem, qui τὸν μεταξὺ χρόνον efficiunt. Vidit & Praestantissimus *Jo. Taylor*, Petitum refellens p. 375. *Lysiae* fui.

Χορηγὸς δέ ἐστιν ἑκάστης φυλῆς ὁ τὰ ἀναλώματα παρέχων τὰ περὶ τὸν Χορόν. Anonymus *in Argumento ejusdem*: προυβάλλετο Χορηγὸς ἀφ' ἑκάστης φυλῆς πρὸς τὸ τρέφειν Χορὸς παίδων τε καὶ ἀνδρῶν. Choragi constituti sortiebantur pro concione tibicines, praesidente Archonte, ex hac Lege:

Ἐν ἐκκλησίᾳ τὸν Ἄρχοντα ἐπικληροῦν τοῖς Χοροῖς τοὺς Αὐλητάς.	*Archontes pro concione tibicines Choris sortito danto.*

Choragus pro sortis ordine tibicinem eligebat, quem vellet maxime. Legem laudat Demosthenes *in Midiana* [*p.* 322.] παρούσης δὲ τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τὸν Ἄρχοντα ἐπικληροῦν ὁ νόμος τοῖς Χοροῖς τοὺς Αὐλητὰς κελεύει, παρελθὼν ὑπεσχόμην ἐγὼ χορηγήσειν ἐθελοντής. καὶ κληρουμένων, πρῶτος αἱρεῖσθαι τὸν Αὐλητὴν ἔλαχον. Sortiebantur igitur se Choragi, praesidente Archonte, atque is cui prima sors obtigerat, primus eligebat tibicinem, quem vellet, cui secunda sors obvenerat, secundus eligebat, atque ita deinceps pro sortis ordine. Fiebat autem ista sortitio mense integro, antequam darentur Ludi, in quos instruebantur Chori. Anonymus *in Argumento Midianae*: ἔθος δὲ ἦν πρὸ μηνὸς τῆς ἑορτῆς τὸν Ἄρχοντα συνάγειν τοὺς Χορηγοὺς ἑκάστης φυλῆς εἰς τὸ λαχεῖν περὶ τῶν αὐλητῶν. Ita etiam apud Archontem Choragi solebant δοῦναι χορὸν Poëtis: eratque Archontis videre, ut id fieret recte, & ad celebrandos majori cum voluptate atque dignitate Ludos: qua de re insignis est Hesychii locus, qui corrupte legitur in haec verba. πυρπέργχει. Κρατῖνος ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβεν, περὶ τοῦ Ἄρχοντος ἐστιν οὐ * πτήρει. Non ignoro Virum incomparabilem *in Animadversionibus* ad Athenaeum locum hunc attigisse: & optime quidem ille observavit Cratinum in Prologo *Bubulcorum* graviter conquestum fuisse de Choragi cujusdam contumelia, qui alii nescio cui Comico potius quam ipsi Chorum dederat, quo referenda sunt ea, quae ex hac Comoedia leguntur apud Athenaeum *Lib. XIV.* [*C.* 9.]

Ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορὸν,
Τῷ Κλεομάχῳ δ' ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ
Ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

Sed emendationem verborum Hesychii, quam adfert Vir incomparabilis, probare non possumus: Ea haec est: πῦρ, πῦρ, ἔγχει. Κρατῖνος ἐν Βουκόλοις ἀπὸ διθυράμβου ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε παρὰ τοῦ Ἄρχοντος, παρ' οὗ ᾔτηκει. Mitto, quod nimium recedit ab edita Hesychii lectione; satis namque est ad improbandam ejus conjecturam, quod hic confundat Archontem cum Chorago, quasi scilicet, qui eo anno Archon fuit, fuerit quoque Choragus. Atqui Archontes suae anno Praeturae excusationem habebant horum munerum. Rescribo igitur: [1] πῦρ παρῆν, χεῖ. Κρατῖνος ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβεν, περὶ τοῦ Ἄρχοντος ἐστιν, οὐ ἢ τηρεῖν. De Archonte ista dicuntur, quem comparat cum reprobo nummo, cui impressa litera X ostendit mittendum esse in ignem & conflandum: Quanquam enim Archon non daret Cho-
267. rum, ut qui Choragus non esset, tamen cum Choragi eo praesidente darent, partes illius erant observare, ut meliores quique Poëtae coëmerentur, quo Ludi magnificentius instaurarentur.

III. Lege

1 Si πῦρ παρέχει probare nolis, fecero cum *Casaubono* ad *Athen.* L. xiv, 9. Petiti conjectura nimis ingeniosa atque arcessita videtur, dubito etiam, utrum Graeca satis.

III. Lege autem erat cautum, ne quis peregrinus in Choro saltaret: si Choragus in hanc Legem commisisset, multabatur drachmis mille.

Μὴ χορεύειν ξένον, ἢ χιλίας ἀποτίνειν τὸν Χορηγόν.	*Hospes in Choro ne saltato, si secus fecerit, Choragus mille drachmis multator.*

Plutarchus *in Phocione* Legis meminit [*p.* 755. C.] νόμου γὰρ ὄντος Ἀθήνησι τότε, μὴ χορεύειν ξένον, ἢ χιλίας ἀποτίνειν τὸν Χορηγὸν, ἅπαντας εἰσαγαγὼν ξένους τοὺς χορεύοντας, ἑκατὸν ὄντας, ἅμα καὶ τὴν ζημίαν ἀνὰ χιλίας ὑπὲρ ἑκάστου, εἰσήνεγκεν εἰς τὸ θέατρον. Meminit quoque Demosthenes *in Midiana* [*p.* 333.] καὶ μὴν ἴστε γε τοῦτο, ὅτι βουλόμενοι μηδένα ἀγωνίζεσθαι ξένον. Ulpianus: δύο γὰρ εἰσὶ νόμοι, περὶ οὓς στρέφεται· μὴ ἐξεῖναι ξένον ἀγωνίζεσθαι. Idque religiose observatum est Dionysiis τοῖς κατ' ἄστυ; at non item Lenaeis τοῖς κατ' ἀγρούς, quibus non tantum peregrini poterant in Choro saltare, sed etiam inquilini ipsi erant Choragi & praebitores. Interpres Comici *ad Plutum* [*vs.* 954.] οὐκ ἐξῆν δὲ ξένον χορεύειν ἐν τῷ Ἀστικῷ Χορῷ. ἐν δὲ τῷ Ληναίῳ ἐξῆν, ἐπεὶ καὶ Μέτοικοι ἐχορήγουν.

IV. Quinetiam antequam Ludi peragerentur licebat Lege peregrinum in jus vocare apud Praetorem, ne saltaret.

Ξένον οὐκ ἔτι εἰσελθόντα εἰς τὸ θέατρον ἐξεῖναι προσκαλέσασθαι πρὸς τὸν Ἄρχοντα.	*Peregrinum, antequam Ludis ipsis saltet, in jus apud Archontem vocare fas esto.*

Laudat Legem hanc Ulpianus *in Midianam* [*p.* 333.] λέγει οὖν τὸν ἕτερον νόμον τὸν κελεύοντα, ξένον μὴ ἀγωνίζεσθαι. κακούργως δὲ εἶπεν. οὐ γὰρ ἀπείρητο πανταχῇ. ἀλλὰ εἰσελθόντα ἅπαξ εἰς τὸ θέατρον, οὐκ ἔτι ἐχρῆν προσκαλέσασθαι. ἔξω δὲ ἐξῆν. Rursum: οὐ γὰρ ἐξῆν ἄλλως τὸν ξένον ἐξάγειν, ἀλλὰ προσκαλεσάμενον πρὸς τὸν Ἄρχοντα. Andocides: ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου [*p.* 31.] κελεύοντος δὲ τοῦ νόμου, τῷ χορηγῷ ἐξάγειν ὃν ἂν τις βούληται ξένον ἀγωνιζόμενον, οὐκ ἐξὸν ἐπιχειρήσαντι κωλύειν.

V. Quod si quis Choragus, cum dabantur Ludi, peregrinum saltantem in Choro raperet in jus ad Archontem, multabatur quinquaginta drachmis, mille vero, si e scena exturbaret, & suo moveret loco.

Ἄν τις Χορηγὸς ἀγωνιζόμενον τὸν ξένον καλέσῃ μὲν πρὸς τὸν Ἄρχοντα, πεντήκοντα δραχμάς· ἐὰν δὲ καθίζεσθαι κελεύσῃ, χιλίας ἀποτίνειν.	*Si quis Choragus saltantem in Choro hospitem rapiat in jus ad Archontem, drachmis quinquaginta: si suo moveat loco, mille drachmis multator.*

Legem laudat Demosthenes *in Midiana* [*p.* 333.] καὶ μὴν ἴστε γε τοῦτο, ὅτι βουλόμενοι μηδένα ἀγωνίζεσθαι ξένον, οὐκ ἐδώκατε ἁπλῶς τῶν Χορηγῶν οὐδενὶ, προσκαλέσαντι τοὺς χορευτὰς σκοπεῖν, ἀλλ' ἐὰν μὲν καλέσῃ, πεντήκοντα δραχμάς· ἐὰν δὲ καθίζεσθαι κελεύσῃ, χιλίας ἀποτίνειν ἐτάξατε. τίνος ἕνεκα; ὅπως μὴ τὸν ἐστεφανωμένον, καὶ λειτουργοῦντα τῷ θεῷ ταύτην τὴν ἡμέραν, καλῇ, μηδ' ἐπηρεάζῃ, μηδ' ὑβρίζῃ μηδεὶς ἐξεπίτηδες. εἶτα τὸν μὲν χορευτὴν οὐδ' ὁ προσκαλέσας κατὰ τὸν νόμον ἀζήμιος ἔσται. Ulpianus: καὶ ἕτερος νόμος, ἄν τις Χορηγὸς ἀγωνιζόμενον τὸν ξένον καλέσῃ πρὸς Ἄρχοντα, ἐπὶ τῷ, δοκιμάσαντα εἰ ξένος ἐστὶν, ἐκβαλεῖν, διδόναι πεντήκοντα δραχμάς. ἐὰν δὲ κελεύσῃ αὐτὸν ἀπελθόντα εἰς τὸ

πλῆθος, καθέζεσθαι ὡς ξένον, χιλίας διδόναι. Rursum *ibidem* ad haec verba: οὐκ ἐδώκατε ἁπλῶς. [ἔξεστι μὲν γὰρ, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, οὐδὲ πανταχῆ, οὐδὲ ἐν τῷ θεάτρῳ ἔξω. Καθίζεσθαι κελεύσῃ.] οἷον βιαίως ἀποσπάσειν μὲν ἀπὸ τοῦ χοροῦ· θεωρεῖν δὲ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καθέζεσθαι ἀναγκάσειν. οἱ μὲν νόμοι καὶ δοκιμάζεσθαι μόνον τὸν ξένον
268. οὕτως ἐκώλυσαν. Nolebat enim quicquam inauſpicati fieri in diebus illis feſtis. Ulpianus: ἐβούλετο γὰρ ὁ δῆμος μηδένα γίνεσθαι θόρυβον κατὰ τὴν ἑορτήν. διὰ τοῦτο γὰρ κἂν παρανόμως τις ἠγωνίζετο, οὐ συνεχώρουν αὐτὸν ἐξάγεσθαι, ἀλλὰ τότε μὲν ἀγωνίζεσθαι· μετὰ ταῦτα δὲ κρίνεσθαι προσέταττεν. Ludis igitur peractis, judicia reddebantur, & Choragus, qui peregrinos in Choro ſaltantes induxerat, multabatur mille drachmis, ut jam ante diximus: an vero peregrinus ipſe, qui ſaltaverat, multaretur, nondum legi.

VI. Ignominia quoque notatis non licebat in Choro ſaltare, ſi ſecus facerent, licebat eos de ſcena deturbare, & loco movere, ex hac Lege:

Ἐξεῖναι τοῖς ἀτίμοις ἀγωνιζομένοις ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρὸς, καὶ ἐξάγειν ἐκ τῆς θυμέλης. | *Ignominioſos in Choro ſaltantes de ſcena deturbare, fas eſto.*

Legis meminit Demoſthenes *in Midiana*, de Ariſtide ignominioſo, qui in Choro ſaltaverat, loquens [*p.* 334.] οὐδ' ἐτόλμησε τοῦτον ἐξαγαγεῖν, οὐδὲ κωλῦσαι. διὰ γὰρ τὸ δεῖν αὐτὸν ἐπιλαβόμενον τῇ χειρὶ τοῦτο ποιῆσαι, καὶ μὴ προσκαλέσασθαι πρὸς τὸν Ἄρχοντα ἐξεῖναι, ὥσπερ ἂν εἰ ξένον τις ἐξαγαγεῖν ἐβούλετο. Ulpianus: ἐκέλευε γὰρ νόμος, τοὺς ξένους προσκαλεῖν πρὸς τὸν Ἄρχοντα. τοὺς δὲ ἀτίμους ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρὸς, καὶ ἐξάγειν ἐκ τῆς θυμέλης. Atque ex his vides, quantum abfuerint a Romanis hac in parte Athenienſes, qui nonniſi e civibus Chorum conſtare volebant: at vero Romani habuere ſibi privatim Choros e ſervis coaevis, qui cantare & ſaltare noverant: unde apud Celſum Lib. IX. Digeſtorum, *Si* Chorus *aut familia legetur, perinde eſt, quaſi ſinguli homines legati ſint. l.* 79. *D. de Legatis III.* cujus Legis ſenſum optime aſſecutus eſt praeſtantiſſimus Juriſconſultorum *Tractatu VI. ad Africanum*, puta ut intelligatur, uno homine mortuo, non extingui legatum, ſicut quadriga legata, uno equo mortuo non perit legatum, niſi ut ait *lex*, *Peculium* 65. §. *Quadrigae* 1. *D. de Legatis II.* is mortuus ſit, qui demonſtrabat quadrigam, id eſt, ut Graeci exponunt, ὁ καλλιστεύων ἐν αὐτοῖς. Sed Papiniani verba e Lib. XV. Quaeſtionum paucis illuſtrari, & ſi forte emendari debent: *Quadrigae legatum, equo poſtea mortuo, perire quidam ita credunt, ſi equus ille deceſſit, qui* demonſtrabat quadrigam: *ſed ſi medio tempore deminuta ſuppleatur, ad legatarium pertinebit. l.* 65. §. 1. *D. de Legatis II.* Tota Quadriga unius Equi nomine deſignabatur, atque is *ſiniſter funalis* eſt viro illi ſummo, quo majorem nulla aetas vidit, nulla videt: is Equus, a quo Quadrigae nomen, intelligitur a Papiniano his verbis, *qui demonſtrabat quadrigam:* Nam haec demonſtratio eſt, δήλωσις πράγματος, ὃ ληγατεύεται, ut loquitur Theophilus, quadriga quae ſit deſignat, QUADRIGA BUBALI. exempli gratia, is enim *Bubalus* equus eſt, cujus meminit Vetus Inſcriptio: Jam vero ſi *Bubalus* deceſſit, verum eſt perire *quadrigae* legatum, nam *quadriga Bubali* nuſquam amplius eſt, cum *Bubalus*, a quo *quadrigae* nomen, quique *demonſtrabat quadrigam*, deceſſerit: Addit: *ſed ſi medio tempore deminuta ſuppleatur, ad legatarium pertinebit*, quae verba, meo judicio, non ſunt referenda ad equum illum, qui *demonſtrabat quadrigam*, & cujus eſſe quadriga illa dicebatur: ſuppleri enim non poteſt, qui periit, ita ut idem ſit, qui prius *quadrigam demonſtrabat.* Sed jugales equi intelliguntur, a quibus quadrigae nomen non eſt, quique *quadrigam non demonſtrant*: ſoli enim funales equi, ſive is ſiniſter ſit, ſive dexter, *qua-*
269. *drigam demonſtrant*, & alterius eorum quadriga eſſe dicitur: Reſcribendum igitur eſſe ſuſpicor in verbis Papiniani: *Sed ſi media tempore deminuta ſuppleantur, ad*

ad legatarium non pertinebit. Jugales equos intelligit, qui duo fuere in medio inter utrumque funalem. Scholia Comici: ζύγιοι ἵπποι καλοῦνται, οἱ ὑποβαλλόμενοι τῷ τοῦ ἅρματος ζυγῷ, ὁ μέσος δεξιὸς, καὶ ὁ μέσος ἀριστερός. *Media* appellat, quae tempore intercedente deminuta suppleantur, equos jugales, qui in medio inter utrumque funalem, quique cum decessissent, supplentur. Atque de his satis est: Choragi enim Atheniensium velut ἐν χειρὸς νόμῳ nos retrahunt.

Non tantum cives praebebant hos sumptus τῆς χορηγίας, sed etiam inquilini, ut ex Alexandro docet Ulpianus *ad Leptineam* [*p.* 278.] Ἀλέξανδρος μὲν ἐξηγούμενος φησὶν, ὅτι ἔθος πανηγυρίζούσης τῆς πόλεως, μήτε τοὺς ξένους, μήτε τοὺς μετοίκους πορρωτάτω τῶν ἀπολαύσεων καθεστάναι. ἐχορήγουν τοίνυν καὶ αὐτοὶ δηλονότι, καὶ εἰσίων ἀλλήλοις, ἵνα μηδεὶς ἄμοιρος ᾖ κατὰ τὴν πόλιν μετουσίας τῆς ἑορτῆς. Verum id fiebat tantum Lenaeis Liberalibus. Scholia Comici *ad Plutum* [*vs.* 954.] οὐκ ἐξὸν δὲ ξένον χορεύειν ἐν τῷ ἀστικῷ χορῷ. παρὰ τοῦτο πέπαιχεν, ἐν δὲ τῷ Ληναίῳ ἐξῆν, ἐπεὶ καὶ μέτοικοι ἐχορήγουν.

Ἑστιάτωρ est, qui visccrationem atque epulum suae praebebat Tribui. Ulpianus: Ἑστιάτωρ, ὁ τὴν φυλὴν εἰς δεῖπνον καλῶν. Meminit Pollux, & notat Harpocration, fuisse forte captos alios, alios etiam volentes: εἱστίων τὰς φυλὰς, οἱ μὲν ἐθελονταὶ, οἱ δὲ κληρωταί. Idque Lege institutum: id enim sonant haec Athenaei verba *Libro V.* [C. 1.] τῶν δὲ νῦν δείπνων προνοοῦντες οἱ νομοθέται τάτε φυλετικὰ δεῖπνα, καὶ τὰ δημοτικὰ προσέταξαν. Habuerunt quoque inquilini suos Ἑστιάτορας, ut constat e laudatis jam antè Ulpiani verbis: ἐχορήγουν τοίνυν καὶ Μέτοικοι καὶ ξένοι, καὶ εἱστίων ἀλλήλους. Quanquam & Choragi suam excipiebant Tribum convivio. Demosthenes *in Midiana* [*p.* 362.] εἱστίακα τὴν φυλὴν ἐγὼ, καὶ Παναθηναίοις κεχορήγηκα. Ulpianus: ἀναγκαίως δὲ τοῦ Χορηγοῦ τὴν φυλὴν ἑστιῶντος, ὁ Δημοσθένης διελὼν εἶπεν.

Γυμνασίαρχος est, [1] qui athletis oleum praebebat. Ulpianus [*ad Leptineam p.* 282.] Γυμνασίαρχος, ὁ παρέχων τοὔλαιον τοῖς γυμναζομένοις. Γυμνάσιον γὰρ τὴν παλαίστραν ἐκάλουν, καὶ κεραμέας ἐπιμπλᾶσαν τοῖς βουλομένοις δημοσίᾳ χρίεσθαι. Hi constituebantur a quaque Tribu. Anonymus *in Argumento Midianae*: ἐν Παναθηναίοις γυμνάσιά τινα ἐγίνοντο, καὶ προεβάλλετο ἀφ' ἑκάστης φυλῆς εἷς Γυμνασίαρχος. Atque haec quidem sunt munera & honores pacis πρὸς εἰρήνην λειτουργίαι. Sequuntur ea quae sunt πρὸς πόλεμον λειτουργίαι.

VII. Ac primum quidem occurrit Εἰσφορά, Εἰσφέρειν εἰς πόλεμον est conferre stipem ad numeranda stipendia iis, qui pro patria in acie stant. Ulpianus: εἰσφέρειν εἰς πόλεμον, ὅταν ἔρανον διδῷ τοῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος παραταττομένοις. Praescribebatur autem τῷ εἰσφέροντι, quantum conferre deberet: colligo ex his Anonymi ad Aphthonium verbis: Εἰσφορὰ δέ ἡ ἐξ ἐπιταγῆς ἑτέρου, καὶ ἐν πολέμοις.

Trierarchus est, qui navem bellicam praebet, armamentaque navalia, & ejus

1 Hoc verissimum: neque ea tamen re Gymnasiarchi munus absolvebatur. Vide *Anton. van Dale* Diss. VIII. C. 1. &c. & inferius Tit. 7.

ejus generis alia. Ulpianus [*p.* 282.] Τριήραρχος ἐστιν ὁ ναῦν παρεχόμενος πολεμικὴν, καὶ σκεύη τῇ νηΐ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Suidas: Τριηραρχία, λειτουργία παρὰ Ἀθηναίοις δαπανηρά. ἔδει γὰρ τὴν τριήρη πάντα ἔχειν πρὸς πόλεμον εὐτρεπῆ, ἅπερ παρεσκεύαζεν ὁ εἰς τὴν λειτουργίαν ταύτην
270. προβληθείς. Huic obcundo muneri adsignati sunt ditissimi quique, ut e Demosthene docent Grammatici: οὐχ ἅπαν τὸ πλῆθος, ὥσπερ παρ' ἡμῖν διῄρητο εἰς τὰς συμμορίας Ἀθήνησι, ἀλλὰ μόνοι οἱ πλούσιοι καὶ εἰσφέρειν τῇ πόλει δυνάμενοι. Atque olim Ναυκαρίαι dicebantur, erantque uniuscujus Tribus Ναυκαρίαι duodecim, & singulae Ναυκαρίαι navem unam instruebant. Pollux *Libro VIII.* [§. 108.] Ναυκαρία δ' ἦν τέως φυλῆς δυοκαιδέκατον μέρος, καὶ δυόδεκα Ναυκαρίαι ἦσαν, τέσσαρες κατὰ τριττὺν ἑκάστην. ναυκαρία δ' ἑκάστη παρεῖχε ναῦν μίαν, ἀφ' ἧς ἴσως ὠνόμασται. Factum aliquando, ut uniuscujusque classis essent viri sedeni, docent Grammatici ex Hyperide, sed locus est corruptus, vulgo editur: Ὑπερίδης δ' ἐν τῷ πρὸς Πολύευκτον φησίν. εἰσὶ γὰρ ἐν τῇ Συμμορίᾳ ἑκάστῃ πεντεκαίδεκα ἄνδρες. [1] Rescribo: ἑκκαίδεκα. Emendationis fundus est Legislator ille quisquis est, qui tot, sedecim nimirum, jusserat τριηραρχεῖν. Auctus est tandem numerus: Nam Tribus unaquaeque praebebat centum viginti viros: itaque, cum decem essent Tribus, universae praebebant mille & ducentos viros: Hi centum viginti viri uniuscujusque Tribus in duas distribuebantur συμμορίας. singulae συμμορίαι erant virorum sexaginta. Grammatici: ὁ γοῦν Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν συμμοριῶν φησὶ, περὶ τῶν χιλίων καὶ διακοσίων ἀνδρῶν λέγων τῶν πλουσιωτάτων, ἐκ τούτων τοίνυν οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας ὥσπερ εἴκοσι ναῦς εἰσὶ σώματα ἑξήκοντα ἑκάστην ἐχούσας. Demosthenis verba mendosa ita emendanda sunt: [2] ἐκ τούτων τοίνυν οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν, ὥσπερ νῦν εἰσι, σώματα ἑξήκοντα ἑκάστην ἐχούσας. Harum classium census est a Nausinico Archonte, cujus Praetura incidit in annum tertium Olympiadis centesimae. Grammatici e Philochoro: διῃρέθησαν δὲ Ἀθηναῖοι κατὰ συμμορίας ἐπὶ Ναυσινίκου Ἄρχοντος, ὡς φησὶ Φιλόχορος ἐν τῇ πέμπτῃ Ἀτθίδος. Eadem habet Anonymus in Descriptione Olympiadum ad hunc annum. In has classes distribuebantur inter adscitos cives, qui opibus possent plurimum. Grammatici ex Hyperide: ὅτι δὲ καὶ οἱ δημοποίητοι ἐνεγράφοντο εἰς τὰς συμμορίας δεδήλωκεν ὁ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου πολλάκις. Postea, auctore Demosthene, quinque classes eligebantur, quibus trecentorum ditissimorum numerus constaret, qui quotannis munera obirent. Grammatici ex Hyperide: ἐπειδὴ δὲ ταῦτα κατεῖδε Δημοσθένης νόμοις ἔθηκε τοὺς τριακοσίους τριηραρχεῖν. Ulpianus *ad Olynthiacam II.* [*p.* 18.] δέκα οὐσῶν φυλῶν παρ' Ἀθηναίοις, καὶ εἰς δέκα ὥσπερ μεμερισμένης τῆς πόλεως, ἀνάγκην εἶχεν ὥσπερ ἑκάστη φυλὴ ἀπὸ πάσης προβάλλεσθαι τοὺς πλουσιωτέρους αὐτῆς, ἑκατὸν εἴκοσι ἄνδρας τοὺς λειτουργοῦντας ὑπὲρ αὐτῆς τῇ πόλει. εἶτα οἱ ἑκατὸν εἴκοσι οὗτοι, ἐμερίζοντο ἑαυ-

τοὺς

1 Haud scio an paullo hoc sit confidentius. Petitus agnoscit ultro, incertum esse, quot olim capitum fuerit συμμορία, & decernit tamen. *Harpocration* emendanti pugnat in Συμμορία.

2 Id bene. *Demosthen.* Orat. περὶ Συμμορ. p. 106. adfirmat, nec latuit praestantissimo *H. Valesio* in *Harpocrat.*

τὺς εἰς δύο μερίδας, ἵνα ἑξήκοντα αὐτῶν ἄνδρες ἔσωνται οἱ πάνυ πλέσιοι. οἱ δὲ ἄλλοι ἑξήκοντα ἧττον πλέσιοι. ἐποίεν δὲ τῦτο, ἵνα μὴ ἐὰν ἐξαίφνης πόλεμος αὐτὺς ἐπείξῃ, καὶ τύχῃ πρὸς τὸ παρὸν μὴ ἔχειν χρήματα τὺς ἧττον πλεσίοις. εἰσέφερον γὰρ οἱ πλεσιώτεροι ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ προετέλεσαν, καὶ ἐδέχοντο ταῦτα ὕστερον κατὰ σχολήν. ἐλέγετο δὲ τὸ σύστημα αὐτῶν τῶν ἑξήκοντα, συμμορία. δέκα ὖν ὄσων φυλῶν, καὶ ἑκάστης προβαλλομένης ἀπὸ ἑκατὸν εἴκοσι, συνέβη τὺς πάντας εἶναι λειτυργοὺς χιλίοις διακοσίοις. ἐμέριζον οὖν αὐτοὺς ἀπὸ ἑξακοσίων ἀνδρῶν. ὅ ἐστιν ἀπὸ δέκα συμμοριῶν. πάλιν δὲ ἑκατέραν τῶν δύο μερίδων τύτων ἔτεμνον εἰς δύο, ὅ ἐστιν εἰς τριακοσίοις μὲν ἄνδρας, κατὰ πέντε δὲ συμμορίας. οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τριακόσιοι, οἱ πάνυ πλούσιοι οἱ πρῶτοι, οἵ τινες προέστρεφον τῶν ἄλλων τε καὶ εἶχον αὐτοὺς ὑπακούοντας εἰς πάντα, ὥστε συμβαίνειν εἰς δύο μερίδας εἶναι τοὺς πάντας. εἶγε οἱ τῶν ἑκατέρωθεν ἦσαν ὥσπερ ἡνωμένοι τοῖς ἑκατέρωθεν τριακοσίοις, τοῖς πλεσιωτέροις. εἶχεν δὲ ἑκάστη μερὶς τῶν τεσσάρων, καὶ ἴδιον Στρατηγὸν. καὶ ἴδιον Ῥήτορα. ὅμως δὲ πάλιν τῶν δευτέρων καὶ οἱ Ῥήτορες καὶ οἱ Στρατηγοὶ ὑπήκοον ταῖς προτέραις. Anonymus *in Argumento Orationis* πρὸς Φαίνιππον. ἦν σύνταγμα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις τριακοσίων ἀνδρῶν κατὰ τὸν πλῦτον ἐξειλεγμένων, οἷς ἀνέκειντο τῶν λειτυργιῶν οἱ μείζονες. Ratio autem 271.
Trierarchiarum subinde mutavit, ut constat ex Ulpiano ad haec *Midianae* verba [*p.* 362.] ἐτριηράρχυν εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθὼν, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι. Narrat enim aliquando duos fuisse, qui navem instruerent, aliquando tres, aliquando decem, etiam mille, si DIs placet, fuisse quoque Demosthene Legem rogante, triremium duarum unum Trierarchum: πολλαὶ περὶ τὰς τριηραρχίας ἐγίγνοντο μεταβολαὶ, διὰ τὸ μέγεθος τῦ ἀναλώματος. καὶ ὅτε, μὲν, σύνδυο ἦσαν· ὅτε δὲ, συντρεῖς· καὶ ὅτε δὲ καὶ δέκα Τριήραρχοι, ὅτε δὲ, χίλιοι. ὁ γῦν Δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήρων ἕνα Τριήραρχον ἐποίησε. Valde corruptus est hic locus: & primum quidem exterminandum est portentum illud lectionis, ὅτε δὲ χίλιοι. Quis enim ferat mille fuisse in una instruenda nave, cum omnium συμμοριῶν hic fuerit numerus cum ducentis? Sed irrepserat haec lectio e sequentibus Demosthenis verbis, quae non ex fide, sed Rhetorice dicuntur. Sequitur, καὶ ὅτε δὲ καὶ δέκα Τριήραρχοι. Rescribo, καὶ ὅτε δ' ἑκκαίδεκα. De his Demosthenes ἐν τῷ περὶ στεφάνυ [*p.* 154.] ἦν γὰρ αὐτοῖς, ἐκ μὲν τῶν προτέρων νόμων, συνεκκαίδεκα λειτυργεῖν, αὐτοῖς μὲν μικρὰ καὶ ὐδὲν ἀναλίσκυσι· τοὺς δ' ἀπόρυς τῶν πολιτῶν ἐπιτρίβυσιν. Melius idem Ulpianus *ad eandem Midianam* paulo post, ubi expendit haec Oratoris verba de Midia [*p.* 362.] τηνικαῦτα δὲ τῦ πράγματος ἤδη, ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίυς καὶ χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς, παρ' ὧν εἰσπραττόμενοι τάλαντον ταλάντυ μισθοῦσι τὰς τριηραρχίας ὗτοι. Ad haec, inquam, Ulpianus: ἔστι δὲ σόφισμα τὸ ῥηθέν. φησὶ γὰρ ὅτι παρὰ τῶν χιλίων καὶ διακοσίων εἰσπραττόμενοι τάλαντον, ταλάντυ μισθοῦσι τὴν τριηραρχίαν, ὡς μιᾶς τριήρυς παρὰ τῶν τοσύτων γιγνομένης· ὐκ ἔστι δὲ ἀληθές. χίλιοι γὰρ καὶ διακόσιοι ἦσαν οἱ ταῖς τριηραρχίαις ἀφωρισμένοι. τύτων δὲ λοιπὸν, ἢ συνεκκαίδεκα τὴν τριήρη ἐπλήρουν, ἢ συντρεῖς, ἢ ὅσοι δήποτε. καταλιπὼν ὖν τὸ λέγειν

ὅτι ναῦν ἑκκαιδέκατος παρέσχε, πάντας τοὺς ἐπὶ τριηραρχίας ἀφωρισμένοις ὀνόμασιν, ὡς πάντων μίαν παρεχόντων. Sed ista paullo accuratius expendamus. Distributi sunt Athenienses primum in Συμμορίας, Nausinico Athenis Praetore, ut scribit Philochorus Libro V. Ἀτθίδος. Grammatici: διῃρέθησαν δὲ Ἀθηναῖοι κατὰ Συμμορίας ἐπὶ Ναυσινίκου Ἄρχοντος, ὥς φησι Φιλόχορος ἐν τῇ πέμπτῃ Ἀτθίδος. Nausinici Praetura incidit in annum tertium Olympiadis centesimae. Quot vero capitum fuerit tunc Συμμορία, quot item tunc fuerint Συμμορίαι, dicere non possumus, qui divini non sumus. Cephisodoro Athenis Archonte, id est, anno tertio Olympiadis centesimae tertiae, aut saltem anno quarto ejusdem Olympiadis, Chione Athenis Praetore, Demosthenes Trierarchus fuit, tuncque duo unam instruebant navem: Demosthenes *in Midiana* [*p.* 362.] κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθὼν, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι. Demosthenes in viros transcriptus est, Cephisodoro Archonte, anno tertio Olympiadis centesimae tertiae. Quare circa illa tempora duo unam instruebant navem, σύνδυο ἦσαν οἱ Τριήραρχοι. Orationem in Midiam scripsit Demosthenes annos natus triginta duos, testis ipse *eadem Oratione* [*p.* 362.] οὗτος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, γεγονὼς ἔτη περὶ πεντήκοντα ἴσως, ἢ μικρὸν ἐλάττω, οὐδὲν ἐμοῦ πλείους λῃτουργίας ὑμῖν λελῃτούργηκεν, ὃς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα. Annos natus est triginta duos, Diotimo Archonte, anno
872. tertio Olympiadis centesimae sextae: intra hoc intervallum, quod est ab anno quarto Olympiadis centesimae tertiae, ὅτε σύνδυο ἦσαν οἱ Τριήραρχοι, ad annum tertium Olympiadis centesimae sextae, sepositi sunt ad obeundum Trierachiae munus mille ducenti e ditioribus, horum meminit Philochorus Libro VI. Ἀτθίδος. Grammatici: οἱ πλουσιώτατοι Ἀθηναίων χίλιοι καὶ διακόσιοι ἦσαν, οἳ καὶ ἐλῃτούργουν, μνημονεύουσι δ' αὐτῶν καὶ ἄλλοι Ῥήτορες, καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ ἕκτῃ. & tunc primum Trierarchus factus est Midias, ut ipsi exprobrat Demosthenes: κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθὼν, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ Τριήραρχοι. οὗτος δὲ ὅτε μὲν κατὰ ταύτην τὴν ἡλικίαν ἦν, καθ' ἣν ἐγὼ νῦν, οὐδέπω λῃτουργεῖν ἤρχετο. τηνικαῦτα δὲ τοῦ πράγματος ἥπτεται, ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίους καὶ χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς. Mille hi ducenti distributi sunt in viginti Συμμορίας. Unaquaeque Συμμορία erat capitum sexaginta; ex his sexaginta Trierarchi unam navem instruebant sedeni suo anno. Atque ita conciliandus est Demosthenes cum Hyperide: nam τῇ Συμμορίᾳ capita adscribit Demosthenes sexaginta, e quibus capiebantur οἱ λειτουργοῦντες Sedeni: Trierarchorum vero unam instruentium navem Συμμορία erat sedecim capitum, atque ita intelligendus est Hyperides ἐν τῷ πρὸς Πολύευκτον. εἰσὶ γὰρ ἐν τῇ Συμμορίᾳ ἑκάστῃ πεντεκαίδεκα Ἄνδρες. Sed rescribendum in superioribus diximus ἑκκαίδεκα ἄνδρες. Restituendus quoque ejusdem Hyperidis ἐν τῷ κατὰ Πασικλέους locus, qui ita legitur apud Grammaticos: ἕως μὲν οἱ πλουσιώτατοι προχρεόμενοι τὴν πόλιν σὺν πέντε καὶ ἓξ τριηραρχοῦντες μέτρια ἀνήλισκον, ἡσυχίαν ἦγεν οὗτοι. ἐπειδὴ δὲ ταῦτα κατεῖδε Δημοσθένης, νόμοις ἔθηκε τοὺς τριακοσίους τριηραρχεῖν, καὶ βαρεῖαι γεγόνασιν αἱ Τριηραρχίαι,.. νῦν ὁ Φορμίων αὐτὸν ἐκκλέπτει. Restituendus, inquam, est ad hunc modum: ἕως μὲν οἱ πλουσιώτατοι προχεόμενοι τὴν πόλιν συμ-

συμπλέοντες, [1] καὶ ἱ ἑξ (id est, ἑκκαίδεκα) συντριηραρχοῦντες μέτρια ἀνήλισκον. Sed juvat adhuc prolius investigare tempus, quo nondum mille ducenti sepositi erant ad obeundum Trierarchiae munus. Quando Apollodorus, cui Orationem adversus Polyclem scripsit Demosthenes, Trierarchus fuit, duo tantum unam instruebant navem. Habes hac ipsa Oratione [p. 672.] σὺ δ' εἰ παρελαβὼν τὴν ναῦν, πρῶτον μὲν τὸν ὑπὲρ σεαυτοῦ χρόνον τριηράρχησον τοὺς ἓξ μῆνας. Rursus: ἀλλὰ καὶ πρότερον Εὐριπίδῃ συντριήραρχος ὢν; καὶ συνθηκῶν οὐσῶν αὐτοῖς τοὺς ἓξ μῆνας ἑκάτερον πλεῖν. Apollodorus autem Trierarchus fuit, eo anno, quo Alexander Pheraeorum Tyrannus Tenum unam e Cycladibus Insulis diripuit, vastavitque. Demosthenes hac ipsa Oratione [p. 667.] ἐψηφίσασθε τὰς ναῦς καθέλκειν τοὺς Τριηράρχους· ὧν καὶ ἐγὼ ἦν. καὶ τὸν μὲν καιρὸν τὸν συμβεβηκότα τῇ πόλει τότε, οὐκ ἐμὲ δεῖ διεξελθεῖν, ἀλλ' αὐτοὺς ὑμᾶς ἀναμνησθῆναι, ὅτι Τῆνος μὲν καταληφθεῖσα ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐξηνδραποδίσθη. *Tenus* una est Cycladum Insularum. Stephanus: Τῆνος, νῆσος Κυκλάς. *Tenum* expugnavit Alexander, Archonte Nicophemo, si Diodorus Siculus *Libro XV.* [p. 507.] audiendus est, ἐπάρχοντος δ' Ἀθήνησι Νικοφήμου, Ἀλέξανδρος μὲν ὁ Φερῶν τύραννος, λῃστρίδας ναῦς ἐκπέμψας ἐπὶ τὰς Κυκλάδας νήσους, τινὰς μὲν ἐκπολιορκήσας, inter has, ut ex his Demosthenis constat, *Tenum*, πολλῶν σωμάτων ἐκυρίευσεν. Sed Demosthenes testis est ista accidisse, Molone Archonte: praecedit enim [p. 666.] ἑβδόμη γὰρ φθίνοντος Μεταγειτνιῶνος μηνὸς, ἐπὶ Μόλωνος Ἄρχοντος, ἐκκλησίας γενομένης, καὶ εἰσαγγελθέντων ὑμῖν πολλῶν καὶ μεγάλων πραγμάτων, ἐψηφίσασθε τὰς ναῦς, & cetera quae jam descripsimus. Molonis Praetura incidit in annum tertium Olympiadis centesimae quartae, ut liquet e Diodoro & Anonymo in Descriptione Olympiadum: Anno quarto Olympiadis centesimae quartae, Nicophemo Athenis Praetore, Polycles & Euripides συντριήραρχοι fuerunt, quando adhuc σύνδυο ἦσαν οἱ Τριήραρχοι. Quare nonnisi post annum quartum Olympiadis centesimae quartae, & ante annum tertium Olympiadis centesimae sextae, Diotimo Archonte, institutum est, ut mille ducenti e ditioribus Trierarchiarum munera adirent, sedenis unam instruentibus navem: de quibus Lex ipsa αὐτολεξεὶ haec est:

ΤΟΥΣ ΤΡΙΗΡΑΡΧΟΥΣ ΚΑΛΕΙΣΘΑΙ ΕΠΙ ΤΗΝ ΤΡΙΗΡΗ ΣΥΝΕΚΚΑΙΔΕΚΑ ΕΚ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΛΟΧΟΙΣ ΣΥΝΤΕΛΕΙΩΝ ΑΠΟ ΕΙΚΟΣΙ ΚΑΙ ΠΕΝΤΕ ΕΤΩΝ ΕΙΣ ΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑ ΕΠΙ ΙΣΟΝ ΤΗι ΧΟΡΗΓΙΑι ΧΡΩΜΕΝΟΥΣ.

Trierarchi sedeni ad instruendam unam triremem seponuntor e manipulorum contributionibus, munusque obeunto ab anno aetatis vicesimo quinto ad quadragesimum usque, sumptusque ex aequo faciunto.

Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ περὶ στεφάνου [p. 154.] ἦν γὰρ αὐτοῖς, ἐκ μὲν τῶν προτέρων νόμων, συνεκκαίδεκα λειτουργεῖν, αὐτοῖς μὲν μικρὰ καὶ οὐδὲν, ἀναλίσκουσι· τοὺς δ' ἀπόρους τῶν πολιτῶν, ἐπιτρίβουσι. & paullo post [p. 155.] φέρε δὴ καὶ τὸν καλὸν κατάλογον. ΤΟΥΣ ΤΡΙΗΡΑΡΧΟΥΣ ΚΑΛΕΙΣΘΑΙ ΕΠΙ ΤΗΝ ΤΡΙΗΡΗ ΣΥΝΕΚΚΑΙΔΕΚΑ ΕΚ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΛΟΧΟΙΣ ΣΥΝΤΕΛΕΙΩΝ ΑΠΟ ΕΙΚΟΣΙ ΚΑΙ ΠΕΝΤΕ ΕΤΩΝ ΕΙΣ ΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑ ΕΠΙ ΙΣΟΝ ΤΗι

1 Non aliud hoc de loco censeo, quam quod de priore *Hepiclis* dixi ante. Emendationis caussa gravis non videtur, quando hac in re Athenis variatum saepe fuit. *Isaeum* de Apollod. Hered. p. 67. vide.

ΤΗι ΧΟΡΗΓΙΑι ΧΡΩΜΕΝΟΥΣ. Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 362.] φησὶ γὰρ ὅτι παρὰ τῶν χιλίων καὶ διακοσίων εἰσπραττόμενοι τάλαντον, ταλάντου μισθοῦσι τὴν τριηραρχίαν, ὡς μιᾶς τριήρους παρὰ τῶν τοσούτων γιγνομένης, οὐκ ἔστι δὲ ἀληθές. χίλιοι γὰρ καὶ διακόσιοι ἦσαν οἱ ταῖς τριηραρχίαις ἀφωρισμένοι, τούτων δὲ λοιπὸν, ἢ συνεκκαίδεκα τὴν τριήρη ἐπλήρουν, ἢ σύντρεις, ἢ ὅσοι δήποτε. Ex hac Lege Trierarchiae munus nemo obiit ante annum aetatis vicesimum quintum, nemo post quadragesimum: ΑΠΟ ΕΙΚΟΣΙ ΚΑΙ ΠΕΝΤΕ ΕΤΩΝ ΕΙΣ ΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑ. Sed ante hanc Legem, ubi primum in viros transcripti fuerant, munia publica obibant: περὶ Χορηγίας exemplum habes apud Lysiam ἐν τῇ ἀπολογίᾳ δωροδοκίας [C. 1.] ἐγὼ γὰρ ἐδοκιμάσθην μὲν ἐπὶ Θεοπόμπου Ἄρχοντος, καταστὰς δὲ Χορηγὸς Τραγῳδοῖς ἀνήλωσα τριάκοντα μνᾶς. De Trierarchia testis Demosthenes *in Midiana* [*p.* 362.] κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθὼν, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ Τριήραρχοι. Atque etiam pupilli ipsi, in τὰς συμμορίας de suo collaturi conscribebantur. Nam tutores Demosthenis, ejus nomine contulerunt εἰς τὴν συμμορίαν. Habes apud eundem Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Ἀφόβου α'. [*p.* 500.] τὸ δὲ πλῆθος τῆς οὐσίας, ὅτι τοῦτ' ἦν τὸ καταλειφθὲν, μέγιστοι μὲν αὐτοὶ Μάρτυρές μοι γεγόνασιν. εἰς γὰρ τὴν Συμμορίαν ὑπὲρ ἐμοῦ συνετάξαντο κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς, πεντακοσίας δραχμὰς εἰσφέρειν, ὅσον περ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμητὰ,
374. εἰσέφερον. Quibus e verbis praeterea docemur, eos qui in reditibus haberent annuis viginti quinque minas, contulisse εἰς τὴν συμμορίαν illarum viginti quinque minarum partem quintam, nempe quingentas drachmas; atque ita, puto, pro hoc modulo majus vel minus: quanquam injuriam sibi factam hac in re testatur Demosthenes, cum ex illis quatuordecim ferme talentis, quos pater in bonis reliquerat, superessent tantum talenta novem & semis, reliquis talentis quatuor & semis erogatis prout tabulis testamenti cautum fuerat. Trierarchiae legitimum tempus annus fuit: (nam altero quoque anno λειτουργοῦσι, unde intelligendus venit Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου [*p.* 67.] καὶ τριηραρχῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλεσεν· οὐκ ἐκ Συμμορίας τὴν ναῦν ποιησάμενος, ὥσπερ οἱ νῦν· ἀλλὰ ἐκ τῶν αὐτοῦ δαπανῶν· οὐδὲ δεύτερος ὢν αὐτὸς, ἀλλὰ καταμόνας· οὐδὲ δύο ἔτη καταλιπὼν, ἀλλὰ συνεχῶς. nam pluribus annis continuis Trierarchus fuit, quatuor, puto; quorum duobus vacationem muneris habere potuit.) itaque cum σύνδυο ἦσαν οἱ Τριήραρχοι, singuli sex menses munus obibant. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Πολυκλέα [*p.* 672.] σὺ δὲ παραλαβὼν τὴν ναῦν, πρῶτον μὲν τὸν ὑπὲρ σεαυτοῦ χρόνον τριηράρχησον τοὺς ἓξ μῆνας. Rursus *ibidem* [*p.* 675.] ἀλλὰ καὶ πρότερον Εὐριπίδῃ συντριήραρχος ὢν, καὶ συνθηκῶν οὐσῶν αὐτοῖς τοὺς ἓξ μῆνας ἑκάτερον πλεῖν. Atque ita cum sedeni erant Trierarchi, munus illud suum obibant annuum unusquisque κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐπὶ ἴσον τῇ χορηγίᾳ χρώμενος. Quanquam saepe accidebat, ut Trierarchiam locarent, atque ita accepto, exempli gratia, talento, quanti locaverant, ipsum annuum munus obibant. Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 340.] τάλαντον εἰσεπράττοντο παρὰ τῶν συντελῶν οἱ Τριήραρχοι, καὶ τοῦτο λαμβάνων ὁ βουλόμενος αὐτὸς ἐτριηράρχει τὸν ἐνιαυτὸν, μηδὲν ἐνοχλῶν ἔτι τοῖς συντελοῦσι. πολλοὶ δὲ τῶν Τριηράρχων οἴκοι μένοντες, ἄλλους ἀνθ' ἑαυτῶν ἐξέπεμπον καὶ λαμβάνοντές

τές

τὰς τινες τὴν δαπάνην, ἀνεδέχοντο τὴν λῃτουργίαν. Atque hi, προετέλουν, a ceteris vero, qui essent ejusdem Συμμορίας, postea exigebant, quod impenderant: unde dixit Demosthenes *in Leptinea*: εἰς συντέλειαν ἀγαγεῖν τὰς τριηραρχίας. & Isaeus *loco* proxime *laudato*: οὐκ ἐκ Συμμορίας τὴν ναῦν ποιησάμενος, ὥσπερ οἱ νῦν. Ulpianus *ad Olynthiacam II.* [*p.* 18.] εἰσέφερον γὰρ οἱ πλουσιώτεροι ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ προετέλουν, καὶ ἐδέχοντο ταῦτα ὕστερον κατὰ σχολήν.

VIII. Non longe post Demosthenes Legem scripsit, qua cavetur, ut unusquisque pro facultatum censu conferret:

ΤΟΥΣ ΤΡΙΗΡΑΡΧΟΥΣ ΑΙΡΕΙΣΘΑΙ ΕΠΙ ΤΗΝ ΤΡΙΗΡΗ ΑΠΟ ΤΗΣ ΟΥΣΙΑΣ ΚΑΤΑ ΤΙΜΗΣΙΝ ΑΠΟ ΤΑΛΑΝΤΩΝ ΔΕΚΑ. ΕΑΝ ΔΕ ΠΛΕΙΟΝΩΝ Η ΟΥΣΙΑ ΑΠΟΤΕΤΙΜΗΜΕΝΗ Ηι ΧΡΗΜΑΤΩΝ, ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΝΑΛΟΓΙΣΜΟΝ ΕΩΣ ΤΡΙΩΝ ΠΛΟΙΩΝ ΚΑΙ ΥΠΗΡΕΤΙΚΟΥ Η ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΕΣΤΩ. ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΥΤΗΝ ΔΕ ΑΝΑΛΟΓΙΑΝ ΕΣΤΩ ΚΑΙ ΟΙΣ ΕΛΑΤΤΩΝ ΟΥΣΙΑ ΕΣΤΙ ΤΩΝ ΔΕΚΑ ΤΑΛΑΝΤΩΝ ΕΙΣ ΣΥΝΤΕΛΕΙΑΝ ΣΥΝΑΓΟΜΕΝΟΙΣ ΕΙΣ ΤΑ ΔΕΚΑ ΤΑΛΑΝΤΑ.

Trierarchi ad triremem instruendam deliguntur e facultatum censu, qui sit denum talentûm: si major sit denis talentis, pro census modo vel tres naves cum scapha instruunto: Eadem proportione observata, tot eorum, quorum census minor est talentis decem, una conferunto, quot simul dabunt censum decem talentorum.

Hac Lege fiebat, ut plures pauperes tantum conferrent, quantum unus ditissimus, multorum re familiari quasi in unum acervum collata: exempli gratia, si Callias, cujus res familiaris est centum viginti talentorum, conferret viginti quatuor talenta: alii viginti viri, quorum opes sint intra sex talenta, uni Calliae aequabuntur, viginti quatuor & ipsi talentis conferendis. Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ περὶ στεφάνου [*p.* 154.] ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου, τὸ γιγνόμενον κατὰ τὴν οὐσίαν ἕκαστον τιθέναι. καὶ δυοῖν ἐφάνη τριήραρχος, ὁ τῆς μιᾶς ἕκτος καὶ δέκατος ὢν πρότερον συντελής. & paullo post [*p.* 155.] Legem ipsam describit: φέρε δὴ αὐτὸν τοῦτον τὸν ἐκ τοῦ ἐμοῦ νόμου κατάλογον. ΤΟΥΣ ΤΡΙΗΡΑΡΧΟΥΣ ΑΙΡΕΙΣΘΑΙ, &c. Hac autem Demosthenis Lege cavetur, ut is, cujus census est decem talentûm, unam triremem instruat: ΤΟΥΣ ΤΡΙΗΡΑΡΧΟΥΣ ΑΙΡΕΙΣΘΑΙ ΕΠΙ ΤΗΝ ΤΡΙΗΡΗ ΑΠΟ ΤΗΣ ΟΥΣΙΑΣ ΚΑΤΑ ΤΙΜΗΣΙΝ ΑΠΟ ΤΑΛΑΝΤΩΝ ΔΕΚΑ. Quod si census denis major esset talentis, κατὰ τὸν ἀναλογισμὸν decem talentorum ad unam triremem, conferebat etiam ad aliam triremem instruendam, ita tamen, ut, quotquot esset talentorum census, non teneretur plures tribus instruere triremes cum una scapha: ΕΑΝ ΔΕ ΠΛΕΙΟΝΩΝ Η ΟΥΣΙΑ ΑΠΟΤΕΤΙΜΗΜΕΝΗ Ηι ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΝΑΛΟΓΙΣΜΟΝ ΕΩΣ ΤΡΙΩΝ ΠΛΟΙΩΝ ΚΑΙ ΥΠΗΡΕΤΙΚΟΥ Η ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΕΣΤΩ. Annum, quo lata est haec Lex a Demosthene, si investigemus, nemo, opinor, nobis vitio vertet: Ipse Orator ἐν τῷ περὶ στεφάνου dicit esse annum, quo Polycles Praetor Athenis fuit: en Psephisma in hanc rem: ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΠΟΛΥΚΛΕΟΥΣ ΜΗΝΟΣ ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΟΣ ΕΚΤΗι ΕΠΙ ΔΕΚΑ ΦΥΛΗΣ ΠΡΥΤΑΝΕΥΟΥΣΗΣ ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΔΟΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ ΕΙΣΗΝΕΓΚΕ ΝΟΜΟΝ ΕΙΣ ΤΟ ΤΡΙΗΡΑΡΧΙΚΟΝ ΑΝΤΙ ΤΟΥ ΠΡΟΤΕΡΟΥ ΚΑΘ' Ο ΑΙ ΣΥΝΤΕΛΕΙΑΙ ΗΣΑΝ ΤΩΝ ΤΡΙΗΡΑΡΧΩΝ, ΚΑΙ ΕΠΕΧΕΙΡΟΤΟΝΗΣΕΝ Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΚΑΙ ΑΠΗΝΕΓΚΕ ΠΑΡΑΝΟΜΩΝ ΓΡΑΦΗΝ ΔΗΜΟΣΘΕΝΕΙ ΠΑΤΡΟΚΛΗΣ ΦΛΥΕΥΣ ΚΑΙ ΤΟ ΜΕΡΟΣ ΤΩΝ ΨΗΦΩΝ ΟΥ ΛΑΒΩΝ ΑΠΕΤΙΣΕ ΤΑΣ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ. Sed in *Polyclis* Praetura nihil est auxilii, eorum enim veterum, quorum scripta ad nos pervenerunt, nullus meminit, si hunc Demosthenem excipias, *Polyclis* Archontis: Quare non possumus satis mirari 275

 ἀπρο-

ἀπροστεξίαν, [1] Viri Clarissimi & eruditissimi, qui hunc Demosthenis *Polyclem* Praetorem facit anno tertio Olympiadis centesimae quartaedecimae, quemque Dionysius & Diodorus *Philoclem*, alii *Dioclem* nominant. Atqui anno tertio Olympiadis centesimae duodecimae, ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοφῶντος, Orationem περὶ στεφάνου habuit Demosthenes, in eaque meminit hujus Legis a se latae aliquot annis ante. Anno tertio Olympiadis centesimae decimae, Chaeronda Athenis Praetore, Aeschines postulavit Legum violatarum Ctesiphontem, quod populi scitum fecisset, ut corona donaretur Demosthenes, cum in Magistratu esset, necdum rationes retulisset suas: intra vertentem autem an-
276. num accusavit Ctesiphontem Aeschines, adversus quem cum Ctesiphontem sua ipsius causa tueatur Demosthenes, ostendit se egregie in Republica fuisse versatum, ad ea usque tempora, quibus hoc populi de coronando Demosthene scitum fecit Ctesiphon [*p.* 150.] ἀξιῶ μέχρι μὲν τῶν χρόνων ἐκείνων, ἐν οἷς ταῦτ᾽ ἐπράχθη, πάντας ἀνωμολόγημαι τοῖς χρόνοις τὰ ἄριστα πράττειν τῇ πόλει, &c. quibus expositis aggreditur probare violatas non fuisse Leges a Ctesiphonte, cum scripserit coronandum esse Demosthenem in Theatro καινοῖς Τραγῳδοῖς, qui nondum rationes retulerat [*p.* 156.] ἡγοῦμαι τοίνυν λοιπὸν εἶναί μοι περὶ τοῦ κηρύγματος εἰπεῖν, καὶ τῶν εὐθυνῶν· τὸ γὰρ ὡς τὰ ἄριστά τε ἔπραττον, καὶ διὰ παντὸς εὔνους εἰμὶ καὶ πρόθυμος εὖ ποιεῖν ὑμᾶς, ἱκανῶς ἐκ τῶν εἰρημένων δεδηλῶσθαί μοι νομίζω. Cum igitur probat Demosthenes se omnes boni civis, qui ad Rempublicam accesserit, partes implevisse, docet, se auctore, Athenienses suppetias venisse Byzantinis adversus Philippum, urbemque ab imminenti periculo eripuisse [*p.* 152.] ἀξιῶ, οὐ μόνον τὸ Χερρόνησον καὶ Βυζάντιον σῶσαι, οὐδὲ τὸ κωλῦσαι τὸν Ἑλλήσποντον ὑπὸ Φιλίππῳ γενέσθαι τότε, οὐδὲ τὸ τιμᾶσθαι τὴν πόλιν ἐκ τούτων, ἡ προαίρεσις ἡ ἐμὴ, καὶ ἡ πολιτεία διεπράξατο, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἔδειξε τήν τε τῆς πόλεως καλοκἀγαθίαν, καὶ τὴν Φιλίππου κακίαν. quae consilia sua & res gestas Atheniensium ubi comparavit cum majorum suorum egregie factis, redit ad institutum de rebus a se in Republica gestis sermonem, scribitque post liberatum suo consilio Byzantium, alterum suum πολίτευμα, & quidem egregium, fuisse hanc suam εἰς τὸ τριηραρχικὸν Legem [*p.* 154.] βούλομαι τοίνυν ἐπανελθεῖν ἐφ᾽ ἃ τούτων ἑξῆς ἐπολιτευόμην· καὶ σκοπεῖτε ἐν τούτοις πάλιν αὖ, τί τῇ πόλει βέλτιστον ἦν. ὁρῶν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ ναυτικὸν ὑμῶν καταλυόμενον, ἔθηκα νόμον, &c. Philippus Byzantinis bellum intulit anno primo Olympiadis centesimae decimae, Praetore Athenis Theophrasto. Philochorus ἐν τῇ ἕκτῃ Ἀτθίδος, apud Dionysium *in Epistola ad Ammaeum* [*p.* 123.] ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ ΑΛΑΙΕΥΣ ἐπὶ τούτου, Φίλιππος τὸ μὲν πρῶτον ἀναπλεύσας, Περίνθῳ προσέβαλεν· ἀποτυχὼν δ᾽ ἐντεῦθεν Βυζάντιον ἐπολιόρκει, καὶ μηχανήματα προσῆγεν. Itaque jussit Demosthenes Athenienses ire suppetias Byzantinis, ut ipse scribit, ναῦς δὲ πληρῶν, καὶ τὰ ἄλλα ἐνεργεῖν τὰ τοῦ πολέμου, ut ibidem testatur Philochorus. Sequitur ex eodem Philochoro annus secundus Olympiadis centesimae decimae, Lysimachida Archonte: ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ ΑΧΑΡΝΕΥΣ ἐπὶ τούτου, τὰ μὲν ἔργα τὰ περὶ τοὺς νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην ἀνεβάλοντο διὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Φίλιππον· τὰ δὲ χρήματ᾽ ἐψηφίσαντο πάντ᾽ εἶναι στρατιωτικὰ, Δημοσθέ-

1 *Jo. Meursius* est, cui hoc in mentem venit, de Archont. L. IV, 14.

τοῖς γεγράψοντος. Occaſione illius populi ſciti, quod fecit Demoſthenes anno primo Olympiadis centeſimae decimae, Theophraſto Athenis Praetore, ut naves ad bellum contra Philippum inſtruerentur, Demoſthenes, ut mea eſt ſuſpicio, ineunte anno ſecundo Olympiadis centeſimae decimae, Legem hanc ſcripſit εἰς τὸ τριηραρχικὸν, ſed difficultatem parit, quod ejus anni Praetorem facit ex Actis Demoſthenes *Polyclem*, cum Philochorus, Dionyſius Halycarnaſſeus, Diodorus Siculus, alii, Praetorem fuiſſe dicant Athenis hoc anno ſecundo Olympiadis centeſimae decimae Lyſimachidam: Ego vero nullus dubito *Polyclem* Archontem fuiſſe primis anni ſecundi Olympiadis centeſimae decimae menſibus: nam vertente Boëdromione praeerat, ut habes in Pſephiſmate: ΕΠΙ 277.
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΠΟΛΥΚΛΕΟΥΣ ΜΗΝΟΣ ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΟΣ ΕΚΤΗι ΕΠΙ ΔΕΚΑ. Sed hic *Polycles* aut in Magiſtratu mortuus eſt, aut ea dignitate motus, cui ſucceſſit, & reliquis illius anni menſibus Archon praefuit *Lyſimachidas* ὁ ἐπιλαχών. Verum cum adhuc praeeſſet *Polycles*, Legem tulit Demoſthenes εἰς τὸ τριηραρχικόν. Sed ad Trierarchiae munus redeamus. Strategorum erat ad Trierarchiam obeundam vocare, & cenſum delectumque habere: unde quibus male vellent factum, vocatis & deſignatis ad Trierarchiam, navem

Saepe tritam, ſaepe fixam, ſaepe excuſſam malleo,

praebebant: Hinc Cleon apud Ariſtophanem *Equitibus* [*vſ.* 908.]

Ἐγώ σε ποιήσω τριη-
ραρχεῖν, ἀναλίσκοντα τῶν
σαυτοῦ, παλαιὰν ναῦν ἔχον-
τ' εἰς ἣν ἀναλῶν οὐκ ἐφέ-
ξεις, οὐδὲ ναυπηγούμενος.
διαμηχανήσομαι θ', ὅπως
ἂν ἱστίον σαπρὸν λάβῃς.
δώσεις ἐμοὶ καλλίω δίκην
ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς.
ἐγὼ γάρ εἰς τοὺς πλουσίους
σπεύσω σ', ὅπως ἂν ἐγγραφῇς.

Scholia: ἀπειλεῖ λειτουργίαν αὐτῷ. λειτουργία γὰρ παρὰ Ἀθηναίοις. δαπανηρὸν γὰρ τὸ τριηραρχεῖν. ἔδει γὰρ τὴν τριήρη πάντα ἔχειν πρὸς τὸν πόλεμον εὐπρεπῆ, ἅπερ παρεσκεύαζεν ὁ τὴν λειτουργίαν ταύτην προβληθείς. ἄλλως. ἐπειδὴ οἱ Στρατηγοὶ εἴ τινα εἶχον, εἰς τριηραρχίαν ἐνέβαλον, ὅπως ἂν ὁ βίος αὐτοῦ ἀναλίσκοιτο. εἰ δέ τινι ὑπερβαλλόντως ἀπηχθάνοντο, παλαιὰς ναῦς αὐτῷ ἐδίδοσαν, ὅπως ἂν οἴκοθεν καινὰς ἀντ' αὐτῶν κατασκευάσῃ, καὶ πάντῃ ἄποροι ἐγίνοντο. ἄλλως. ἐπειδὴ οἱ Στρατηγοὶ ἔχθρας τινὰς ἔχοντες πένητας, ἐνέγραφον τῷ πρώτῳ τῶν πλουσίων τάγματι. ὅπως μὴ ἀρκοῦντες πρὸς τὰς μεγάλας ζημίας, ἄποροι γένωνται. aut de ſuſpendio cogitent, ut eſt apud Antiphanem Comicum Στρατιώτῃ,

ἢ τριηραρχῶν ἀπήγξατο.

Ex his vides olim, cum *Equites* ſcriberet Ariſtophanes, anno quarto Olympiadis octogeſimae octavae, Praetore Athenis Stratocle, Trierarchos naves a Republica accepiſſe, quas τῷ πληρώματι inſtruerent. Sed iſtud mutavit: Nam eo tempore, quo σύνδυο ἦσαν οἱ Τριήραρχοι, Trierarchi naves comparabant, armamentis & remigibus inſtruebant, atque militibus ſive ἐπιβάταις ſtipen-

ſtipendia numerabant. Demoſthenes *in Midiana* [*p.* 362.] κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ Τριήραρχοι, καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων, καὶ τὰς ναῦς ἐπληροῦμεν αὐτοί. Quae ſint πληρώματα navium exponit Ulpianus. πληρώματα, ναύτας, καὶ ἐπιβάτας, καὶ σκεύη κατ' αὐτάς. Quare tunc Trierarchi accipiebant de publico in ſingulas triremes εἰς ἐπίπλουν triginta minas. Demoſthenes ἐν τῷ περὶ στεφάνου τῆς τριηραρχίας [*p.* 677.] τῶν δὲ Τριηράρχων τοὺς μὴ συμπλέοντας, ὧν τριάκοντα μνᾶς εἰς ἐπίπλουν εἴληφεν ἕκαστος, οὐ ταῦτα ποιεῖθ' ὑμεῖς. Apollodorus enim, cui hanc Orationem ſcripſit Demoſthenes, fuit Trierarchus, ὅτε σύνδυο ἦσαν οἱ
278. Τριήραρχοι, ut in ſuperioribus diximus. Poſtea, quando ſedeni unam triremem inſtruxerunt, Trierarchi ſola nave militabant, Reſpublica armamenta, nautas & omnia πληρώματα praebebat. Demoſthenes *in Midiana* [*p.* 362.] τηλικαῦτα δὲ τοῦ πράγματος ἥκει, ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίους καὶ χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς, παρ' ὧν εἰσπραττόμενοι τάλαντον, ταλάντου μισθοῦσι τὰς τριηραρχίας οὗτοι. εἶτα τὰ πληρώματα ἡ πόλις παρέχει, καὶ σκεύη δίδωσι. Ulpianus ad haec Demoſthenis verba: καὶ ὅτε μὲν σύμπαντα οἴκοθεν οἱ Τριήραρχοι παρεῖχον· ὅτε δὲ ἡ πόλις τὴν κατασκευήν, καὶ τοὺς ναύτας, μόνην δὲ τὴν ναῦν ὁ Τριήραρχος παρεῖχε. Atque haec armamenta Trierarchi vel, poſtquam rediiſſent, reſtituebant Reipublicae, vel iis, qui ſibi in obeundo hoc munere ex eadem claſſe ſuccedebant, tradebant. Demoſthenes ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου [*p.* 641.] καὶ ἐμὲ ἃ ὤφειλε σκεύη, τῇ πόλει ἀναγκασθήσεσθαι ἀποδοῦναι, ἥκοντα ἐνθάδε, ἢ τῷ διαδόχῳ, ὃς ἂν ἔλθῃ ἐκ τῆς Συμμορίας ἐπὶ τὴν ναῦν.

IX. Si quis autem Trierarchus armamenta, quae a Republica acceperat, non reſtitueret, repetebat ab eo Trierarchus ex eadem claſſe, & claſſis ejuſdem curator, ex Lege, quam tulit Periander,

Τοὺς Τριηράρχους τοὺς ἐκπλέοντας, καὶ τοὺς ἐπιμελητὰς τοὺς ἐν ταῖς Συμμορίαις, τοὺς ὀφείλοντας παραλαβεῖν τὰ σκεύη, καθ' ὧν αἱ Συμμορίαι συνετάχθησαν, καὶ εἰσπράττειν.	*Trierarchi munus ſuum fungentes, & curatores claſſium, nomina eorum recipiunto, qui armamenta debent Reipublicae, ſuntque ejuſdem claſſis; atque ab iis armamenta repetunto.*

Hanc Legem laudat Demoſthenes, ſi titulus auctorem non mentitur, ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου [*p.* 640.] Docetque eum, cui hanc Orationem ſcripſit, qui Trierarchus erat & curator ſuae claſſis, repetiiſſe a Demochare & Theophemo armamenta navium, quae Reipublicae non reſtituerant, quia ita Lege Periandri cavebatur, ac praeterea populi ſcito jubebatur Magiſtratus neſcio quis nomina eorum, qui armamenta debebant Reipublicae, dare curatoribus navalium: Curatores navalium jubebantur dare Trierarchis munus ſuum fungentibus & claſſium Curatoribus: Curatores claſſium & Trierarchi cogebantur ex Lege Periandri, nomina eorum, qui armamenta debebant Reipublicae, ſuae quiſque claſſis recipere, & ab iis armamenta repetere: Ad haec alterum Pſephiſma jubebat, ut inter ſe partirentur operas Trierarchi & claſſium Curatores, & alius ab alio armamenta Reipublicae repeteret: Ex hoc igitur populi factum eſt ſcito, ut repeterentur armamenta a Trierarchis, qui ea Reipublicae debebant; ex Lege Periandri, ut Trierarchi & claſſium Curatores repeterent ab iis quiſque, qui ſuae erant claſſis, unde is, cui Orationem hanc ſcripſit Demoſthenes, cum Trierarchus & claſſis ſuae Curator eſſet, neceſſe habuit repetere armamenta ab iis, qui debebant Reipublicae, erantque ſuae claſſis: denique poſterius Pſephiſma in cauſa fuit, ut cum alius ab alio repetere deberet πρὸς μέρος,

hic

hic noster a Demochare & Theophemo Συντριηράρχοις, qui fuerunt illi adtributi, repetere coactus fuerit [p. 640.] ψηφισμάτων δὲ ὑμετέρων δήμου καὶ βουλῆς, καὶ νόμου ἐπιτάξαντος, εἰσέπραξα τοῦτον, ὀφείλοντα τῇ πόλει σκεύη τριηραρχικά. διότι δὲ, ἐγὼ ὑμῖν διηγήσομαι. γράφει γὰρ Χαιρέδημος τὸ ψήφισμα τουτὶ, ἵνα εἰσπραχθῇ τὰ σκεύη ταῖς ναυσὶ, καὶ σῶα γένηται τῇ πόλει. τούτου τοίνυν τοῦ ψηφίσματος γεγενημένου, ἡ μὲν ἀρχὴ ἐπεκλήρωσε, καὶ παρέδωκε τοὺς ὀφείλοντας τὰ σκεύη τῇ πόλει. οἱ δὲ τῶν νεωρίων 271. Επιμεληταὶ, τοῖς Τριηράρχοις τοῖς ἐκπλέουσι τότε, καὶ τοῖς Επιμεληταῖς τοῖς ἐν ταῖς Συμμορίαις. ὁ δὲ νόμος ὁ τοῦ Περιάνδρου, ἠνάγκαζε καὶ προσέταττε τοὺς ὀφείλοντας παραλαβεῖν τὰ σκεύη, καθ' ὃν αἱ Συμμορίαι συνετάχθησαν. πρὸς δὲ τούτοις, ἕτερον ψήφισμα δήμου ἠναγκάζετο πρὸς μέρος ἡμῖν διδόναι τῶν ὀφειλόντων ἕκαστον εἰσπρᾶξαι. ἔτυχον δὴ ἐγὼ μὲν τριηραρχῶν, καὶ Επιμελητὴς ὢν τῆς Συμμορίας· Δημοχάρης δὲ ὁ Παιανιεὺς, ἐν τῇ Συμμορίᾳ, καὶ ὀφείλων τῇ πόλει σκεύη μετὰ Θεοφήμου τουτοῦ, Συντριήραρχος γενόμενος. γεγραμμένους οὖν αὐτοὺς ἀμφοτέρους ἐν τῇ στήλῃ ὀφείλοντας τὰ σκεύη τῇ πόλει ἡ ἀρχὴ παραλαβοῦσα παρὰ τῆς προτέρας ἀρχῆς, ἡμῖν παρέδωκε κατά τε τὸν νόμον καὶ κατὰ τὰ ψηφίσματα. ἐξ ἀνάγκης οὖν μοι ἦν παραλαμβάνειν κατὰ τὰ ψηφίσματα καὶ τὸν νόμον. Sed hic quaedam advertenda sunt in verbis Demosthenis, quae mendosa sunt. Editur: τούτου τοίνυν τοῦ ψηφίσματος γεγενημένου, ἡ μὲν ἀρχὴ ἐπεκλήρωσε, καὶ παρέδωκε τοὺς ὀφείλοντας τὰ σκεύη τῇ πόλει· οἱ δὲ τῶν νεωρίων Επιμεληταὶ, τοῖς Τριηράρχοις τοῖς ἐκπλέουσι τότε, καὶ τοῖς Επιμεληταῖς τοῖς ἐν ταῖς Συμμορίαις. Vox ἐπεκλήρωσε non est hujus loci, meo judicio, nam non agitur de ulla sortitione, sed tantum Magistratus hoc Psephismate jubetur dare nomina eorum, qui armamenta Reipublicae debebant, navalium Curatoribus; quanquam enim id expressis verbis non dicat, tamen colligere licet ex eo quod scribit, navalium Curatores eadem nomina dedisse Trierarchis & Curatoribus classium; atqui Curatores navalium ab aliis acceperant: unde in sequentibus dixit: ὀφείλοντας τὰ σκεύη τῇ πόλει ἡ ἀρχὴ Curatores navalium παραλαβοῦσα παρὰ τῆς προτέρας ἀρχῆς, (de qua dixit: ἡ μὲν ἀρχὴ ἐπεκλήρωσε, καὶ παρέδωκε τοὺς ὀφείλοντας τὰ σκεύη τῇ πόλει.) ἡμῖν παρέδωκε κατά τε τὸν νόμον, καὶ κατὰ τὰ ψηφίσματα. Si qua sortitio facta fuisset, haberet, quo se excusatum iret is, cui Orationem scripsit Demosthenes, neque praetermisisset procul dubio: sed, ut dixi, nulla sortitio facta, jubetur tantum Magistratus eorum, qui armamenta Reipublicae debebant, nomina dare navalium Curatoribus, ut illi vicissim tradant Trierarchis & classium Curatoribus, ut hi ista repetant armamenta ab iis, qui illa Reipublicae debent. Rescribendum est igitur: τούτου τοίνυν τοῦ ψηφίσματος γεγενημένου, ἡ μὲν ἀρχὴ ἐπεπλήρωσε. id est, facto hoc Psephismate, id Magistratus praestitit, & executioni mandavit. Sequitur: ὁ δὲ νόμος ὁ τοῦ Περιάνδρου, ἠνάγκαζε καὶ προσέταττε τοὺς ὀφείλοντας παραλαβεῖν τὰ σκεύη, καθ' ὃν αἱ Συμμορίαι συνετάχθησαν. Ut vulgo ista eduntur, diceres hunc, nescio quem Periandrum auctorem fuisse τῶν Συμμοριῶν, quod an verum sit, nescio, cum aliunde mihi non constet, hoc tamen scio Demosthenem non habuisse in animo id docere his verbis, sed tantum Trierarchos & Curatores classium repetiisse armamenta quemque ab iis, qui suae erant classis: unde is, cui Orationem scribit Demosthenes, repetiit a Demochare & Theophemo, qui ejusdem secum erant classis: ἔτυχον δὴ ἐγὼ μὲν τριηραρχῶν, καὶ Επι-

μελητὴς

μελητὴς ὢν τῆς Συμμορίας, Δημοχάρης δὲ ὁ Παιανιεὺς, ἐν τῇ συμμορίᾳ ὢν, καὶ ὀφείλων τῇ πόλει σκεύη μετὰ Θεορήμου τουτοῦ, Συντριήραρχος γενόμενος. Scribo igitur: ὁ δὲ νόμος ὁ Περιάνδρου, ἠνάγκαζε καὶ προσέταττε τοὺς ὀφείλοντας παραλαβεῖν τὰ σκεύη, [1] καθ' ὧν αἱ Συμμορίαι συνετάχθησαν. Recipiunto Trierarchi & classium Curatores nomina eorum, qui armamenta debent, e quibus classes suae constituuntur quisque recipito. Repetere autem multum Trierarchorum & classium Curatorum
280. intererat, ubi nomina eorum, qui armamenta debebant, accepissent: nam ipsi reddere cogebantur Reipublicae, aut successoribus suis tradere. Demosthenes *hac ipsa Oratione* [p. 641.] ἀλλ' ᾤετο ἐν μὲν τῷ παρόντι αὐτὸς ἐκ ποδῶν γενόμενος, ἡσυχίαν ἕξειν, ἕως ἐγώ τε ἐκπλεύσω, καὶ αἱ νῆες, καὶ χρόνος ἐγγένηται, καὶ ἐμὲ ἃ οὗτος ὤφειλε σκεύη, τῇ πόλει ἀναγκασθήσεσθαι ἀποδοῦναι, ἥκοντα ἐνθάδε, ἢ τῷ διαδόχῳ, ὃς ἂν ἔλθῃ ἐκ τῆς συμμορίας ἐπὶ τὴν ναῦν. τί γὰρ ἂν καὶ ἀντέλεγον αὐτῷ, ψηφίσματα, καὶ νόμους παρεχομένῳ, ὡς προσῆκον ἐμὲ εἰσπρᾶξαι τὰ σκεύη; Si vero is, qui armamenta debebat, denegaret, aut moras necteret, in jus ad exercitus navalis praefectos & navalium Curatores, qui judices sortiebantur in his caussis, vocabatur. Demosthenes *eadem Oratione* [p. 641.] προσκαλεσάμενον πρός τε τοὺς Ἀποστολέας, καὶ πρὸς τοὺς τῶν νεωρίων Ἐπιμελητάς. οὗτοι γὰρ εἰσῆγον τότε τὰς διαδικασίας εἰς τὸ δικαστήριον, περὶ τῶν σκευῶν.

X. Quod si omnino reddere nollet, Lege licebat post judicium ab eo jam damnato pignora capere.

Τὸν ὀφείλοντα τὰ σκεύη τῇ πόλει, ἢ ἀποδιδόναι τὰ σκεύη· εἰ δὲ μὴ, ἐνέχυρα λήψεσθαι.	*Qui armamenta debet Reipublicae ea reddito, aut pignus capito.*

Legem laudat Demosthenes *hac ipsa Oratione*, e cujus serie constat Theophemum judicio jam fuisse damnatum [p. 643.] καὶ ἠξίουν πάλιν τὸν Θεόφημον, ἢ ἀποδιδόναι τὰ σκεύη. εἰ δὲ μὴ, ἐνέχυρα ἔφην λήψεσθαι κατά τε τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα. Verum quoniam hic sumus, paucula addamus necesse est, quae facient ad circumscribendum angustioribus spatiis tempus, intra quod institutum est, ut mille ducenti ad obeunda Trierarchiarum munera seponerentur, καὶ συνεκκαίδεκα ἦσαν οἱ Τριήραρχοι, & sedeni unam instruerent triremem. Diximus in superioribus, Nicophemo Athenis Praetore, anno quarto Olympiadis centesimae quartae, adhuc σύνδυο fuisse τοὺς Τριηράρχους. Quando is, cui hanc Orationem scripsit Demosthenes, Trierarchus fuit, jam mille ducenti sepositi erant ad obeunda Trierarchiarum munia, jam συνεκκαίδεκα ἦσαν οἱ Τριήραρχοι. Nam armamenta praebebat Respublica, ut ex Orationis argumento & contextu manifestum fit, sola nave militabant συνεκκαίδεκα οἱ Τριήραρχοι. Trierarchus autem iste fuit anno quarto Olympiadis centesimae quintae, Agathocle Archonte, quod ex his *Orationis ejus* liquet [p. 643.] καὶ ταῦτα ὡς ἀληθῆ λέγω, ὑμῶν τε δέομαι, ὅσοι ἐβούλοντο ἐπ' Ἀγαθοκλέους Ἄρχοντος φράζειν τοῖς παρακαθημένοις. Ergo ante hunc annum quartum Olympiadis centesimae quintae, sed tamen post annum quartum Olympiadis centesimae quartae, lata est haec Lex, ut sedeni

1 An aliis haec sit probaturus nescio, mihi quidem certe non placet. Καθ' ὧν estne *ex quibus*? Id usque ostendendum fuerat. De ἐκλέγοντι, quod itidem mutatur, idem adfirmo. Opportunum satis est, si de sortitione eorum intelligas, qui prioribus Magistratibus successerunt ea in curatione.

deni unam praeberent navem. Quare quae *eadem Oratione* ab illo dicuntur [p. 641.] ἐξ ἀνάγκης οὖν ἦν μοι παραλαμβάνειν, ἐπεὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ πολλὰς τριηραρχίας τετριηραρχηκὼς οὐδεπώποτε ἔλαβον σκεύη ἐκ τοῦ νεωρίου. ἀλλ' αὐτὸς ἰδίᾳ παρεσκευάσαμη, ὁπότε δέοι, ἵνα ὡς ἐλάχιστα πράγματα ἔχοιμι πρὸς τὴν πόλιν. Rhetorica ſunt, & ex artis praecepto, non autem ex vero: quod enim armamenta domo ipſe attulerit antea, ſi unam aut alteram τριηραρχίαν excipias, fiebat ex Lege & populi Athenienſis inſtituto: nam ὅτε σύνδυο ἦσαν οἱ Τριήραρχοι, καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων, καὶ τὰς ναῦς ἐπλήρουν αὐτοί, ut alibi Demoſthenes ſcripſit.

XI. Finito Trierarchiae conſtituto tempore, deſignati Trierarchi, qui aliis ſuccedebant, debebant, poſtquam deſignati fuerant, abire ad naves, ex hac Lege:

Τοὺς διαδόχους ἀπιέναι ἐπὶ τὰς ναῦς, ὅταν κατασταθῶσιν.	*Deſignati Trierarchiae ſucceſſores ad naves abeunto, ubi deſignati fuerint.* 281.

Legis meminit Demoſthenes ἐν τῷ περὶ Πολυκλέα ἐπιτριηραρχήματος [p. 675.] εὖ δ' ἴστε, ὅτι οὐ περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων μᾶλλον τιμωρήσεσθε Πολυκλέα, ἢ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν, οὐδὲ περὶ τῶν παρεληλυθότων Τριηράρχων ἐπιμέλειαν ποιήσεσθε μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μελλόντων πρόνοιαν; ὥστε μήτε τοὺς λειτουργοῦντας ἀθυμεῖν, μήτε τοὺς διαδόχους καταφρονεῖν τῶν νόμων· ἀλλ' ἀπιέναι ἐπὶ τὰς ναῦς, ὅταν κατασταθῶσιν.

XII. Atque multae Legibus irrogabantur iis, ſi praefinito tempore navem accepiſſent. 282

Ἐάν τις μὴ διαδέξηται τὴν ναῦν ἐν τῷ χρόνῳ τῷ εἰρημένῳ, ἐπιτίμια εἶναι....	***Si quis praefinito tempore navem non acceperit, mulctator....***

Multam non [1] expreſſit Demoſthenes *Oratione* proxime *laudata*, e quo Legis fragmentum deſcripſimus [p. 674.] βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν νόμον ἀναγνωσθῆναι τὸν περὶ τῶν διαδόχων, ἵνα εἰδῆτε, ἡλίκων τῶν ἐπιτιμίων ὄντων, ἐάν τις μὴ διαδέξηται τὴν ναῦν ἐν τῷ χρόνῳ τῷ εἰρημένῳ, καταπεφρόνηκεν οὐκ ἐμοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν, καὶ τῶν νόμων. Itaque Strategorum erat, eos, ut navem ſuſciperent, cogere, qui ad eas ſucceſſores venerant. Demoſthenes *loco laudato* [p. 672.] ἴσως οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ποθεῖτε ἀκοῦσαι διὰ τί τότε ὁ Στρατηγὸς οὐκ ἠνάγκαζε τοῦτον παραλαμβάνειν τὴν ναῦν, διάδοχον ἥκοντα ἐπ' αὐτήν, τῶν νόμων οὕτως ἰσχυρῶν ὄντων.

XIII. Jubentur Lege Trierarchi rationes referre obiti a ſe Trierarchiae muneris.

Τοὺς Τριηράρχους ὑπευθύνους εἶναι.	*Trierarchi muneris ſui rationes referunto.*

Legem laudat Aeſchines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 56.] πάλιν τοὺς Τριηράρχους ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος, οὐ τὰ κοινὰ διαχειρίσαντας, οὐδ' ἀπὸ τῶν ὑμετέρων προσόδων πολλὰ μὲν ὑφαιρουμένους, βραχέα δὲ κατατιθέντας, ἐπιδιδόναι δὲ φάσκοντας, ἀποδιδόντας δὲ ὑμῖν τὰ ὑμέτερα. ἀλλ' ὁμολογουμένως τὰς πατρῴας οὐσίας εἰς τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀνηλωκότας φιλοτιμίαν.

XIV. Cum

1 Haud ſcio an huc pertineat poena, de qua in Argumento Orat. *Demoſthenis* περὶ Στεφάνου τριηραρχίας.

XIV. Cum grave admodum esset onus τὸ λειτουργεῖν, neque omnes ferendo pares essent, succurrit Solon lata περὶ τῆς ἀντιδόσεως Lege; ejus quippe auctor Solon, ut ex his Demosthenis verbis ἐν τῷ πρὸς Φαίνιππον constat [p. 594.] ἔπειτα δὲ, καὶ Σόλωνι τῷ νομοθετήσαντι τὸν περὶ τῆς ἀντιδόσεως νόμον. Quamvis enim post Solonem institutum paululum mutaverit, & Nausinico Praetore Athenienses distributi sint εἰς Συμμορίας, deinde mille ac ducenti sepositi ad obeunda gravissima Trierarchiarum munera, atque ex his selecti treccenti, nihilo tamen minus obtinuerunt semper Solonis περὶ τῶν ἀντιδόσεων Leges accommodatae tantum ad distributionem civium post Solonem usu receptam: Sunt autem Legis περὶ τῶν ἀντιδόσεων Kapita haec.

Καθ' ἕκαστον ἔτος ποιεῖν τὰς ἀντιδόσεις.	*Quotannis ad facultatum permutationes provocanto.*
Τὸν εἰς λειτουργίαν τινὰ χειροτονούμενον ὑπεξελθεῖν ἐκ τοῦ συντάγματος, εἴ τινα ἑαυτοῦ πλουσιώτερον σχολάζοντα ἐπεδείκνυε. καὶ εἰ μὲν ὁ προβληθεὶς ὡμολόγει πλουσιώτερος εἶναι, εἰς τοὺς τριακοσίους ἀντικαθίστατο. εἰ δὲ ἠρνεῖτο, τὴν οὐσίαν ἀντεδίδοσαν.	*Sepositus ad obeunda munera classe sua excedito, si quem se locupletiorem vacantem ostenderit. Si is, qui designatus est, locupletiorem se esse fassus sit, in trecentos alterius loco refertor: si neget, facultates inter se permutanto.*
Παρασημαίνειν τὰ οἰκήματα τοῦ προβληθέντος.	*Ejus, qui ad facultatum permutationem provocatus est, aedes obsignantor.*
282. ΤΟΥΣ ΑΝΤΙΔΟΝΤΑΣ ΑΛΛΗΛΟΙΣ, ΟΤΑΝ ΟΜΟΣΑΝΤΕΣ ΑΠΟΦΑΙΝΩΣΙ ΤΗΝ ΟΥΣΙΑΝ ΠΡΟΣΟΜΝΥΕΙΝ, ΚΑΙ ΤΟΝΔΕ ΤΟΝ ΟΡΚΟΝ ΑΠΟΦΑΙΝΩ ΤΗΝ ΟΥΣΙΑΝ ΤΗΝ ΕΜΑΥΤΟΥ ΟΡΘΩΣ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΩΣ, ΠΛΗΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΡΓΟΙΣ ΤΟΙΣ ΑΡΓΥΡΕΙΟΙΣ ΟΣΑ ΟΙ ΝΟΜΟΙ ΑΤΕΛΗ ΠΕΠΟΙΗΚΑΣΙ.	*Qui facultates inter se permutant, se indicaturos facultates suas juranto his conceptis verbis: Indicabo facultates meas recte & juste, exceptis iis, quae in argentifodinis sunt, quas Leges immunes faciunt.*
ΤΡΙΩΝ ΗΜΕΡΩΝ, ΑΦ' ΗΣ ΑΝ ΟΜΟΣΗι, ΔΙΔΟΝΑΙ ΤΗΝ ΑΠΟΦΑΝΣΙΝ.	*Intra tres, ex quo jurarunt, dies facultates suas indicanto.*

Cum igitur, ut diximus, Athenienses pares non erant ferendo τῶν λειτουργιῶν oneri, subvenit illis Solon hac Lege: Καθ' ἕκαστον ἔτος ποιεῖν τὰς ἀντιδόσεις. *Quotannis ad facultatum permutationes provocanto.* Idque puto, maxime institutum propter Trierarchiarum munera: quanquam etiam fiebant ἀντιδόσεις propter χορηγίας. Docet Demosthenes *in Leptinea* [p. 305.] οὔτε φυλὴ πώποτε ἐνεγκεῖν ἐτόλμησεν οὐδεμία οὐδένα τῶν ἀπ' ἐκείνων Χορηγὸν, οὔτε ἐνεχθέντων αὐτοῖς ἄλλος οὐδεὶς ἀντιδοῦναι. & *in Midiana* [p. 362.] Τραγῳδοῖς κεχορήγηκέ ποτε οὗτος· ἐγὼ δὲ αὐληταῖς ἀνδράσι. καὶ ὅτι τοῦτο τὸ ἀνάλωμα ἐκείνης τῆς δαπάνης πολλῷ πλεῖόν ἐστιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου. κἀγὼ μὲν ἐθελοντὴς νῦν. οὗτος δὲ καταστὰς ἐξ ἀντιδόσεως. Sed maxime fiebant propter Trierarchias, idque apud Strategum. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Φαίνιππον [p. 595.] διὰ τοῦτο γὰρ οἱ νόμοι καθ' ἕκαστον ἔτος ποιοῦσι τὰς ἀντιδόσεις, ὅτι τὸ διευτυχεῖν συνεχῶς τῇ οὐσίᾳ, οὐ πολλοῖς τῶν πολιτῶν διαμένειν εἴθισαι. τοῦ γὰρ Μεταγειτνιῶνος μηνὸς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τῇ δευτέρᾳ ἱσταμένου ἐποίουν οἱ Στρατηγοὶ τοῖς τριακοσίοις τὰς ἀντιδόσεις.

Qui *Gymnasiarcha* simpliciter dicitur, τῶν παίδων intelligitur, Magistratus Κοσμητοῦ nomen additur, quia curae gymnasiorum erat praefectus. [1] Habebant quoque Ephebi sua gymnasia, & suum Κοσμητὴν, de quo Erotianus *in Lexico* Hippocratis: κόσμου, τάξεως. ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις. καὶ γὰρ κοσμίους λέγομεν τοὺς εὐτάκτους, καὶ Κοσμητὰς, τοὺς τῶν Ἐφήβων εὐταξίας προνοοῦντας. Sed in his Gymnasiis non easdem habebant μελετὰς Ephebi, quas pueri in suis: jam enim sollertes erant in literis, in palaestra, in musicis, ut de Chaerea Ephebo dixit Terentianus Parmeno: neque haec addiscere illis amplius per ocium licebat: nam tunc toto ἐφηβείας suae tempore περιϊέναι οἱ Ἔφηβοι τὴν χώραν περιφυλάττοντες, ὥσπερ ἤδη μελετῶντες τὰ στρατιωτικά. Quare etiam eorum μελεταὶ erant στρατιωτικαὶ in Gymnasiis; unde auctor Axiochi scribit [C. 8.] ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς Ἐφήβους ἐγγραφῇ, καὶ φόβος χείρων εἴη, καὶ Λύκειον, καὶ Γυμνασιαρχία. Meminit Λυκείου, quia ibi fiebant μελεταὶ στρατιωτικαί. Interpres Comici *ad Pacem* [*vs.* 353.] Λύκειον δὲ Γυμνάσιον Ἀθήνησιν, ὅπου περὶ τοῦ πολέμου ἐδόκουν γυμνάζεσθαι. Hujus Gymnasiarchae Epheborum, & Cosmetae mentio in veteri Lapide Venetias olim e Graecia advecto.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΕΠΙ ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΥ ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ, ΚΟΣΜΗΤΗΣ
ΕΦΗΒΩΝ, ΙΕΡΕΥΣ ΘΕΟΥ
ΚΑΙ ΘΕΑΣ, ΕΙΡΗΝΑΙ
ΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ
ΕΦΗΒΕΥΕΝ, ΑΥΤΟΥ
ΥΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ
ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ ΠΑΙΑΝΙ
ΕΥΣ ΕΓΥΜΝΑΣΙΑΡ
ΧΗΣΕΝ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥ
ΤΟΥ ΤΟΥΣ ΕΦΗΒΟΥΣ
ΦΛ. ΣΤΡΑΤΟΛΑΟΣ
ΦΥΛΑΣΙΟΣ ΕΓΕΝΟΝ
ΤΟ ΕΦΗΒΟΙ ΔΙΑΚΟ
ΣΙΟΙ ΚΑΙ ΔΥΟ.

[2] Alter Lapis Athenis in Gymnasio.

ΑΓΑΘΗ

1 Confirmantur haec ab *Humphr. Prideaux* ad Oxoniensia Marmor. p. 86. Apposite *Teles* in *Jo. Stob.* Floril. Tit. XCVI. p. 535. Ἔφηβος γέγονεν, ἐμπελεῖ τὸν ΚΟΣΜΗΤΗΝ φοβεῖται, τὸν παιδοτρίβην, τὸν ὁπλομάχον, τὸν γυμνασίαρχον· ὑπὸ πάντων τούτων μαστιγοῦται, παρατηρεῖται, τραχηλίζεται. Adde *Th. Reines.* Inscript. Clas. II, 69.

2 Inscriptio eadem ac prior est: sed male ΕΠΙ ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΝ loco ΑΤΤΑΛΟΥ. Melius ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ, pro quibus prior ΑΥΤΟΥ ΥΙΟΣ. Haec est in *Gruteri* Thes. p. CCCXVII. 3. Illa inter Marmora Oxoniensia p. 84. Vidit Epigrammatis vitia *Ant. van Dalen* Dissert. VIII. p. 587.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΕΠΙ ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΥ ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ ΚΟΣΜΗΤΗΣ
293. ΕΦΗΒΩΝ ΙΕΡΕΥΣ ΘΕΟΥ
ΚΑΙ ΘΕΑΣ ΕΙΡΗΝΑΙ
ΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ
ΕΦΗΒΕΥΕΝ ΑΝΤΩΝ
ΝΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ
ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ ΠΑΙΑΝΙ
ΕΥΣ ΕΓΥΜΝΑΣΙΑΡ
ΧΗΣΕΝ ΤΩΝ ΕΝΙΑΥ
ΤΟΝ ΤΟΙΣ ΕΦΗΒΟΙΣ
ΦΛ. ΣΤΡΑΤΟΛΑΟΣ
ΦΥΛΑΣΙΟΣ ΕΓΕΝΟΝ
ΤΟ ΕΦΗΒΟΙ ΔΙΑΚΟ
ΣΙΟΙ ΚΑΙ ΔΥΟ.

Pluribus paullo de his disputavimus, quia viri magni in his literis nominis, non sine errore, confundunt haec τὰ Ἐφήβων Γυμνάσια cum illis τῶν παίδων. In his τῶν Ἐφήβων Γυμνασίοις (quod est satis ad tollendum errorem) versabantur ii homines, [1] quos inanis gloriolae γαργαλισμὸς titillaret, quo nimirum possent a junioribus conspici, atque hunc ipsi sui honoris fructum perciperent, dum in se illorum ora converterent: hinc Aeschines Demosthenem facit σεμνυνόμενον ἐν τῇ τῶν μειρακίων διατριβῇ. Theophrastus: περὶ ἀρεσκείας, τῶν δὲ Γυμνασίων ἐν τούτοις διατρίβειν, οὗ ἂν Ἔφηβοι γυμνάζωνται. At in palaestras τῶν παίδων, ingredi cuivis, qui hanc aetatem excessisset, erat capital, ut est in hac Lege. Postremum Legis Kaput est de *Choragis*, de quibus *praecedentibus titulis* a nobis actum est: cautùmque, ut quadraginta majores sint. Aeschines: καὶ τὸ τελευταῖον, περὶ τῆς συμφοιτήσεως τῶν παίδων καὶ τῶν χορῶν ἐγκυκλίων. κελεύει γὰρ τὸν Χορηγὸν τὸν μέλλοντα τὴν οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ εἰς ὑμᾶς ἀναλίσκειν, ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη γεγονότα τοῦτο πράττειν· ἵν' ἤδη ἐν τῇ σωφρονεστάτῃ αὐτοῦ ἡλικίᾳ ὢν οὕτως ἐντυγχάνῃ τοῖς ὑμετέροις παισί. Legis verba haec sunt: ΟΙ ΔΕ ΧΟΡΗΓΟΙ ΟΙ ΚΑΘΙΣΤΑΜΕΝΟΙ ΥΠΟ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΕΣΤΩΣΑΝ ΤΗΝ ΗΛΙΚΙΑΝ ΥΠΕΡ ΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑ ΕΤΗ. Harpocration ex Aeschine, & Aristotele de Atheniensium Republica: ὅτι νόμος ἐστὶν ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη χορηγεῖν παισίν. Atque ita quidem olim: Nam desitum fuisse constat exemplis veterum: Ecce tibi eum, cui Orationem scripsit Lysias ἀπολογίαν δωροδοκίας [C. 1.] anno secundo Olympiadis nonagesimae secundae, Archonte Theopompo, in viros transcriptus est, annum agens vicesimum sextum, anno quarto Olympiadis nonagesimae tertiae, ἐπ' Ἀλεξίου Ἄρχοντος κατέστην Χορηγὸς παιδικῷ χορῷ, καὶ ἀνήλωσα πλέον ἢ πεντεκαίδεκα μνᾶς.

II. ΔΟΥΛΟΝ ΜΗ ΓΥΜΝΑΖΕΣΘΑΙ, ΜΗΔΕ ΞΗΡΑΛΟΙΦΕΙΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΠΑΛΑΙΣΤΡΑΙΣ.

Servi se in palaestra neque exercento, neque unguento.

Legem laudat Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [p. 19.] οἱ πατέρες ὑμῶν οὕτως ὑπὲρ τῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ τῶν ἐκ φύσεως ἀναγκαίων κακῶν καὶ ἀγαθῶν ἐνομοθέτουν· ἃ τοῖς ἐλευθέροις ἡγοῦντο εἶναι πρακτέα, ταῦτα τοῖς δούλοις ἀπεῖπον μὴ ποιεῖν. ΔΟΥΛΟΝ φησὶν ὁ νόμος ΜΗ ΓΥΜΝΑΖΕΣΘΑΙ, ΜΗΔΕ ΞΗΡΑΛΟΙΦΕΙΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΠΑΛΑΙΣΤΡΑΙΣ. Soloni

1 Adumbrata haec sunt ex *Is. Casauboni* Comment. in *Theophrasti* Charact. p. 131. *Ed. Germ.*

ni adscribit Plutarchus *in Solone*: καὶ νόμον ἔγραψε διαγορεύοντα ΔΟΥΛΟΝ ΜΗ ΞΗΡΑΛΟΙΦΕΙΝ. [1] Idem *in Amatorio* [*p.* 751. *B.*] ὡς καὶ Σόλων δούλοις ξηραλοιφεῖν ἀπεῖπε. Qua lege liberos & ingenuos ad haec studia vocat, quibus Servis interdixit, ut optime argumentatur Plutarchus, καὶ τρόπον τινὰ τοὺς ἀξίους προσκαλεῖ ὧν τοὺς ἀναξίους ἀπήλαυνε. quae est quoque ratio Aeschinis *loco laudato*: καὶ οὐκ ἔτι προσέγραψε, τὸν δὲ ἐλεύθερον ἀλείφεσθαι καὶ γυμνάζεσθαι. ὁπότε γὰρ οἱ νομοθέται τὸ καλὸν τὸ ἐκ τῶν Γυμνασίων κατιδόντες, ἀπεῖπον τοῖς δούλοις μὴ μετέχειν, τῷ αὐτῷ νόμῳ ἡγοῦντο ᾧ ἐκείνους ἐκώλυον, τοὺς ἐλευθέρους προτρέπειν ἐπὶ τὰ Γυμνάσια. Quin etiam neque pueris peregrinorum id concessum; colligo e populi scito, quo id datum est Coorum liberis propter Hippocratem. καὶ ἐξεῖναι πᾶσι Κῴων παισὶν ἐφηβεύειν ἐν Ἀθήναις, καθάπερ παισὶν Ἀθηναίων. 300.

TITULUS OCTAVUS.

De Medicis & Philosophis.

I. VEteri olim Atheniensium Lege cautum fuerat, Ne quis servus, neve qua femina, artem Medicam disceret.

NE QUIS SERVUS NEVE QUA FEMINA ARTEM MEDICAM DISCITO.

Legis meminit Hyginus *in Fabularum Libro*, docetque eam tandem antiquatam fuisse, alteramque suffectam fuisse, qua ingenuis feminis medicinam facere concedebatur. Hygini verba sunt [*Fab.* 274.] *Antiqui obstetrices non habuerunt: unde mulieres verecundia ductae interierant. Nam Athenienses caverant*, Ne quis servus aut femina artem medicinam disceret. *Agnodice quaedam puella virgo concupivit medicinam discere, quae cum concupisset, demptis capillis, habitu virili, se Hierophilo cuidam tradidit in disciplinam: quae cum artem didicisset, & feminam laborantem audisset ab inferiore parte, veniebat ad eam: quae cum credere se noluisset, aestimans virum esse, illa tunica sublata, ostendebat se feminam esse, & ita eas curabat. Quod cum vidissent Medici, se ad feminas non admitti, Agnodicen accusare ceperunt, quod dicerent eum glabrum esse, & corruptorem earum, & illas simulare imbecillitatem. Quo cum Areopagitae consedissent, Agnodicen damnare ceperunt: quibus Agnodice tunicam allevavit, & se ostendit feminam esse. & validius Medici accusare ceperunt, quare tum feminae principes ad judicium convenerunt, & dixerunt*: Vos conjuges non estis, sed hostes: quia quae salutem nobis invenit, eam damnatis. *Tunc Athenienses Legem emendarunt, ut ingenuae artem medicinam discerent.*

II. Est igitur prior Lex, quod ad feminas ingenuas spectat, abrogata, & haec altera ei suffecta.

IN

1 Aesopus in *Plutarchi* Conviv. VII. Sapient. p. 152. D. Soloni, εἰ ἔγραψας, inquit, Ἀθηναίων οἰκέτας μὴ ἐρᾶν, μηδὲ ΞΗΡΑΛΟΙΦΕΙΝ. Explicat *Jo. Chrysostomus* Homil. V. in Epist. ad Tit. Tom. XI. p. 762. A. καὶ παρ' αὐτοῖς φιλόσοφός τις ἐνομοθέτει, δούλῳ ἐξεῖναι μήτε παιδεραστεῖν, μήτε ΞΗΡΑΛΟΙΦΕΙΝ, ὡς ἐπαινετοῦ τοῦ πράγματος ὄντος καὶ πολλὴν ἔχοντος τιμήν. Nam Solonem cum esse Philosophum, docet liquidius Homil. IV. in Epist. ad Roman. Tom. IX. p. 456. E. *Ed. Benedict.*

301. INGENUAE FEMINAE ARTEM MEDICINAM DISCUNTO.

Quare secundum hanc Legem apud Terentium in palliata e Menandro *Andria* [*Act. III*, 2, 1.] Lesbia *obstetrix* quid facto opus sit, imperat:

Adhuc Archillis quae adsolent, quaeque oportet,
Signa esse ad salutem, omnia huic inesse video.
Nunc primum fac, isthaec ut lavet: post deinde
Quod jussi ei dare bibere, & quantum imperavi,
Date. mox ego huc revertar.

Quin & Romani *Obstetrices* inter *Medicos* numerarunt, itaque de illarum, quemadmodum & Medicorum mercedibus, etiam extra ordinem jus dici scripsit Ulpianus Libro VIII. de omnibus Tribunalibus. *Sed & obstetricem audiant, quae utique medicinam exhibere videtur: Medicos fortassis quis accipiet etiam eos, qui alicujus partis corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur. ut puta si auricularius, si fistulae, vel dentium. non tamen si incantavit, si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar) si exorcizavit. non sunt ista medicinae genera, tametsi sint, qui hos sibi profuisse cum praedicatione adfirment. l. 1. §. 2. & 3. D. de Extraordinariis cognitionibus.* Pluscula descripsimus, quanquam ea omnia non sint *de obstetricibus*, ut aliquam illis praeferamus lucem. Non enim tantum Christianos perstringit Ulpianus, quod exorcismis Daemones de hominibus depellerent, sed etiam quia *signando*, *unguendo*, & *imprecando* morbos curabant Christiani. Tertullianus *Libro ad Scapulam cap. IV. Ipse etiam Severus pater Antonini, Christianorum memor fuit. Nam & Proculum Christianum, qui Torpacion cognominabatur, Euhodeae procuratorem*, qui eum per oleum aliquando curaverat, *requisivit, & in palatio suo habuit usque ad mortem ejus: quem & Antoninus optime noverat, lacte Christiano educatus.* Putant Viri Clarissimi hunc Proculum Christianum eum esse, cujus meminit Capitolinus *in Marco*, & *Eutychium* Graece idem esse Afris *Tobracon*, sive *Topracon*, quomodo rescribi volunt apud Tertullianum: *Eubodiae* autem *Procuratorem* interpretantur, τῆς Εὐοδίας διοικητὴν, quod *Itinerarii* in Orbe Romano *Rationarius* esset ab Imperatore Marco constitutus, ut honestam functionem sine invidia, & incommodo, periculoque, obtineret. Quapropter etiam Capitolinus [*in M. Anton. C.* 2.] factum affirmat fuisse Proconsulem, videlicet honorarium, itineris curandi caussa. Sed ista ab eruditis viris nullo auctore asseruntur. Non negamus aliquando *Procuratores* appellari Provinciarum Praesides, sed Itinerarii Rationarium & Procuratorem appellari *Proconsulem* nobis plane novum, & hactenus non lectum, non auditum fuit. Appellatur igitur iste Proculus *Eubodiae Procurator*, quia *Eubodiae* feminae satis notae illo seculo res procurabat, & administrabat: tantum abest, ut sit Proculus ille Marci in Grammaticis praeceptor, quem in tantum gratus Imperator dilexit, ut usque ad Proconsulatum provexerit oneribus in se receptis. [1] *Eubodiae* nomen feminae esse constat ex hac Inscriptione, quae Romae visitur in monte Caballo, & legitur apud Gruterum [*Thes. p. DCCLXXXIX.* 5.]

302. D. M.

HERMES
EVHODIAE CONIUGI
SVAE
BENE MERENTI

Et forte *Eubodia* haec Tertulliani erat filia *Eubodi* Imperatoris Severi Liberti, qui fuit τροφεὺς, ut appellat Dio, Antonini filii Severi. Libertum autem

1 Hoc & ego verissimum arbitror. Vide quae scripsi Probabilium C. 24. p. 205.

tem *Eubodiae* Proculum hunc fuisse suspicor, & ab *Eubodia* patrona rebus suis administrandis & procurandis admotum. Qui, ut puto, dum servitutem serviebat, *alipilarii* munus implebat: [1] unde ei cognomen *Dropacion:* ita enim nobis rescribendum videtur apud Tertullianum: Est enim in veteribus Lexicis, *Alipilarius*, δροπακιστής. Laevabant enim unguento *dropace*. Sed ad rem. Idem Tertullianus *Scorpiace* scorpii virus, quod figendo effudit in vulnus, curari. *Nobis*, inquit, *fides praesidium, si non & ipsa percutitur. diffidentia* signandi *statim*, *&* adjurandi, *&* unguendi *bestiae calcem. hoc denique modo etiam Ethnicis saepe subvenimus.* Fiebat haec *adjuratio* cum *imprecatione*: unde paullo post Tertullianus: *At, tu, fides si vigilat, ibidem Scorpio pro solea anathema inlidito, & relinquito in suo sopore morientem.* Atque ita *imprecabantur* exemplo Christi, de quo Lucas IV. 39. cum Petri socrum a febri liberaret: καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς, ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ, καὶ ἀφῆκεν αὐτήν. Quod vero existimant Viri summi, usitatum fuisse apud Ethnicos etiam Daemonas *exorcizare*, nullo modo probare possumus, nam Tertullianus, quem unum auctorem laudant, eo loci, de Christiano agit, non de Ethnico. [2] Verba praestantissimi Scriptoris sunt Libro *de Idololatria cap.* 11. *Ipsius fidei conscientiam perrogemus, quo ore* Christianus thurarius, *si per Templa transibit, quo ore fumantes aras despuet, & exsufflabit, quibus ipse prospexit? Qua constantia* exorcizabit *alumnos suos, quibus domum suam cellariam praestat.* Thurarii Christiani alumnos vocat Daemones Tertullianus, quia odores, quos vendit, pabula sunt Daemonum.

Medici, [3] qui vellent Athenis medicinam artem publice facere, a populo id consequebantur, qui eos eligebat. Xenophon ἀπομνημονευμάτων *Libro IV.* [*p.* 626.] ἁρμόσειε δ' ἂν οὕτω προοιμιάζεσθαι καὶ τοῖς βουλομένοις παρὰ τῆς πόλεως ἰατρικὸν ἔργον λαβεῖν· ἐπιτήδειόν γ' ἂν αὐτοῖς εἴη τοῦ λόγου ἄρχεσθαι ἐντεῦθεν, παρ' οὐδενὸς μὲν πώποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἔμαθον, οὐδ' ἐζήτησα διδάσκαλον ἐμαυτῷ γενέσθαι τῶν ἰατρῶν οὐδένα. διατετέλεκα γὰρ φυλαττόμενος οὐ μόνον τὸ μαθεῖν τι παρὰ τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ δόξαι μεμαθηκέναι τὴν τέχνην ταύτην. ὅμως δέ μοι τὸ ἰατρικὸν ἔργον δότε. πειράσομαι γὰρ ἐν ὑμῖν ἀποκινδυνεύων μανθάνειν. πάντες οὖν, οἱ παρόντες ἐγέλασαν ἐπὶ τῷ προοιμίῳ. Sed gratis medicinam faciebant a populo creati. Aristophanes *Acharnensibus* [*vs.* 1025.]

ΓΕΩΡ. ἀπόλωλα τὼ ὀφθαλμὼ δακρύων τὼ βόε.
ἀλλ' εἴ τι κήδει Δερκέτου Φυλασίου,
ὑπάλειψον εἰρήνῃ με τὼ ὀφθαλμὼ ταχύ.
ΔΙΚ. ἀλλ' ὦ πόνηρ' οὐ δημοσιεύων τυγχάνω, 303.
ΓΕΩΡ. ἴθ' ἀντιβολῶ σ' ἤν πως κομίσωμαι τὼ βόε.
ΔΙΚ. οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κλάε πρὸς τοὺς Πιττάλου.

Scho-

1 Confer *S. Bocharti* egregiam de viri nomine conjecturam L. II. de Phoenic. Colon. C. 16. p. 770.

2 *Tertulliani* loco usus est *Guil. Grotius* in *Ulpiani* vita, ut Ethnicis suos quoque exorcistas fuisse teneret. Melius cum Petito *Anton. Schultingius* Jurisprud. Ante-Justin. p. 558. De exorcistis tamen Petito non assentio; habuere sibi suos Pagani. Qui enim alii οἱ μάγοι τοὺς ΔΑΙΜΟΝΙΖΟΜΕΝΟΥΣ κελεύοντες τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὑτοὺς καταλέγειν in *Plutarchi* Symp. L. VII, 5. p. 706.? namque recitabantur eae literae, ut Daemones ejicerentur, a veteratoribus illis. Unde *Manetho* L. III, 303.

Καὶ μαγικῇ συνέσει πείθεται καὶ πνεύματα φεύγει.

Quin & jusjurandum addebatur, ut tanto vehementius constricti obedirent. *Damascius* apud *Photium* Biblioth. p. 1037. ὡς δ' οὖν ἐπειδὴ τὸ δαιμόνιον τῆς γυναικὸς ἐξελθεῖν λόγοις ἠπείγετο, ὅρκον αὐτῷ ἐπανάγκαζεν ὁ Θεοσέβιος —— ὥρκιζε δὲ τὰς τοῦ ἡλίου προτείνων ἀκτῖνας καὶ τὸν Ἑβραίων θεόν. Lepide proin *Lucianus* in exorcistam, sed foedioris, Anthol. L. II. p. 207.

Δαίμονα πολλὰ λαλῶν ἐξόρκισμος ΕΞΟΡΚΙΣΤΗΣ
Ἐξέβαλ', οὐχ ὅρκων, ἀλλὰ κόπρου δυνάμει.

3 Vide Illust. *Ezech. Spanhem.* in *Aristophanis* Plut. vs. 408.

Scholia: *δημοσίᾳ χειροτονούμενοι ἰατροὶ καὶ δημόσιοι προῖκα ἐθεράπευον.* In his, puto, Aristophanis aetate, discipuli *Pittali*: *πρὸς τοὺς Πιττάλου. ὁ Πίτταλος ἐστὶν ἰατρὸς παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, λείπει δὲ τοὺς μαθητάς.* Hujus *Pittali* meminit idem Comicus *Vespis*.

III. Apud Athenienses summo, ut par est, in pretio fuit Philosophiae studium, ad quod animum adjungere solebant adolescentuli, ut ex his Terentii *Andria* constat [*Act.* 1, 1, 28.]

> *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,*
> *Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos*
> *Alere, aut canes ad venandum, aut ad* Philosophos,
> *Horum ille nihil egregie praeter cetera*
> *Studebat, & tamen omnia haec mediocriter.*

Factum tamen est aliquando, ut Philosophiam docere Legibus sit interdictum. Sed Critia e Triginta Tyrannis ferocissimo dedicatore damnationis suae gloriantur Philosophi. Qui enim scit illum, intelligere potest nonnisi grande aliquod bonum a Critia damnatum, cujus in ceteros odio Socratis Philosophos ferocientis Lex fuit:

Λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν. *Philosophiam ne quis doceto.*

Legem refert Xenophon *Ἀπομνημονευμάτων* *Libro I.* [*p.* 566.] *ἐξ ὧν δὴ καὶ ἐμίσει τὸν Σωκράτην ὁ Κριτίας· ὥστε καὶ ὅτε τῶν Τριάκοντα ὢν Νομοθέτης μετὰ Χαρικλέους ἐγένετο, ἀπεμνημόνευσεν αὐτῷ καὶ ἐν τοῖς νόμοις ἔγραψε, Λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν· ἐπηρεάζων ἐκείνῳ, καὶ οὐκ ἔχων ὅπῃ ἐπιλάβοιτο, ἀλλὰ τὸ κοινῇ τοῖς Φιλοσόφοις ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπιτιμώμενον ἐπιφέρων αὐτῷ, καὶ διαβάλλων πρὸς τοὺς πολλούς.*

IV. Sed illa Critiae Lex abrogata est, cum etiam omnia *τὰ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα ἄκυρα* facta sint: unde iterum Philosophi Athenis docere ceperunt: estque post ea tempora scriptum a Menandro, quem expressit Terentius:

> *Quod, plerique omnes faciunt adolescentuli,*
> *Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos*
> *Alere, aut canes ad venandum, aut ad Philosophos:*
> *Horum ille nihil egregie praeter cetera*
> *Studebat, & tamen omnia haec mediocriter.*

Repertus est tamen post illa Sophocles Suniensis Amphiclidae Filius, qui Critiae exemplum aemulatus, Legem tulit, qua Philosophos Athenis exegit, aut certe vetuit scholam habere, nisi Senatui populoque Atheniensi ita videatur.

Μηδένα Φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ· εἰ δὲ μὴ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.	*Nemo Philosophus scholam habeto, nisi Senatui populoque Atheniensi ita videatur: qui secus faxit, capital esto.*

Legem laudat Diogenes Laërtius *in Theophrasto* [*Sect.* 38.] *τοιοῦτος ὢν*, Theophrastus, *ὅμως ἀπεδήμησε πρὸς ὀλίγον καὶ οὗτος, καὶ πάντες οἱ λοιποὶ Φιλόσοφοι· Σοφοκλέους τοῦ Ἀμφικλείδου νόμον εἰσενεγκόντος, μηδένα*
304. *τῶν Φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ· εἰ δὲ μὴ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. ἀλλὰ αὖθις ἐπανῆλθον εἰς νέωτα, Φίλωνος τὸν Σοφοκλέα γραψαμένου παρανόμων. ὅτε καὶ τὸν νόμον μὲν ἄκυρον ἐποιήσαντο Ἀθηναῖοι, τὸν δὲ Σοφοκλέα πέντε ταλάντοις ἐζημίωσαν. κάθοδόν τε τοῖς Φιλοσόφοις ἐψηφίσαντο.* Pollux *Libro IX. cap.* 5. *ἔστι δὲ*

καὶ

καὶ νόμ☉ Ἀτlικὸς κτ̀ τῶν Φιλοσοφούντων γραφεὶς, ὃν Σοφοκλῆς Ἀμφικλείδου Σουνιεὺς εἶπεν, ἐν ᾧ τινὰ κτ̀ αὐτῶν παρειπὼν, ἐπήγαγε, μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τῶν Σοφιστῶν διατριβὴν κατασκευάσασθαι. Athenaeus *Libro XIII.* [C. 9. p. 610.] καὶ Σοφοκλῆς δέ τις ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας Φιλοσόφους τῆς Ἀτlικῆς, nempe illos videri volebat hic Sophocles, vir non sui nominis, lingua Philosophos, subleſta fide, ignava opera, quo referas iſta Pollucis: ἔστι δὲ καὶ νόμ☉ Ἀτlικὸς κτ̀ τῶν φιλοσοφούντων, ὃν Σοφοκλῆς Ἀμφικλείδου Σουνιεὺς εἶπεν, ἐν ᾧ τινὰ κατὰ αὐτῶν παρειπών. De hac Lege Alexis Comicus dramate Ἱππεῖ [in Athen. *XIII*, 9. p. 610.]

τοῦτ' ἔστιν Ἀκαδημία, τοῦτο Ξενοκράτης,
πολλ' ἀγαθὰ δοῖεν οἱ θεοὶ Δημητρίῳ,
καὶ τοῖς Νομοθέταις, διότι τοὺς τὰς τῶν λόγων
ὥς φασι δυνάμεις παραδιδόντας τοῖς νέοις,
ἐς κόρακας ἐρρεῖν φασὶν ἐκ τῆς Ἀτlικῆς.

Sed diu non obtinuit haec Lex, nam altero post ἐπιχειροτονίαν anno abrogata, ipsique adeo Sophocli multa talentorum quinque irrogata eſt. Diogenes Laërtius *verbis jam laudatis:* ἀλλὰ αὖθις ἐπανῆλθον εἰς νέωτα, Φίλων☉ τὸν Σοφοκλέα γραψαμένου παρανόμων. ὅτε καὶ τὸν νόμον μὲν ἄκυρον ἐποίησαν Ἀθηναῖοι, τὸν δὲ Σοφοκλέα πέντε ταλάντοις ἐζημίωσαν. E qua multa colligimus, Philonem eo ipſo, quo Legem tulit Sophocles, anno Sophocli dicam ſcripſiſſe παρανόμων, ob latam hanc Legem, alioquin ἀνεύθυν☉ fuiſſet Sophocles. Inveſtigemus vero tempus latae Legis. Secundum hanc Legem Theophraſtus Atticae finibus excedere juſſus eſt, qui anno tertio Olympiadis centeſimae quartaedecimae, Archonte Philocle, ſive Diocle, Ariſtoteli in Schola ſucceſſerat: Ergo poſt annum tertium quartaedecimae ſupra centeſimam Olympiadis haec Lex lata eſt: idque cum Athenis Demetrius omnia pro arbitrio verſaret: Anno ſecundo Olympiadis decimae octavae, Archonte Anaxicrate, Demetrius Antigoni F. homo proſtituti pudoris, Athenas ſibi, non in libertatem, quanquam videri vellet, aſſeruit: eo autem res Athenis impotenter admodum gerente, ejus vel ſuaſu, vel gratia Lex haec rogata lataque eſt: conjecturam facimus ex his Alexidis,

πολλ' ἀγαθὰ δοῖεν οἱ θεοὶ Δημητρίῳ,
καὶ τοῖς Νομοθέταις.

Quare exiſtimamus, anno tertio Olympiadis centeſimae decimae octavae, Praetore Athenis Coroebo, hanc Legem latam fuiſſe.

LIBER QUARTUS.

TITULUS PRIMUS.

De Judicibus.

305. I. CUM Solon in animo haberet aequam omnibus suis civibus libertatem constituere, suo maxime instituto facere observavit, si a populo judicia redderentur: τὰ δὲ δικαστήρια, δημοτικόν, inquit Aristoteles *Libro II. Polit.* [C. 10.] qui vero notat Solonem τὸν δῆμον καταστῆσαι, τὰ δικαστήρια ποιήσαντα ἐκ πάντων. Qua ratione, videtur ipse Solon temperamentum illud sustulisse, quo miscuerat Democratiam Aristocratiae & Oligarchiae, nam plane recidit in Democratiam: διὸ καὶ μέμφονταί τινες αὐτῷ. λῦσαι γὰρ θάτερον, κύριον ποιήσαντα τὸ δικαστήριον πάντων, κληρωτὸν ὄν. Dedit enim Lege provocationem a Magistratibus ad judices:

Περὶ ἐκείνων, ὅσα αἱ ἀρχαὶ κρίνουσι, εἰς τὸ δικαστήριον ἐφέσεις εἶναι τοῖς βουλομένοις.	*A Magistratuum sententia ad judices provocanto.*

Meminit hujus Legis Plutarchus *in Solone* [*p.* 88. *A.*] καὶ γὰρ ὅσα ταῖς ἀρχαῖς ἔταξε κρίνειν, ὁμοίως καὶ περὶ ἐκείνων εἰς τὸ δικαστήριον ἐφέσεις ἔδωκε τοῖς βουλομένοις. Rursum *in comparatione cum Poplicola* [*p.* 110. *B.*] καὶ τοῖς φεύγουσι δίκην, ἐκκαλεῖσθαι τὸν δῆμον, ὥσπερ ὁ Σόλων τοὺς δικαστὰς, ἔδωκε. Itaque novem illi annui Magistratus, qui summi erant ante Solonis Leges judices, vix reliquam habuerunt ἀνάκρισιν. Suidas: κύριοί τε ἦσαν οἱ ἐννέα Ἄρχοντες ὥστε τὰς δίκας αὐτοτελεῖς ποιεῖσθαι. ὕστερον δὲ Σόλωνος αὐτοῖς νομοθετήσαντος, οὐδὲν ἕτερον αὐτοῖς ἐτελεῖτο, ἢ μόνον ἀνακρίνειν τοὺς ἀντιδίκους. Potestas vero omnis erat penes populum, cum nulla lis incideret, de qua judicium non redderent τὰ δικαστήρια κληρωτὰ ὄντα ἐκ πάντων. Plutarchus *in Solone* [*p.* 88. *A.*] τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν διαφορῶν ἐνέπιπτεν εἰς τοὺς δικαστάς. maxime cum Leges a Solone data opera scriptae essent verbis non plane liquidis. Plutarchus *ibidem*: λέγεται δὲ καὶ τοὺς νόμους ἀσαφέστερον γράψας, καὶ πολλὰς ἀντιλήψεις ἔχοντας, αὐξῆσαι τὴν τῶν δικαστηρίων ἰσχύν, μὴ δυναμένους γὰρ ὑπὸ τῶν νόμων διαλυθῆναι περὶ ὧν διεφέροντο, συνέβαινεν ἀεὶ δεῖσθαι δικαστῶν, καὶ πᾶν ἄγειν ἀμφισβήτημα πρὸς ἐκείνους, τῶν νόμων τρόπον τινὰ κυριεύοντας. Quo nomine gloriatur in Elegiis Solon ἐξίσωσιν induxisse:

δήμῳ

δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος, ὅσσον ἐπαρκεῖ,
τιμῆς οὔτ' ἀφελὼν, οὔτ' ἐπορεξάμενος.
οἳ δ' εἶχον δύναμιν, καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοὶ, 306.
καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.
ἔστην δ' ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισι·
νικᾶν δ' οὐκ εἴασ' οὐδετέροις ἀδίκως.

Inter *judices* autem, ut dicere cepimus, allegabantur omnes ex aequo cives Athenienſes, ſine ullo cenſus diſcrimine: nam etiam Θῆτες Solonis Lege, quam ſuo loco in ſuperioribus deſcripſimus, τοῦ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας. Condiciones tamen hae exigebantur, ut eſſent famae integrae, annos triginta nati, neque inter aerarios relati: ſed de hoc tertio capite dicemus, σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν, ubi de aerariis agemus. Pollux *Libro VIII. cap.* 10. ἐδίκαζον δὲ οἱ ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη, ἐκ τῶν ἐπιτιμίων, ſive potius, ut in MS. habetur, ἐπιτίμων, καὶ μὴ ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ.

II. Cavetur igitur, ut famae ſint integrae, nec ignominioſi; quanquam poterant ex Lege capi in judices etiam illi, qui Senatu moti fuerant:

Ἐξεῖναι ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταδέχεσθαι τοὺς ἐκφυλλοφορηθέντας.	*In judices allegere eos, qui Senatu moti ſunt, fas eſto.*

Legem habes in Graecorum Commentariis: ἐξῆν μὲν τοι ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταδέχεσθαι τοὺς ἐκφυλλοφορηθέντας. Unde colligere licet non eos omnes, qui Senatu movebantur, ignominioſos fuiſſe: nam alioquin infamia notatos fas non fuiſſet ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταδέχεσθαι. At vero apud Romanos Senatu motis, ut teſtatur Marcellus Libro III. Digeſtorum, non permittebatur judicare. *Caſſius Longinus non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem* Senatu motus, *nec reſtitutus eſt*, judicare, *vel teſtimonium dicere: quia Lex Julia repetundarum hoc fieri vetat. l. 2. D. de Senatoribus.*

III. Alterum Kaput eſt, ut majores ſint annis triginta, de quo in ſequentibus videbimus, Deo dante. Judices autem ſorte capiebantur e Lege Solonis, qui fecit τὰ δικαστήρια κληρωτά.

Πάντας Ἀθηναίους λαχεῖν εἰς τὰ δικαστήρια.	*Athenienſei in ſuo quisque fora ſorte diſtribuuntor.*

Laudat hanc Legem Demoſthenes ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος α'. [*p.* 486.] ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ πάντων ἄρτι κληρουμένων Ἀθηναίων, καὶ πάντων εὖ οἶδ' ὅτι βουλομένων εἰς τουτὶ λαχεῖν τὸ δικαστήριον, μόνοι δικάζεθ' ἡμῖν. διὰ τί; ὅτι ἐλάχετε. εἶτα ἀπεκληρώθητε. ταῦτα γὰρ οἱ νόμοι λέγουσιν. Varia erant apud Athenienſes *fora* atque *Tribunalia*, nam, ut mittam illa quinque ἐν οἷς ἐδίκαζον περὶ φονικῶν πραγμάτων, alia erant *Tribunalia*, ἐν οἷς ἐδίκαζον περὶ δημοτικῶν. Decem *Tribunalia* ſive *fora* fuiſſe docent Comici Interpretes *ad Plutum* [*vſ.* 277.] inſcripta ſingula una harum decem literarum, A, B, Γ, Δ, E, Z, H, Θ, I, K, Athenienſes qui vellent judiciis reddundis vacare, nomina ſua dabant tabellae inſcripta adſcripto patris populique nomine: totidem quoque erant tabellae, quarum aliae aliis harum decem literarum eſſent notatae, pro numero ſcilicet eorum, qui in hoc vel illo *foro* eſſent judicaturi: Atque ita fiebat, ut prout quisque hanc aut illam literam ſortiretur, ita huic aut illi *foro* judex traderetur: Quicumque autem literae ſortem nactus erat, *fori* ejus praeconi oſtendebat: Praeco tabellam ei dabat, in qua nomen illius itemque *fori* inſcriptum, itemque virgam cum eodem *fori* nomine: quibus poteſta- 307.

tem judicandi adipiscebatur καὶ τὸ δικαστικόν. Si quis autem, qui sortitus non esset, inter judices sedere vellet, multabatur: ἐν ταῖς Ἀθήναις πολλὰ ἦν δικαστήρια, καὶ ἐν ἴσοι μὲν, ἐδίκαζον περὶ φονικῶν πραγμάτων ἔν τισι δὲ, περὶ δημοτικῶν. καὶ ἕκαστον δὲ τούτων εἶχεν ἕν τι τῶν στοιχείων ἰδικὸν, οἷον, ἦν τι τῶν δικαστηρίων λεγόμενον ΑΛΦΑ. ὁμοίως ἄλλο λεγόμενον ΒΗΤΑ. ἄλλο ΓΑΜΜΑ. καὶ ἑξῆς τὸ Δ, καὶ τὸ Ε, καὶ ἕως τοῦ Κ. δέκα γὰρ ἦν τὰ δικαστήρια ἐν Ἀθήναις. καὶ περὶ θυρῶν δὲ ἑκάστου δικαστηρίου, ἐγέγραπτο πυῤῥῷ βάμματι τὸ στοιχεῖον, ᾧ τινι τὸ δικαστήριον ὠνομάζετο. ἤρχετο δὲ ἕκαστος εἰς τὸ πινάκιον ἔχων ἐπιγεγραμμένον ὄνομα αὐτοῦ καὶ πάτροθεν καὶ τοῦ δήμου, καὶ κλήρους ἔβαλλον. καὶ ὅς τις ἂν κλῆρον ἐκληρώσατο ἔχοντα τὸ Α, ἀπήρχετο εἰς τὸ Α δικαστήριον. ὁμοίως δὲ εἰς τὸ Β. καὶ τὰ ἐφεξῆς. ἀπήρχετο δὲ, καὶ πρῶτον μὲν ἐδείκνυε τῷ κήρυκι τοῦ δικαστηρίου τὸν κλῆρον τοῦ στοιχείου. ὁ δὲ κῆρυξ λοιπὸν ἐδίδου αὐτῷ τὸ πινάκιον, ἐν ᾧ ἐγγεγραμμένον ἦν τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ τοῦ δικαστηρίου, ἐδίδου καὶ τὴν ῥάβδον ἅμα καὶ τῷ πινακιδίῳ, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ῥάβδῳ ἦν τὸ ὄνομα τοῦ δικαστηρίου ἐγγεγραμμένον, εἶτα οὕτως ἐδίκαζεν· εἰ δέ τις δικαστὴς εἰσῄει μὴ κληρωθεὶς εἰς τὸ δικαστήριον, διαφόρως ἐζημιοῦτο. Ad haec alludit Comicus *Pluto* [v. f. 277.]

ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὸν τὸ γράμμα σου δικάζειν,
σὺ δ' οὐ βαδίζεις· ὁ δὲ Χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν.

Ab hoc *Tribunalium* decem numero putem natum Proverbium: Λύκου δεκάς, παροιμιῶδες, ἐπειδὴ Λύκος ὁ Ἥρως πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις ἵδρυτο, τοῦ θηρίου τὴν μορφὴν ἔχων. ἔνθα οἱ δωροδοκοῦντες καὶ συκοφάνται κατὰ δέκα γινόμενοι συνεστρέφοντο. Harpocration: Λύκος ἐστὶν Ἥρως πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις τοῦ θηρίου μορφὴν ἔχων· πρὸς ὃν οἱ δωροδοκοῦντες κατὰ δέκα γινόμενοι συνεστρέφοντο. Hic enim κατὰ δέκα ad decem illa δικαστήρια, ad quorum singula Λύκος ὁ Ἥρως ἵδρυτο, refertur,[1] non autem ad τοὺς δωροδοκοῦντας, quasi decem tantum numero essent. Sed videamus quaenam fuerint haec decem *Tribunalia*. Olim quinque Tribunalibus περὶ φονικῶν πραγμάτων adscripti erant Ephetae. Pollux *Libro VIII. cap.* 10. Ἐφέται, τὸν μὲν ἀριθμὸν εἷς καὶ πεντήκοντα. Δράκων δ' αὐτοὺς κατέστησεν, ἀριστίνδην αἱρεθέντας. ἐδίκαζον δὲ τοῖς ἐφ' αἵματι διωκομένοις, ἐν τοῖς πέντε δικαστηρίοις. *Ephetae* hi, ut habes in verbis Pollucis, eligebantur ἀριστίνδην, non autem sorte capiebantur: sed uni ex his quinque *Tribunalibus*, nempe *Areopagitico* adscripsit Solon judices, qui *Areopagitici* dicti sunt, ita ut quatuor tantum reliquis *Ephetas* adscripserit: addit Pollux:[2] Σόλων δ' Ἐφέταις προσκατέστησε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν. Sed non multo post *Ephetae* deridiculo fuerunt: Pollux, κατὰ μικρὸν δὲ κατεγελάσθη τὸ τῶν Ἐφετῶν δικαστήριον. Itaque his quatuor *Tribunalibus* alii dati sunt judices, sorte capti, ut omnino liquet e verbis Scholiastae Comici, quae descripsimus. Inter haec igitur decem *Tribunalia*, quorum judices sorte legebantur, recensenda sunt quatuor ista περὶ φονικῶν πραγμάτων, *Tribunal* τὸ [illegible] ἐπὶ

1 Melius a *Jo. Meursio* Areopag. C. II. explicatur.
2 In *Polluce* rectius προσκατέστησε ex veteri codice vulgatur. Caussam exponit *Joach. Kuhnius* ad L. VIII, 125.

ἐπὶ Παλλαδίῳ, *Tribunal* τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ, *Tribunal* τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ; quartum denique *Tribunal* τὸ ἐν Φρεάττει. Supersunt igitur sex *Tribunalia*; ἐν οἷς ἐδίκαζον περὶ δημοτικῶν πραγμάτων. Quaenam ista sint, videamus. Occurrit primo longe celeberrimus *Heliaea*, deinde, *Trigonum*, tertio *Parabystum medium*, quarto *Parabystum majus*: quinto *Forum ad Lycum*: sexto *Tribunal Metichi*. Septimum quoque occurrit apud Aristophanem *Vespis* [*vs.* 120.]

—— ὁ δ' αὐτοῖς τυμπάνοις 308
αἴξας, ἐδίκαζεν ἐς τὸ Καινὸν ἐμπεσών.

Scholiastes: τόπος ἐν τῷ δικαστηρίῳ οὕτω λεγόμενος. εἰσὶ δὲ δ' Παράβυστος, Καινὸς, Τρίγωνος, Μέσος. Hic habes quatuor *Tribunalia*, nempe *Parabystum majus*, quod simpliciter dixit Παράβυστος, *Parabystum medium*, Scholiastae Μέσος, tertium est Καινὸν δικαστήριον, quartum denique *Trigonum*: Horum omnium, si Καινὸν excipias, meminit Pollux *Libro VIII. cap.* 10. ceteraque recenset his verbis: γνώριμα δικαστήρια, ἡ Ἡλιαία, τὸ Τρίγωνον, οὗ μέμνηται Δείναρχος· μέσον Παράβυστον, μεῖζον Παράβυστον. καὶ μείζονος δὲ μέμνηται Λυσίας. ἐν μὲν τοι τῷ Παραβύστῳ, οἱ Ἕνδεκα ἐδίκαζον τὰ Μητίχου καλλίω, τοῦ μνημονευθέντος Ἀνδροτίων. τὸ ἐπὶ Λύκῳ, καὶ Ἥρως δὲ ἵδρυται αὐτόθι ἔχων τὴν θηρίου μορφήν. τὸ δὲ Μητίχου. Pausanias *Atticis* [C. 28. *p.* 69.] ἔστι δὲ Ἀθηναίοις καὶ ἄλλα δικαστήρια οὐκ ἐς τοσοῦτο δόξης ἥκοντα. τὸ μὲν οὖν καλούμενον Παράβυστον καὶ Τρίγωνον, τὸ μὲν, ἐν ἀφανεῖ πόλεως ὂν καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνιόντων ἐς αὐτό· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος ἔχει τὰ ὀνόματα· Βατραχιοῦν δὲ καὶ Φοινικιοῦν ἀπὸ χρωμάτων· τὸ δὲ καὶ ἐς τόδε διαμεμένηκεν ὀνομάζεσθαι. τὸ δὲ μέγιστον, καὶ ἐς ὃ πλεῖστοι συνίασιν, Ἡλιαίαν καλοῦσιν. Habes hic de *Heliaea*, de *Parabysto*, itemque *Trigono*: quaenam autem haec sint duo *Tribunalia*, Βατραχιοῦν καὶ Φοινικιοῦν, quibus nomen a colore: sed mutuabuntur lucem ab his ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ Aristotelis verbis: τοῖς γὰρ δικαστηρίοις χρῶμα ἐπιγέγραπται ἐφ' ἑκάστῳ ἐπὶ τῷ σφηνίσκῳ τῆς εἰσόδου. ὁ δὲ λαβὼν τὴν βακτηρίαν βαδίζει εἰς δικαστήριον τὸ ὁμόχρουν μὲν τῇ βακτηρίᾳ, ἔχον δὲ τὸ αὐτὸ γράμμα ὅπερ ἐν τῇ βαλάνῳ. Cujus vero *Parabysti*, cum duo sint, meminerit Pausanias, non dicit, colligere tamen est e Pollucis verbis. Scribit enim Pausanias Παράβυστον ἐν ἀφανεῖ πόλεως εἶναι, καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνιέναι ἐς αὐτό. *Tribunal* est in obscura urbis parte, in eoque res viles minimique momenti judicantur. Pollucis verba indicant illud esse *Parabystum medium*, in quo judices sedebant Undecimviri: Μέσον Παράβυστον, μεῖζον Παράβυστον. καὶ μείζονος δὲ μέμνηται Λυσίας. ἐν μὲν τοι τῷ Παραβύστῳ οἱ Ἕνδεκα ἐδίκαζον τὰ Μητίχου καλλίω, τοῦ μνημονευθέντος Ἀνδροτίων. Pollucis ista, ἐδίκαζον τὰ Μητίχου καλλίω, mendosa sunt procul dubio, nam res majoris momenti non judicabantur in hoc *Tribunali*, quam in illo, cui a *Meticho* cognomen, etenim constat, ἐπ' ἐλαχίστοις συνιέναι ἐς Παράβυστον, sed viam non vidit, qua itur ad emendationem, Vir eruditissimus, [a] qui rescribit τὰ Μητίχου κακίω. Existimo reponendum esse:

[a] Sic Jo. Meursius Lect. Attic. L. III, [illegible] tamen, monente Doctiss. Kühnio, qui optime ei jus suspicione haec Petiti multis partibus pejor est, quippe & a re ipsa & a linguae genio aber- [illegible] Μητίχου καλλίω. Dicit enim Pollux Tribunal Metichi pulchrius illo fuisse, quod Παράβυστον dicebatur.

esse: ἐν μέσῳ τοι τῷ Παραβύστῳ οἱ Ἕνδεκα ἐδίκαζον τὰ μὴ τι χοῦς καλλίω. In medio Parabysto Undecimviri judicabant ea, quae ne tantillum quidem pretio unum superabant Choëm: *Chous* est duodecima pars *Metretae* vini: vaenibat autem *Metretes* vini duodecim drachmis: Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Φαίνιππον [*p.* 597.] σὺ δὲ ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς νῦν πωλῶν τὰς κριθὰς ὀκτωκαιδεκαδράχμους, καὶ τὸν οἶνον δωδεκάδραχμον, πλουτεῖς εἰκότως, ἐπειδὰν ποιῇς, σίτου μὲν μεδίμνους, πλέον ἢ χιλίους, οἴνου δὲ Μετρητὰς ὑπὲρ ὀκτακοσίους. Ergo pretium *Chois* vini erat unius drachmae. Ac proinde res, quae sub judicium Undecimvirorum in *Parabysto* cadebant, non excedebant unius pretium drachmae, sive *Chois*. Atque ex his praeterea liquet, in hoc *Parabysto* judices non sedisse, quemadmodum in aliis *Tribunalibus* sedebant capti sorte. Fuit enim hoc *Parabystum* Undecimvirorum *Tribunal*,
309. Παράβυστον. οὕτως ἐκαλεῖτό τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ Ἕνδεκα. Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα περὶ ὅρων. μνημονεύουσι δ' αὐτοῦ ἄλλοι τε τῶν Κωμικῶν, καὶ Τιμοκλῆς ἐν Ὀρεσταυτοκλείδῃ. Ex his igitur septem *Tribunalibus*, quae recensuimus, expungendum est *Parabystum* hoc: supererunt itaque sex tantum, quibus adde illa quatuor, in quibus judicia reddebantur περὶ φονικῶν πραγμάτων, fient decem illa Tribunalia, in quibus jus dicunt sorte capti ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων judices. Horum autem *Tribunalium* sex maximum fuit *Heliaea*. Pausanias: τὸ δὲ μέγιστον, καὶ ἐς ὃ πλεῖστοι συνίασιν, καλοῦσιν Ἡλιαίαν. Maximum dixit, meo judicio, Pausanias, quia de pluribus caussis cognoscebat, eoque nomine ἐς αὐτὸ πλεῖστοι συνίασιν. Alioqui par fuisse videtur numerus Judicum qui in duobus saltem aliis *Tribunalibus* sedebant, cum numero eorum, qui in *Heliaea* jus dicebant: nam in *Heliaea* erant quingenti judices. Pollux: ἡ Ἡλιαία δὲ πεντακοσίων. Fuit & alterum *Tribunal*, in quo totidem erant, nam cum fieret aliquando, ut duorum *Tribunalium* judices coirent ad jus dicendum, πάλαι δὲ συνῄεσαν οἱ συνδικάζοντες τὰ δικαστήρια, fiebant mille judices. Pollux: εἰ δὲ χιλίων δέοι δικαστῶν, συνίσαντο δύο δικαστήρια. En tibi exemplum apud Demosthenem *in Timocratea* [*p.* 443.] πρὸς δὲ τούτοις, δικαστηρίοιν δυοῖν εἰς ἕνα καὶ χιλίοις ἐψηφισμένων. Ulpianus: ἐν τοῖς μεγάλοις καὶ ἐσπουδασμένοις πράγμασι, συνήρχοντο ἐκ δύο δικαστηρίων, πληροῦντες ἀριθμὸν χιλίων καὶ ἑνός. Habes tertium quoque *Tribunal*, in quo erant quoque quingenti: si namque mille & quingentis judicibus opus foret, tria *Tribunalia* conveniebant. Pollux: εἰ δὲ πεντακοσίων καὶ χιλίων δέοι δικαστῶν, συνίσαντο τρία δικαστήρια. Exemplum habes apud Dinarchum ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους [*p.* 103.] καὶ πεντακόσιοι καὶ χίλιοι ὄντες, τὴν ἁπάσης τῆς πόλεως σωτηρίαν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχετε. item apud Plutarchum *in Pericle*. Ἄγνων δὲ τοῦτο μὲν ἀφεῖλε τοῦ ψηφίσματος, κρίνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἔγραψεν, ἐν δικασταῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις. Non igitur major fuit numerus judicum, qui in *Heliaea* sederent, sed longe plures graviores que lites & causae, quam in aliis *Tribunalibus*: itaque nemo non optabat sorte legi ad hoc *Tribunal*. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος α. [*p.* 486.] ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ πάντων ἄρτι κληρουμένων Ἀθηναίων, καὶ πάντων εὖ οἶδ' ὅτι βουλομένων εἰς τουτὶ λαχεῖν τὸ δικαστήριον, μόνοι δικάζεσθ' ἡμῖν.

IV. Designatis ad hunc modum sorte Judicibus, atque *Tribunalibus*, Judices porro jusjurandum dabant verbis ex Lege conceptis se jus secundum Leges unicuique dicturos: Habes apud Demosthenem *in Timocratea* [*p.* 470.] ipsam Jurisjurandi formulam αὐτολεξεὶ repraesentatam.

ΟΡΚΟΣ

ΟΡΚΟΣ ΗΛΙΑΣΤΩΝ.

[1] ΨΗΦΙΟΥΜΑΙ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΚΑΙ ΤΑ ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ΤΩΝ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΩΝ. ΚΑΙ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ΟΥ ΨΗΦΙΟΥΜΑΙ ΕΙΝΑΙ, ΟΥΔΕ ΟΛΙΓΑΡΧΙΑΝ, ΟΥΔΕ ΕΑΝ ΤΙΣ ΚΑΤΑΛΥΗΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ Η ΛΕΓΗΙ Η ΕΠΙΨΗΦΙΖΗΙ ΠΑΡΑ ΤΑΥΤΑ ΟΥ ΠΕΙΣΟΜΑΙ ΟΥΔΕ ΤΩΝ ΧΡΕΩΝ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΠΟΚΟΠΑΣ, ΟΥΔΕ ΓΗΣ ΑΝΑΔΑΣΜΟΝ ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ, ΟΥΔ' ΟΙΚΙΩΝ, ΟΥΔΕ ΤΟΥΣ ΦΕΥΓΟΝΤΑΣ ΚΑΤΑΞΩ, ΟΥΔΕ ΩΝ ΘΑΝΑΤΟΣ ΚΑΤΕΓΝΩΣΤΑΙ, ΟΥΔΕ ΤΟΥΣ ΜΕΝΟΝΤΑΣ ΕΞΕΛΩ ΠΑΡΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΤΟΥΣ ΚΕΙΜΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΤΑ ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ. ΟΥΤ' ΑΥΤΟΣ ΕΓΩ, ΟΥΤ' ΑΛΛΟΝ ΟΥΔΕΝΑ ΕΑΣΩ, ΟΥΔΕ ΑΡΧΗΝ ΚΑΤΑΣΤΗΣΩ, ΩΣΤΕ ΑΡΧΕΙΝ ΥΠΕΥΘΥΝΟΝ ΟΝΤΑ ΕΤΕΡΑΣ ΑΡΧΗΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟΣ, ΚΑΙ ΟΣΟΙ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΚΥΑΜΕΥΟΝΤΑΙ ΤΑΥΤΗΙ ΤΗΙ ΗΜΕΡΑΙ, ΚΑΙ ΚΗΡΥΚΟΣ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΕΙΑΣ, ΚΑΙ ΣΥΝΕΔΡΩΝ, ΟΥΔΕ ΔΙΣ ΤΗΝ ΑΥΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΑΝΔΡΑ, ΟΥΔΕ ΔΥΟ ΑΡΧΑΣ ΑΡΞΑΙ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΕΝ ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ ΕΝΙΑΥΤΩΙ, ΟΥΔΕ ΔΩΡΑ ΔΕΞΟΜΑΙ ΤΗΣ ΗΛΙΑΣΕΩΣ ΕΝΕΚΑ, ΟΥΤ' ΑΥΤΟΣ ΕΓΩ ΟΥΤ' ΑΛΛΟΣ ΕΜΟΙ, ΟΥΤ' ΑΛΛΟΙ ΕΙΔΟΤΟΣ ΕΜΟΥ, ΟΥΤΕ ΤΕΧΝΗΙ, ΟΥΤΕ ΜΗΧΑΝΗΙ ΜΗΔΕΜΙΑΙ, ΚΑΙ ΓΕΓΟΝΑ ΟΥΚ ΕΛΑΤΤΟΝ Η ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΕΤΗ. ΚΑΙ ΑΚΡΟΑΣΟΜΑΙ ΤΟΥ ΤΕ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΠΟΛΟΓΟΥΜΕΝΟΥ ΟΜΟΙΩΣ ΑΜΦΟΙΝ, ΚΑΙ ΔΙΑΨΗΦΙΟΥΜΑΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ ΟΥ ΑΝ Η Η ΔΙΩΞΙΣ. ΕΠΟΜΝΥΜΙ ΔΙΑ ΠΟΣΕΙΔΩΝΑ, ΔΗΜΗΤΡΑ ΕΠΑΡΩΜΑΙ ΕΞΩΛΕΙΑΝ ΕΜΑΥΤΩΙ ΚΑΙ ΟΙΚΙΑΙ ΤΗΙ ΕΜΑΥΤΟΥ, ΕΙ ΤΙ ΤΟΥΤΩΝ ΠΑΡΑΒΑΙΝΟΙΜΙ, ΕΥΟΡΚΟΥΝΤΙ ΔΕ ΚΑΛΑ ΠΟΛΛΑ ΚΑΓΑΘΑ ΕΙΝΑΙ.

JUSJURANDUM HELIASTARUM.

Sententiam feram secundum Leges, & populi Athenensis scita, & Quingentorum Senatusconsulta. Tyrannum, aut paucorum dominatum meo calculo non approbabo. neque si quis popularem Atheniensium statum evertere conetur, aut dicat, aut decernat adversus haec, assensum praebebo: neque novas tabulas fieri, aut agrum domosque populi Atheniensis dividi patiar. exules non restituam, neque capitis damnatos: neque eos qui urbem incolunt, ea pellam, adversus Leges receptas, & populi Atheniensis scita, Senatusque consulta. neque quenquam alium id aggredi sinam. Neminem Magistratum gerere sinam, qui rationes alterius a se gesti Magistratus non retulerit, sive sit e Novemviris, sive Hieromnemon, sive quis alius eorum, qui eodem cum Novemviris die Magistratus sortiuntur, sive Praeco, sive Legatus, sive Assessor: neque eundem bis in eodem esse Magistratu, aut duos Magistratus gerere eodem anno. Munera non accipiam propterea quod judex in Heliaea sedeo, non ego ipse, neque alter mihi, neque ullus me conscio, nulla arte, nulla fraude. Non sum minor annis triginta. Utramque partem audiam ex aequo. Sententiam feram de ea re, de qua instituta erit actio. Jovem, Neptunum, Cererem vindices testor, imprecorque exitium ipse mihi & familiae meae, si quid horum non observavero: si fidem contra datam libero, omnia prospera atque fausta. 310.

Heliastarum hoc fuisse jusjurandum praefert titulus; ΟΡΚΟΣ ΗΛΙΑΣΤΩΝ, & comprobant ista jurisjurandi verba, ΟΥΔΕ ΔΩΡΑ ΔΕΞΟΜΑΙ ΤΗΣ ΗΛΙΑΣΕΩΣ ΕΝΕΚΑ. An vero ceteri judices, qui in aliis Tribunalibus jus erant dicturi, idem jusjurandum iisdem verbis darent, necne, pro certo affirmare

mare

[1] Huc pertinent *Aeschinis* verba in Ctesiphont. p. 54. Διόπερ καὶ ὁ νομοθέτης τὸν πρῶτον ἔταξεν ἐν τῷ δικαστικῷ ὅρκῳ, ΨΗΦΙΟΥΜΑΙ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ. Et quae *Plato* Apolog. p. 35. C.

marc non possumus: videtur tamen idem non fuisse: nam Pollux Lib. VIII. cap. 10. 311. ita scribit *ὤμνυον δὲ ἐν Ἀρδήττῳ*, ΑΠΟΛΛΩ ΠΑΤΡΩΙΟΝ *καὶ* ΔΗΜΗΤΡΑΝ *καὶ* ΔΙΑ ΒΑΣΙΛΕΑ. Atqui in [1] Heliastarum jurejurando *Apollo Patrius* in testem atque vindicem non appellabatur, sed *Neptunus*: neque item *Rex Jupiter*, sed tantum *Jupiter* sine ullo cognomine: ΕΠΟΜΝΥΜΙ ΔΙΑ, ΠΟΣΕΙΔΩΝΑ, ΔΗΜΗΤΡΑ. His adde, videri distingui eos qui *Heliastarum* jusjurandum dederint, ab iis qui aliud dederint; ita enim legitur in Lege, quae est de ferendis Legibus: *τοὺς δὲ Νομοθέτας εἶναι ἐκ τῶν ὀμωμοκότων τὸν Ἡλιαστικὸν ὅρκον.*

V. Quanquam certum est, multa fuisse omnibus Judicibus communia, in quae jurabant omnes: in his puto fuisse Kaput istud, quod post exactos Triginta Tyrannos adscriptum fuit, habeturque apud Andocidem *ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων* [p. 12.] *ὑμεῖς δ᾽ αὖ, ὦ Ἀθηναῖοι, τί ὀμόσαντες δικάζετε;*

ΚΑΙ ΟΥ ΜΝΗΣΙΚΑΚΗΣΩ ΟΥΔΕ ΑΛΛΩι ΠΕΙΣΟΜΑΙ ΨΗΦΙΟΥΜΑΙ ΔΕ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΚΕΙΜΕΝΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ.

Neque praeteritorum in malum meminero, neque alteri meminenti assensum praebebo: sed sententiam feram secundum receptas Leges.

Quod hic legitur, ΨΗΦΙΟΥΜΑΙ ΔΕ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΚΕΙΜΕΝΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ. *Sed sententiam feram secundum receptas Leges*, referendum est ad Legem *ἀμνηστίας*. Praecedentia ita emendo. ΚΑΙ ΟΥ ΜΝΗΣΙΚΑΚΗΣΩ, ΟΥΔΕ ΑΛΛΩι ΠΕΙΣΟΜΑΙ. eo sensu, quo vertimus, *Neque praeteritorum in malum meminero, neque alteri meminenti assensum praebebo.* Fuerunt tamen Heliastarum quaedam propria: in hunc censum refero ista quae de Magistratibus dicuntur, ΟΥΔΕ ΑΡΧΗΝ ΚΑΤΑΣΤΗΣΩ, ΩΣΤΕ ΑΡΧΕΙΝ ΥΠΕΥΘΥΝΟΝ ΟΝΤΑ ΕΤΕΡΑΣ ΑΡΧΗΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟΣ, ΚΑΙ ΟΣΟΙ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΚΥΑΜΕΥΟΝΤΑΙ ΤΑΥΤΗι ΤΗι ΗΜΕΡΑι, ΚΑΙ ΚΗΡΥΚΟΣ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΕΙΑΣ, ΚΑΙ ΣΥΝΕΔΡΩΝ, ΟΥΔΕ ΔΙΣ ΤΗΝ ΑΥΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΑΝΔΡΑ, ΟΥΔΕ ΔΥΟ ΑΡΧΑΣ ΑΡΞΑΙ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΕΝ ΤΩι ΑΥΤΩι ΕΝΙΑΥΤΩι. Nempe Magistratus a Judicibus approbabantur, & nonnisi probati Magistratum gerebant, ex Lege, *τὰς Ἀρχὰς ἁπάσας ἄρχειν δοκιμασθέντας ἐν τῷ δικαστηρίῳ.* *Tribunal* illud, in quo fiebat *ἀνάκρισις* Magistratuum, antequam munus suum adirent, erat *Heliaea*, ut hinc constat, erat quippe *μέγιστον, καὶ εἰς ὃ πλεῖστοι συνίασιν*, ut e Pausania diximus. Cetera, meo judicio, communia sunt omnibus judicibus. ΨΗΦΙΟΥΜΑΙ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΚΑΙ ΤΑ ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ΤΩΝ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΩΝ. intellige cum Ulpiano Scholiaste *ψηφίσματα τὰ παλαιὰ, τὰ νομισθέντα εἶναι καλά.* Sequitur, ΟΥΔΕ ΤΩΝ ΧΡΕΩΝ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΠΟΚΟΠΑΣ ΟΥΔΕ ΓΗΣ ΑΝΑΔΑΣΜΟΝ ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΟΥΔΕ ΟΙΚΙΩΝ. Optime Ulpianus interpretatur [p. 470.] *οὐδὲ νομοθετήσω περὶ τῶν ἰδιωτικῶν χρημάτων, ὥστε μὴ ἀπολαμβάνειν τοὺς ἰδιώτας τὰ χρέα ἅπερ ἐδάνεισαν· τοῦτο γὰρ τυραννίδος ἐστίν· ἀναδασμόν. ἀναμερισμὸν, τοῦτο γὰρ εἴωθε γίνεσθαι ἐν ταῖς ἀτακτούσαις δημοκρατίαις· οἱ γὰρ πένητες πολλάκις καθ᾽ ἑαυτοὺς γινόμενοι στασιάζουσι πρὸς πλουσίους, λέγοντες, ὡς οὐ δίκαιόν ἐστι τούτους μὲν ἔχειν γῆν πολλὴν, αὐτοὺς δὲ μὴ, ἀλλὰ δίκαιον εἶναι καὶ αὐτοῖς ἐξ ἴσου μερίσασθαι τὴν γῆν κατ᾽ οἰκίας.* unde videtur Ulpianus legisse. ΟΥΔΕ ΓΗΣ ΑΝΑΔΑΣΜΟΝ ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΤ᾽ ΟΙ-
312. ΚΙΑΣ. sed rectum est: ΟΥΔ᾽ ΟΙΚΙΩΝ. itaque reponendum est apud Ulpianum:

ἀλλὰ

[1] Hoc de jurejurando plura Illust. *Ezech. Spanhemius* in Aristoph. Nub. vs. 1236.

ἀλλὰ δίκαιοι εἶναι καὶ αὐτοῖς ἐξέσου μεμισθῶσθαι τὴν γῆν καὶ οἰκίας. Legitur in eodem jurejurando: ΚΑΙ ΓΕΓΟΝΑ ΟΥΚ ΕΛΑΤΤΟΝ Η ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΕΤΗ. Pollux *loco laudato.* ἐδίκαζον δὲ οἱ ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη. Nemo igitur annis triginta minor in Judicibus sedebat: Quare male Scholia Demosthenis faciunt Menandrum Comicum Judicem anno tertio Olympiadis centesimae duodecimae, Archonte Aristophonte. Verba Demosthenis sunt ἐν τῷ περὶ στεφάνου [*p.* 143.] πότερον ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μισθωτὸς Αἰσχίνης, ἢ ξένος εἶναι Ἀλεξάνδρου δοκεῖ, ἀκούετε ἃ λέγουσι; Scholia: οἱ δέ φασιν ὡς Μένανδρος ὁ Κωμικὸς φίλος ὢν αὐτοῦ καὶ ὢν ἐν τοῖς δικασταῖς, ἀπεκρίνατο χαριζόμενος· καὶ τοῦ ἑνὸς τὴν φωνὴν ὡς τὴν πάντων ἐδέξατο. Oratio haec περὶ στεφάνου habita est a Demosthene anno tertio Olympiadis centesimae duodecimae, Aristophonte Athenis Praetore, ut e Plutarcho aliisque constat: Ergo nondum fuit in Judicibus Menander Comicus: Natus quippe est anno tertio Olympiadis centesimae nonae, Praetore Athenis Sosigene. Inscriptio Vetus [*Thes.* Grut. *p. DCCCCXVIII*, 12.]

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΔΙΟΠΕΙΘΟΥΣ
ΚΗΦΙΣΙΕΥΣ ΕΓΕΝΝΗΘΗ ΕΠΙ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣ.

Ab anno tertio Olympiadis centesimae nonae ad annum tertium Olympiadis centesimae duodecimae, anni sunt tredecim, utroque termino incluso. Agebat igitur annum aetatis tertium decimum Menander, vertente anno tertio Olympiadis centesimae duodecimae: Neque ante annum tertium Olympiadis centesimae quartaedecimae docuit, Diocle, quem alii Philoclem dicunt, Archonte. Scholiastes Aristophanis *in Prolegomenis de Comoedia*, Μένανδρος δὲ Διοπείθους υἱός, Ἀθηναῖος, λαμπρὸς καὶ βίῳ καὶ γένει. συνδιατρίψας δὲ τὰ πολλὰ Ἀλέξιδι, ὑπὸ τούτου δοκεῖ παιδευθῆναι. ἐδίδαξε δὲ πρῶτον, ἔφηβος ὤν, ἐπὶ Διοκλέους. Quanquam Eusebius, unius anni metachronismo peccans, confert in annum quartum Olympiadis centesimae quartae decimae, nomenque fabulae, Ὀργῇ fuisse memorat *in Chronicis* ad hunc annum. Μένανδρος, ὁ Κωμικὸς ποιητὴς, πρῶτον δρᾶμα διδάξας Ὀργὴν, ἐνίκησε. Anno illo tertio vertente Olympiadis centesimae quartaedecimae annum agebat vicesimum primum Menander, eoque anno primam suarum fabularum docuit magno quidem successu, sed & maxima cum invidia eorum, qui tantum eruditionis in tam tenera aetate libenter ferre non poterant, quibus lepide illusit in dramate, cujus meminit Theodorus Priscianus Medicus *Lib. IV.* ad Eusebium Filium. *Scribenti mihi*, inquit, *de Physica scientia, qua te maxime delectari intelligo, sufficere arbitror* Menandri Comici *insigne argumentum. Apud cives suos cum studiorum annis, magnae scientiae laboraret invidia, produxisse in theatrum fertur* Suem, *partu plenam (hoc enim in loco celeberrimum Atheniensis eloquentiae auditorium erat.) produxisse, inquam, expectantibus auditoribus plenam suem, ibique exectum ejus uterum in euripo fuisse projectum. Cumque interfecti pene, ductu tamen naturae agerentur*, Athenienses, inquit, *viri, si in parvis annis scientiam meam miramini, istos natare quis docuit?* Festive haec Menander, [1] sed male Prisciani librarius, *Apud cives suos cum studiorum annis, magnae scientiae laboraret invidia*: Rescribo: *Apud cives suos cum studio, tum annis, magnae scientiae labo-*

1 Male, ait Petitus, *Prisciani* librarius, *Apud cives suos cum studiorum annis*, &c. Rescribo! *Apud cives suos* cum studio, tum annis *magnae scientiae laboraret invidia.* Cum non potest duplicem usum habere, servire nomini, & servire participio. Lego: *Apud cives suos* cum primis (*vel* paucis) studiorum annis magna *scientiae laboraret invidia.* Pergit Petitus: *Cephisodorus Comicus fabulam docuit, cui nomen* Ὗς, *ut Auctoribus Athenaeo & Suida constat. an eadem quoque titulo fuit ista Menandri, cujus meminit Medicus Priscianus?* Sus Menandri ab eo producta non fuit fabula hoc titulo, sed vera sus. Pro *exspectantibus* forsan legendum est *spectantibus*. SALVIN.

313. *laborares invidia e* Cephisodorus Comicus fabulam docuit, cui nomen Ὗς, ut auctoribus Athenaeo & Suida constat, an eodem quoque titulo fuit ista Menandri, cujus meminit Medicus Priscianus?

VI. Sed ad jusjurandum Heliastarum redeamus, in quo ista leguntur. ΚΑΙ ΑΚΡΟΑΣΟΜΑΙ ΤΟΥ ΤΕ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΠΟΛΟΓΟΥΜΕΝΟΥ ΟΜΟΙΩΣ ΑΜΦΟΙΝ. *Utramque partem ex aequo audiam.* Non tantum jurejurando Heliastarum habetur, sed etiam hac veteri Solonis Lege imperatur,

Τοῦ τε κατηγόρου, καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι.	*Utramque partem ex aequo audito.*

Legis meminit Demosthenes ἐν τῷ περὶ στεφάνου [*p.* 131.] ἀλλὰ τοῖς νόμοις καὶ τὸν ὅρκον, ἐν ᾧ πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις δικαίοις καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. τοῦτο δ' ἐστὶν, οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδὲν, οὐδὲ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀμφοτέροις ἀποδοῦναι, ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ τάξει, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, ὡς βεβούληται καὶ προῄρηται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαστος, οὕτως ἐᾶσαι χρήσασθαι. Rursum paullo post [*p.* 133.] δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν, ἀκοῦσαί μου περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου δικαίως, ὥσπερ οἱ νόμοι κελεύουσιν· οὓς ὁ τιθεὶς ἐξ ἀρχῆς Σόλων, εὔνους ὢν ὑμῖν καὶ δημοτικὸς, οὐ μόνον τῷ γράψαι κυρίους ᾤετο δεῖν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῷ τοὺς δικάζοντας ὑμᾶς ὀμωμοκέναι οὐκ ἀπιστῶν ὑμῖν, ὥς γέ μοι φαίνεται· ἀλλ' ὁρῶν ὅτι τὰς αἰτίας καὶ τὰς διαβολὰς, αἷς ἐκ τοῦ πρότερος λέγειν ὁ διώκων ἰσχύει, οὐκ ἔνι τῷ φεύγοντι παρελθεῖν, εἰ μὴ τῶν δικαζόντων ἕκαστος ὑμῶν, τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν διαφυλάττων, καὶ τὰ τοῦ λέγοντος ὑστέρου δίκαια εὐνοϊκῶς προσδέξεται, καὶ παρασχὼν ἑαυτὸν ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατὴν, οὕτω τὴν διάγνωσιν ποιήσεται περὶ πάντων. Aeschines ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας. ἐτόλμησε παρακελεύσασθαι πρὸς ἄνδρας ὀμωμοκότας τῶν ἀντιδίκων ὁμοίως ἀμφοτέρων ἀκούσεσθαι, τὴν τοῦ κινδυνεύοντος φωνὴν μὴ ὑπομένειν. [1] Meminit Andocides ἐν τῷ περὶ μυστηρίων [*p.* 1.] εἰδότας ὅτι καὶ ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθε. Aristophanes *Vespis* [*vs.* 724.]

> ἦπου σοφὸς ἦν, ὅς τις ἔφασκε, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον
> ἀκούσῃς
> οὐκ ἂν δικάσαις.

Versus est vulgarius Phocylidis:

> μήτε δίκην δικάσῃς πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

In jurejurando Heliastarum ista quoque leguntur: ΟΥΔΕ ΔΩΡΑ ΔΕΞΟΜΑΙ ΤΗΣ ΗΛΙΑΣΕΩΣ ΕΝΕΚΑ, ΟΥΤ' ΑΥΤΟΣ ΕΓΩ, ΟΥΤ' ΑΛΛΟΣ ΕΜΟΙ, ΟΥΤ' ΑΛΛΟΙ ΕΙΔΟΤΟΣ ΕΜΟΥ, ΟΥ ΤΕΧΝΗι, ΟΥΤΕ ΜΗΧΑΝΗι ΜΗΔΕΜΙΑι. Erat autem munerario judici, qui pecuniam accepisse convictus erat ob jus dicendum, multa irrogata: Pollux *Lib. VIII. cap.* 6. meminit actionis. δώρων δὲ, κατὰ τῶν ἐπὶ δώροις δικάσαντος ἦν ἡ γραφή. Scholiastes vero Thucydidis *ad Lib. VI.* [C. 91.] multae. Verba Thucydidis, quae interpretatur, haec sunt, καὶ ὅσα ἀπὸ γῆς καὶ δικαστηρίων νῦν ὠφελοῦνται. Interpretis ista. φασὶν οὖν ὡς ἦν τις πρόσοδος ἀπὸ τῶν δικαστηρίων, οἷα ἡ ἀπὸ

1 Meminit etiam *Isocrates* περὶ Ἀντιδόσεως p. 461., & *Lucianus* Hermotim. C. 30. aliique.

ὁ ἀπὸ τῶν γραφῶν δωροδοκίας, ὕβρεως, συκοφαντίας, μοιχείας, ψευδογραφίας, παραπρεσβείας, λιποστατίου. οὐ γὰρ πάσαις ἀτιμία προσετιμᾶτο, ἢ θάνατος; ἀλλὰ πολλαῖς καὶ χρημάτων εἰσπράξεις. οἱ γὰρ ἐν αὐταῖς νικηθεὶς ἐζημιοῦτο. Quanquam nimis remissa erat haec poena, si attendas ad summam judicis illius perfidiam, contra omnia jura divina atque humana jusjurandum suum pecunia vendentis: Itaque Romani Decemviri dignum esse hoc scelus capitis poena existimarunt, Legemque scripserunt, *quae judicem ar-* 314
bitrumve jure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse convictus est, capite punit, ut scribit A. Gellius *Lib. XX. cap.* 1. Sed id postea mutavit, & *plerumque Judices a Praeside aut curia submoventur, aut in exilium mittuntur*, (quod olim obtinuisse Asconius significat *in II. Verrinam.*) *aut ad tempus relegantur*, ut loquitur Paulus *Lib. V. Sentent. Tit.* 28. *ad Legem Juliam Repetundarum.*

TITULUS SECUNDUS.

De in jus Vocando.

I. OMNIUM *actionum instituendarum*, ut loquitur Justinianus *Instit. Lib. IV. Tit.* 16. *de poena temere litigantium*, §. *ult. principium ab ea parte proficiscitur, quae edicit* de in jus vocando. *Utique enim in primis adversarius in jus vocandus est, id est, ad eum vocandus, qui jus dicturus sit.* Nam *in jus vocare*, verba sunt Pauli Lib. IV. ad Edictum, *est juris experiundi causa vocare. l.* 1. *D. de in jus vocando.* Itaque judicium nullum reddebatur sine in jus vocatione: haec vero non fiebat sine Magistratus auctoritate. Demosthenes ἐν τῷ περὶ στεφάνου [*p.* 165.] οὐκ ἐνῆν ἄνευ τοῦ προσκαλέσασθαι δήπου, τοῖς Λοκροῖς δίκην κατὰ τῆς πόλεως συντελέσασθαι· τίς οὖν ἐκλήτευσεν ὑμᾶς ἀπὸ ποίας ἀρχῆς. Primum igitur actor adversarii sui nomen deferebat apud Magistratum, cujus erat dicam illam εἰσάγειν. Hujus Magistratus permissu actor adversarium in jus vocabat, sive per apparitores, [1] quos κλήτορας ἢ κλητῆρας vocant. Aristophanes *Avibus* [*vs.* 1422.]

Μὰ Δία ἀλλὰ κλητὴρ εἰμὶ νησιωτικός.

Scholia: κλητὴρ λέγεται, ὁ καλῶν εἰς τὸ δικαστήριον πάντας. Ulpianus ad laudata Demosthenis verba. ἐκλήτευσεν. εἰς κρίσιν προσεκαλέσατο ὡς κλητήρ. οὕτω γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ τοῖς κρινομένοις εἰς κρίσιν προσκαλούμενοι. & *ad Midianam*: ὁ γὰρ διδοὺς τὴν γραφὴν, προσέγραφεν, ὅτι κατηγορῶ τοῦδε, καὶ προσκαλοῦμαι τοῦτον διὰ τοῦ δεῖνος εἰς τὸ βουλευτήριον. Vel in jus vocatio fiebat ab ipso actore cum apparitoribus, aut advocatis testibus, quos etiam κλητῆρας dixerunt. Aristophanes *Vespis* [*vs.* 1397.] illustri exemplo repraesentat, quomodo, quibusve verbis in jus vocatio fieret.

—— προσκαλοῦμαί σ' ὅς τις εἶ,
Πρὸς τοὺς Ἀγορανόμους, βλάβης τῶν φορτίων,
Κλητῆρ' ἔχουσα Χαιρεφῶντα τουτονί.

Scho-

1 Stant a Petiti partibus Grammatici veteres, contra quos omnes venit *Des. Heraldus*, non alios plerumque esse τοὺς κλητῆρας ac an*testatos* pertendens. Eum vide Animadv. ad Jus Attic. & Roman. L. VI, 12. p. 473.

Scholia: κλητῆρα, μάρτυρα, τουτέστι, τὸν εἰς τὸ δικαστήριον καλοῦντα ὑπηρέτην. De advocatis testibus Ulpianus *ad Orationem* περὶ στεφάνου [*p.* 144.] κλήτορες οἱ μαρτυροῦντες τοῖς καλοῦσιν εἰς δίκην. Harpocration conjungit: κλητῆρες, οἱ ἄνδρες δι' ὧν εἰς τὰς δίκας προσκαλοῦνται οἱ διαδικαζόμενοι τισίν, ἔδει γὰρ παρεῖναί τινας ὥσπερ μάρτυρας τῆς προσκλήσεως. Suidas: κλητὴρ λέγεται ὁ καλῶν εἰς τὸ δικαστήριον πάντας.
315. σημαίνει δὲ ἡ λέξις καὶ τὸν μάρτυρα. Hesychius: κλητὴρ, ὁ εἰς δίκην καλῶν, ὁ κλητεύων, καὶ μαρτυρῶν τοῖς καλοῦσιν εἰς δίκην.

Lege itaque constitutum est, ut adscriberetur nomen illius, qui adfuerat cum adversarius in jus vocaretur:

Τὸν τῆς προσκλήσεως κλητῆρα ἐπιγράψαι. — *Ejus nomen, qui adfuit cum in jus vocaretur adversarius, adscribito.*

Meminit hujus Legis Demosthenes *in Midiana* [*p.* 343.] πείσας τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους, κλητῆρα οὐδ' ὃν τινοῦν ἐπιγραψάμενος, κατηγόρων ἔρημον, οὐδενὸς παρόντος, ἐκβάλλει, καὶ ἀτιμοῖ τὸν Διαιτητήν. Formula haec erat, cum ab apparitore vocatio in jus fiebat, ut ex Ulpiano *ad Midianam* liquet: ΚΑΤΗΓΟΡΩ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ ΤΟΥΔΕ, ΚΑΙ ΠΡΟΣΚΑΛΟΥΜΑΙ ΤΟΥΤΟΝ ΔΙΑ ΤΟΥ ΔΕΙΝΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΗΝΔΕ. Si cum advocatis testibus his verbis concipiebatur. ΠΡΟΣΚΑΛΟΥΜΑΙ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ ΤΟΥΔΕ ΑΔΙΚΗΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΗΝΔΕ, ΚΛΗΤΗΡΑ ΕΧΩΝ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ. At vero quando femina in jus vocabatur, non tantum illa vocabatur, sed etiam ejus maritus: Η ΔΕΙΝΑ ΚΑΙ Ο ΚΥΡΙΟΣ. Scribit id Graecus Comici Interpres ad hos ex *Equitibus* versus [965. &c.]

— ἐφ' ἅρματος
Χρυσοῦ διώξεις Σμικύθην, καὶ κύριον.

ὥσπερ ἐν ταῖς εἰσαγωγαῖς τῶν ἐγκλημάτων κηρύττειν εἰώθασιν, ἐπειδὰν γυναικὶ ἐπιφέρεται ἔγκλημα. οὕτω γὰρ προσκαλεῖσθαι εἰώθασιν ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Η ΔΕΙΝΑ ΚΑΙ Ο ΚΥΡΙΟΣ. τουτέστι, ὁ ἀνήρ. alieno namque juri, id est, mariti, subjecta sunt.

Fiebat etiam aliquando in jus vocatio manus injectione. Lucianus δικαστηρίοις. ἕπου, μιαρὲ, πρὸς τὸ δικαστήριον. ΑΛ. μὴ ἄγχε με. Ita apud Terentium in palliata Apollodori fabula *Phormione* [*Act. V*, 8, 88.]

De. *In jus eamus.* Ph. *In jus! huc, si quid lubet.*
De. *Adsequere, ac retine, dum ego huc servos evoco.*
Ch. *Enim solus nequeo: accurre huc.* Ph. *Una injuria 'st*
Tecum. Ch. *Lege agito.* Ph. *Altera est tecum, Chreme.*
De. *Rapa hunc.*

& paullo post idem Demipho.

—— Ni sequitur, pugnos in ventrem ingere:
Vel oculum exclude.

An vero de domo sua adversarium in jus vocare permissum fuerit, pro comperto non habemus: scimus tamen concessum fuisse domum ejus adire cum apparitore publico, ad edenda instrumenta. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν [*p.* 642.] λαβὼν παρὰ τῆς ἀρχῆς ὑπηρέτην, ἦλθον ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Θεοφήμου, καὶ ἀπῄτουν αὐτὸν τὸ διάγραμμα τῶν σκευῶν.

Ex

Ex hoc Atheniensium jure translata est Decemviralis haec Lex: SI IN IVS
VOCAT. NEI. IT. ANTISTATOR. IGITVR. IM. CAPITO. SI. CAL-
VITVR. PEDEMVE. STRVIT. MANVM. ENDO. IACITO. Nemi-
nem autem de domo sua in jus vocari licebat, quique inde vocaret, vim inferre
videbatur. Gajus Lib. I. ad Legem 12. Tabularum. *Plerique putaverunt nul-* 316.
*lum de domo sua in jus vocari licere: quia domus tutissimum cuique refugium atque
receptaculum sit: eumque, qui inde in jus vocaret, vim inferre videri. l. 18. D.
de in jus vocando.* Excipitur tamen, si quis ultro in domum suam adversario
patefecit aditum, aut ex publico conspiciatur, fenestra scilicet domus suae, in
qua consistit. Paulus Lib. I. ad Edictum. *Sed si aditum ad se praestet: aut ex
publico conspiciatur: recte in jus eum vocari Julianus ait. l. 19. D. eod.* Neque
tamen de domo sua in jus rapi potest: Paulus *loco laudato*: *Sed etsi is, qui domi
est, interdum vocari in jus potest: tamen de domo sua nemo extrahi debet. l. 21. D.
eod. l. 103. D. de Regulis juris.* Verba Gaij e Lib. I. ad Legem XII. Tabula-
rum, quae leguntur *l. 20. D. de in jus vocando*, & haec sunt: *Sed etiam a vinea,
& balneo, & theatro nemo dubitat in jus vocari licere*, non ab omnibus intelli-
gitur. Vir summus non videt, cur de *vinea* dicatur potius, quam de alio quo-
cumque genere agri, neque *vinea* vel qui aliuscumque ager quid faciat ad do-
mum etiam videt. Itaque Basilica mavult sequi, quae habent ἀπὸ πυλῶνος,
id est, *a janua*, sive *janea*, ut loquebantur veteres, hoc sensu, ut quemadmo-
dum e fenestra, ita & e janua domus suae, in qua consistit, in jus vocari quili-
bet possit. Et sequitur quod est extra domus causam, etiam e medio coetu plurium
una lavantium vel spectantium in jus vocari posse, puta e balineo publico atque
theatro. [1] Ego vero existimo *tota hac lege* agi de iis, quae sunt extra domus cau-
sam. *Messium vindemiarumque tempore ne quis adversarium cogat ad judicium ve-
nire, oratione Divi Marci exprimitur. l. 1. D. de feriis*: sed maxime celebres
erant *vindemiales* feriae. In *Theatra* conveniebat populus diebus festis maxime
ludorum, qui dabantur, causa. Balinea publica frequentabantur privatae volup-
tatis causa. Nullum autem excipi locum, nullum diem privatae aut publicae
laetitiae consecratum docet Gajus, in quo & a quo non liceat in jus vocare, *a
vinea*, scilicet vindemiarum tempore, at quanto magis messium, si his *vindemia-
libus* feriis? *a theatro*, quando ludi dantur, cum publicae; *a balneo*, cum pri-
vatae indulgetur voluptati. *Hanc legem* non descripsit Auctor *Eclogae Basilicών*,
ceteras ita expressit *Lib. VII. Tit. 8. cap. 18.* οὐδεὶς ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου καλεῖται
εἰς δίκην. ἑκάστῳ γὰρ ὁ ἴδιος οἶκος, ἀσφαλές ἐστι καταφύγιον. καὶ
ὁ καλῶν αὐτὸν, βίαν ἐπιφέρει· εἰ δὲ πρὸς ἑαυτὸν δίδωσιν εἴσοδον, ἢ θεω-
ρεῖται ἐκ τῆς ἀγορᾶς, καλεῖται, & *cap. 21.* εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἔσθ' ὅτε τὶς
ἀπὸ τοῦ οἴκου καλεῖται· ὅμως οὐδεὶς ἀπὸ τοῦ οἴκου ἕλκεται.

Porro is qui in jus vocatur, non semper statim sequi debet: nam etiam in jus
adi-

1 Petitus contra viros doctos defendit receptam scripturam *a vinea*. Basilica ἀπὸ πυλῶνος, *a vestibulo*. Ego legerem ἀπ' ἀμπελῶνος, *a vinea*. SALVIN.

Ibid. *Cujacius* XXI. Observat. 38. legit *a janua*, sive *janea*, quemadmodum veteres loquutos dicit, quia Basilici (VII, 8.) habent ἀπὸ πυλῶνος, hoc sensu, ut quemadmodum e fenestra, ita & e janua domus suae, in qua consistit, in jus vocari quilibet possit. Haec emendatio probabilis videtur *Noodtio* in Commentar. ad *b. t. Dig.* Petitus defendit *a vinea*, & exponit vindemiarum tempore. Sed eum errare, & non licuisse vindemiarum tempore in jus vocari, ostendit Ampliss. Praeses *Cornel. van Bynkershoek* VII. Observ. jur. Rom. 3. Itaque cadit etiam *Salvini* alioqui non inelegans emendatio in Basilicis. Idem V. A. *Cujacii* sententiam hactenus probat, ut putet non posse retineri *a vinea*. Sed quia ei nimia videtur mutatio τῆς *vinea* in *janua*, & *janua* nihil commune habet cum balneo & theatro, conjicit una tantum litera mutata legendum esse *a linea*, idque de *linea Circi*, de qua multi multa dixerunt, accipit. Est haec docta sane & acuta, ut omnes illius, conjectura, cui nihil, nisi unus hic scrupulus, obstat: quod illa recepta dicendum est, male in Basilicis legi πυλῶνος, quod *lineam* significare non potest, & in illius locum aliud vocabulum Graecum, quod non nimis longe a πυλῶνος abest, & *lineam Circi* significet, substituendum esse. Hoc autem non ita facile inventum iri arbitror. DUKER.

Ibid. Pro Cujaciano *a janua* disputari quid possit, vir eruditissimus ostendit Miscell. Observ. Vol. V. p. 183: *Salvinii* ἀπ' ἀμπελῶνος venit quoque in mentem *S. H. van Idsinga* Var. Jur. Civil. C. 8.

aliquando vocatur, ut aliquot post diebus judicio se sistat: habes exemplum apud Aristophanem *Avibus* [*vs.* 1046.]

> Καλοῦμαι Πεισθέταιρον ὕβρεως
> Ες τὸν Μουνυχιῶνα μῆνα.

Acta est haec fabula Liberalibus τοῖς κατ᾽ ἄστυ, quae agitabantur die sextodecimo Elaphebolionis: ergo intercedit intervallum illud quod est a die sextodecimo Elaphebolionis ad ineuntem sequentem mensem Munychionem: Quare in formula addebatur: ΚΑΛΟΥΜΑΙ sive ΠΡΟΣΚΑΛΟΥΜΑΙ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ ΤΟΥΔΕ ΑΔΙΚΗΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΗΝΔΕ, ΕΣ ΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ ΤΗΝΔΕ. Tanta autem cum cura fiebat in jus vocatio, ἵνα μὴ,
317. inquit Auctor *Etymologici*, [1] ἀπρόσκλητοι αἱ δίκαι εἰς τὰ δικαστήρια εἰσάγωνται, μηδὲ ἐκλείπῃ τὴν δίκην ὁ κατηγορούμενος, ne judicium intenderetur in eum, qui in jus vocatus non esset, neve *Eremodicii* damnaretur.

II. Erat quippe *Eremodicii* gravissima poena, ut constat ex hac, quae de *Eremodicio* scripta est, Lege:

[2] Τοὺς ἐμπρόθεσμον δίκην ἔχοντας, εἶτα μὴ ἀπαντῶντας εἰς τὴν κυρίαν, ἐρήμην ἁλίσκεσθαι· τὸ δὲ τίμημα εἶναι χιλίας δραχμάς.

Cui status condictus dies est cum adversario, nec iverit, eremodicii *damnator,* & *mille drachmis multator.*

Legem laudat Ulpianus ad haec Demosthenis verba e *Midiana* [*p.* 340.] εἴασεν ἐρήμην. ὄνομα δίκης. οὐ γὰρ ἀπήντα. τοῦτο οὖν κατὰ τῶν μὴ ἐθελόντων ὑπακούειν, ἀλλὰ φυγοδικούντων λέγεται. ἐκέλευε γὰρ ὁ νόμος τοὺς ἐμπρόθεσμον δίκην ἔχοντας, εἶτα μὴ ἀπαντῶντας εἰς τὴν κυρίαν, ἐρήμην ἁλίσκεσθαι. ἦν δὲ κατὰ τῶν τοιούτων ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένον τὸ τίμημα, χιλίαι δραχμαί. Lex haec jubet, ut si quis, cui judicii dies status condictus esset, deseruisset litem contestatam, absens damnaretur, & mille drachmis multaretur: Nam, ut optime observat Paulus Libro I. ad Edictum, *ex quacumque causa ad Praetorem, vel alios, qui jurisdictioni praesunt, in jus vocatus venire debet, ut hoc ipsum sciatur, an jurisdictio ejus sit. l. 2. D. Si quis in jus vocatus non ierit.*

III. *Constat* tamen, inquit Ulpianus Libro XI. ad Edictum, *omnis aetatis hominibus restaurationem* eremodicii *praestari, si se doceant ex justa causa abfuisse. l. 7. §. 12. D. de minoribus XXV. annis.* Itaque intra dies decem licebat ei, qui *eremodicii* damnatus fuerat, diem adversario dicere, ad excusandam suam absentiam, & purgandam moram; jusjurandum autem dabat se actionem persecuturum:

Τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαχεῖν ἐξεῖναι. *Restaurationem* eremodicii *praestato.*

Habes apud [3] Demosthenem in *Midiana* [*p.* 343.] ἀλλὰ τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαχεῖν ἐξῆν αὐτῷ δήπου, καὶ πρὸς ἐμὲ τὸ πρᾶγμα καταστήσασθαι, πρὸς ὅνπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν ἡ δίκη. Ulpianus *ad hunc locum:* εἰ μὴ ἐβούλετο, φησὶν, ἐκτίσαι τὰς χιλίας, ὤφειλε πρὸς ἐμὲ τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαχεῖν. ἔστιν οὖν ἡ μὴ οὖσα, ὄνομα δίκης, ἐν οἷς τις ἐξ ὑπαρχῆς ἐθέλει δικάσασθαι τὴν ἐνεχθεῖσαν κατ᾽ αὐτοῦ πρότερον ψῆφον ἀναιρῶν. Idem Ulpianus paullo

1 *Etymologi* verba aliud indicant. Nam δίκη ἀπρόσκλητος ea est, in qua nulli κλητῆρες adessent, nec adscripti fuissent. *Hesychius*, Ἀπρόσκλητος δίκη· ἡ μὴ τυχοῦσα τῶν καλουμένων κλητήρων κατὰ τὸν νόμον, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἂν εἰσαγώγιμος. Confer *Valesium* in *Harpocration.* p. 46.

2 Nihili hanc esse legem, atque errore Scholiastae *Demosthenis* progenitam, *Des. Heraldus* commonstrat Animadv. ad Jus Att. & Rom. L. III, 2. p. 201.

3 Vide eundem *Des. Heraldum* Animadv. ad Jus. Attic. & Rom. L. V, 14. p. 379.

paullo ante: ἔθ☉ ἦν, τὲς καταδικασθέντας ἐρήμην, εἰ νομίζοιεν ἀδικεῖσθαι, ἀπελαχεῖν πρὸς τὲς Ἀρχοντας, οἷον αἰτιᾶσθαι τὴν κρίσιν, καὶ φάσκειν, ὡς αὖθις θέλουσι κρίνεσθαι, οἱ δὲ τὲτο ποιοῦντες, καὶ ὤμνυσαν, ἦμην ἐπεξιέναι ταῖς ἀληθείαις. Quod si moram non purgasset, mille drachmas datis praedibus persolvebat. Pollux *Libro VIII. cap.* 6. ἡ δὲ μὴ ἔσα δίκη, ἔτως ὠνομάζετο, ὁπόταν τις παρὰ Διαιτηταῖς παραγραψάμενος, καὶ ὑπομοσάμενος νόσον, ἢ ἀποδημίαν, εἰς τὴν κυρίαν ὀφθεὶς, ἢ μὴ ἀπαντήσας, ἐρήμην ὄφλη, ἐξῆν ἐντὸς δέκα ἡμέραν τὴν μὴ ἔσαν ἀντιγράφειν. καὶ ἡ ἐρήμη ἐλύετο, ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐλθεῖν ἐπὶ Διαιτητήν. εἰ δὲ μὴ ἕλη τὴν μὴ ἔσαν, ὀμόσας μὴ ἑκὼν ἐκλιπεῖν τὴν δίαιταν, κύρια τὰ διαιτηθέντα ἐγίγνετο. ὅθεν ἐγγυητὰς καθίσασιν τῦ ὀφλήματ☉.

Si vero restauratio eremodicii praestabatur, ei, qui in integrum esset restitutus, judicium resortiri licebat intra duos menses, nisi fecisset, judicium in rem semel judicatam transisse credebatur, & praeterea notabatur infamia. Pollux *ibidem*: ἀντιλαχεῖν δὲ δίκην ἐξῆν, ὁπότε τίς μὴ παρὼν ἐν δικαστηρίῳ καταχηρυχθεὶς, καὶ μὴ ὑπακέων, ἐρήμην ὄφλη. ἀντιλαχεῖν δὲ, ἐντὸς δύο μηνῶν ὑπῆρχεν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο σχοίη, τὸ ἐγγεγραμμένον ὦφλε, καὶ ἄτιμ☉ ἦν. 318.

IV. Quod si quis in jus vocasse falso diceret, aut adfuisse testaretur, Lege ψευδοκλητείας actio adversus illos dabatur: ΤΗΣ ΨΕΥΔΟΚΛΗΤΕΙΑΣ, *Actio* ψευδοκλητείας *dator* γραφὴν εἶναι.

Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Νικόστρατον [p. 685.] ἔτι δὲ πρὸς τέτοις, ὁ Ἀρεθέσι☉ ἀπρόσκλητόν μοι δέκα δραχμῶν δίκην καταδικασάμεν☉, ὡς ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ, κλητῆρας ἐπιγραψάμεν☉, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν βίᾳ, τὰ σκεύη πάντα ἐξεφόρησε, πλεῖον ἢ εἴκοσι μνῶν ἄξια· καὶ ἐδὲ ὁτιοῦν κατέλιπεν. ὅτε δὲ τιμωρεῖσθαι ᾤμην δεῖν, καὶ ἐκτίσας τῷ δημοσίῳ τὸ ὄφλημα, ἐπειδὴ ἐπυθόμην τὴν ἐπιβουλὴν, ἐβάδιζον ἐπὶ τὸν κλητῆρα τὸν ὁμολογοῦντα κεκλητευκέναι, τόνδ' Ἀρεθέσιον τῆς ψευδοκλητείας κατὰ τὸν νόμον. Pollux *Libro VIII. cap.* 6. ψευδοκλητείας δὲ γραφὴ, κατὰ τῶν ἐ δικαίως κεκλητευκότων. [1] Grammatici: ψευδοκλητία, ὄνομα δίκης ἐστὶν, ἣν εἰσίασιν οἱ ἐγγεγραμμένοι ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ, ἐπειδὰν αἰτιῶνταί τινας ψευδῶς κατεσκευάσθαι κλητῆρας καθ' ἑαυτῶν πρὸς τὴν δίκην ἀφ' ἧς ὦφλον. Atque haec actio, ut tum e Demosthenis *laudato loco*, cum e Grammaticorum verbis liquet, actio, inquam, haec, τῆς ψευδοκλητείας instituebatur, postquam multam, quam publico debebant, qui quasi in jus vocati contestatam litem deseruerant, exsolvissent.

TITULUS TERTIUS.

De Praeparatoriis judiciorum.

I. Legibus instituta est ἀνάκρισις τῶν Ἀρχόντων pro potestate litigantes, sive reos, sive actores, interrogantium, ad quam tenebantur respondere, atque ita his interrogatoriis actionibus, ut loquitur Callistratus Libro II. Edic-

1 Refer huc egregium Grammatici scholion in Bibliotheca Coislin. p. 490.

Edicti monitorii, *coguntur ante judicium de suo jure aliquid respondere*, l. 1. §. 1. *D. de interrogationibus in jure faciendis.*

Τοὺς Ἄρχοντας ἀνακρίνειν τοῖς συντείνουσι εἰς τὸν ἀγῶνα, καὶ τοὺς συντείνοντας εἰς τὸν ἀγῶνα ἀποκρίνειν.

Magistratus litigantes interroganto: litigantes respondento.

Legis meminit Isaeus: ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου [*p.* 57.] ἔτι τοίνυν καὶ τοὺς ἀντιδίκους ἐπιδείξω ἔργῳ ὑμῖν ταῦτα μεμαρτυρηκότας. ὅτε γὰρ αἱ ἀνακρίσεις ἦσαν πρὸς τῷ Ἄρχοντι, καὶ οὗτοι παρακατέβαλον, ὡς ὑπὲρ γνησίων τῶν τοῦ Εὐκτήμονος ὄντων, ἐρωτώμενος ὑφ' ὑμῶν, τίς εἴη αὐτῶν μητὴρ, καὶ ὅτου θυγάτηρ, οὐκ εἶχον ἀποδεῖξαι, διαμαρτυρομένων ἡμῶν, καὶ τοῦ Ἄρχοντος κελεύοντος ἀποκρίνασθαι κατὰ τὸν νόμον.

Est autem duplex ἀνάκρισις, judiciorum civilium una, & altera judiciorum criminalium. ἀνάκρισις judiciorum civilium est quasi divinatio de constituendo judicio. Grammatici: ἀνάκρισις, ἐξέτασις ὑφ' ἑκάστου ἀρχῆς γινομένη
319. πρὸ τῶν δικῶν, περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα. ἐξετάζουσι δὲ, καὶ εἰ ὅλως εἰσάγειν χρή. Hujusmodi ἀνάκρισις, περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα, habetur *laudatis* Isaei *verbis*: nam, quia de haereditate adeunda cognationis jure agitur, in personam fit interrogatoria haec actio, & interrogatur ΤΙΣ ΜΗΤΗΡ, καὶ ΟΤΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ. Praeterea Magistratus, quorum erat εἰσάγειν τὰς δίκας εἰς τὸ δικαστήριον, prius adjudicabant, an ὁ δεῖνα e contendentibus esset admittendus, necne, qui item primus. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ὀλυμπιοδώρου. καὶ ἐπειδὴ ἀνεκρίθησαν πρὸς τῷ Ἄρχοντι ἅπασαι αἱ ἀμφισβητήσεις, καὶ ἔδει ἀγωνίζεσθαι ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἀπαρασκεύοι ἦμεν τὸ παράπαν πρὸς τὸ ἤδη ἀγωνίζεσθαι ἐγὼ καὶ Ὀλυμπιόδωρος οὑτοσί. & paullo post: καὶ μετὰ ταῦθ' ὁ Ἄρχων ἀνέκρινε πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἀμφισβητοῦσι. καὶ ἀνακρίνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ δικαστήριον. καὶ οὑτοσὶ Ὀλυμπιόδωρος ἠγωνίζετο πρῶτος. Grammatici *verbis jam laudatis*: ἀνάκρισις, ἐξέτασις ὑφ' ἑκάστης ἀρχῆς γινομένη πρὸ τῶν δικῶν, περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα. ἐξετάζουσι δὲ καὶ εἰ ὅλως εἰσάγειν χρή.

In caussis capitalibus ἀνάκρισις erat, cum delato rei nomine, actor a Magistratu, apud quem scripta erat dica, interrogabatur, an omnino constituisset accusationem prosequi, reumque peragere, an testes aut testimonia haberet vel exhiberi postularet, an aliquo evocato ipsi opus esset, necne; ne scilicet imparatus ad accusandum in judicium veniret: qui autem actor ἀνακρίσει non aderat, ignominiosus erat. Demosthenes *in Midiana* [*p.* 347.] καὶ γὰρ οὐτ' ἀνεκρίνετο ταύτην ὁ συκοφάντης ἐκεῖνος. Ulpianus: οὐκ ἐτόλμησε προσελθὼν ὑπὸ τῶν Ἀρχόντων ἀνακριθῆναι, δηλονότι κατεγνωκὼς ἑαυτοῦ. ἔστι γὰρ ἀνάκρισις τὸ τοιοῦτον, ὅτε τις ἀποθῆται γραφὴν, ἀνακρίνεται πρὸ τοῦ δικαστηρίου παρὰ τοῖς ἄρχουσιν, ΕΙ ΕΠΕΞΕΙΣΙΝ; ΕΙ ΜΑΡΤΥΡΑΣ ΕΧΕΙ; ΕΙ ΧΡΗΖΕΙ ΤΟΥ ΠΑΡΕΙΝΑΙ ΤΙΝΑ; ἵνα πάντων εὐτρεπισθέντων, εἰσέλθῃ εἰς τὸ δικαστήριον. ὁ δὲ μὴ ἀπαντῶν ἐπὶ τὴν ἀνάκρισιν, ἐγίγνετο ἄτιμος. Rursum Ulpianus *ad eandem Midianam*: μετὰ γὰρ τὸ ἀποκληρωθῆναι τὸ δικαστήριον, ἐδίδοντο τοῖς Θεσμοθέταις αἱ γραφαί. κἀκεῖνοι, ἠρώτων λοιπὸν, ΒΟΥΛΕΙ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΝ; ἢ ΜΑΡΤΥΡΑΣ ΕΧΕΙΣ ΕΙΣ ΤΑΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΙΣ ΕΤΟΙΜΟΥΣ; καὶ εἰ συνέφησεν οὕτως ἤδη λοιπὸν εἰσήγετο. Verum haec ἀνάκρισις, de qua jam agit Ulpianus, non eadem est cum priore illa, de qua ante diximus: nam prior illa fiebat, antequam Magistratus judices sorti-

fortiretur, πρὸ τῆς δικαστηρίου, haec vero prioris iteratio fiebat post judicum fortitionem, μετὰ τὸ ἀποκληρωθῆναι τὸ δικαστήριον, prior fiebat, ut caveret actori Magistratus, & poenitentiae locum daret, videretque, an admittenda esset actio, dandique judices, necne: posterior fiebat, cum datis jam judicibus accusatio esset instituenda. In priore illa ἀνακρίσει actor jurejurando affirmabat, se accusationem prosecuturum, reumque peracturum.

II. Si tempus aliquod postulasset, vel ad deliberandum, vel quia parata non haberet omnia ad judicium, manebat nihilominus accusatio, ὑπωμοσίαν vocant:

Τὸν μέλλοντα κατηγορεῖν, ὀμνύναι ὑπὲρ τοῦ ἐπεξελθεῖν, εἰ πάντα ἕτοιμα ἔχει τὰ πρὸς τὸν ἀγῶνα ἢ ὑπόμνυσθαι.	*Actor jusjurandum dato se actionem prosecuturum, si parata omnia habeat ad judicium: sin minus, jurejurando sibi tempus dari postulet.*

Habes apud Demosthenem *in Midiana* [*p.* 341.] πάντα δ' ἤδη διεξεληλύθει τὰ ἐκ τῶν νόμων, ὑπωμοσίαι, παραγραφαί. Ulpianus: ἔδει τὸν μέλλοντα κατηγορεῖν, εἰ πάντα ἕτοιμα ἔχει τὰ πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐρωτᾶσθαι. εἰ δὲ συνέφησεν ἐκεῖνος, ὅρκον ἀπῃτεῖτο λοιπὸν ὑπὲρ τοῦ ἐπεξελθεῖν. εἰ μὲν οὖν ὀμόσας εἰσήγετο. εἰ δὲ ᾔτησέ τινα χρόνον ὑπὲρ τοῦ ἐπισκέψασθαι, ἔμενεν ἡ γραφή. ἐκαλεῖτο δὲ τὸ τοιοῦτον ὑπωμοσία. 320. Grammatici: ὑπωμοσία, τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκην προφάσει χρώμενον ἀποδημίας, ἢ νόσῳ, ἤ τινι τῶν παραπλησίων μεθ' ὅρκου, οὕτως ἐλέγετο, καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ὑπόμνυσθαι. Sed longe differt haec ὑπωμοσία, ab illa, de qua Ulpianus: nam haec Grammaticorum fiebat datis judicibus, illa Ulpiani in ἀνακρίσει.

Quando suas peregerant in hac ἀνακρίσει partes Magistratus, quorum erat εἰσάγειν τὰς γραφὰς εἰς τὸ δικαστήριον, actor *qua actione agere volebat, eam edebat*, & certe *aequissimum videtur, eum, qui acturus est*, ut loquitur Ulpianus Libro IV. ad Edictum, *edere actionem, ut proinde sciat reus, utrum agendum, cognita actione, qua conveniatur. l. 1. pr. D. de edendo*: qui libellus, sive *in crimen subscriptio aut id inventa est*, inquit Ulpianus Libro VII. de officio Proconsulis, ut *caveant singuli, quod crimen objicient, & praeterea perseveraturos se in crimine usque ad sententiam. l. 7. D. de accusationibus.* Reus vero sibi falso crimen illud objici libello opposito testabatur: Ἀντιγραφὴν dixerunt, idque usurpatum tantum ἐν ταῖς δίκαις ταῖς δημοσίαις testantur Grammatici: Ἀντιγραφή. κοινῶς δ' ἐν ταῖς δίκαις ταῖς δημοσίαις τὰ τῶν δικαζομένων γράμματα, ἃ ἐδίδοσαν περὶ τοῦ πράγματος, καὶ τὰ τοῦ διώκοντος καὶ τὰ τοῦ φεύγοντος, Ἀντιγραφή, καὶ τὰ μαρτύρια. Δημοσθένης κατὰ Στεφάνου καὶ Υπερείδης. Pollux *Libro VIII. cap.* 6. καί ἐστι πρὸς τὴν γραφὴν τὸ τοῦ φεύγοντος γράμμα, Ἀντιγραφή οἷον τὰ ψευδῆ μου κατεμαρτύρησε Στέφανος, γράψας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ. [1] qui locus supplendus atque emendandus est e Demosthene ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν α'. [p. 628.] ubi ita legitur. ΑΝΤΙΓΡΑΦΗ: Ἀπολλόδωρος Πασίωνος Ἀχαρνεύς, Στέφανον Μενεκλέους, Ἀχαρνεῖ ψευδομαρτυριῶν, τίμημα τάλαντον.

[1] Idem observarunt *H. Valesius* in *Harpocrat.* p. 9. & *Joach. Kuhnius*, qui Petitum intelligitur, ad *Pollucem* VIII, 58. Mox in *Demosthene* si Στέφανον Μενεκλέους Ἀχαρνεῖ, ut viri illi praeclari, legeris, cetera bene habebunt. Satis enim apparet ex Stephani ἀντιγραφῇ illa omnia esse τάλαντον ἱκανὰ & reliqua. Nam Orator formulae posterioris partem duntaxat exhibet.

λαιτον. τὰ ψευδῆ μου κατεμαρτύρησε Στέφανος, μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα. τἀληθῆ ἐμαρτύρησα μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα. Quanquam & hic ista misere sunt confusa: puto ea ita esse in ordinem aliquem reponenda.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΗ.

ΨΕΥΔΟΜΑΡΤΥΡΙΩΝ ΤΙΜΗΜΑ ΤΑΛΑΝΤΟΝ.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ ΠΑΣΙΩΝΟΣ ΑΧΑΡΝΕΥΣ ΤΑ ΨΕΥΔΗ ΜΟΥ ΚΑΤΕΜΑΡΤΥΡΗΣΕ ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΣ ΤΑ ΕΝ ΤΩι ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΩι ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ.

ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΜΕΝΕΚΛΕΟΥΣ ΑΧΑΡΝΕΥΣ ΤΑ'ΛΗΘΗ ΕΜΑΡΤΥΡΗΣΑ ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΣ ΤΑ ΕΝ ΤΩι ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΩι ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ.

Addunt Grammatici, καὶ τὰ μαρτύρια. Nam *edenda sunt omnia, quae quis apud judicem editurus est. l.* 1. §. 3. *D. de edendo.* Quanquam nescio an idem usu venerit Atheniensibus in edendo, quod Romanis: enim *Editiones sine die, & Consule fieri debent, ne quid excogitetur e die, & Consule, & praelato die fiat.*
321. *Diem autem & Consulem excipit Praetor, quo instrumentum conscriptum est, non in quem solutio concepta est: nam dies solutionis, sicuti summa, pars est stipulationis. d. l.* 1. §. 2. *D. eod.* ubi quid sit, *praelato die*, non satis liquet, alii enim legunt, *prolato die.* alii hanc Florentinam scripturam, *praelato*, sequuntur, & interpretantur, *anticipato*: nam Latini *praeferre* diem dixerunt pro *antevertere*, & *anticipare.* Sed neutra lectio aut interpretatio mihi placet: nam, demus agi hic tantum de editione instrumentorum, ut volunt viri summi, non sola *prolatione diei*, falsi committendi ansa falsariis praebetur: est enim ubi opus sit *die praelato*: rursum solo *die praelato* falsum non admittitur: *prolato* namque opus est, saepe, ut falsum fabricetur: atqui hic generaliter cavetur, ne ex die quocumque tandem modo falsi committendi ansa praebeatur falsariis. Deinde non solas editiones instrumentorum sine die & Consule fieri debere scripsit Ulpianus, neque verum est: nam etiam editio actionis, qua aliquis agere vult, & libellus inscriptionis fit sine die, ut docet Paulus Libro III. de Adulteriis. *Libellorum inscriptionis conceptio talis est*: CONSVL & DIES APVD *illum* PRAETOREM *vel* PROCONSVLEM LVCIVS TITIVS PROFESSVS EST SE MAEVIAM LEGE IVLIA DE ADVLTERIIS REAM DEFERRE QVOD DICAT EAM CVM GAIO SEIO IN CIVITATE *illâ* DOMO *illius*, MENSE *illo* CONSVLIBVS *illis* ADVLTERIVM COMMISISSE. *Utique enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est, & persona cum qua admissum dicitur, & mensis. hoc enim Lege Julia publicorum cavetur, & generaliter praecipitur omnibus qui reum aliquem deferunt. Neque autem diem, neque horam invitus comprehenderet. l.* 3. *D. de accusationibus.* Ubi quod legitur, CONSULIBUS *illis*, obreptitium puto: non enim adscribuntur *Consules*: & tria tantum *Lege Julia publicorum* caveri dixit hic Paulus, ut *locus* designetur in quo adulterium admissum est, secundo *persona*, cum qua commissum est, tertio *mensis*, quo admissum est. nihil de *Consule*, nihil de *die*, utique cum *editiones sine die & Consule fieri debeant, ne quid excogitetur e die & Consule. l.* 1. §. 2. *D. de edendo*: ubi rescribe distinctis vocibus, *& prae lato die, fiat. Latum diem* appellat, qui certus non est, quemadmodum *lata fuga* dicitur, quae relegationi in certum locum opponitur. nihil igitur fieri vult *prae lato die*, [1] id est, praeter *latum diem.* Est autem *latus dies*, cum *mensis* tantum adscribitur, non autem quotus mensis dies sit, neque item nomen Consulum, qui anni illius fastos signant, adponitur: tum enim plane incertus est *dies*, & vere *latus.* Quomodo etiam emendandum apud Modestinum Libro IV. Responsorum: *Si a debitore, praelato die, pignoris obligatio mentiatur, falsi crimine locus est. l.* 28. *D. ad Legem*

1 Vide potius *Noodtium* in Comment. ad h. t. Digest. & *Schultingium* Enarr. Digest. p. 272.

gem Corneliam de falsis. Non enim debitor falsum tantum committit, *diem praeferendo*, sed etiam proferendo: adde quod pignoris obligatio cum sit penes creditorem, ab illo primum editur sine die & Consule: quod si debitor certum diem apponat, falsi crimine se obligat: neque enim adscribere debet praeter mensem, id est; *latum diem*: Rescribe igitur distinctis vocibus in duas: *Si a debitore; prae lato die*, id est, praeter latum diem, *pignoris obligatio mentiatur, falsi crimine locus est.* Fiebant igitur editiones *sine die & Consule*; sed adscripto MENSE *illo*, id est, *lato die.* Sed redeamus ad nostros Athenienses: Post ἀντιγραφὴν scriptam; cum actor, tum reus jusjurandum propter calumniam 322. dabant: ἀντωμοσίαν vocant. Grammatici ἀντωμοσία γράμματά τινα γράψαντες (ea sunt ἀντιγραφὴ καὶ μαρτύρια.) ἀποφέρουσι πρὸς τὴν ἀρχὴν, οἵ τε κατηγοροῦντες καὶ οἱ κατηγορούμενοι, περὶ ὧν ἂν ἡ δίκη. καλεῖται δὲ οὕτως ἐπειδὴ ἀντώμνυον οἱ διώκοντες καὶ οἱ φεύγοντες, οἱ μὲν, [1] ΑΛΗΘΗ ΚΑΤΗΓΟΡΗΣΕΙΝ. οἱ δὲ, ΑΛΗΘΗ ΑΠΟΛΟΓΗΣΑΣΘΑΙ. jusjurandum actoris dicebatur proprie προωμοσία: rei vero ἀντωμοσία. Pollux *Libro VIII. cap. 6.* προωμοσία μὲν, ὅρκος, ὃν ὁ κατήγορος προομνύει, Η ΜΗΝ ΑΛΗΘΗ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΝ. ἀντωμοσία δὲ, ὅρκος, ὃν ὁ κατηγορούμενος ἀντωμνύει, Η ΜΗΝ ΜΗ ΑΔΙΚΕΙΝ. Justinianus Imperator Lege sancivit, *non aliter neque actorem, neque fugientem in primordio litis exercere certamina, nisi post narrationem & responsionem, antequam utriusque partis advocati sacramentum legitimum praestent, & ipsae principales personae subeant jusjurandum. Et actor quidem juret*, NON CALVMNIANDI ANIMO LITEM SE MOVISSE, SED EXISTIMANDO BONAM CAVSAM HABERE. *Reus autem non aliter suis allegationibus utatur, nisi prius & ipse juraverit*, QVOD PVTANS SE BONA INSTANTIA VTI AD RELVCTANDVM PERVENERIT. *l. 2. C. de jurejurando propter calumniam dando.*

III. Peracta hac ἀνακρίσει Magistratus litigantes ad judicium admittebat, & judices dabat:

Τοὺς Ἄρχοντας καλεῖν εἰς τὸ δικαστήριον τοὺς συνλείνοντας εἰς τὸν ἀγῶνα, καὶ εἰσάγειν εἰς τὸ δικαστήριον.	*Magistratus ad judicium admittunto litigantes, iisque judices danto.*

Demosthenes id docet ἐν τῷ κατὰ Ὀλυμπιοδώρου [p. 652.]. ἐπειδὴ δὲ ἐκάλει ὁ Ἄρχων εἰς τὸ δικαστήριον ἅπαντας τοὺς ἀμφισβητοῦντας κατὰ τὸν νόμον. & paullo post: καὶ ἀνακρίνας εἰσήγετο εἰς τὸ δικαστήριον. Ulpianus in iis, quae proxime descripsimus: ἔδει τὸν μέλλοντα κατηγορεῖν, εἰ πάντα ἕτοιμα ἔχει τὰ πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐρωτᾶσθαι. εἰ δὲ συνέφησεν ἐκεῖνος, ὅρκον ἀπῃτεῖτο λοιπὸν ὑπὲρ τοῦ ἐπεξελθεῖν. εἰ μὲν οὖν ὀμόσας εἰσήγετο.

IV. Judices dabantur sortito a Magistratibus, quorum erat εἰσάγειν τὰς δίκας. Sortiebantur autem quisque judicum in illo foro, cui jam ante adsignatus erat sorte; nempe Heliastes in Heliaea, qui sedebant in Parabysto, in Parabysto, atque ita de ceteris, ut nempe judicia redderent in iis causis, quae erant cognitionis illorum, sive Tribunalium, in quibus sedebant: hac de re Lex est:

Τοὺς δικαστὰς ἀποκληροῦν εἰς τὸ δικάζεσθαι.	*Judices e Tribunalibus ad judicia reddenda sorte dantor.*

Le-

1 Exemplum est in Orat. *Antiphontis* de Caed. Herod. p. 130. Id praeterea notandum, ἀντωμοσίας saepe forense esse scriptum, quo capita accusationis exponuntur, ut apud *Platon.* Apolog. p. 10. B. & Theaet. p. 172. E. Alia Cl. *T. Hemsterh.* ad *Polluc.* VIII, 55.

Legis meminit Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος α'. [*p.* 486.] ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ πάντων ἄρτι κληρουμένων Ἀθηναίων, καὶ πάντων εὖ οἶδ', ὅτι βουλομένων εἰς τοῦτο λαχεῖν τὸ δικαστήριον, μόνοι δικάζεσθ' ἡμῖν. διὰ τί; ὅτι ἐλάχετε, εἶτα ἀπεκληρώθητε. ταῦτα γὰρ οἱ νόμοι λέγουσι. Describit Scholiastes Aristophanis *ad Plutum*: ὅτε οὖν συνέβαινε καιρὸς τοῦ δικάζειν, ἤρχοντο πάντες οἱ δικασταὶ εἰς τὴν ἀγοράν. εἶτα πάλιν ἀπεκληροῦντο οἱ τὰ εἰληχότα γράμματα ἔχοντες, τίνες δικάσουσι, καὶ τίνες οὔ. Apud Lucianum δικαστηρίοις [C. 12.] habes mores hac in re Atheniensibus usurpatos: Praeco Mercurius ad judicium convocat litigantes: Justitia tanquam Magistratus apud quem scriptae sunt dicae, judices sortitur, praecone Mercurio recitante dicas, pro dignitate atque gravitate criminis plures, vel pauciores. ΕΡΜ. Ἀκούετε λεώς, ἀγορὰν δικῶν ἀγαθῇ τύχῃ καταστησώμεθα τήμερον, Ἐλαφηβολιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου. ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν
323. εἰς τὸν Ἄρειον πάγον, ἔνθα ἡ Δίκη ἀποκληρώσει τὸ δικαστήριον, καὶ αὐτὴ παρέσται τοῖς δικάζουσιν. οἱ δικασταὶ, ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων· ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης· ἀριθμὸς τῶν δικαστῶν κατὰ λόγον τοῦ ἐγκλήματος. & paullo post [*C.* 13.] ΕΡ. ΜΕΘΗ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΑΚΑΔΗΜΙΑΣ ΠΕΡ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ ΑΝΔΡΑΠΟΔΙΣΜΟΥ. ΔΙΚ. ἑπτὰ κλήρωσον. ΕΡΜ. Η ΣΤΟΑ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΗΔΟΝΗΣ ΑΔΙΚΙΑΣ ΟΤΙ ΤΟΝ ΕΡΑΣΤΗΝ ΑΥΤΗΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΝ ΑΠΕΒΟΥΚΟΛΗΣΕ. ΔΙΚ. πέντε ἱκανοί. ΕΡΜ. ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΥ ΤΡΥΦΗ ΠΡΟΣ ΑΡΕΤΗΝ. ΔΙΚ. πέντε καὶ τούτοις δικασάτωσαν. ΕΡΜ. ΑΡΓΥΡΑΜΟΙΒΙΚΗ ΔΡΑΣΜΟΥ ΔΙΟΓΕΝΕΙ. ΔΙΚ. τρεῖς ἀποκλήρου μόνους. ΕΡΜ. Η ΓΡΑΦΙΚΗ ΚΑΤΑ ΠΥΡΡΩΝΟΣ ΛΕΙΠΟΤΑΞΙΟΥ. ΔΙΚ. ἐννέα κρινέτωσαν. ΕΡΜ. ΡΗΤΟΡΙΚΗ ΚΑΚΩΣΕΩΣ ΤΩι ΣΥΡΩι ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΤΩι ΑΥΤΩι ΥΒΡΕΩΣ. ΔΙΚ. τίς δὲ οὗτός ἐστιν; οὐ γὰρ ἐγγέγραπται τοὔνομα. ΕΡΜ. οὕτως ἀποκλήρου ΤΩι ΡΗΤΟΡΙ ΣΥΡΩι κωλύει γὰρ οὐδὲν καὶ ἄνευ τοῦ ὀνόματος. ΔΙΚ. ἀποκλήρου ἕνδεκα τοῖς αὐτοῖς ἑκατέρᾳ τῶν δικῶν. Nemini, quod sciam, de mendo suspecta sunt postrema haec Luciani verba, at tamen facile fuit & advertisse mendum, & sustulisse: nam judicia ista omnia reddenda erant eadem die. Habes paullo ante, οἶσθα ὃ δράσομεν, ὦ Ἑρμῆ; τὰς μὲν ἄλλας δίκας ἐς τὴν αὔριον ὑπερβαλώμεθα, σήμερον δὲ κληρῶμεν τὰς τοιαύτας, ὁπόσαι τέχναις, ἢ βίοις, ἢ ἐπιστήμαις, πρὸς ἄνδρας εἰσὶν ἐπηγγελμέναι. καί μοι ταύτας ἀνάδος τῶν γραφῶν. Non igitur iidem poterant judicium reddere Syro Rhetori & Rhetoricae κακώσεως, eidemque rursum Syro Rhetori & Dialogo ὕβρεως. Rescribe itaque [1] ἀποκλήρου ἕνδεκα, τοσούτοις ἑκατέρᾳ τῶν δικῶν. Sortire, inquit, undecim; totidem utrique liti.

V. Lege namque cavebatur, ne quis eadem die duo redderet judicia.

Τοὺς δικαστὰς μὴ δικάζειν δὶς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.	*Nemo judex eadem die duo reddito judicia.*

[2] Legem colligere licet partim e Demosthenis verbis ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [*p.* 465.] partim ex illis quae ad ea adnotat Ulpianus. Demosthenis ista sunt: ὑμεῖς

1 Merito Petiti hanc conjecturam ad eum *Luciani* locum laudat doctissimus *J. Fr. Reitzius.*

2 Hanc legem si *Demosthenes* respexit, ficta utique ea est, quam iisdem ex verbis excudit L. v. Tit. 6.

ὑμεῖς μὲν γε τὰ ἐπὶ τοῦ πλήθους νενομοθετημένα δεινὰ, ἐάν τις ἢ διχόθεν μισθοφορῇ, ἢ ἄλλό τι ποιῇ, ὧν οἱ νόμοι ἀπαγορεύουσιν. Ulpianus: ἐάν τις διχόθεν μισθοφορῇ, ἐκ δύο δικαστηρίων· συνέβαινε γὰρ δύο γίνεσθαι ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. ἵνα οὖν μὴ ᾖ ὥσπερ ἐργασία, κωλύει τοῦτο. Nam mercedem de publico accipiebant judices, triobolum scilicet in singulas, quas judicabant, lites. Lucianus *verbis laudatis*: ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης. [1] Quanquam obolus tantum fuit, Aristophane *nebulas* docente Olympiade octogesima nona: *in eo* namque *dramate hic* legitur *versus* [861.]

ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον Ἡλιαστικόν.

Optime Scholiastes, qui negat quicquam certi constitutum fuisse in τὸ δικαστικὸν, quando ista scribebat Comicus: οὐχ ἵστατο δὲ τῶν δικαστῶν ὁ μισθός. Nam omnino certum est, *e versu* Aristophanis judices de publico non accepisse plus obolo: quanquam anno proxime elapso triobolum acceperant. Idem tamen Aristophanes, cum anno sequenti, qui erat secundus Olympiadis nonae supra octogesimam, *Vespas* committeret, volebat triobolum dari, quot obolorum erat τὸ ἐκκλησιαστικὸν, sed tamen nonnisi unus dabatur obolus: Aristophanis verba adscribemus, quanquam pluscula sint, ut illustremus & a mendo liberemus. Bdelycleon & Philocleon inter se colloquuntur [*vs.* 653. *seqq.*]

ΒΔΕ. ἀκρόασαί νυν ὦ παππίδιον χαλάσας ὀλίγον τὸ μέτωπον. 324.
καὶ πρῶτον μὲν λόγισαι φαύλως μὴ ψήφοις, ἀλλ' ἀπὸ χειρὸς,
τὸν φόρον ἡμῖν ἀπὸ τῶν πόλεων συλλήβδην τὸν προσιόντα.
κἄξω τούτου τὰ τέλη χωρὶς, καὶ τὰς πολλὰς ἑκατοστὰς,
πρυτανεῖα. μέταλλ', ἀγορὰς, λιμένας, μισθοὺς, καὶ δημιόπρατα.
τούτων πλήρωμα, τάλαντ' ἐγγὺς δισχίλια γίνεται ἡμῖν.
ἀπὸ τούτων νυν μισθὸν κατάθες τοῖσι δικασταῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ,
ἓξ χιλιάσιν, κοὔπω πλείους ἐν τῇ χώρᾳ κατένασθε.
γίγνεταί ἡμῖν ἑκατὸν δήπου καὶ πεντήκοντα τάλαντα.
ΦΙΛ. οὐδ' ἡ δεκάτη τῶν προσιόντων ἡμῖν ἄρ' ἐγίγνεθ' ὁ μισθός.

Scholiastae verba sunt: εἰς ι' μῆνας λογίζεται τὸν ἐνιαυτὸν, ὡς τῶν β' εἰς ἑορτὰς προσχωρούντων. ἑκάστῳ γὰρ τριώβολον τοῦ μηνὸς, ιε' τοῦ μηνὸς τάλαντα ἐποίει. Facile subducitur ratio. Centum quinquaginta talentûm annuorum si perpendamus sex millibus hominum in singulos menses quindecim talenta tribuenda, nempe tres obolos viritim: sed advertendum est annum hic accipi decem tantum mensium, non quod non constet duodecim mensibus, sed quia duo saltem in anno menses sunt, quibus nihil jure agi licet. Itaque festis illis diebus non currebant judicibus sua stipendia, propterea tanquam decem tantum in annos menses numeret, centum & quinquaginta putat talenta, quem numerum pariunt quindecim decies repetita. Nobis tamen non potest probari observatio Scholiastae: nam non tantum duo sunt menses εἰς ἑορτὰς προσχωροῦντες, sed etiam sex sunt addendi, ita ut triens anni vix reliquus sit a festis, quibus jus non dicitur, judicia non redduntur. Xenophon: πρὸς δὲ τούτοις οἴεσθαι χρὴ καὶ ἑορτὰς ἄγειν χρῆναι Ἀθηναίοις ἐν αἷς οὐχ οἷόν τε δικάζειν, καὶ ἄγουσι μὲν ἑορτὰς διπλασίους ἢ οἱ ἄλλοι. Certe nemo, qui attenderit ad festa Atheniensium, quorum mentio occurrit in scriptis veterum, negabit, opinor, duos trien-

1. Plura de δικαστικῷ μισθῷ, obolo, duobus obolis & triobolo *Ezech. Spanhem.* ad *Aristoph. Plut.* vs. 329. & Nub. vs. 861.

trientes anni festis his imputari. Praeterea nititur observatio Scholiastae verbis Comici, quae corrupta esse nullus dubito, quasi scilicet sex mille fuerint judices quotannis:

> ἀπὸ τούτων νῦν μισθὸν κατάθες τοῖσι δικασταῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ,
> ἓξ χιλιάσιν, κοὔπω πλείους ἐν τῇ χώρᾳ κατένασθε.

Atqui sex mille non fuerunt. Novem fuisse Tribunalia, in superioribus diximus, quibus adscribe singulis judices quingentos, fient quatermille quingenti: adde διαιτητὰς τοὺς κληρωτοὺς quadringentos quadraginta, singulis namque Tribunalibus erant quadraginta quatuor Arbitri, fient judices quatermille nongenti quadraginta: Adde τους κατὰ δήμους δικαστὰς quadraginta, fient in universum quatermille nongenti octoginta; ita ut sint quinquies fere mille, qui numerus reponendus est apud Aristophanem, facileque mutavit, cum litera tantum numeralis esset adscripta, έ χιλιάσιν, in ἓξ χιλιάσιν, neque peccatur adversus metri legem, cum rescribitur:

> ἀπὸ τούτων νῦν μισθὸν κατάθες τοῖς δικασταῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ,
> πέντε χιλιάσιν, κοὔπω πλείους ἐν τῇ χώρᾳ κατένασθε.

325. Sequens autem versus, qui ita legitur,

> Γίγνεται ὑμῖν ἑκατὸν δήπου καὶ πεντέκοντα τάλαντα.

rescribendus est ad hunc modum,

> Γίγνεται ὑμῖν ἑκατὸν δήπου καὶ πεντήκοντα τάλαντα.

Nam Philocleonem alloquitur Bdelycleon, sub ejusque persona omnes φιλοδικαστάς. Vobis igitur, inquit, in mercedem dantur omnibus, qui quinquies mille estis, centum quinquaginta talenta quotannis. nempe triobolum numerat in τὸ δικαστικὸν viritim Philocleon, quemadmodum anno quarto Olympiadis octogesimae octavae, quando ἱππεῖς in scenam produxit Comicus, triobolum erat τὸ δικαστικόν, claret ex hoc Aristophanis *Equitibus* [*vs.* 255.]

> ὦ γέροντες Ἡλιασταὶ, φράτορες τριωβόλου.

Scholia: οἱ δὲ δικασταὶ ὑπὸ τῶν δημαγωγῶν ἐτρέφοντο, τριώβολον λαμβάνοντες μισθὸν δικαστικὸν μετὰ τὸ κρῖναι. Item *eadem fabula* paullo ante *vs.* 51.

> ὦ δῆμε λοῦσαι πρῶτον ἐκδικάσας μίαν,
> ἔνθου, ῥόφησον, ἔντραγ', ἔχε τριώβολον.

Ubi optime quidem Scholiastes, ἔχε τριώβολον, interpretatur, τὸν δικαστικὸν μισθὸν, ἐπεὶ τριώβολον ἐλάμβανον. Sed tamen male ad praecedentia ἐκδικάσας μίαν, adnotat ista, λείπει δὲ ἡμέραν, imo vero subintelligendum est δίκην, ἢ γραφήν, nam, ut diximus, Lege cautum erat, τοὺς δικαστὰς μὴ δικάζειν δὶς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Anno vero sequenti, qui erat primus Olympiadis octogesimae nonae, cum doceret Nubes Aristophanes, obolus tantum erat ὁ δικαστικὸς μισθὸς, habes *eo*, quem jam descripsimus, *versu Nubium*.

> ὃ πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον Ἡλιαστικόν.

& comprobat hic Aristophanis locus, quem illustramus: Annus est Lunaris diebus trecentis quinquaginta quatuo r explicatus, hujus anni diebus singulis distribue viritim Judicibus quinquies mille triobolum, annua fient centum quadraginta talenta cum triginta minis, quae impenduntur quotannis εἰς τριώ-

βολον

βολον τὸν δικαστικὸν μισθὸν, sed rotunde dixit Ariſtophanis Bdelycleon eſſe centum quinquaginta talenta, deſunt enim abſolvendo numero ſeſquitalenta quinque:

Γίγνεται ὑμῖν ἑκατὸν δήπου καὶ πεντήκοντα τάλαντα.

[1] At vero Philocleon reſpondet ne decimam quidem partem horum centum quinquaginta talentorum, quae Judicum eſſe debebant, iiſque procedere in ſtipendia, mercedulam illorum eſſe:

ΦΙΛ. οὐδ' ἡ δεκάτη τῶν προσιόντων ἡμῖν, ἄρ' ἐγίγνεθ' ὁ μισθός.

Scilicet hoc anno ſecundo Olympiadis octogeſimae nonae, quemadmodum & praecedente, τὸ δικαστικὸν fuit obolus tantum: jam vero duo minimum trientes Lunaris anni imputandi ſunt feſtis, quibus ſua non currunt Judicibus ſtipendia: ſupereſt tantum, ac ne vix quidem ſupereſt, triens anni, id eſt, dies centum octodecim, quibus jus dicitur: Si ſingulis his diebus viritim diſtribuas Judicibus quinquies mille unum obolum: fient talenta ſedecim, minae viginti tres, drachmae triginta tres, & oboli duo. Decima autem pars talentûm centum quinquaginta ſunt quindecim talenta. Certe optime obſervat Ariſtophanis Scholiaſtes ex Ariſtotele de Republica Athenienſium, Judicum mercedem modo auctam, modo acciſam fuiſſe, pro libidine Demagogorum: τὸν φόρον λέγει, 326.
ἀφ' ὧν ἐδίδοτο τὸ τριώβολον. τοῦτο δὲ ἄλλοτε ἄλλως ἐδίδοτο, τῶν δημαγωγῶν τὰ πλήθη κολακευόντων, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν πολιτείαις. Itaque anno quarto Olympiadis octogeſimae octavae Judices triobolum accipiebant: anno ſequenti, qui erat primus Olympiadis octogeſimae nonae, ut & ſecundo ejuſdem Olympiadis, quo *Veſpas* docuit Comicus, τὸ δικαστικὸν erat unus tantum obolus. Non ignoro Comicum tamen paſſim *Veſpis* meminiſſe trioboli. Sed locus, quem interpretamur, omnino nos cogit in hanc ſententiam ire, anno ſecundo Olympiadis nonae ſupra octogeſimam, quo editum eſt hoc drama, Judicum mercedem unum fuiſſe obolum, non plures: nam dicit Philocleon, idque cum querela,

οὐδ' ἡ δεκάτη τῶν προσιόντων ἡμῖν ἄρ' ἐγίγνεθ' ὁ μισθός,

quod referendum eſt ad verſum praecedentem,

Γίγνεται ὑμῖν ἑκατὸν δήπου καὶ πεντήκοντα τάλαντα.

Nempe queritur Philocleon vix decimam partem eorum centum & quinquaginta talentorum, quae in mercedem annuam Judicum, ſi quidem ſingulis in ſingulos anni dies triobolum in ſtipendium procederet, erant ſeponenda: Non queritur autem non dari Judicibus in mercedem decimam partem illorum bis mille talentûm annui Athenienſium reditus, quae pars decima erat talenta ducenta; Credit enim Philocleon cum Judicibus commode agi, ſi illis attribuatur triobolum εἰς τὸ δικαστικὸν, hinc iſta illius verba:

ὃ δέ γ' ἥδιστον τούτων ἐστὶ πάντων, οὗ 'γὼ 'πιλελήσμην,
ὅταν οἴκαδ' ἴω τὸν μισθὸν ἔχων κἄπειτ' εἰσήκονθ' ἅμα πάντες
ἀσπάζονται διὰ τἀργύριον. καὶ πρῶτα μὲν ἡ θυγάτηρ με
ἀπονίζῃ. καὶ τὼ πόδ' ἀλείφῃ καὶ προσκύψασα φιλήσῃ
καὶ παππάζουσ' ἅμα τῇ γλώττῃ τριώβολον ἐκκαλαμᾶται.

Quae

[1] Non aſſequitur ſententiam hujus loci Petitus, quae tamen manifeſta. Dicit Bdelycleon, reditus annuos Athenienſis rei publicae eſſe bis mille talenta, quorum centum & quinquaginta impendantur in Judicum mercedem. Ad quae Philocleon reſpondet, ne decimam quidem partem reditus annui Judices accipere: namque ut eſſet decima pars talentorum bis mille, oportuiſſet eos accipere ducenta talenta. Hic ſenſus eſt planus. Sed Petitus, ut quod ſemel ſomniavit, ſuadeat, omnia ſuſque deque verſat infeliciter, & contra Poetae mentem unum obolum Judicibus aſſignat. PALMER.

Quae non ſpectant hunc annum, ſed ad praecedentia tempora pertinent; quando τὸ δικαστικὸν erat triobolum: Ut & ſequentia Bdelycleonis verba non praeſens tempus indicant, ſed quod antea factum fuerat, & in poſterum fieri poterat maxime gratum acceptumque Judicibus:

> σοὶ δ' ἦν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβολοὺς ἀγαπᾷς.

& paullo poſt:

> ἥκειν εἴπῃ πρῲ, κἀν ὥρᾳ δικάσονθ' ὡς ὅς τις ἂν ὑμῶν
> ὕστερος ἔλθῃ τοῦ σημείου, τὸ τριώβολον οὐ κομιεῖται.

Verba autem haec demonſtrant Judicem, qui ſero & ſigno jam dato adveniſſet, cum jam litigantes orare cepiſſent, mercedem non accepiſſe, nempe quia ea de lite Judicium non reddebat: liquet ex his Comici verbis, *eodem dramate*.

> εἴ τις θύρασιν Ἡλιαστὴς, εἰσίτω.
> ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν οὐκ εἰσφρήσομεν.

Scholia: ἔθος γὰρ ἦν, περὶ μὲν τῆς καταστάσεως τῶν Ῥητόρων, κηρύττειν τοὺς δικαστάς. ὁπότε δὲ ἤρχοντο τῶν δικῶν, οὐκέτι εἴων εἰσιέναι τοὺς ὑστερίζοντας δικαστάς.

VI. Poſtquam Judices ſortitus erat Magiſtratus, Judices dati ex Lege jurabant ſe de ea re, de qua actio erat, judicium reddituros.

ΔΙΚΑΣΩ ΠΕΡΙ ΩΝ ΑΝ Η ΔΙΩΞΙΣ ΗΙ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΜΕΝ ΩΝ ΝΟΜΟΙ ΕΙΣΙ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΨΗΦΙΟΥΜΑΙ, ΠΕΡΙ ΔΕ ΩΝ ΜΗ ΕΙΣΙ ΓΝΩΜΗΙ ΤΗΙ ΔΙΚΑΙΟΤΑΤΗΙ.	*Jus dicam de iis, de quibus actio eſt: atque ſententiam feram ſecundum Leges in iis, de quibus Legibus cautum eſt: de quibus vero Legibus cautum non eſt, quam juſtiſſime potero.*

327.

Juraſſe Judices, ubi dati erant a Magiſtratu, ſe de re illa, cujus judices ſedebant, judicia reddituros, conſtat ex his Ulpiani verbis *ad Orationem* Demoſthenis κατὰ Τιμοκράτους [*p.* 457.] διὰ τί αὐτοὺς καλεῖ ἀνωμότους; καθὸ εἰσιόντες οἱ δικασταὶ περὶ ἐκείνου τοῦ πράγματος ὤμνυσαν, περὶ οὗ ἡ κρίσις ἦν, οὐ μέν τοι περὶ τῶν ἤδη κριθέντων. Jurisjurandi Lege imperati formulam habes apud Demoſthenem partim, ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν α. [*p.* 628.] ταῦτα οὕτως αὐτὸς ἀντεγράψατο, ἃ χρὴ μνημονεύειν ὑμᾶς, καὶ μὴ τοῖς ἐξ ἀπάτης νῦν λόγοις ὑπὸ τούτου ῥηθησομένοις, πιστοτέρους ποιεῖσθαι τῶν νόμων, καὶ τῶν ὑπὸ τούτου γραφέντων εἰς τὴν ἀντιγραφήν. Quas leges hic intelligat, ſequentia comprobant, nempe, δικάσειν γὰρ ὀμωμόκατε ὑμεῖς, οὐ περὶ ὧν ἂν ὁ φεύγων ἀξιοῖ, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν, ΩΝ ΑΝ Η ΔΙΩΞΙΣ ΗΙ. Idem Demoſthenes *in Leptinea* [*p.* 303.] ὀμωμοκότες ΠΕΡΙ ΩΝ ΑΝ ΝΟΜΟΙ ΜΗ ΩΣΙ ΓΝΩΜΗΙ ΤΗΙ ΔΙΚΑΙΟΤΑΤΗΙ κρίνειν καλῶς. Pollux *Lib. VIII. cap.* 10. ὁ δὲ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν, ΠΕΡΙ ΜΕΝ ΩΝ ΝΟΜΟΙ ΕΙΣΙ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ψηφιεῖσθαι. ΠΕΡΙ ΔΕ ΩΝ ΜΗ ΕΙΣΙ ΣΥΝ ΓΝΩΜΗΙ ΤΗΙ ΔΙΚΑΙΟΤΑΤΗΙ.

Judicabantur autem lites eo ordine, quo in tabulas γραμματέων erant relatae: primo quidem prima inſcripta, ſecundo ſecunda, atque ita deinceps ſecundum hanc ſeriem. Scholiaſtes Ariſtophanis *ad Veſpas.* ἡ σανίδων φησὶ τῶν περιεχουσῶν τὰ ὀνόματα τῶν εἰσαχθησομένων εἰς τὸ δικαστήριον, ποῖον δεήσει πρῶτον εἰσαχθῆναι καὶ κατὰ τάξιν. Sed & ipſe Comicus eo alludit *Nubibus* [*vſ.* 774.]

ΣΩ. ὅπως ἀποτρίψαις ἂν ἀντιδίκων δίκην,
μέλλων ὀφλήσειν, μὴ παρόντων μαρτύρων.
ΣΤ. φαυλότατα καὶ ῥᾶς. ΣΩ. εἰπὲ δή. ΣΤ. καὶ δὴ λέγω.
εἰ πρόσθεν ἔτι μιᾶς ἐνεστώσης δίκης,
πρὶν τὴν ἐμὴν καλεῖσθ᾽ ἀπαγξαίμην τρέχων.

Ubi ſortitus erat Judices Magiſtratus, cujus erat ἡγεμονία δικαστηρίου; accepta dica, rurſum actorem interrogabat, an paratus eſſet ad agendum, necne, actore ſe paratum eſſe reſpondente, Judices ſedere ad jus dicendum jubebantur. Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 341.] μετὰ γὰρ τὸ ἀποκληρωθῆναι τὸ δικαστήριον, ἐδίδοντο τοῖς Θεσμοθέταις αἱ γραφαί. κἀκεῖνοι ἠρώτων λοιπὸν, ΒΟΥΛΕΙ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΝ; Η ΜΑΡΤΥΡΑΣ ΕΧΕΙΣ ΕΙΣ ΤΑΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΙΣ ΕΤΟΙΜΟΥΣ; καὶ εἰ συνέφησεν οὕτως ἤδη λοιπὸν εἰσήγετο.

TITULUS QUARTUS. 328.

De Judiciis.

I. UBI conſederant Judices, Praeco dicam recitabat. Ariſtophanes *Veſpis* [*vſ.* 889.] ubi male τοῦ Θεράποντος nomen praeſcribitur, cum procul dubio ὁ κῆρυξ iſta pronuntiet.

ἀκούετ᾽ ἤδη τῆς γραφῆς ἧς ἐγράψατο
Κύων Κυδαθηναιεὺς, Λάβητ᾽ Αἰξωνέα,
τὸν τυρὸν ἀδικεῖν ὅτι μόνος κατήσθιε
τὸν Σικελικὸν τίμημα κλῳὸς σύκινος.

A Scriba recitari facit Aeſchines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου. εἰδὼς δ᾽ αὐτὸν ἔνοχον ὄντα οἷς ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε ἀναγινώσκοντος τοῦ Γραμματέως, ἐπήγγελλα αὐτῷ τὴν δοκιμασίαν ταυτηνί. Exemplum dicae habes apud Demoſthenem ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος [*p.* 143.] ΓΡΑΦΗ ΕΠΙ ΧΑΙΡΩΝΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝΟΣ ΕΚΤΗι ΙΣΤΑΜΕΝΟΥ. ΑΙΣΧΙΝΗΣ ΑΤΡΟΜΗΤΟΥ ΚΟΘΩΚΙΔΗΣ ΑΠΗΝΕΓΚΕ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ ΠΑΡΑΝΟΜΩΝ ΓΡΑΦΗΝ ΚΑΤΑ ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΟΣ ΤΟΥ ΛΕΩΣΘΕΝΟΥΣ ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΥ, ΟΤΙ ΕΓΡΑΨΕ ΠΑΡΑΝΟΜΟΝ ΨΗΦΙΣΜΑ, ΩΣ ΑΡΑ ΔΕΙ ΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙ ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΝ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΠΑΙΑΝΙΕΑ ΧΡΥΣΩι ΣΤΕΦΑΝΩι, ΚΑΙ ΑΝΑΓΟΡΕΥΣΑΙ ΕΝ ΤΩι ΘΕΑΤΡΩι ΔΙΟΝΥΣΙΟΙΣ ΤΟΙΣ ΜΕΓΑΛΟΙΣ ΤΡΑΓΩΔΟΙΣ ΚΑΙΝΟΙΣ, ΟΤΙ ΣΤΕΦΑΝΟΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΝ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΠΑΙΑΝΙΕΑ ΧΡΥΣΩι ΣΤΕΦΑΝΩι ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ, ΗΣ ΕΧΩΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΕΙΣ ΤΕ ΤΟΥΣ ΕΛΛΗΝΑΣ ΑΠΑΝΤΑΣ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ, ΚΑΙ ΑΝΔΡΑΓΑΘΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΤΙ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΠΡΑΤΤΩΝ ΚΑΙ ΛΕΓΩΝ ΤΑ ΒΕΛΤΙΣΤΑ ΤΩι ΔΗΜΩι, ΚΑΙ ΠΡΟΘΥΜΟΣ ΕΣΤΙ ΠΟΙΕΙΝ Ο, ΤΙ ΑΝ ΔΥΝΗΤΑΙ ΑΓΑΘΟΝ ΠΑΝΤΑ ΤΑΥΤΑ ΨΕΥΔΗ ΓΡΑΨΑΣ ΚΑΙ ΠΑΡΑΝΟΜΑ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΟΥΚ ΕΩΝΤΩΝ ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΨΕΥΔΕΙΣ ΓΡΑΦΑΣ ΕΙΣ ΤΑ ΔΗΜΟΣΙΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΚΑΤΑΒΑΛΛΕΣΘΑΙ. ΕΙΤΑ ΤΟΝ ΥΠΕΥΘΥΝΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΥΝ ΕΣΤΙ ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ ΤΕΙΧΟΠΟΙΟΣ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩΝ ΘΕΩΡΙΚΩΝ ΤΕΤΑΓΜΕΝΟΣ.

ΕΤΙ ΔΕ ΜΗ ΑΝΑΓΟΡΕΥΕΙΝ ΤΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΝ ΕΝ ΤΩι ΘΕΑΤΡΩι ΔΙΟΝΥΣΙΟΙΣ ΤΡΑΓΩιΔΩΝ ΤΗι ΚΑΙΝΗι. ΑΛΛ' ΕΑΝ ΜΕΝ Η ΒΟΥΛΗ ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΕΝ ΤΩι ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΩι ΑΝΕΙΠΕΙΝ, ΕΑΝ ΔΕ Η ΠΟΛΙΣ ΕΝ ΠΝΥΚΙ ΕΝ ΤΗι ΕΚΚΛΗΣΙΑι ΤΙΜΗΜΑ ΤΑΛΑΝΤΑ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΚΛΗΤΟΡΕΣ ΚΗΦΙΣΟΦΩΝ ΚΗΦΙΣΟΦΩΝΤΟΣ ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΣ ΚΛΕΩΝ ΚΛΕΩΝΟΣ ΚΟΘΩΚΙΔΗΣ. En alterum exemplum apud Diogenem Laërtium *in Socrate* [*Sect.* 40.] ΤΑΔΕ ΕΓΡΑΨΑΤΟ ΚΑΙ ΑΝΘΩΜΟΛΟΓΗΣΑΤΟ ΜΕΛΙΤΟΣ ΜΕΛΙΤΟΥ
329. ΠΙΤΘΕΥΣ ΣΩΚΡΑΤΕΙ ΣΩΦΡΟΝΙΣΚΟΥ ΑΛΩΠΕΚΗΘΕΝ ΑΔΙΚΕΙ ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΟΥΣ ΜΕΝ Η ΠΟΛΙΣ ΝΟΜΙΖΕΙ ΘΕΟΥΣ, ΟΥ ΝΟΜΙΖΩΝ, ΕΤΕΡΑ ΔΕ ΚΑΙΝΑ ΔΑΙΜΟΝΙΑ ΕΙΣΗΓΟΥΜΕΝΟΣ. ΑΔΙΚΕΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΝΕΟΥΣ ΔΙΑΦΘΕΙΡΩΝ ΤΙΜΗΜΑ ΘΑΝΑΤΟΣ. Sed malim rescribere, [1] ΑΝΤΩΜΟΣΑΤΟ, ἀντὶ τοῦ ΑΝΘΩΜΟΛΟΓΗΣΑΤΟ. nam est ἀντωμοσίας formula. Habes paullo ante ἡ δ' ἀντωμοσία τῆς δίκης τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον. Tertium exemplum dabimus e Plutarcho *in Alcibiade* [*p.* 202. *D.*] ΘΕΣΣΑΛΟΣ ΚΙΜΩΝΟΣ ΛΑΚΙΑΔΗΣ ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΝ ΚΛΕΙΝΙΟΥ ΣΚΑΜΒΩΝΙΔΗΝ ΕΙΣΗΓΓΕΙΛΕΝ ΑΔΙΚΕΙΝ ΠΕΡΙ ΤΩ ΘΕΩ ΤΗΝ ΔΗΜΗΤΡΑ ΚΑΙ ΤΗΝ ΚΟΡΗΝ ΑΠΟΜΙΜΟΥΜΕΝΟΝ ΤΑ ΜΥΣΤΗΡΙΑ ΚΑΙ ΔΕΙΚΝΥΟΝΤΑ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΥ ΕΤΑΙΡΟΙΣ ΕΝ ΤΗι ΟΙΚΙΑι ΤΗι ΕΑΥΤΟΥ ΕΧΟΝΤΑ ΣΤΟΛΗΝ, ΟΙΑΝΠΕΡ ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ ΕΧΩΝ ΔΕΙΚΝΥΕΙ ΤΑ ΙΕΡΑ ΚΑΙ ΟΝΟΜΑΖΟΝΤΑ ΑΥΤΟΝ ΜΕΝ ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΝ, ΠΟΛΥΤΙΩΝΑ ΔΕ ΔΑιΔΟΥΧΟΝ, ΚΗΡΥΚΑ ΔΕ ΘΕΟΔΩΡΟΝ ΦΥΓΕΕΑ, ΤΟΥΣ Δ' ΑΛΛΟΥΣ ΕΤΑΙΡΟΥΣ ΜΥΣΤΑΣ ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΟΝΤΑ ΚΑΙ ΕΠΟΠΤΑΣ ΠΑΡΑ ΤΑ ΝΟΜΙΜΑ ΚΑΙ ΤΑ ΚΑΘΕΣΤΗΚΟΤΑ ΥΠΟ ΤΕ ΕΥΜΟΛΠΙΔΩΝ ΚΑΙ ΚΗΡΥΚΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΤΩΝ ΕΞ ΕΛΕΥΣΙΝΟΣ. An vero ἀντιγραφὴ rei legeretur, nobis non constat, neque certe opus fuit: satis enim liquebat Judicibus, qua de re jus esset dicendum, ex actoris dica. Veteri autem Lege Judicum singuli tenebantur adnotare & scribere singula, si plura essent, accusationis capita.

Τοὺς κρίνοντας γράφειν τὰ κεφάλαια ἕκαστον.	*Judicum singuli actionis, de qua judicium reddunt, diversa Kapita in libello adnotanto.*

Legem laudat e Boëtho Hesychius. διὰ πάντων κριτής. Βοηθὸς φησὶ ἐν τοῖς περὶ Πλάτωνος, ὅτι ὁ νομοθέτης ἐκέλευσε τοῖς κρίνουσι γράφειν τὰ κεφάλαια ἕκαστον. Ut scilicet judicium reddere de omnibus possent, & ne qua memoria elaberentur: ita exempli gratia, Judices illi, qui Socratem capitis damnaverunt, ex hac Lege singuli adnotaverant scripserantque in suum usum kapita dicae, quam Melitus Socrati impegerat, nimirum, ὅτι οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, Σωκράτης οὐ νομίζει· ὅτι ἕτερα καινὰ δαιμόνια εἰσφέρει. ὅτι τοὺς νέους διαφθείρει. Atque haec kapita adnotabantur e dica, quae ante judicium, & adversarias τῶν ἀντιδίκων orationes apud judices a Scriba recitabatur. Volebat autem Legislator hac ratione ire consultum Judicibus, ne illis imponeretur, vel ab actore, vel a reo, & nova crimina, quorum non esset mentio ἐν τῇ γραφῇ, aut affingerentur, aut excusarentur. Debebant enim illi Judicium reddere de iis tantum, quorum in dica accusabatur reus. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν α. [*p.* 628.] δικάσειν γὰρ ὀμωμόκατε ὑμεῖς, οὐ περὶ ὧν ἂν ὁ φεύγων ἀξιοῖ, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν, ὧν ἂν ἡ δίωξις ᾖ. Quanquam etiam litigantibus aut dicentibus non licebat ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, neque a subscriptione & tabulis, quae actionis formulam continebant, [illegible] rece-

1 Sic quoque *Aegid. Menagius*, & ante Petitum *Flor. Christianus* ad *Aristoph.* Vesp. vs. 542.

recedere, aut latius divagari, quae subscriptio ἀντωμοσία dicebatur. Quod autem in Judiciis criminalibus atque capitalibus observatum diximus, in civilibus quoque usurpatum videtur.

Adesse autem jubebantur litigantes, ut *e Vespis* [*vs.* 894.] Aristophanis palam fit: en tibi de Labete cane reo Bdelycleon.

> καὶ μὴν ὁ φεύγων οὑτοσὶ Λάβης πάρα.

De actore Cane [1] Cudatheno Philocleon quaerit, ubi sit: sed locus personis commode non est distinctus, ita editur. 330

> ΦΙ. ποῦ δ' ὁ διώκων, ὁ Κυδαθηναιεὺς κύων;
> ΚΥ. αὖ, αὖ. ΒΔΕ. πάρεστιν ἕτερος οὗτος αὖ Λάβης,
> ἀγαθός γ' ὑλακτεῖν καὶ διαλείχειν τὰς χύτρας.

Canis Cudathenus latratu se hic adesse significat: itaque optime Scholiastes, αὖ, αὖ, ὁ κύων λέγει ὑπακούων. οἷον ὅτι ὧδε εἰμί. μιμεῖται δὲ τὴν φωνὴν τοῦ κυνὸς διὰ τοῦ αὖ, αὖ. quod etiam Bdelycleon verbis his expressit: πάρεστιν ἕτερος οὗτος. Scholia: ἀντὶ τοῦ ὁ κατήγορος. ὁ Βδελυκλέων δὲ φησὶ πρὸς τὸν Κυδαθηναιέα. ὅτι πάρεστιν ὁ κατήγορός σου ἐν ἤθει. ubi rescribendum est ὁ Βδελυκλέων δὲ φησι πρὸς τὸν Λάβητα. ὅτι πάρεστιν ὁ κατήγορός σου, ἐν ἤθει. Sed distinguendum est, nam post ista Bdelycleonis πάρεστιν ἕτερος οὗτος. [2] distingue & appone personam Canis Cudatheni latrantis, αὖ. cetera sunt Bdelycleonis, non quidem de Labete, sed de Cane Cudatheno: neque Λάβης nomen est Labetis proprium, sed verbum, rescribo.

> ΦΙ. ποῦ δ' ὁ διώκων, ὁ Κυδαθηναιεὺς κύων;
> ΚΥ. αὖ, αὖ. ΒΔΕ. πάρεστιν ἕτερος οὗτος. ΚΥ. αὖ. ΒΔΕ. λάβης;
> ἀγαθός γ' ὑλακτεῖν καὶ διαλείχειν τὰς χύτρας.

Cani Cudatheno factum nolebat Bdelycleon, itaque dicebat ad patrem, λάβης; *attendistine?*

> ἀγαθός γ' ὑλακτεῖν καὶ διαλείχειν τὰς χύτρας.
> *Latrare saltem & lingere ollas optimus.*

nempe Canis Cudathenus, non autem Labes, cui impense favebat Bdelycleon.

II. Si

1 Ubique canem *Cudathenum* nominat Petitus, qui in Vespis *Aristophanis* canis *Cydathenaeus* vel *Cydathenienfis*. SALVIN.

Ibid. Κυδαθήναιον erat δῆμος Atticus, unde apud *Stephanum*, *Aristophanem*, *Harpocrationem* & Oratores Atticos est ἐθνικὸν Κυδαθηναιεύς. apud *Plutarchum* & *Hesychium* Κυδαθηναῖος. Est ergo cum diphthongo scribendum *Cydathenaeensis* vel *Cydathenaeus*. DUKER.

2 Petitus in secundo versu τῷ αὖ apponit personam canis, & sequentia tribuit Bdelycleoni, hoc modo

> ΚΥ. Αὖ, αὖ. ΒΔΕ. πάρεστιν ἕτερος οὗτος. ΚΥ.
> αὖ. ΒΔ. λάβης;
> Ἀγαθός γ' ὑλακτεῖν —— ——

In quibus Λάβης non vult esse nomen canis, sed verbum λάβης, quod vertit *attendistine?* & hoc a Bdelycleone ad patrem Philocleonem dici ait. Quis hoc unquam audivit, λάβης esse *attendistine?* Omnia turbat pro ingenii sui magnitudine Petitus. SALVIN.

Ibid. Non credidissem λάβης ita a quoquam potuisse verti, nisi in Petito legerem. Quod personam canis ante αὖ interponit, rationem aliquam habet. Nam quum canis Cydathenaeensis accusator, quaerente Philocleone ubi esset, latratu αὖ, αὖ significasset se adesse, idem non absurde tribuitur Labeti, cani reo. Sed sine ulla ratione Λάβης nomen proprium canis vs. 832. & 890. ejusdem fabulae, in verbum λάβης mutat, idque nova, & incognita credo, omnibus, qui aliquam linguae Graecae notitiam habent, significatione interpretatur *attendistine?* Nec in eo illi assentior, quod tertium versum Ὑλακτεῖν —— de cane Cydathenaeensi dici putat. Si αὖ ante Λάβης etiam ad sermonem Bdelycleonis, cui in editis tribuitur, pertinet, sensus, distinctione post αὖ posita, esse potest: *adest & alter hic αὖ* (canis reus) nempe Λάβης. Ita accepisse Interpretem Latinum ostendit illius interpretatio: *Tibi alter en canis praesto est Labes.* Nec sequor Scholiasten ἕτερος οὗτος exponentem κατήγορος. Pro αὖ αὖ & mox αὖ, etiam malim legere, αὖ, αὖ, & αὖ, quia hoc magis exprimit vocem canis latrantis. DUKER.

II. Si quis autem e litigantibus ἐν ταῖς ἀμφισβητήσεσιν non adesset, qui ejus causam tuebantur, jusjurandum dabant, abesse Reipublicae causâ, vel morbo aliave, si qua fuit, sontica caussa: adversarii vero, si id negarent, contra jurabant, abesse litis caussa: quod si Judices pronunciassent sibi videri abesse litis caussa, Magistratus, qui Judices dederat, nomen ejus ex albo τῶν ἀμφισβητούντων, secundum hanc Legem expungebat.

Διαγραφέτω τὸν Ἄρχοντα τὴν τοῦ ἀμφισβητοῦντος, καὶ τῆς δίκης ἕνεκα ἀπόντων, ἀμφισβήτησιν.	*Magistratus nomen illius, qui litis caussa abest peregre, ex albo ceterorum, qui de bonis alicujus controversiam alteri faciunt, expungito.*

Legem laudat Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ὀλυμπιοδώρου [p. 652.] καὶ ἐπειδὴ ἀνεκρίθησαν πρὸς τῷ Ἄρχοντι ἅπασαι αἱ ἀμφισβητήσεις, καὶ ἔδει ἀγωνίζεσθαι ἐν τῷ δικαστηρίῳ, παρεσκευασμένοι ἦμεν τετράπαν πρὸς τὸ ἤδη ἀγωνίζεσθαι ἐγὼ καὶ Ὀλυμπιόδωρος οὑτοσί, διὰ τὸ ἐξαίφνης ἐπιπεπτωκέναι ἡμῖν πολλοὺς τοὺς ἀμφισβητοῦντας. ἐκ δὲ τῶν ὑπαρχόντων ἐσκοποῦμεν κοινῇ, εἴ πως ἀναβολή τις γένοιτο ἐν τῷ παρόντι, ὥστε παρασκευάσασθαι ἡμᾶς καθ' ἡσυχίαν πρὸς τὸν ἀγῶνα. καὶ κατὰ τύχην τινὰ καὶ δαίμονα, ὑμεῖς ἐπείσθητε ὑπὸ τῶν Ῥητόρων, εἰς Ἀκαρνανίαν στρατιώτας ἐκπέμπειν, καὶ ἔδει καὶ τουτονὶ Ὀλυμπιόδωρον στρατεύεσθαι, καὶ ᾤχετο μετὰ τῶν ἄλλων στρατευόμενος. καὶ συμβεβήκει, ὡς ᾠόμεθα ἡμεῖς, αὕτη ἡ καλλίστη ἀναβολή, δημοσίᾳ τούτου ἀποδημοῦντος καὶ στρατευομένου. ἐπειδὴ δὲ ἐκάλει ὁ Ἄρχων εἰς τὸ δικαστήριον ἅπαντας τοὺς ἀμφισβητοῦντας κατὰ τὸν νόμον, ὑπωμοσάμεθα ἡμεῖς τουτονὶ Ὀλυμπιόδωρον δημοσίᾳ ἀπεῖναι στρατευόμενον. ὑπομοθέντος δὲ
331. τούτου, ἀνθυπωμόσαντο οἱ ἀντίδικοι, καὶ διαβάλλοντες Ὀλυμπιόδωρον τουτονί, ὕστερον ἡμῶν λέγοντες, ἔπεισαν τοὺς δικαστὰς ψηφίσασθαι τῆς δίκης ἕνεκα ἀπεῖναι τουτονί, καὶ οὐ δημοσίᾳ. ψηφισαμένων δὲ ταῦτα τῶν δικαστῶν, διέγραψεν ὁ Ἄρχων Πυθόδωρος κατὰ τὸν νόμον τὴν τουτουῒ Ὀλυμπιοδώρου ἀμφισβήτησιν. & paullo post: ἐπειδὴ καὶ ἡ σὴ διεγράφη ἀμφισβήτησις, δόξαντός σου ἕνεκα τῆς δίκης ἀπεῖναι, καὶ οὐ δημοσίᾳ. Si abesset Reipublicae caussa, aut morbo sive qua alia caussa sontica impeditus, dilatio fiebat judicii. Grammatici. ὑπωμοσία, τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκην προφάσει χρώμενον ἀποδημίας, ἢ νόσῳ, ἤ τινι τῶν παραπλησίων μεθ' ὅρκου, οὕτως ἐλέγετο, καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ὑπόμνυσθαι.

III. Reo Lex necessitatem imponebat se oratione purgandi.

Ἀπολογητέον. *Reus oratione se purgato.*

Legem habes apud Platonem *in Socratis Apologia* [p. 19. A.] τῷ δὲ νόμῳ πιστέον καὶ ἀπολογητέον. Hinc gravis illa Euryptolemi apud Xenophontem Ἑλληνικῶν *Lib. I.* [p. 351.] querela, quod Strategos, qui Lacedaemonios ad Arginusas fuderant, inauditos damnarent. οὐ γὰρ προὐτέθη σφίσι λόγος κατὰ τὸν νόμον. Licebat autem cum actori, tum reo, petere a Judicibus advocatos, qui pro se causam orarent: Judices vero dabant. Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 82.] ἐὰν δὲ ὑπερπηδήσας τὴν δικαίαν ἀπολογίαν Δημοσθένην παρακαλῇ, μάλιστα μὲν μὴ προσδέχεσθε κακοῦργον ἄνθρωπον, οἰόμενον ῥήμασι τοὺς νόμους ἀναιρήσειν, μηδ' ἐν ἀρετῇ τοῦθ' ὑμῶν μηδεὶς καταλογιζέσθω, ὃς ἂν ἐπανερόμενος Κτησιφῶντος, εἰ καλέσοι Δημοσθένην,

πρῶτος

πρῶτος ἀναβοήσῃ, καλῇ, καλῇ. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [p. 728.] δέομαι οὖν ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἅπερ ἡγοῦμαι προσήκειν δεηθῆναι, νέον τε ὄντα, καὶ ἀπείρως ἔχοντα τοῦ λέγειν, συνήγορόν με κελεῦσαι τῷ καλέσαι ἀγῶνι τούτῳ Ἀπολλόδωρον.

IV. Servum autem causam orare Leges non sinunt.

SERVVS HOMO CAVSAM NE ORATO.

Legem habes apud Terentium in palliata Apollodori fabula, *Phormione*, *Actu II. Scena I.* [*vs.* 62.]

Servom hominem causam orare Leges non sinunt.

Civis enim non est, quem unum, puto, causam orare Leges sinebant. Quare Libertis & Μετοίκοις sui erant e civibus Patroni, rerum omnium illis auctores, ἐπιμελησόμενοι καὶ τῆς ἰδίας, καὶ τῆς δημοσίας ὑπὲρ αὐτῶν, quod Servis praestabant Domini, unde in illa ὕβρεως Lege scribitur, Si quis ΥΒΡΙΣΗι ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΟΥΛΟΝ ΓΡΑΦΕΣΘΩ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΤΟΥ ΔΟΥΛΟΥ. Jocose igitur apud Aristophanem *Vespis* unus servorum Philocleonis causam pro Cane Cudatheno orat: nam Thesmotheta non est, qui causam Cudatheni Canis agit, quippe cum is sit, qui εἰσάγει τὴν δίκην εἰς τὸ δικαστήριον. Optime Scholiastes *ad hunc versum* [912.]

οὐδὲν μετέδωκεν οὐδὲ τῷ κοινῷ γ' ἐμοί.

ἔστι δὲ τὰ μὲν περὶ τούτων τοῦ θεράποντος, τὰ δὲ τοῦ γέροντος. Itaque totus locus ita personis est distinguendus:

ΘΕΡ. τῆς μὲν γραφῆς ἠκούσαθ' ἣν ἐγραψάμην,
ἄνδρες δικασταί, τουτονὶ δεινότατα γὰρ
ἔργων δέδρακε κἀμὲ, καὶ τὸ ῥυππαπαῖ.
ἀποδρὰς γὰρ εἰς τὴν γωνίαν τυρὸν πολὺν
κατεσικέλιζε, κἀνέπλητ' ἐν τῷ σκότῳ.
ΦΙΛ. νὴ τὸν Δί' ἀλλὰ δῆλός ἐστ' ἐμοί γέ τοι 332.
τυροῦ κάκιστον ἀρτίως ἐνήρυγεν
ὁ βδελυρὸς οὗτος. ΘΕΡ. κοὐ μετέδωκ' αἰτοῦντί μοι.
καίτοι τίς ὑμᾶς εὖ ποιεῖν δυνήσεται,
ἢν μή τι κἀμοί τις προβάλλῃ τῷ κυνί;
ΦΙΛ. οὐδὲν μετέδωκεν οὐδὲ τῷ κοινῷ γ' ἐμοί,
θερμὸς γὰρ ἁνὴρ οὐδὲν ἧττον τῆς φακῆς.

V. Postquam causam oraverant litigantes. Praeco, cum cadum, in quem calculos mittebant Judices, protulisset, ad Judices dicebat, Cui videbitur N. reus injuste fecisse, perforatum calculum mittat, Cui non videtur damnandus, is integrum calculum mittat, idque Lege imperatum est.

Τὸν κήρυκα κηρύττειν, ΤΩΝ ΨΗΦΩΝ Η ΤΕΤΡΥΠΗΜΕΝΗ ΟΤΩι ΔΟΚΕΙ ἀδικῆσαι ὁ δεῖνα Η ΔΕ ΠΛΗΡΗΣ ΟΤΩι ΜΗ.

Praeco edicito, Cui videtur N. injuste fecisse perforatum calculum mittito; integrum vero, cui non videtur injuste fecisse.

Legis meminit Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [p. 11.] ὁ δὲ κῆρυξ ὁ νυνὶ παρεστηκὼς ἐμοὶ, ἐπηρώτα ὑμᾶς τὸ ἐκ τοῦ νόμου κήρυγμα, ΤΩΝ ΨΗΦΩΝ Η ΤΕΤΡΥΠΗΜΕΝΗ, ΟΤΩι ΔΟΚΕΙ πεπορνεῦσθαι Τίμαρχος. Η ΔΕ ΠΛΗΡΗΣ ΟΤΩι ΜΗ. Cum autem saepe fieret, ut quidam ex Judicibus

calculos suos retinerent, clamabat Praeco, Qui sententiae suae calculum non tulit, surgat & mittat, Aristophanes *Vespis* [*vs.* 750.]

> *ἵν' ὁ κῆρυξ φησὶ*, ΤΙϹ ΑΨΗΦΙ
> ϹΤΟϹ; ΑΝΙϹΤΑϹΘΩ.

Scholia: *ἔνθα ἐν ταῖς δίκαις εἰς ταυτὸ συναγόμενοι οἱ δικασαὶ, τοῦ κήρυκος τὴν κληρωτίδα, ἤτοι τὸν κάδον περιφέροντος ἔβαλον τὰς ψήφους. ἔνιοι δὲ ὑπὸ φιληδίας κατεῖχον αὐτάς. τοῦτο οὖν λέγει ὁ κῆρυξ, ὁ μὴ ἐψηφηφορηκὼς, ἐγερθεὶς βαλλέτω.* [1] Calculi damnatorii erant perforati aut nigri: absolutorii erant albi aut integri. Ulpianus *ad Timocrateam* [*p.* 468.] *αἱ ψῆφοι δὲ ποτὲ μὲν τετρυπημέναι καὶ ἄτρυποι, ποτὲ δὲ μέλαιναι καὶ λευκαὶ, αἱ μὲν τετρυπημέναι καὶ μέλαιναι, ἦσαν αἱ καταψηφιζόμεναι. αἱ δὲ λευκαὶ καὶ ἄτρυποι, ἦσαν αἱ σώζουσαι.* Duae autem erant urnae vel cadi: prior dicebatur *πρότερος ἢ κύριος*, in quem calculos vel *ψήφους κυρίας* mittebant Judices sive absolventes, sive damnantes reum: alter dicebatur *ὕστερος ἢ ἄκυρος*, eratque ligneus, in quem calculi *ἄκυροι*, cum neque damnare neque absolvere vellent, mittebantur. Postquam calculi ab omnibus injecti erant, tum recensebantur, & numerabantur in aeneum cadum, & pleni integrique calculi sive albi absolvebant, perforati autem & nigri damnabant. Phrynichus Musis [apud Harpocration. in *Καδίσκος*.]

> *ἰδοὺ δέχου τὴν ψῆφον, ὁ καδίσκος δέ σοι,*
> *ὁ μὲν ἀπολύων ἐστὶ, ὁ δ' ἀπολλὺς ὁδί.*

Aristophanes *Vespis* [*vs.* 981.]

> ΒΔΕ. *τηνδὶ λαβὼν τὴν ψῆφον ἐπὶ τὸν ὕστερον*
> *μύσας παρᾷξον, κἀπόλυσον, ὦ πάτερ.*
> ΦΙΛ. *οὐ δῆτα, κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.*
> ΒΔΕ. *φέρε νῦν σε τηνδὶ τὴν ταχίστην περιάγω.*
> ΦΙΛ. *ὁ δ' ἐσθ' ὁ πρότερος.* ΒΔΕ. *οὗτος.* ΦΙΛ. *αὕτη 'νταυθενί.*

333. Interpres: *τηνδὶ λαβὼν τὴν ψῆφον. τὴν τετρυπημένην αὐτῷ δείκνυσι ψῆφον. ἀμφορεῖς ἦσαν, ὧν ὁ μὲν κύριος λεγόμενος, εἰς ὃν τὴν κυρίαν ψῆφον καθίεσαν οἱ δικασαὶ, ἢ καὶ καταδικάζοντες,* (male editur, *καὶ δικάζοντες*,) *ἢ καὶ ἀπολύοντες. ὁ δὲ ἕτερος ξύλινος, εἰς ὃν τὰς ἀκύρους καθίεσαν. φαίνονται δὲ συνήθως καλοῦντες τὸν μὲν κύριον ἀμφορέα πρότερον· τὸν δὲ ἄκυρον ὕστερον· εἰς τὸν ὕστερον δὲ καδίσκον τὴν ἀποδοκιμάζουσαν ἐνέβαλον ψῆφον. ὁπότε δὲ πάντες διεψηφίσαντο, εἰς χαλκοῦν κάδον διηριθμοῦντο αἱ ψῆφοι. κατεδίκαζον μὲν αἱ τετρυπημέναι· ἀπέλυον δὲ αἱ πλήρεις.* Sed Aristophanis locum non bene ceperunt viri summi cum Interprete: Calculi duo singulis judicibus dabantur, quorum unus erat integer, alter perforatus, idque fiebat in conspectu litigantium. Aristoteles de Atheniensium Republica: *ψῆφοι δέ εἰσι χαλκαῖ. αὐλίσκον ἔχουσαι ἐν τῷ μέσῳ, αἱ μὲν ἡμίσειαι τετρυπημέναι, αἱ δὲ ἡμίσειαι πλήρεις· οἱ δὲ λαχόντες ἐπὶ τὰς ψήφους, ἐπειδὰν εἰρημένοι ὦσιν οἱ λόγοι, παραδιδόασιν ἑκάστῳ τῶν δικασῶν δύο ψήφους τετρυπημένην, καὶ πλήρη φανερὰς ὁρᾷν τοῖς ἀντιδίκαις,*

[1] Vide *Lucian.* Apol. pro Merc. Conduct. C. 15. & Schol. in ejusdem Harmonid. C. 3. & Bis Accusat. Cap. ult.

κοις, ἵνα μήτε πλήρεις μήτε πάντῃ τετρυπημένας λαμβάνωσιν. Qui absolvere volebat reum, perforatum calculum mittebat in cadum ὕστερον ἢ ἄκυρον; nam hi calculi, qui in hunc cadum mittebantur, non erant κύριοι, id est, non numerabantur: contra vero, qui damnare volebant, in hunc cadum mittebant calculum integrum: Nam κυρίαι tantum erant αἱ ψῆφοι, quae injiciebantur in cadum πρότερον ἢ κύριον dictum; ratioque eorum tantum calculorum habebatur, numerusque inibatur, non autem eorum, qui missi fuerant in cadum ὕστερον ἢ ἄκυρον nuncupatum: itaque cado κυρίῳ ἢ προτέρῳ operculum imponebatur cum rima, per quam unus tantum calculus poterat mitti, ne scilicet aliqua fraus fieret: at vero non item cado ἀκύρῳ ἢ ὑστέρῳ, nam etiam, puto, judex cui non liquebat, ac proinde nollet damnare, neque item absolvere, poterat duos mittere simul calculos in cadum ἄκυρον. Sed haec nostra est conjectura: priora docuerat, meo judicio, Pollux *Libro VIII. cap.* 10. sed paululum corruptus est locus tum a mendo, tum ab interpunctione: adscribam ut eduntur vulgo: ψήφοις δὲ εἶχον χαλκᾶς δύο, τετρυπημένην, καὶ ἄτρυπητον. καὶ κάδον, ᾧ κημὸς ἐπέκειτο, δι' οὗ καθίετο ἡ ψῆφος. αὖθις δὲ δύο ἀμφορεῖς, ὁ μὲν χαλκοῦς, ὁ δὲ ξύλινος, ὁ μὲν κύριος, ὁ δὲ ἄκυρος. τῷ δὲ χαλκῷ ἐξῆν (γρ. ἐπῆν.) ἐπίθημα, μιᾶς ψήφου χώραν ἔχον. οὐ ὕστερον μυστικῶς δικάζοντες ἦσαν ἐκ τῶν ἀποπλευκότων. τὸ δὲ δικαστήριον περιεσχοινίζετο, τοῦ μὲν Βασιλέως προσταγγείλαντος, τῶν δὲ Θεσμοθετῶν πληρούντων τὸ δικαστήριον. τὸ δὲ περισχοίνισμα ἀπὸ πεντήκοντα ποδῶν ἐγίγνετο. καὶ οἱ ὑπηρέται ἐφειστήκεσαν, ὅπως μηδεὶς ἀνυπόπλευτος προσίῃ. [1] Rescribendum puto: τῷ δὲ χαλκῷ ἐπῆν ἐπίθημα, μιᾶς ψήφου χώραν ἔχον, οὐ ὑστέρῳ. id est, οὐχ ὑστέρῳ ἐπῆν ἐπίθημα, μιᾶς ψήφου χώραν ἔχον. eo sensu, quo jam diximus. Sequitur deinde quinam illi sint, qui judicia reddant, ubi agitur de mysteriis, nempe ex *Epoptis*, & foro illo arceri non initiatos, περισχοινίσματι quinquaginta pedum, ne vel unum ad non initiatos verbulum eliminet. Scribo igitur: μυστικὰς (supple δίκας) δικάζοντες ἦσαν ἐκ τῶν ἐποπτευκότων· τὸ δὲ δικαστήριον περιεσχοινίζετο, τοῦ μὲν Βασιλέως προσταγγείλαντος, τῶν δὲ Θεσμοθετῶν πληρούντων τὸ δικαστήριον. τὸ δὲ περισχοίνισμα ἀπὸ πεντήκοντα ποδῶν ἐγίγνετο. καὶ οἱ ὑπηρέται ἐφειστήκεσαν, ὅπως μηδεὶς ἀνυπόπτευτος προσίῃ. Ad Aristophanis versus redeamus, patri perforatum calculum offerens Bdelycleon, jubet cito impetu ferri ad cadum ὕστερον καὶ ἄκυρον, ut calculum hunc perforatum in illum mittat, atque ita reum absolvat: at id se facturum negat Philocleum, sed elegantissime ludit. Scribo:

ΒΔΕ. τηνδὶ λαβὼν τὴν ψῆφον, ἐπὶ τὸν ὕστερον 334.
μύσας παρᾴξον, κἀπόλυσον, ὦ πάτερ.
ΦΙΛ. οὐ δῆτα, κ' ἰθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.

Ludit enim in voce ambigua, nam [2] τὸ ἰθαρίζειν (formatur a nomine ἰθαρὸς,)

1 Satis prudenter in *Pollucis* se loco Petitus exercet. Ἐπῆν haud dubie verum est, speciosa cetera. Confer tamen viros doctos ad *Polluc.* VIII, 123.

2 Nescio quo Petitus Graecae linguae magistro edoctus fuerit ἰθαρίζειν idem esse cum τῷ παρᾴξειν. quantum enim recordor, illud ἰθαρίζειν nusquam legitur, fertili Auctoris ingenio progenitum. *Hesychio* ἰθαρ est εὐθέως, ταχέως. ἰθαροῖς, ταχεῖν, ἰλαροῖς καλοῖς &c. Hinc fecit ἰθαρίζειν, & novandi quadam prurigine *Aristophani* obtrusit. Considerasset ejusdem fabulae vs. 953., & vidisset Philocleonem joco Bdelycleoni reddere, quod de alio pronunciarat ipse. Confer Criticos veteres cum in versum.

ρὸς,) idem est cum τῷ παρᾴδειν, quod scire se negat: rursum si pronunties κ' ἰθαρίζειν tanquam unam vocem, negat se scire canere, & alludit ad calculum τετρυπημένον, αὐλίσκον ἔχοντα, ut loquitur Aristoteles in Atheniensium Republica, quem negat scire se mittere in τὸν ὕστερον ἀμφορέα. Aderant autem, ut *in superioribus* diximus, actor, reusque, cum ferrentur suffragia: adstabant quoque Praeco cum Magistratu, qui judices erat sortitus dederatque, (nam quod Scholiastes Comici ad Thesmothetas refert, frustra est, si ad omnia referat judicia: *eo* enim *dramate Vespis*, Thesmothetarum nomen occurrit, quia Thesmothetae dederant judices, qui haec judicia redderent,) adstabant, inquam, cum virga, & operam dabant, ne quid ibi fraudis fieret, & mutaretur jactus. Scholia Comici *ad Vespas*: ἑστῶτος γὰρ τοῦ τε κατηγοροῦντος, καὶ τοῦ ἀπολογουμένου, ῥάβδον κατέχει παρεστὼς ὁ κῆρυξ ἢ Θεσμοθέτης, καὶ τούτῳ ἐπιτίθησι τοὺς καταψηφισθέντας, ἵνα μὴ ἕτερος ἀνθ' ἑτέρου ἀπαχθῇ. Numeratis calculis, si major esset pars perforatorum sive nigrorum, longam in tabella exarabant lineam, quae damnatoria erat: si vero plures essent integri sive albi, brevem, quae absolutoria erat. Scholiastes Comici: περιείρηται ὑπὲρ τοῦ τοῖς δικασταῖς ἐν πινακίῳ, ἤτοι ἐπὶ σανίδος κηρῷ ἀληλιμένης ὁπότε καταλαμβάνοιεν τινα τῷ τολμήματι, ἕλκειν μακρὰν γραμμήν· ὁπότε ἀπολύοιεν, βραχεῖαν. καὶ ἑξῆς, δότε μοι ξίφος τάχιστα. ἢ πινάκιον τιμητικόν. τοῦτο δὲ ἐποίουν μετὰ τὸ ἀποβλέψαι εἰς τὰς ψήφους τὰς ἐν τῇ κάλπιδι. εἰ γὰρ ἑώρων τὰς μελαίνας πλείους, ἐχάραττον τῷ ὄνυχι τὴν μακράν. εἰ δὲ τὰς λευκάς, τὴν βραχεῖαν.

VI. Quod si pares essent calculi, secundum reum pronunciabatur, ex hac Lege:

Τὸν φεύγοντα νικᾶν ἴσαις ψήφοις. *Paribus calculis secundum reum pronunciato.*

[1] Legem laudat Euripides *Electra* [*vs.* 1268.]

> καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται,
> νικᾶν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.

Idem *eadem fabula* [*vs.* 1265.]

> ἴσαι δέ σ' ἐκσώζουσι μὴ θανεῖν δίκῃ
> ψῆφοι τεθεῖσαι.

Idem *dramate*, cui titulus *Iphigenia in Tauris* [*vs.* 1469.]

> γνώμης δικαίας οὕνεκ' ἐξέσωσά σε,
> καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφοις ἴσας
> κρίνασ', Ὀρέστα, καὶ νόμισμ' εἰς ταυτό γε
> νικᾶν, ἰσήρεις ὅστις ἂν ψήφοις λάβῃ.

Quae alludunt ad ista Aeschyli *Eumenidibus* [*vs.* 737.] e Minervae persona:

> ἐμὸν τόδ' ἔργον, λοισθίαν κρῖναι δίκην·
> ψῆφον δ' Ὀρέστῃ τήνδ' ἐγὼ προσθήσομαι.
> νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ.

335. Scholia: ἐγὼ προσθήσω τὴν ἐσχάτην ψῆφον, ἢ ὅτι ἂν ἴσαι γένωνται, νικᾷ ὁ κατηγορούμενος. Aristophanes *Ranis* [*vs.* 695.]

κελα-

[1] De *Calculo Minervae*, Ἀθηνᾶς ψῆφος *Luciano* Harmonid. C. 3., plura *Stanleius* ad *Aeschyli* Eumenid. vs. 737. & 757. & *Spanhem.* in *Aristophan.* Ran. vs. 697.

κελαδεῖ δ' ἐπίκλαυτον ἀηδόνιον
νόμον, ὡς ἀπόλειται,
κἂν ἴσαι γένωνται.

Scholiastes: αἱ ψῆφοι δηλονότι αἱ λευκαὶ καὶ αἱ μέλαιναι. ὑπερβολικῶς δὲ εἶπεν. ὅταν γὰρ ἴσαι γένωνται αἱ ψῆφοι, ἀπολύεται ὁ κατηγορούμενος. πρὸς τὸ ἔθος δὲ ὅτι φεύγων ἀπολύεται ἴσων τῶν ψήφων ἐνεχθεισῶν. Habes quoque apud Aristotelem *in Problematis Tmemate XXIX. Problemate* 13. ἐπεὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι γεγόνασι, τὸ νικᾶν τῷ φεύγοντι ὁ νομοθέτης ἀπένειμεν.

VII. In judiciis autem, in quibus non de capite, sed de rebus pecuniariis agebatur & disceptabatur, unicuique litigantium, quotquot erant, assignatus erat secundum Leges cadus, in quem mitterentur calculi a judicibus: atque ille vicerat, in cujus cado plures essent calculi:

Τοὺς καδίσκους τιθέναι κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀμφισβητούντων.	*Cados apponunto pro litigantium numero.*

Demosthenes hujus Legis meminit ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον [*p.* 602.] καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπιβουλευσάντων καὶ συναγωνιζομένων ἀλλήλοις ἐφ' ἡμᾶς, καὶ δίσκων τεττάρων τεθέντων κατὰ τὸν νόμον, εἰκότως, οἶμαι, οἱ δικασταὶ ἐξηπατήθησαν, καὶ ἐστασίασαν ἀλλήλοις. καὶ παραχρουσθέντες ὑπὸ τῆς παρασκευῆς, ἐψηφίζοντο, ὅ, τι τύχοι ἕκαστος. καὶ αἱ ψῆφοι ὀλίγαις πάνυ ἐγένοντο πλείους, ἢ τρισὶν, ἢ τέτταρσιν ἐν τῷ Θεοπόμπου καδίσκῳ, ἢ ἐν τῷ τῆς γυναικός. Mendosa ista sunt, καὶ δίσκων τεττάρων τεθέντων,[1] legendum est, καδίσκων πέντε τεθέντων. Quinque enim erant de haereditate ἀμφισβητοῦντες, Theopompus, Glaucon, Glaucus, Eupolemus, & Philomache, contra quam priores illi quatuor disceptabant.

VIII. Postquam primis sententiis judices statuerant, damnarent, aut absolverent reum, reo damnato, si fraus capitalis non erat, reus interrogatus quasi poenam aestimabat, judicesque iterum sententias ferebant de poena: ita Legibus cautum erat:

[2] Τοὺς δικαστὰς προστιμᾶν τὴν τιμωρίαν, τὸν φεύγοντα ἀντιτιμῆσαι αὐτῷ, ὅτι ΤΟΙΟΔΕ ΕΙΜΙ ΑΞΙΟΣ. λοιπὸν παρὰ τῷ δικαστῇ εἶναι τὴν κρίσιν τοῦ ἀνασχέσθαι, ἢ οὔ.	*Judices reo poenas proponunto: Reus quasi poenam aestimato: judices de ea sententiam ferunto.*

Meminit Ulpianus ad haec Demosthenis verba ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [*p.* 468.]

1 Emendatio certa est, neque neglecta ab *H. Valesio* ad *Harpocrat.* p. 41.

2 Haec redarguit *Cl. Salmasius* in Observ. ad jus Attic. p. 247. Scribi enim debuisse προστιμᾶν, & verti, *judices poenam aestimanto.* Sed προστιμᾶν error videtur operarum, quoniam προστίμα in *Ulpiani* verbis, e quibus Lex concinnata est, Petitus retinet. Aliud est, idque gravius multo, quod & *Petito* & *Salmasio* obmovit *Des. Heraldus* Animadv. ad jus Att. & Rom. L. III, 3. Uterque in *Ulpiani* Scholio προστίμα ὁ δικαστὴς, quo modo *Parisiensis* veteresque Editiones aliae praeferunt, probavit. Id vero foro & moribus Atticis contrarium esse, quibus actor litem aestimabat prior, tum eandem contra aestimabat reus; Judex autem de aestimatione accusatoris & contra aestimatione rei sententiam ferebat. Hoc clarissime docere *Demosthenis* Scholiasten. Recipiendum ergo fuisse ex Wolfiana Editione προστίμα ὁ διώκων *litem aestimabat accusator*: praesertim cum *Ulpianus* dicat, ἐν λόγῳ τῆς τιμωρίας i. e. ea in oratione, qua de poena contendebatur, quaeque accusatoris erat, litem fuisse aestimatam. Sic *Heraldus*, cui adstipulor, modo τίμημα legatur. Nam προστιμᾶν aliud est, & ad judicem praecipue pertinet.

[*p.* 468.] χρημάτων δὲ πολλῶν αὐτοῦ ἐκείνου ἀντιτιμωμένου· ἤδη ἐγνωσμένον ὅτι ἐν τῷ λόγῳ τῆς τιμωρίας, προστετίμηκα ὁ δικαστής. εἶτα ἐξῆν τῷ φεύγοντι ἀντιτιμήσασθαι αὑτῷ, ὅτι ΤΟΙΔΕ ΕΙΜΙ ΑΞΙΟΣ. λοιπὸν παρὰ τῷ δικαστῇ ἦν ἡ κρίσις τοῦ ἀνασχέσθαι, ἢ οὔ. Eugraphius Terentii Interpres: *Ab Atheniensibus haec Lex fuerat constituta, uti damnatis poenae proponerentur, ut eligerent, quam vellent: & si leviorem eligerent, graviore afficiebantur.* M. Tullius *Libro I. de Oratore* [C. 54.] de Socrate agens: *Ergo ille quoque damnatus est: neque solum primis sententiis, quibus tantum statuebant judices, damnarent, an absolverent, sed etiam illis, quas iterum Legibus ferre debebant. Erat enim Athenis, si fraus capitalis non esset, quasi poenae aestimatio.* [1] *ex sententia, cum judicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi aestimationem commeruisse se maxime*
336. *confiteretur: quod cum interrogatus Socrates esset, respondit, sese meruisse, ut amplissimis honoribus, & praemiis decoraretur, & ut ei victus quotidianus in Prytaneo publice praeberetur: qui honos apud Graecos maximus haberetur. Cujus responso sic judices exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent.* Diogenes Laërtius *in Socrate* [*Sect.* 41.] καὶ τιμωμένων τῶν δικαστῶν, τί χρὴ παθεῖν τὸν Σωκράτην, ἢ ἀποτίσαι, πέντε καὶ εἴκοσιν ἔφη Σωκράτης δραχμὰς ἀποτίσειν. Εὐβουλίδης μὲν γὰρ φησὶν ἑκατὸν ὁμολογῆσαι· θορυβησάντων δὲ τῶν δικαστῶν, ἕνεκα μὲν (εἶπε) τῶν ἐμοὶ διαπεπραγμένων τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως καὶ οἱ θάνατον αὐτοῦ κατέγνωσαν. Ubi etiam habes solennia verba hujus quasi aestimationis: ΤΙΜΩΜΑΙ ΤΗΝ ΔΙΚΗΝ ΤΟΙΔΕ. Incertus Auctor apud Stobaeum *Sermone* περὶ ἀρετῆς [*p.* 19.] καθάπερ καὶ Σωκράτης ἦν αὐτῷ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, εἰ ἐβούλετο, ἐξελθεῖν· καὶ τῶν δικαστῶν κελευόντων ἀργυρίου τιμήσασθαι· οὐ προσεῖχεν, ἀλλὰ τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως ἐτιμήσατο. & apud Aristophanem *Ranis* [*vs.* 1044.] quasi reum alloqueretur Euripidem Aeschylus:

τί παθεῖν φήσεις ἄξιος εἶναι; ΔΙΟ. τεθνάναι.

[2] Plato *Critone* [*p.* 52. *C.*] ἔτι τοίνυν ἐν αὐτῇ τῇ δίκῃ ἐξῆν σοι φυγῆς τιμήσασθαι, εἰ ἐβούλου. Ex hoc more apud Terentium *in Andria* palliata Menandri fabula, *Act. III. Sc. V.* [*vs.* 15.]

P. *An non dixi hoc esse futurum?* D. *Dixti.* P. *Quid meritus?*
D. *Crucem.*

Accusator quoque aestimabat litem, idque primum quando rei nomen apud Magistratum deferebat, eandemque litis aestimationem, nisi judicio vicisset, in se constituebat; Aristophanes *Pluto* [*vs.* 480.]

ΧΡ. τί δῆτά σοι τίμημ᾽ ἐπιγράψω τῇ δίκῃ,
ἐὰν γ᾽ ἁλῷς. ΠΕ. ὅ, τι σοὶ δοκεῖ. ΧΡ. καλῶς λέγεις.
ΠΕ. τὸ γὰρ αὐτὸ γ᾽ ἂν ἡττηθεὶς καὶ σφῷ δεῖ παθεῖν.

Scholia: ἔθος δ᾽ ἦν πάλαι τοῖς δικαζομένοις γράφειν περὶ τῆς κρίσεως ὡς τιμωρίαν ἡττηθεὶς δοίη. Exemplum habes ἐν παρανόμων γραφῇ adversus Ctesiphontem, & in dica Socrati scripta: ΑΔΙΚΕΙ ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΤΙΜΗΜΑ ΘΑΝΑΤΟΣ. Postea etiam postquam judicum calculis reus erat damnatus, & antequam illi iterum in suffragia mitterentur περὶ τοῦ τιμήματος, quemadmodum damnatus τὸ τίμημα ἐτιμᾶτο, ita etiam actor quoque aestimabat litem. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας primore. ἀλλὰ ἐπειδὴ περὶ τοῦ τιμήματος λαυ-

1 *Ciceronis* hunc locum idem *Heraldus* diligenter examinat, corrigitque l. c. p. 204.
2 Vide eundem *Platonem* Apol. Socrat. p. 37. A. & p. 38. B.

λαμβάνονται ψῆφον οἱ δικασταὶ, δεομένων ἡμῶν συγχωρῆσαι, οὐκ ἤθελεν· ἀλλὰ πεντεκαίδεκα ταλάντων ἐτιμᾶτο. ἀλλὰ οἱ δικασταὶ ἐτίμησαν ταλάντου. Atque haec litis aestimatio fiebat, quando τὸ τίμημα ἐν τοῖς νόμοις οὐκ ἔστιν ὡρισμένον, ut loquitur Harpocration, & oportet, ut ὁ κατήγορος τίμημα ἐπιγράφηται, ὁπόσου δοκεῖ ἄξιον εἶναι τὸ ἀδίκημα, οἱ δὲ δικασταὶ ἐπικρίνωσιν. ut, exempli gratia, in judiciis quae fiebant ἐπὶ τοῖς δημοσίοις ἀδικήμασι. Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 325.] ἐπὶ γὰρ τοῖς ἰδιωτικοῖς ἐκ τῶν νόμων ὥριστο τὸ τίμημα, ἐπὶ δὲ τοῖς δημοσίοις, ὁ κατήγορος ἐτιμᾶτο.

IX. In judiciis litem addicebant ante *Solem occasum*, qui *suprema tempestas* erat veteri Lege:

Ο ΗΛΙΟΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΡΩΝ Η ΕΣΧΑΤΗ ΩΡΑ ΕΣΤΩ.	SOL OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO.

Fragmentum hoc Legis habes apud Stobaeum *Sermone I.* [*p.* 19.] e Stoïco Scriptore: [1] καὶ τριῶν ἡμερῶν αὐτῷ δοθεισῶν, τῇ πρώτῃ ἔπιεν, καὶ οὐ περι- 337.
έμεινε τῆς τρίτης ἡμέρας ΤΗΝ ΕΣΧΑΤΗΝ ΩΡΑΝ παρατηρεῖν, ἥ ἐστιν ΗΛΙΟΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΡΩΝ. *Solem* autem *occidere* significavit Legislator his verbis, Ο ΗΛΙΟΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΡΩΝ, qui opposita montium summa cacumina & fastigia lustrat, cum jam plana terrarum deserat: [2] neque enim Athenis, quarum situs in his interpretandis observandus est, Sol in montibus occidit: nam Atticae montes Borealem ejus plagam fere occupabant ad Occidentem ejus declinantes. Strabo *Libro IX.* [*p.* 599.] τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη τὸ προσάρκτιόν ἐστι πλευρὸν, ἀπὸ τῆς Ὠρωπίας ἐπὶ δύσιν παρατεῖνον μέχρι τῆς Μεγαρίδος, ἡ Ἀττικὴ ὀρεινὴ, πολυώνυμός τις, διείργουσα τὴν Βοιωτίαν ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς. Litem addixisse ante Solem occasum probat, quod de *Arbitris* legitur apud Demosthenem *in Midiana* [*p.* 344.] ejusque Interpretem Ulpianum. Demosthenes, τὸ τελευταῖον δ', ὡς οὔτ' ἐγὼ οὐ συνεχώρουν, οὔθ' οὗτος ἀπήντα, τῆς δ' ὥρας ἐγίγνετο ὀψὲ, κατεδιῄτησεν. Ulpianus: ὅτι μέχρι ἄχρι τῆς ἑσπέρας ὀφείλει Διαιτητὴς μὴ φανέντος δὲ τοῦ φεύγοντος, καταδικάζειν, ἣν ὁ νόμος βούλεται καταδίκην.

Ex hoc Atheniensium jure desumptum est Kaput istud Legis XII. Tabularum: ANTE MERIDIEM CAVSAM CONSCITO, CVM PERORANT, AMBO PRAESENTES POST MERIDIEM PRAESENTI LITEM ADDICITO; SI AMBO PRAESENTES, SOL OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO. Quibus verbis significatur, ante meridiem fuisse cognoscendum a Praetore sive judice de lite, causamque fuisse perorandam a litigantibus; quod si quis litigantium vadimonium non obiissent, post meridiem secundum illum qui praesens aderat, pronunciabatur. Si vero ambo praesentes fuissent, ad Solem usque occasum poterant detineri judices, ut litem dirimerent: superveniens autem suprema tempestas, id est, Sol occasus, judices dimit-

1 Sumpsit Anonymus Scriptor ex *Platon.* Phaedon. p. 116. E. ubi ad Socratem Crito; Ἀλλ' οἶμαι ἔγωγε ἔτι ἥλιον εἶναι ἐπὶ τοῖς ὄρεσι καὶ οὔπω δεδυκέναι, καὶ ἅμα ἐγὼ οἶδα καὶ ἄλλους πάνυ ὀψὲ πίνοντας. Adde p. 61. E. Quae cum nihil indicent aliud, ac Socratem, mortis damnatum, cicutam ante solis occasum bibere debuisse, videtur Petitus hanc suam legem latius atque oportuerat extendisse. Porro in Anonymi verbis perperam legit, ἢ ἐστὶν ἥλιος pro ἥ ἐστιν, ut apud *Stobaeum*.

2 Si bene se habet scriptura, nec sit mendum in voce *neque* ex *utique* natum, graviter, meo judicio, Petitus errat. Nam procul dubio Athenae in occiduis partibus montes habebant, ut Cithaeronis partem quandam, Gerantam montem, Moluridis scopulum & Scironidas petras, Oneios montes, e Scironiis saxis versus Boeotiam & Cithaeronem porrectos, de quibus *Strab.* L. IX. p. 602. & *Pausan.* Attic. c. 44. At regio Atticae Orienti & Meridiei obversa maritima erat & idcirco planior. Sol igitur supra montes sol erat occidens. PALMER.

dimittebat. Sed id videtur postea paululum mutasse, ut conjicimus e verbis Pauli Libro I. ad Edictum: *Urbis appellatio muris: Romae autem continentibus aedificiis finitur, quod latius patet. Cujusque diei major pars est horarum septem primarum diei, non supremarum. l. 2. D. de verborum significatione.* Quam Legem ita interpretatur maximus Jurisconsultorum. Cum dies naturalis sit horarum XII. media diei pars est horarum sex. Hora sexta meridies, & consequenter major diei pars horarum septem. Sed utrum primarum, an supremarum? Sane primarum, vel quia recentes & integri mane libentius homines dant se ad laborem, quam fessi jam. Post meridiem, longis diebus, etiam locatore invito, his qui suas operas conduxerunt, adquiescere & meridiari licet. quod receptum est argumentum. *l. Medicus 26. D. de operis libertorum.* Vel potius, quia eis Romani litibus negociisque gerendis potissimum vacabant. Referendam autem eam Legem puto, ad Tribunum pl. & Praetorem, suadente inscriptione, quibus extra urbem non erat jus abnoctandi, sicut Praesidi jus non est abnoctandi extra Provinciam. *l. illud 15. D. de officio Praesidis.* Abnoctasse videtur, si nulla parte noctis in urbe fuerit, non si majore parte, veluti horis octo. Major pars noctis est horarum octo, vel septem supremarum, quod paulo ante
338 diem exsurgere homines soleant: Diei autem septem primarum, quibus si abfuerit Praetor vel Tribunus extra urbem, partem majorem diei abfuisse dicetur: & ob id diei & urbis definitionem jungit, sicut in *l. urbis 2. D. de verbor. signif.* Hactenus Vir Cl. a cujus sententia in quibusdam absumus. Nam, quanquam fateamur, ut ex Inscriptione Libri Pauli, quae est *ad Edictum*, patet, ista referenda esse ad Praetorem, puto tamen conjungi *urbis* & *majoris partis diei* definitionem, quia agebatur de loco atque tempore, quibus Praetor jus dicit, nempe in *urbe*, quae *muris*, aut *Romae*, quae *continentibus aedificiis finitur*: ad *majorem* autem *diei partem* usque erat adeundus, & causae perorandae a litigantibus: e Legibus XII. ut jam diximus, ad meridiem usque constitutum fuit tempus; Edicto vero Praetoris paulo majus definitur intervallum, nempe *major pars diei*, quae dicitur esse *horarum septem*, & ut apud Juvenalem *Satyra* VI. [*vs.* 181.]

—— Quis deditus autem
Usque adeo est, ut non illam, quam laudibus effert,
Horreat, inque diem septenis oderit horis?

Sed *horae* hac *septem* definiuntur *primae diei, non supremae*: & bene id quidem: nam *supremis diei horis* jus dici non poterat, neque judicium reddi, cum circa horam decimam dimitti judices a Praetore mos esset, imo Lex. Varro *Libro V. de L. L. Suprema, summum diei, id a supremo. hoc tempus duodecim tabulae dicunt occasum esse Solis: sed postea Lex Praetoria id quoque tempus jubet esse supremum; quo Praetor in Comitio supremam pronuntiavit populo.* Censorinus *Libro de die Natali extremo. Inde de* meridie: *hinc* suprema. *quamvis plurimi* supremam *post occasum Solis esse existimant: quia est in XII. Tabulis scriptum sic:* SOL OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO. *Sed postea M. Plaetorius Tribunus plebis scitum tulit, in quo scriptum est:* PRAETOR VRBANVS QVI NVNC EST QVIQVE POSTHAC FIET DVO LICTORES APVD SE HABETO ISQVE VSQVE AD SVPREMAM IVS INTER CIVES DICITO. Atque ex hoc jure optime Servius interpretatur ista Vergilii verba e *Libro IX.* [*vs.* 156.]

Melior quoniam pars acta diei.

Id est, major, & prima, quia, ut dixi, *supremis diei horis* jus non dicit Praetor.

X. Lege actio dabatur adversus eos qui data vel accepta pecunia corrumperent judicia, aut in Rempublicam conjurarent: itemque adversus advocatos nummarios.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΣΥΝΙΣΤΗΤΑΙ Η ΣΥΝΔΕΚΑΖΗ ΤΗΝ ΗΛΙΑΙΑΝ, Η ΤΩΝ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΩΝ ΤΙ ΤΩΝ ΑΘΗΝΗΣΙΝ, Η ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ ΕΠΙ ΔΩΡΟΔΟΚΙΑ ΧΡΗΜΑΤΑ ΔΙΔΟΥΣ, Η ΔΕΧΟΜΕΝΟΣ, Η	*Si quis coierit, aut data vel accepta pecunia muneribus corruperit Heliaeam, aut quodvis aliud Atheniensium forum, aut Senatum, aut coetum fecerit ad*

ΕΤΑΙ-

Digitized by Google

ΕΤΑΙΡΙΑΝ ΣΥΝΙΣΤΗ, ΕΠΙ ΚΑΤΑΛΥΣΕΙ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ, Η ΣΥΝΗΓΟΡΟΣ ΩΝ ΛΑΜΒΑΝΕΙ ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ ΕΠΙ ΤΑΙΣ ΔΙΚΑΙΣ, Η ΙΔΙΑΙΣ, Η ΔΗΜΟΣΙΑΙΣ ΤΟΥΤΩΝ ΕΙΝΑΙ ΤΑΣ ΓΡΑΦΑΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΣ.

evertendam Rempublicam, aut advocatus pecuniam accipiat litis causa, sive privatae, sive publicae: eorum nomina apud Thesmothetas deferri cuivis jus esto.

Legem descripsit Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β'. 339
[p. 637.] καί μοι ἀνάγνωθι τὸν νόμον. ΕΑΝ ΤΙΣ ΣΥΝΙΣΤΗΤΑΙ Η ΣΥΝΔΕΚΑΖΗ, &c. Licebat igitur Lege hac apud Thesmothetas postulare illos qui in Rempublicam conjuraverant, adversus eos item, qui judicia corrumperent, dabatur actio. Atque *Anytum* nescio quem instituisse judicia corrumpere refert Aristoteles de Atheniensium Republica apud Harpocrationem: Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ Ἄνυτόν φησι καταδεῖξαι τὸ δεκάζειν τὰ δικαστήρια. Alium auctorem facit Etymologicographus: πρῶτον δὲ φησὶ δεκάσαι Μέλητα, sed rescribendum puto [1] Μέλητον, atque is ipse, sive a quo accepit Etymologicographus, quia apud Aristotelem legerant de Anyto, quem fuisse crediderunt accusatorem illum Socratis, Melitum quoque, qui cum eo Socratem accusavit, auctorem fecerunt τοῦ δεκάζειν τὰ δικαστήρια, pudendo errore, cum hic Anytus longe antiquior sit eo, qui Socratem accusavit. Denique actio dabatur adversus advocatos nummarios, qui munera accipiebant, ut fidem advocationis violarent. Accipiebant illi honorarium τὸ συνηγορικόν. Aristophanes *Vespis* [vs. 689.]

αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικὸν, δραχμήν.

Scholia: ἐλάμβανον γὰρ οἱ Ῥήτορες δραχμὴν, ὅτε συνηγόρουν ὑπὲρ τῆς πόλεως,

1 Rescribe, ô Petite, Μέλητον. Sed quod ais pudendum errorem admissum ab Etymologicographo, sive a quo is accepit, qui propterea quod legerant Anytum ab *Aristotele* auctorem corrumpendi judicia factum, & sciebant Anytum Melito in accusando Socrate socium fuisse, Melitum quoque auctorem corrumpendi judicia fecerint, *cum hic Anytus longe antiquior sit eo, qui Socratem accusavit*: Unde id habes? An propterea, quod credis antiquiorem fuisse hunc morbum corrumpendi judicia? Poterat id quidem esse, cum vitia sint hominibus coaeva; sed tamen Anytus & Melitus illustres hac in re fuere corruptissimo in Socratem judicio. SALVIN.

Ibid. Errat sine dubio Petitus, qui Anytum, quem Athenis corrumpendorum judiciorum auctorem fuisse dicit *Aristoteles*, longe antiquiorem Anyto illo fuisse putet, qui Socrati Melitum accusatorem subornavit. Anytus, Anthemionis Fil. sub finem belli Peloponnesiaci proditae Pyli accusatus, primus pecunia judices corrupit, testibus *Plutarcho* in vita Coriolani p. 400. Ed. Steph. & *Diodoro Siculo* L. XIII. p. 365., qui id in annum quartum Olympiadis XCII. id est, in annum quartum ante finem belli Peloponnesiaci confert. At Socrates septimo vel octavo post finitum hoc bellum anno, tertio Olympiadis XCV., ut est apud *Diodorum* L. XIV. p. 416. & *Diogenem Laertium* II, 44., damnatus est. Est ergo tantum undecim annorum intervallum, & constat satis Anytum, quem *Aristoteles* memorat, non esse longe antiquiorem illo Anyto, qui Melitum in Socratem immisit. Et fortassis idem fuerit: neque enim vel ratio temporis obstat, quo minus idem esse potuerit, vel in Scriptoribus vetustis quidquam est, e quo diversos fuisse liqueat. Nam quod *Plato*, *Xenophon*, *Diodorus*, *Laërtius* & alii hunc tantum Anytum vocant; non addito nomine patris, *Plutarchus* autem & *Diodorus* illum Anytum Anthemionis Fil., id non satis argumenti est ad eos distinguendos: quia saepe idem homo modo addito, modo omisso nomine patris indicatur. Idem de eo sentio, quem *Isocrates* in Except. adversus Callimachum p. 375. Ed. Steph. tantum Anytum, *Plato* in Menone p. 90 Ed. Steph. ac *Plutarchus* in Alcibiade p. 352. Anytum Anthemionis filium vocant. Etsi autem Petitus errat in adsignanda aetate Anyti, qui primus Athenis judices corrupit, tamen Etymologici M. Auctor recte reprehendi potest eo nomine, quod Melitum auctorem illius rei facit. *Meursius* quidem eum liberare culpa conatus est Areop. cap. X. nam quod *Aristoteles* apud *Harpocrationem* de Anyto tradit, etiam ad Melitum transfert, ac primos Anytum & Melitum id tactitasse dicit, *postquam nempe contra Socratem conspirassent*. In eadem sententia videtur fuisse *Salmasius*. Sed hoc facile refelli potest e *Plutarcho* & *Diodoro*, qui Anytum aliquot annis ante condemnationem Socratis primum instituisse δεκάζειν τὰ δικαστήρια prodiderunt. Nec scio quam vere viri docti dicant judices Socratis ab Anyto & Melito corruptos fuisse, de quo neque in *Platonis* & *Xenophontis* Apologiis Socratis, neque in *Diogene Laertio* ac *Diodoro Siculo* quidquam relatum invenio. DUKER.

πόλεως, ἢ ὑπὲρ ἄλλου τινός. Apud Romanos Lex Cincia vetabat, ne quis ob orandam caufam pecuniam penumve acciperet: eaque fancita Senatusconfultis, etiam ad Trajani tempora. Poftea tamen, *in honorariis advocatorum*, verba funt Ulpiani Libro VIII. de omnibus Tribunalibus, *ita verfari debere judicem, refcripto Imperatoris noftri & patris ejus continetur; ut pro modo litis, proque advocati facundia, & fori confuetudine, & judicii, in quo erat acturus, aeftimationem adhibeat: dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur: Licita autem quantitas intelligitur pro fingulis caufis centum aureos. l. 2. §. 10. & 12. D. de extraord. cognit.* At contra *infidae advocationes puniuntur. l. 16. D. de poenis.*

XI. Pactiones adverfariorum coram teftibus, non vi, non coacte, initae, ratae erant ex hac Lege:

ΟΣΑ ΑΝ ΤΙΣ ΕΚΩΝ ΕΤΕΡΟΣ ΕΤΕΡΩι ΟΜΟΛΟΓΗΣΗι ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΤΑΥΤΑ ΚΥΡΙΑ ΕΙΝΑΙ.	*Quaecumque alter cum altero volens cum volente coram teftibus pactus fuerit, rata funto.*

Legem hanc non femel laudat Demofthenes, e cujus variis locis eam defcripfimus: & primo quidem ἐν τῷ πρὸς Φαίνιππον [p. 596.] ἥκει πρὸς ὑμᾶς παραβεβηκὼς νόμον κελεύοντα, κυρίους εἶναι τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμολογίας, ἃς ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ποιήσωνται. Idem ἐν τῷ κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν [p. 648.] ἀνάγνωθί μοι τὸν νόμον, ὃς κελεύει ΚΥΡΙΑ ΕΙΝΑΙ ἅττα ΑΝ ΕΤΕΡΟΣ ΕΤΕΡΩι ΟΜΟΛΟΓΗΣΗι. Idem ἐν τῷ κατὰ Διονυσοδώρου [p. 699.] νόμοι κελεύουσιν, ΟΣΑ ΑΝ ΤΙΣ ΕΚΩΝ ΕΤΕΡΟΣ ΕΤΕΡΩι ΟΜΟΛΟΓΗΣΗι ΤΑΥΤΑ ΚΥΡΙΑ ΕΙΝΑΙ. Cujus Legis ratio pendet ex hoc juris Attici axiomate & regula apud Harpocrationem, ὁμολογίαι γὰρ αἱ συνθῆκαι. Stare enim unumquemque oportet fuae confeffioni, cum ei non poffit obviare: nam *confeffus quodammodo fua fententia damnatur. l. 1. D. de confeffis.*

XII. Sed tamen videndum erat ne Legibus pactiones adverfariorum adverfarentur.

340. Μὴ συντίθεσθαι παρὰ τὸν νόμον. *Adverfus Leges ne pacifcitor.*

Legem hanc laudat Ariftoteles *Libro I. Rhet. cap.* 25. καὶ εἴ που ἐναντίος νόμῳ εὐδοκιμοῦντι, ἢ καὶ αὐτὸς αὑτῷ· οἷον, ἐνίοτε, ὁ μὲν, κελεύει κύρια εἶναι, ἅττ' ἂν συνθῶνται· ὁ δὲ, ἀπαγορεύει μὴ συντίθεσθαι παρὰ τὸν νόμον.

Athenienfes Leges hae, praeiverunt Romanis Decemviris: quorum Lex five Legis fragmentum e XII. Tabulis legitur in haec verba: REM VBI PAKVNT ORATO NI PAKVNT. Sed ifta REM VBI PAKVNT dependent e fuperioribus: quod fequitur, ORATO NI PAKVNT hunc habent fenfum, judicio experiundum effe apud Praetorem, nifi inter fe velint pacifci adverfarii: quo autem loco, quo item tempore adeundus effet Praetor, qui jus diceret, fequens Legis XII. Tabularum declarat, ANTE MERIDIEM IN FORO AVT IN COMITIO CAVSAM CONSCITO, &c. nam in fuperioribus habes. Secundum hanc Legem ait Praetor Edicto apud Ulpianum Libro IV. ad Edictum: PACTA CONVENTA QVAE NEQVE DOLO MALO, NEQVE ADVERSVS LEGES PLEBISCITA SENATVSCONSVLTA EDICTA PRINCIPVM, NEQVE QVO FRAVS CVI EORVM FIAT FACTA SERVABO. *l. 7. §. 7. D. de Pactis.* Ac quidem optime ita edicit Praetor, nam *pacta, quae turpem caufam continent*, aut *in fumma, quae a re privata remota funt, non funt fervanda. l. 27. §. 4. D. eod.*

XIII. Pacta conventa facta adeo rata erant, ut de iis, quae pacti effent adverfarii, litem moveri, aut judicium reddi Lege jus non effet:

ΩΝ

Digitized by Google

ΩΝ ΑΝ ΑΦΗι ΚΑΙ ΑΠΑΛΛΑΞΗι ΤΙΣ ΜΗΚΕΤΙ ΤΑΣ ΔΙΚΑΣ ΕΙΝΑΙ.	*Eorum, de quibus pacta conventa facta sunt, lites ne sunto.*

Meminit Legis Auctor *Argumenti Orationis* Demosthenicae πρὸς Πανταίνετον. ὁ δὲ Νικόβουλος παραγράφεται τὸν ἀγῶνα, καθ' ἕνα μὲν ἐκεῖνον νόμον τὸν κελεύοντα, περὶ ὧν ἂν ἄφεσις καὶ ἀπαλλαγὴ γένηται, περὶ τούτων μηκέτι ἐξεῖναι δικάζεσθαι. *Hac ipsa Oratione* [*p.* 566.] Legem retulit αὐτολεξεὶ Demosthenes ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦ νόμου λέγοντος ἄντικρυς, ΩΝ ΑΝ ΑΦΗι ΚΑΙ ΑΠΑΛΛΑΞΗι ΤΙΣ ΜΗΚΕΤΙ ΤΑΣ ΔΙΚΑΣ ΕΙΝΑΙ. Idem ἐν τῷ πρὸς Ναυσίμαχον καὶ Ξενοπείθην [*p.* 572.] ἀκούετε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοῦ νόμου σαφῶς λέγοντος ἕκαστα ὧν μὴ εἶναι δίκας, ὧν ἔνεστιν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις κύριον, περὶ ΩΝ ΑΝ ΤΙΣ ΑΦΗι ΚΑΙ ΑΠΑΛΛΑΞΗι μὴ δικάζεσθαι. Anonymus *in hujus Orationis Argumento*: οἱ δὲ γράφονται παρατιθέμενοι τὸν νόμον τὸν οὐκ ἐῶντα περὶ ὧν ἄν τις ἄφεσιν δῷ καὶ ἀπαλλαγὴν, πάλιν δικάζεσθαι. Ubi rescribendum est, οἱ δὲ παραγράφονται.

XIV. Nam si quis judicio experiri vellet, *exceptione*, quam Παραγραφὴν vocant, utebantur, de qua Lex est.

Παραγράφεσθαι πρὸς τὸν ἀντίδικον ΤΗΝ ΔΙΚΗΝ ΜΗ ΕΙΣΑΓΩΓΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ.	*Exceptionem interopponito actioni ad eludendum id, quod in intentionem condemnationemve deductum est.*

Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν 341.
α. [*p.* 627.] καὶ πρῶτον μὲν παρεγράψατο τὴν δίκην, ἣν ἔφυγε Φορμίων ΜΗ ΕΙΣΑΓΩΓΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ. & paullo post; ΤΗΝ γὰρ ΔΙΚΗΝ, ἐν ᾗ ταῦτα ἐμαρτυρήθη, παρεγράψατο Φορμίων πρὸς ἐμὲ ΜΗ ΕΙΣΑΓΩΓΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ. Exceptione utebantur, ne res acta apud Judices repeteretur, vel de transacta moveretur controversia, aut ubi praescriptio temporis opponitur, vel cum dica, exempli gratia, quae παρανόμων est, scribitur, non παρανόμων, sed alterius alicujus criminis & judicii, aut apud alios Magistratus & Judices, qui Legibus non sint constituti. Pollux *Lib. VIII. cap.* 6. Παραγραφὴ δὲ ἦν ἡ αὐτὴ, ὅταν τις ΜΗ ΕΙΣΑΓΩΓΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ λέγῃ ΤΗΝ ΔΙΚΗΝ. ἢ ὡς κεκριμένος, ἢ ὡς ἀφειμένος, ἢ ὡς τῶν χρόνων ἐξηκόντων, ἐν οἷς ἔδει κρίνεσθαι * οἷον, [1] οὐκ εἰσαγγελίας, ἀλλὰ παρανόμων, οὐ δημοσίᾳ, ἀλλὰ ἰδίᾳ. ἢ ὡς παρὰ τούτοις κρίνεσθαι δέον. οἷον, οὐκ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἀλλ' ἐπὶ Παλλαδίῳ. Mutila sunt Pollucis verba, itaque asterisci notam apposuimus, mens est, quam expressimus. Primum *Exceptionis* genus est *rei judicatae*. Pollux: ἢ ὡς κεκριμένος. Suidas: Παραγραφὴ, ὅταν λέγῃ τίς τὸ πρᾶγμα, περὶ οὗ τὸ ἔγκλημά ἐστιν, ὅπερ εἰσήχθη πρότερον εἰς δικαστήριον, καὶ γεγένηται περὶ αὐτοῦ γνῶσις, καὶ διὰ τοῦτο φησὶ, μὴ δεῖν ἔτι περὶ αὐτοῦ συνίστασθαι κρίσιν. μάλιστα δὲ τοὺς νόμους ἀναγινώσκειν τοῖς δικασταῖς, οἳ πλεονάκις δικάζεσθαι περὶ τῶν αὐτῶν οὐ συγχωροῦσι. λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ἅμα τοῖς δικασταῖς παραδεικνὺς, ὡς οἱ πάλαι δικάσαντες τὸ δικαίως καὶ κατὰ τοὺς νόμους ψηφίσαντες. Atque hanc *exceptionem* conjungit Demosthenes cum *exceptione pacti conventi*: verba in sequentibus reddemus, Deo dante.

XV. Erat

1 A Petito dissentit *Kuhnius*. Ego vero cum *Hemsterhusio* facio Petitum laudante. Re vera enim aliquid deesse videtur.

XV. Erat igitur: *exceptio pacti conventi.* Pollux: ἢ ὡς ἀφειμένος. Eaque de re Lex extat:

ΠΑΡΑΓΡΑΦΕΣΘΑΙ ΠΕΡΙ ΩΝ ΑΝ ΤΙΣ ΑΦΕΙΣ ΚΑΙ ΑΠΑΛΛΑΞΑΣ ΠΑΛΙΝ ΔΙΚΑΖΗΤΑΙ.	*Litem inferenti de pacto convento, exceptionem interpponito.*

Legis meminit Demosthenes primis *Orationis* πρὸς Ναυσίμαχον καὶ Ξενοπείθην verbis [*p.* 572.] δεδωκότων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν νόμων ΠΑΡΑΓΡΑΦΕΣΘΑΙ ΠΕΡΙ ΩΝ ΑΝ ΤΙΣ ΑΦΕΙΣ ΚΑΙ ΑΠΑΛΛΑΞΑΣ ΠΑΛΙΝ ΔΙΚΑΖΗΤΑΙ. Quae verba leguntur quoque ἐν τῷ πρὸς Πανταίνετον [*p.* 564.] Anonymus *in Argumento Orationis* Demosthenicae ὑπὲρ τοῦ Φορμίωνος. ὁ δὲ Φορμίων παραγράφεται, νόμον παρεχόμενος τὸν κελεύοντα, περὶ ὧν ἂν ἅπαξ ἀφῇ τις καὶ διαλύσηται, μηκέτι ἐξεῖναι δικάζεσθαι. Demosthenes *hac Oratione* docet inter *exceptionis* causas primam hanc lege cautam fuisse *pacti conventi* [*p.* 558.] ἀκούετε τοῦ νόμου λέγοντος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τά τε ἄλλα, καὶ ὧν ἂν γένηται δίκη, τούτων μὴ εἶναι δίκας, καὶ ΟΣΑ ΤΙΣ ΑΦΗΚΕΝ Η ΑΠΗΛΛΑΞΕΝ. εἰκότως. εἰ γὰρ ἐστι δίκαιον ὧν ἂν ἅπαξ γένηται δίκη, μηκέτι ἐξεῖναι δικάζεσθαι, πολὺ τῶν ἀφεθέντων δικαιότερον μὴ εἶναι δίκας· ὁ μὲν γὰρ ἐν ὑμῖν ἡττηθεὶς, τάχα ἂν εἴποι ὡς ἐξηπατήθητε ὑμεῖς. ὁ δὲ αὐτὸς φανερῶς καταγνοὺς καὶ ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας, τίν' ἂν ἑαυτὸν αἰτίαν αἰτιασάμενος τῶν αὐτῶν πάλιν εἰκότως δικάζοιτο; οὐδεμίαν. διόπερ τοῦτο πρῶτον ἔγραψεν ὁ τὸν νόμον θεὶς, ΤΟΥΤΩΝ ΜΗ ΕΙΝΑΙ ΔΙΚΑΣ. ΚΑΙ ΟΣΑ ΤΙΣ ΑΦΗΚΕΝ Η ΑΠΗΛΛΑΞΕΝ. Idem ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν α. [*p.* 627.] ΤΗΝ γὰρ ΔΙΚΗΝ, ἐν ᾗ ταῦτα ἐμαρτυρήθη, παρεγράψατο Φορμίων πρὸς ἐμὲ ΜΗ ΕΙΣΑΓΩΓΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ ὡς ἀφέντος ἐμοῦ τῶν ἐγκλημάτων αὐτόν. Quibus e verbis docemur hanc fuisse Παραγραφῆς formulam, ex. gr. in *exceptionibus pacti conventi.* ΠΑΡΑΓΡΑΦΟΜΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ
342. ΤΗΝ ΔΙΚΗΝ ΜΗ ΕΙΣΑΓΩΓΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ ΩΣ ΑΦΕΝΤΟΣ ΤΟΥ ΔΕΙΝΑ ΤΩΝ ΕΓΚΛΗΜΑΤΩΝ ΕΜΕ. Sequitur *Praescriptio temporis*, quae est aut *perpetua & peremptoria*, aut *temporalis & dilatoria.* De *perpetua & peremptoria* Pollux, ἢ ὡς τῶν χρόνων ἐξηκόντων, ἐν οἷς ἔδει κρίνεσθαι. Nam Lege praecipitur, ut intra quinquennium instituatur actio alicujus rei: post quinquennium igitur non dabatur, sed licebat, e Solonis Lege, παραγράφεσθαι. Demosthenes ἐν τῷ ὑπὲρ Φορμίωνος [*p.* 558.] λάβε δέ μοι καὶ τὸν τῆς προθεσμίας νόμον, ὁ μὲν τοίνυν νόμος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σαφῶς οὑτοσὶ τὸν χρόνον ὥρισεν. δοκεῖ γάρ μοι καὶ ὁ Σόλων οὐδενὸς ἄλλου ἕνεκα θεῖναι αὐτὸν, ἢ τοῦ μὴ συκοφαντεῖσθαι ὑμᾶς. τοῖς μὲν γὰρ ἀδικουμένοις ἱκανὰ τὰ πέντε ἔτη ἡγήσατο εἶναι εἰσπράξασθαι. κατὰ δὲ τῶν ψευδομένων τὸν χρόνον ἐνόμισε σαφέστατον ἔλεγχον ἔσεσθαι. καὶ ἅμα ἐπειδὴ ἀδύνατον ἔγνω ὂν, τούς τε συμβάλλοντας καὶ τοὺς μάρτυρας ἀεὶ ζῆν, τὸν νόμον ἀντὶ τούτων ἔθηκεν, ὅπως μάρτυς εἴη τοῦ δικαίου τοῖς εἰρημένοις.

XVI. Fuit igitur haec Lex de instituenda actione intra quinquennium.

Τοῖς ἀδικουμένοις τὰ πέντε ἔτη εἶναι εἰς πράττεσθαι.	*Intra quinquennium laesi dicam scribunto.*

Appellat in his Demosthenes hanc Legem τὸν τῆς προθεσμίας νόμον,

μιον, in quo rescripsimus distinctis vocibus [1] εἰς πράττεσθαι. atque aequitatis plena est haec Lex, quam scripsisse dicit Solonem, quia, cum fieri non possit ut qui aliquid inter se contrahunt, aut illius contractus testes semper vivant, τὸν νόμον ἀντὶ τούτων ἔθηκεν, hanc de quinquennio Legem tulit eorum caussa, ut superesset aliquis, qui posset ex vero testimonium dicere de rebus contractis aut gestis. *Praescriptio temporis dilatoria sive temporaria*, differt actionem, ni intra hoc tempus agatur. Meminit Ulpianus *in Midianam* [*p.* 341.] πολλάκις γὰρ οἱ ἀντίδικοι παρεγράφοντο, ΟΥ ΔΕΙ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΝ ΝΥΝ ΑΛΛ' ΑΥΘΙΣ. *Exceptione* quoque utebantur, si quando dica ex. g. εἰσαγγελίας scribebatur, cum scribi deberet παρανόμων, si esset δίκη ἰδιωτικὴ, fieret γραφὴ δημοσία. Pollux: οἷον, οὐκ εἰσαγγελίας, ἀλλὰ παρανόμων, οὐ δημοσία, ἀλλὰ ἰδία. Atque hae *Exceptiones, rei cohaerent*, sequuntur, quae *personis cohaerentes* sunt: & primo quidem *exceptione* utuntur, quod is, qui actionem instituit, eam instituere non possit. Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 341.] πολλάκις γὰρ οἱ ἀντίδικοι παρεγράφοντο, ΟΥ ΣΕ ΔΕΙ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΝ.

XVII. Est & *exceptio fori*, qua *forum revocari* postulatur, tanquam incompetens: fit autem, vel quando *Judices incompetentes dantur* ab eo Magistratu, qui debet εἰσάγειν εἰς τὸ δικαστήριον. Pollux: ἢ ὡς παρὰ τούτοις κρίνεσθαι δέον. οἷον, οὐκ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἀλλ' ἐπὶ Παλλαδίῳ. vel quando dica scribitur apud eum Magistratum, cujus non est secundum Leges hujusmodi dicas εἰσάγειν εἰς τὸ δικαστήριον.

Τὴν παραγραφὴν ἀντιλαγχάνειν περὶ ὧν οὐκ εἰσὶν εἰσαγωγεῖς.	*Exceptione utitor, si in jus vocetur ad Magistratum, cujus ea non est jurisdictio.*

Legis meminit Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Πανταίνετον [*p.* 568.] οἱ δὲ νόμοι καὶ τούτων διδόασι τὰς παραγραφὰς ἀντιλαγχάνειν περὶ ὧν οὐκ εἰσὶν εἰσαγωγεῖς. Addit deinde: τοῦτο τοίνυν ἐμοῦ παραγεγραμμένου πρὸς τῇ ἄλλῃ παραγραφῇ, καὶ οὐκ ὄντων εἰσαγωγέων τῶν Θεσμοθετῶν ὑπὲρ ὧν λαγχάνει Πανταίνετος, ἐξελήλεγκται, καὶ οὐ προσέστι τῇ παραγραφῇ. Quibus e verbis docemur, *neminem prohiberi*, cum Paulo dicam Libro XIV. ad Plautium, *pluribus* exceptionibus *uti*, *quamvis diversae sunt*, *l.* 8. *D. de exceptionibus.* namque, ut idem loquitur Lib. XVIII. ad Edictum, *pluribus defen-* 343
sionibus uti permittitur. l. 5. *D. eod.* Erant autem τῆς παραγραφῆς hujusmodi formulae. ΝΙΚΟΒΟΥΛΟΣ ΠΑΡΑΓΡΑΦΟΜΑΙ ΠΡΟΣ ΠΑΝΤΑΙΝΕΤΟΝ ΤΗΝ ΔΙΚΗΝ, ΜΗ ΕΙΣΑΓΩΓΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ, ΩΣ ΑΦΕΝΤΟΣ ΠΑΝΤΑΙΝΕΤΟΥ ΤΩΝ ΕΓΚΛΗΜΑΤΩΝ ΕΜΕ, ΚΑΙ ΟΥΚ ΟΝΤΩΝ ΕΙΣΑΓΩΓΕΩΝ ΤΩΝ ΘΕΣΜΟΘΕΤΩΝ, ΥΠΕΡ ΩΝ ΛΑΓΧΑΝΕΙ ΠΑΝΤΑΙΝΕΤΟΣ. Hujus παραγραφῆς meminit Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 341.] πολλάκις γὰρ οἱ ἀντίδικοι παρεγράφοντο. οὐ πρὸς Διαιτητήν με κρίνεσθαι δεῖ, ἀλλὰ πρὸς Ἄρχοντα, ἢ Θεσμοθέτην.

XVIII. Hinc

1 Petitus rescribit distinctis vocibus εἰς πράττεσθαι. Primum *Demosthenes* non εἰσπράττεσθαι dicit, sed εἰσπράξασθαι. Deinde Petitus voces distinctas vult εἰς πράττεσθαι, quasi esset *ad agendum*: sed tunc deberet dici εἰς τὸ πράττεσθαι. Elegantissime *Demosthenes* uno verbo. Solon iis, *qui injuriam passi sunt*, *quinquennium satis esse existimavit* exigere, agere, id est *ad exigendum*, *ad agendum.* Ineleganter Petitus, & ne quidem Graece duabus vocibus. SALVIN.

Ibid. *Wolfius* ibi etiam vertit *ad exigendum.* *Meursius* Them. Att. II, 23. *ad poenam exigendum.* DUKER.

Ibid. Meminit ejusdem προθεσμίας νόμου extrema Orat. adv. Pausimach. & Xenopithem. In ipsa autem Lege εἰσπράξασθαι verbum fuisse non arbitror. Orator enim ejus argumentum & sententiam exhibet, & materiae, quam tractabat, accommodat. Itaque εἰσπράξασθαι de pecunia exigenda, ut p. 557. recte accipitur.

XVIII. Hinc pendet, quod Lege cautum est de contractibus, qui neque Athenis facti sunt, neque aliunde merces Athenas importare cavent.

ΥΠΕΡ ΜΕΝ ΤΩΝ ΜΗ ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ ΟΛΩΣ ΣΥΜΒΟΛΑΙΩΝ ΑΘΗΝΗΣΙ, ΜΗΔ' ΕΙΣ ΤΟ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΕΜΠΟΡΙΟΝ ΠΑΡΑΓΡΑΦΕΣΘΑΙ.	*In jus vocatus apud Magistratum Atheniensium propter contractus, qui neque omnino Athenis facti sunt, neque aliunde merces Athenas importare cavent, exceptione fori utitor.*

[1] Meminit Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον [*p.* 659.] ὅτι μοι οὔτε ἐμαρτύρησεν, οὔτ' ἐξωμόσατο κατὰ τὸν νόμον. Aeschines *adversus Timarchum* [*p.* 7.] ἐπειδὴ ἐν δικαστηρίῳ ἐσμὲν, γέγραφα μαρτυρεῖν Μισγόλᾳ. & paullo post, de eodem Misgola, qui testimonium defugiebat: ἐὰν δὲ προαιρῆται ἐκκλητευθῆναι μᾶλλον ἢ τἀληθῆ μαρτυρεῖν, ὑμεῖς τὸ ὅλον πρᾶγμα συνίδετε. εἰ γὰρ ὁ μὲν πράξας αἰσχυνεῖται, καὶ προαιρήσεται χιλίας δραχμὰς μᾶλλον ἀποτίσαι τῷ δημοσίῳ, ὥστε μὴ δεῖξαι τὸ πρόσωπον τὸ ἑαυτοῦ ὑμῖν. & paullo post. ἐὰν δ' ἄρα ὑπακούσῃ μὲν, τράπηται δὲ ἐπὶ τὸ ἀναιδέστατον, ἐπὶ τὸ ἐξόμνυσθαι τὰς ἀληθείας. Harpocration: λέγεται κλητεύεσθαι καὶ ἐκκλητεύεσθαι ἐπὶ τῶν μαρτύρων, ὅταν μὴ ὑπακούωσι πρὸς τὴν μαρτυρίαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ ἔστιν ἐπιτίμιον κατ' αὐτῶν δραχμαὶ χιλίαι, ὡς Ἰσαῖος ἐν τῷ ὑπὲρ Πύθωνος ἀποστασίου. Suidas: ἐκκλητεύειν. τὸ εἰς κρίσιν ἄγειν, ἵνα ἐπάναγκες τίς μαρτυρεῖ. ἐκκλητευ-
358. θῆναι, τῶν ἐγκαταλιπόντων μαρτυρίαν τὰ ὀνόματα ἐν τῷ δικαστηρίῳ κηρύσσεται.

XIII. Erat & alia testimonii species, quae διαμαρτυρία proprie haec est Lex.

Ἐξεῖναι τοῖς ἀντιδίκοις ΑΝ ΒΟΥΛΩΝΤΑΙ, ΔΙΑΜΑΡΤΥΡΕΙΝ. | *Litigantes, si libuerit,* διαμαρτυρίᾳ *utuntor.*

Demosthenes laudat ἐν τῷ πρὸς Λεωχάρην [*p.* 620.] πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἀναγκαίως ἔχουσιν αἱ διαμαρτυρίαι, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως καὶ βουλήσεως τοῦ διαμαρτυροῦντος γίγνονται. οὐ γὰρ ὁ νομοθέτης ἀναγκαῖον αὐτὸ ἐποίησε τοῖς ἀντιδίκοις· ἀλλ' ΑΝ ΒΟΥΛΩΝΤΑΙ, ΔΙΑΜΑΡΤΥΡΕΙΝ ἔδωκεν.[2] Est autem διαμαρτυρία, quando quis testatur ad Judicium non eundum esse, vel eundum esse, de ea re, de qua controversia movetur: quo testimonio dicto, agebatur primum de eo adversus illum, qui dixerat: neque erat rei tantum διαμαρτυρεῖν, sed etiam actoris, si libuisset. Grammatici: τρόπος τις ἐστὶ παραγραφῆς ἡ διαμαρτυρία. πρὸ γὰρ τοῦ εἰσαχθῆναι τὴν δίκην εἰς τὸ δικαστήριον, ἐξῆν τῷ βουλομένῳ διαμαρτυρῆσαι ὡς εἰσαγώγιμός ἐστιν ἡ δίκη, ἢ οὐκ εἰσαγώγιμος· διαφέρει δὲ τῆς παραγραφῆς, τῷ, τὴν διαμαρτυρίαν γίνεσθαι οὐ μόνον ὑπὸ τῶν φευγόντων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν διωκόντων· καὶ πρότερόν γε τῷ διώκοντι ἦν προβάλλεσθαί τινα μαρτυροῦντα εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην, καὶ περὶ τούτου πρότερον ἐγίνετο ἡ κρίσις πρὸς αὐτὸν τὸν διαμαρτυρήσαντα, οὐ πρὸς τὸν ἐξαρχῆς δικαζόμενον. εἰ δὲ μὴ προὐβάλλετο μάρτυρα ὁ διώκων, τότε ἐξῆν τῷ φεύγοντι προσαγαγεῖν τινὰ μαρτυροῦντα μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην, καὶ πάλιν πρὸς τὸν διαμαρτυρήσαντα ὁ ἀγὼν ἐγίνετο. Ibidem alibi: ἐάν τις παρέχῃ τὸν

1 Respicit etiam *Antiphon* περὶ τοῦ χορ. p. 144. *Isaeus* de Philoctemon. Hered. p. 61. &

2 Operae pretium erit ea videre, quae *Des. Heraldus* Animadv. ad Jus Attic. & Roman. L. VI, 9. p. 450. habent.

τὸν διαμαρτυροῦντα μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην, αὐτὸς μὲν γὰρ οὐκέτι ἀγωνίζεται, πρὸς δὲ τὸν διαμαρτυρήσαντα ὁ ἀγὼν ἐστι. Quemadmodum autem necessario non injungebatur litigantibus διαμαρτυρεῖν, sed illorum arbitrio permittitur, ita etiam necessario non incumbit invitis testibus διαμαρτυρίαν dicere, neque poterant ἐκκλητεύεσθαι. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Λεωχάρην [p. 620.] προειλόμενος γὰρ ἕκαστος αὐτῶν τὸν ἐκ τοῦ διαμαρτυρῆσαι κίνδυνον οὐκ ἀναγκασθεὶς εἰσέρχεται.

XIV. Testes, qui falsum testimonium dixissent, tenebantur falsi testimonii Lege, ii vero, qui eos produxerant, τῶν κακοτεχνιῶν.

Ὁ μαρτυρήσας τὰ ψευδῆ ὑπόδικος ἔστω τῶν ψευδομαρτυριῶν· καὶ ὁ προβαλλόμενος τῶν κακοτεχνιῶν.

Testis, qui falsum dixerit, falsi testimonii Lege, qui vero produxerit, κακοτεχνιῶν, tenetor.

Post judicia de re, quae controvertebatur, reddita, Legibus instituuntur actiones ψευδομαρτυριῶν adversus testes, & κακοτεχνιῶν adversus illum, cui testimonium dixerant: idque recte atque ordine, cum judices secundum testium fidem, ut plurimum pronuncient. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν [p. 638.] καλῶς μοι δοκοῦσιν οἱ νόμοι ἔχειν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὑπόλοιπον ἀγῶνα ἀποδιδόντες ταῖς δίκαις τῶν ψευδομαρτυριῶν ἵνα, εἴ τις μάρτυρας τὰ ψευδῆ μαρτυροῦντας παρασχόμενος, ἢ προκλήσεις μὴ γενομένας, ἢ μαρτυρίας παρὰ τὸν νόμον μαρτυρηθείσας, ἐξηπάτησε τοὺς δικαστὰς, μηδὲν αὐτῷ πλέον γένηται· ἀλλ' ἐπισκηψάμενος ταῖς μαρτυρίαις ὁ ἀδικηθεὶς, καὶ εἰσελθὼν ὡς ὑμᾶς, καὶ ἐπιδείξας περὶ τοῦ πράγματος τοὺς μάρτυρας τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότας, παρά τε τούτων δίκην λάβῃ, καὶ τὸν προβαλλόμενον ὑπόδικον ἔχῃ τῶν κακοτεχνιῶν. καὶ διὰ τοῦτο τῷ μὲν διώκοντι, ἐλάττω ἐποίησαν τὰ ἐπιτίμια, ἐὰν ἡττηθῇ· ἵνα μὴ διὰ τὸ πλῆθος ἀποτρέποιτο διώκειν τοὺς μάρτυρας τῶν ψευδομαρτυριῶν ὁ ἀδικούμενος· τῷ δὲ φεύγοντι μεγάλας ἐπέθηκαν τιμωρίας, ἐὰν ἁλῷ, καὶ δοκῇ ὑμῖν τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκέναι. καὶ δικαίως, ὦ ἄνδρες δικασταί. ὑμεῖς γὰρ εἰς τοὺς μάρτυρας βλέψαντες καὶ πιστεύσαντες, οἷς ἂν οὗτοι μαρτυρήσωσι, ψηφίζεσθε. ἵν' οὖν μήθ' ὑμεῖς ἐξαπατᾶσθε, μήθ' οἱ εἰσιόντες εἰς ὑμᾶς ἀδικῶνται, διὰ ταῦτα αὐτοὺς ὑποδίκους ἐποίησεν ὁ νομοθέτης. Legibus igitur instituuntur actiones ψευδομαρτυριῶν 359.
adversus testes: meminit Pollux *Lib. VIII.* κατὰ τῶν ψευδῆ μαρτυρούντων δίκη ὃ καὶ ἐπισκήψασθαι, ψευδομαρτυριῶν ἐλέγετο. Adversus testes, inquam, tum μαρτυροῦντας, cum ἐκμαρτυροῦντας, ut liquet e verbis Demosthenis ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β'. [p. 634.] καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐπισκήψεως, τήν τε μαρτυρίαν, καὶ ἐκμαρτυρίαν ἀγωνίζεσθαι ἅμα, ἵνα, ἐὰν μὲν ἀναδέχηται ὁ μαρτυρήσας, ἐκεῖνος ὑπόδικος ᾖ τῶν ψευδομαρτυριῶν· ἐὰν δὲ μὴ ἀναδέχηται, οἱ ἐκμαρτυρήσαντες τὴν ἐκμαρτυρίαν. Adversus testes quoque τοὺς διαμαρτυροῦντας. Harpocration ἐπεσκήπτοντο δὲ ψευδομαρτυριῶν καὶ ταῖς διαμαρτυρίαις, ὥσπερ καὶ ταῖς μαρτυρίαις. Isaeus: ἐν τῷ περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου [p. 52.] μελλόντων δ' ἡμῶν ἀντόμνυσθαι, διεμαρτύρησε Λεωχάρης οὑτοσὶ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον ἡμῖν. ἐπισκηψαμένων δ' ἡμῶν, ἡ μὲν λῆξις τοῦ κλήρου

ρου

ρου διεγράφη, ἡ δὲ τῶν ψευδομαρτυριῶν δίκη εἰσῄει. Idque, tum si illi testi ob aliquam causam interdiceretur testimonium, (quam Legem jam supra exposuimus.) cum si falsa testaretur. Actori autem in hoc judicio non admodum gravis pendenda erat multa, si testes falsi testimonii reos non peregisset: at contra severe in reos animadvertebatur: [1] nam non tantum de illorum pecunia, sed etiam dignitate agebatur: ignominiosi enim erant. Habes ista non tantum in praecedentibus Demosthenis *ex Oratione contra Euergum & Mnesibulum* verbis, sed etiam ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν [*p.* 515.] ἀλλὰ δίκην ἄν μοι βλάβης ἔλαχεν, εἰ ψευδομαρτυριῶν ὑπόδικον αὐτὸν ἐποίουν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ, οὐ προσῆκον. ἐν ᾗ καὶ περὶ χρημάτων, καὶ περὶ ἀτιμίας ἄνθρωποι κινδυνεύουσιν. Atque haec primum convicto ψευδομαρτυριῶν videtur fuisse prima capitis diminutio, ac forte iterum. Nam demum ter convicti ψευδομαρτυριῶν ὁλόκληρον ἠτιμοῦντο. Andocides ἐν τῷ περὶ μυστηρίων [*p.* 10.] ἕτερος δὲ, ὧν τὰ μὲν σώματα ἄτιμα, τὴν δ' οὐσίαν ἔσχον καὶ ἐκέκτηντο· οὗτοι δ' αὖ ἦσαν, ὁπόσοι τρὶς ψευδομαρτυριῶν ὄφλοιεν· τούτοις ἔδει, καὶ αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἐκ τούτων ἀτίμους εἶναι. Testes, qui in Areopagitarum judicio testimonium dixerant, si falsi testimonii accusarentur, postulabantur apud Thesmothetas, qui judices dabant. Pollux *Lib. VIII. cap.* 9. οἱ Θεσμοθέται δίκας τὰς τῶν ψευδομαρτυριῶν ἐξ Ἀρείου πάγου εἰσάγουσι. Adversus illos, qui testes produxerant, quos τῶν ψευδομαρτυριῶν reos peregerant illi, adversus quos testimonium dixerant, [2] instituebatur ex hac Lege κακοτεχνιῶν actio. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον [*p.* 664.] φοβούμενος, ἂν μὲν μαρτυρίαν παράσχηται, ὡς ἐλευθέρου ὄντος, μὴ ἐπισκηψάμενος ἐγὼ αὐτῷ τῶν ψευδομαρτυριῶν, καὶ ἐξελέγξας τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότα Αἰσχρίωνα, ἐπὶ τὸν δὲ τῶν κακοτεχνιῶν ἔλθοιμι κατὰ τὸν νόμον. Harpocration. Κακοτεχνιῶν, ὄνομα δίκης, ἣν οἱ ἑλόντες τινὰ ψευδομαρτυριῶν κατὰ τοῦ παρασχομένου αὐτοῦ ἐδίδοσαν, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοθέου τίσεως, εἰ γνήσιος, καὶ ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου. Pollux *Lib. VIII.* Λυσίας δὲ κακοτεχνιῶν δίκην φησὶν εἶναι. Apud Romanos Legibus XII. Tabularum, qui falsum testimonium dixisse convictus erat, de rupe Tarpeïa dejiciebatur. Refert Gellius *Lib. XX. cap.* 1. *An putas, Phavorine, si non illa etiam ex* XII. Tabulis *de* testimoniis falsis *poena abolevisset: & si nunc quoque, ut antea qui* falsum testimonium dixisse convictus esset, e saxo Tarpeïo dejiceretur, *mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quam videmus?* Sed id abiit in
360. desuetudinem, ut testatur Gellius, nam neque quisquam de saxo praecipitatus est, ut scribit Modestinus Lib. XII. Pandectarum. *Non potest quis sic damnari, ut de saxo praecipitetur. l.* 25. §. 1. *D. de poenis.* & praeterea mutavit poena: nam, ut est apud Paulum Lib. V. Sententiarum, *qui falso, vel varie testimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt: a judicibus* competenter *puniuntur. l.* 16. *D. de testibus.* Quanquam istud, *competenter*, est a mala Triboniani manu: Paulus enim poenas definiverat, ab eo quippe ita olim scriptum: *Qui falso, vel varie testimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur.* Extat *Lib. V. Sententiarum* Pauli *Tit.* 15. *de testibus*, §. 5. & *ejusdem Libri Tit.* 25. *ad Legem Corneliam testamentariam*, §. 5. *Qui ob falsum testimonium perbibendum, vel verum non perbiben-*

1 Praeclare haec firmantur ab *Antiphonte* in Caed. Defens. altera p. 120. οὐ γὰρ διωχθέντος τοῖς χρήμασιν τῆς μαρτυρίας οὐ τῆς ἐλευθερίας ἐκεῖ-δε εἰ μὴ τῇ ΑΤΙΜΟΥΝΤΑΙ τε καὶ ΧΡΗΜΑΣΙ ΖΗΜΙΟΥΝΤΑΙ, ἐὰν μὴ τἀληθῆ δοκῶσι μαρτυρεῖν.

2 Actionem κακοτεχνιῶν contra eos datam fuisse, qui malis artibus & falsis praecipue testimoniis aliquid in judicio obtinuerant, diligenter ostendit *Des. Heraldus* Rer. Judicat. L. 1, 3. Aliter *Salmasius*, κακοτεχνιῶν δίκην *Harpocrationi* invito obtrudens Observ. ad Jus Attic. & Rom. p. 295. & p. 841., etsi non impune. Vide *Heraldi* Animadv. L. VI, 11. p. 464.

bibendum, pecuniam acceperit, dederit, judicemve ut sententiam ferat, vel non ferat, corruperit, corrumpendumve curaverit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso judice in insulam deportantur. Sed omnium harum poenarum vicem substituit Tribonianus, *a judicibus* competenter *puniuntur*, id est, competenti poena, & quae veniat ex merito causae; Ratio, cur ita refinxerit Pauli verba Tribonianus, haec est, quod Constitutione *Zenonis* Imperatoris, quae scripta est ad *Arcadium PP.* & *data* legitur *XII. Kalen. Jun. Decio & Longino Conss.* arbitrio judicum permittitur poena falsi testimonii, pro qualitate videlicet delicti. *Sed omnes qui in civili scilicet causa suum praebent testimonium, separato, & tanquam ante judicium interim deposito exceptionis fori privilegio, hujusmodi praesidio denudatos, ita ad judicantis intrare secretum, ut quicunque aures ejus offenderint, non dubitent sibimet formidandum, data cunctis judicibus absque ullo praescriptionis obstaculo in testes, quorum voces falsitate vel fraude non carere perspexerint, pro qualitate videlicet delicti, animadvertendi licentia. l. 14. C. de testibus.* Obtinebat autem haec *Zenonis* Lex, itaque ad illam Tribonianus Pauli verba refinxit.

TITULUS OCTAVUS.

De re Judicata & Integri Restitutione.

I. REBUS *judicatis standum esse*, rescripsit Imperator Antoninus Augustus Stellatori, *l. 1. C. de re judicata*: alioqui *nullus esset litium finis*, inquit idem Imperator Pacatiano, *l. 2. C. eod.* itaque *post rem judicatam nihil quaeritur*, *l. 56. D. eod. Res* autem *judicata dicitur*, inquit Modestinus Lib. VII. Pandectarum, *quae finem controversiarum pronunciatione judicis accipit, quod vel condemnatione vel absolutione contigit, l. 1. D. eod.* Atque haec quoque fuit Atheniensium Lex:

ΟΣΩΝ ΔΙΚΗ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΕΓΕΝΕΤΟ Η ΕΥΘΥΝΑ Η ΔΙΑΔΙΚΑΣΙΑ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΩι Η ΙΔΙΑ, Η ΔΗΜΟΣΙΑ, Η ΤΟ ΔΗΜΟΣΙΟΝ ΑΠΕΔΟΤΟ, ΜΗ ΕΙΣΑΓΕΙΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΝ, ΜΗΔ' ΕΠΙΨΗΦΙΖΕΙΝ ΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΜΗΔΕΝΑ, ΜΗΔΕ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΝ ΕΩΝΤΩΝ, Α ΟΥΚ ΕΩΣΙΝ ΟΙ ΝΟΜΟΙ.

De quibus prius sive privato, sive publico judicio a judicibus pronunciatum est, aut populus 361.
scitum fecit, de iisdem iterum Magistratus Judices ne danto, neque in suffragia mittunto; neque eorum, quae Leges non concedunt, accusare permittunto.

Legem *αὐτολεξεὶ* descripsit *in Timocratea* [*p.* 452.] Demosthenes: *λέγε τὸν μετὰ τοῦτον ἐφεξῆς νόμον*. ΟΣΩΝ ΔΙΚΗ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΕΓΕΝΕΤΟ, &c. Cavet hac Lege Legislator, semel lite terminata, de eadem re iterum ne detur actio. Ejusdem Legis meminit iterum paullo post *ibidem* Demosthenes: *ὁ μὲν γε οὐκ ἐᾷ, περὶ ὧν ἅπαξ γνῷ τὸ δικαστήριον πάλιν χρηματίζειν.* Plato *in Critone* [*p.* 50. *B.*] *εἰπεῖν ὑπὲρ τούτου τοῦ νόμου ἀπολλυμένου, ὃς τὰς δίκας τὰς δικασθείσας προστάττει κυρίας εἶναι.* Terentius *Phormione Actu II. Scenae II. vs.* 56.

At tu, qui sapiens es, Magistratus adi,
Judicium de eadem causa iterum ut reddant tibi:
Quandoquidem solus regnas, & soli licet.
Hic de eadem causa bis judicium adipiscier.

 Qua.

Quare secundum jus hac Lege constitutum Demiphoni consulebat Hegio, dicebatque *Scena sequenti* [*vs.* 15.]

Mihi non videtur, quod sit factum Legibus,
Rescindi posse: & turpe incoeptu est.

Donatus ad Terentii *Andriam Actu III. Scen I. Haec res secundum jus civile dicitur, in quo cavetur, ne quis rem actam apud judices repetat.*

ΔΙΚΗ autem in hac Lege est, ἡ περὶ ἐγκλημάτων, ut ex. gr. Judicium de adulterio, malae tractationis, &c. Ulpianus [*p.* 452.] δίκην καλεῖ, τὴν περὶ ἐγκλημάτων, οἷον, περὶ μοιχίας. eaque est, vel ΙΔΙΑ, ut in hac Lege habes, id est, ἰδιωτικὴ, vel ΔΗΜΟΣΙΑ, quando κοινὸν ἁπάντων ἔγκλημα ἐστι καὶ δημόσιον ἀδίκημα, καὶ πᾶσιν ἔξεστι κατηγορεῖν τοῦ ἀδικοῦντος. Addit Legislator Η ΕΥΘΥΝΑ, id est, interprete eodem Ulpiano, ἀπολογία ὧν τις δημοσίᾳ πιστευθεὶς διῴκησεν. ut si quis Magistratum gessit, aut legationem obivit, &c. Sequitur ΔΙΑΔΙΚΑΣΙΑ; Vox proprie significat litem περὶ χρημάτων, ἢ περὶ κτημάτων. Ulpianus *ad hanc Timocrateam* paullo ante: διαδικασία δέ ἐστιν ὄνομα δίκης περὶ χρημάτων, ἢ περὶ κτημάτων. Non licebat igitur per hanc Legem eadem de causa, sive ΔΙΚΗ, sive ΔΙΑΔΙΚΑΣΙΑ foret, bis Judicium adipisci. Demosthenes *in Leptinea* [*p.* 310.] οἱ νόμοι δὲ, οὐκ ἐῶσι δὶς, πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, οὔτε δίκας, οὔτε εὐθύνας, οὔτε διαδικασίαν, οὔτε ἄλλο τοιοῦτον οὐδὲν εἶναι. Ulpianus: δὶς περὶ τῶν αὐτῶν οὐ δεῖ δικάζεσθαι. Idem ἐν τῷ πρὸς Ναυσίμαχον [*p.* 574.] οἱ νόμοι δ' οὐ ταῦτα λέγουσιν, ἀλλ' ἅπαξ περὶ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν αὐτὸν εἶναι τὰς δίκας. Andocides ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου [*p.* 30.] ἄλλως τε καὶ τῶν νόμων ἀπαγορευόντων δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν, μὴ ἐξεῖναι δικάζεσθαι. At tamen apud eundem Terentium *loco proxime laudato* Cratinus advocatus consulenti Demiphoni respondit, nuptias ab Antiphone judicum sententia damnato contractas cum Phanio non posse consistere:

362. —— *Mihi*
Sic hoc videtur: quod te ab absente hic filius
Egit, restitui in integrum aequum est & bonum:
Et id impetrabis.

Istud, inquam, non repugnat Legi, de qua hactenus egimus: nam
—— *si cognata est maxume*
Non fuit necesse habere.

Sententia Judicum,
—— *sed, quod Lex jubet,*
Dotem dare.

Non potuit enim damnari Antipho ad contrahendas cum Phanio nuptias ἁπλῶς, sed damnatus fuerat proculdubio a judicibus, aut Phanium, itidem ut cognata si esset, in uxorem ducere, aut dotem ei dare: cui postremae parti sententiae stare vult Antiphonem Demipho, idque a judicibus impetraturum Demiphonem arbitratur Cratinus, non tam, puto, secundum jus Atticum, quam civile Romanorum: quia *nuptiae consistere non possunt*, inquit Paulus lib. XXXV. ad Edictum, *nisi consentiant omnes, id est, qui coëunt, quorumque in potestate sunt. l.* 2. *D. de ritu nuptiarum.* itemque *nuptiae*, scribente Juliano Lib. XVI. Digestorum, *inter easdem personas nisi volentibus parentibus renovatae justae non habentur. l.* 18. *D. eod.* Id fuisse mentis Demiphonis & sententiae, cui accedit Cratinus, colligere est e jurgio ejus cum Phormione:

Etsi mihi facta injuria st, verumtamen
Potius quam lites secter, aut quam te audiam:
Itidem ut cognata si sit, id quod Lex jubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.

& paul-

& paullo post Phormioni respondet, & altercatur, quae omnino hic adscribenda sunt, quia sententiam nostram confirmant, & quaedam emendanda sunt:

— DEM. *Non agam? imo haut desinam,*
Donec perfecero hoc. PHOR. *Ineptis.* DEM. *Sine modo.*
PHOR. *Postremo tecum nihil rei nobis Demipho 'st:*
Tuus est damnatus gnatus, non tu: nam tua
Praeterierat jam ad ducendum aetas. DEM. *Omnia haec*
Illum putato, quae ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cum uxore hac, ipsum prohibebo domo.
GE. *Iratus est.* PHOR. *Tute idem feceris melius.*

Nam Demipho testatur se Antiphonem, nisi idem secum dicat, abdicaturum, & domo prohibiturum cum uxore hac Phanio, quod magis fuit pro Romanorum Legibus, quam Atheniensium institutis. Verum orationi Demiphonis extremae quod respondet Phormio,

Tute idem feceris melius,

nemo est, meo quidem judicio, qui commode possit interpretari e Donati Commentariis: [1] Rescribendum esse puto.

Tute id? em! feceris melius.

Hoc sensu, Tune, id, quod modo interminatus es, Antiphonem tua prohibebis domo cum uxore hac? hem! longe consultius meliusque facies, quam quod minitaris. Sed haec satis, ad Legis enim interpretationem redeundum est. 363.

II. Cum saepe mutasset Atheniensium status & *πολιτεία*, factum est, ut quasi de novo iterumque Lex haec rogaretur ac ferretur.

ΤΑΣ ΔΙΚΑΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΔΙΑΙΤΑΣ ΟΣΑΙ ΕΓΕΝΟΝΤΟ ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ ΕΝ ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΜΕΝΗι ΠΟΛΕΙ ΚΥΡΙΑΣ ΕΙΝΑΙ. ΟΠΟΣΑ Δ' ΕΠΙ ΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΕΠΡΑΧΘΗ Η ΔΙΚΗ ΕΔΙΚΑΣΘΗ Η ΙΔΙΑι Η ΔΗΜΟΣΙΑι ΑΚΥΡΑ ΕΙΝΑΙ.	*Judicia arbitriave quaecumque, libera Republica, ex Legibus pronunciata, rata sunto. Acta vero, Triginta Tyrannis rerum potientibus, & judicia, sive privatim, sive publice reddita, rescinduntor.*

Legem descripsit Demosthenes *ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους* [*p.* 452.] *λέγε δ' ἕτερον νόμον.* ΤΑΣ ΔΙΚΑΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΔΙΑΙΤΑΣ, &c. Partem ejus laudat Andocides *ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων* [*p.* 12.] ΤΑΣ ΔΕ ΔΙΚΑΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΔΙΑΙΤΑΣ ΚΥΡΙΑΣ ΕΙΝΑΙ ΟΠΟΣΑΙ ΕΝ ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΜΕΝΗι ΠΟΛΕΙ ΕΓΕΝΟΝΤΟ, ΤΟΙΣ ΔΕ ΝΟΜΟΙΣ ΧΡΗΣΘΑΙ ΑΠ' ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ. *τὰς δὲ δίκας, ὦ ἄνδρες, καὶ τὰς διαίτας ἐποιήσατε κυρίας εἶναι, ὁπόσαι ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει ἐγένοντο, ὅπως μήτε χρεῶν ἀποκοπαὶ εἶεν, μήτε δίκαι ἀνάδικοι γίγνοιντο, ἀλλὰ τῶν ἰδίων συμβολαίων αἱ πράξεις εἶεν· τῶν δημοσίων ὁπόσοις αἱ γραφαί εἰσιν, ἢ φάσεις, ἢ ἐνδείξεις, ἢ ἀπαγωγαὶ τούτων ἕνεκα τοῖς νόμοις ἐψηφίσασθε χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος.* Atque in hac, quam descripsit Andocides [*p.* 12.] parte omisit ista verba, ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ. quae non erant omittenda. Est autem *verbum* ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ, Ex legibus, *sic accipiendum: tam ex Legum sententia, quam ex verbis. l.* 6. §. 1. *D. de verborum significatione.* Quanquam *cum prolatis constitutionibus*, inquit Callistratus Lib. III. Cognitionum, *contra eas pronunciat judex, eo quod non existimat causam, de qua judicat, per eas juvari: non videtur contra constitutiones sententiam dedisse. l.* 32. *D.*

1 Hoc quidem citra necessitatem fit. Vulgata scriptura commodam dat sententiam, nec Juri Attico pugnat, ut copiose probavit *Des. Heraldus* Rer. Judicat. L. 1, 3.

Quare ſecundum jus hac Lege conſtitutum Demiphoni conſulebat Hegio, dicebatque *Scena ſequenti* [*vſ.* 15.]

> *Mihi non videtur, quod ſit factum Legibus,*
> *Reſcindi poſſe: & turpe inceptu eſt.*

Donatus ad Terentii *Andriam Actu III. Scen I. Haec res ſecundum jus civile dicitur, in quo cavetur, ne quis rem actam apud judices repetat.*

ΔΙΚΗ autem in hac Lege eſt, ἡ περὶ ἐγκλημάτων, ut ex. gr. Judicium de adulterio, malae tractationis, &c. Ulpianus [*p.* 452.] δίκην καλεῖ, τὴν περὶ ἐγκλημάτων, οἷον, περὶ μοιχίας. eaque eſt, vel ΙΔΙΑ, ut in hac Lege habes, id eſt, ἰδιωτική, vel ΔΗΜΟΣΙΑ, quando κοινὸν ἁπάντων ἔγκλημα ἐστὶ καὶ δημόσιον ἀδίκημα, καὶ πᾶσιν ἔξεστι κατηγορεῖν τοῦ ἀδικοῦντος. Addit Legiſlator Η ΕΥΘΥΝΑ, id eſt, interprete eodem Ulpiano, ἀπολογία ὧν τις δημοσίᾳ πιστευθεὶς διῴκησεν. ut ſi quis Magiſtratum geſſit, aut legationem obivit, &c. Sequitur ΔΙΑΔΙΚΑΣΙΑ; Vox proprie ſignificat litem περὶ χρημάτων, ἢ περὶ κτημάτων. Ulpianus *ad hanc Timocrateam* paullo ante: διαδικασία δέ ἐστιν ὄνομα δίκης περὶ χρημάτων, ἢ περὶ κτημάτων. Non licebat igitur per hanc Legem eadem de cauſa, ſive ΔΙΚΗ, ſive ΔΙΑΔΙΚΑΣΙΑ foret, bis Judicium adipiſci. Demoſthenes *in Leptinea* [*p.* 310.] οἱ νόμοι δ᾽, οὐκ ἐῶσι δὶς, πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, οὔτε δίκας, οὔτε εὐθύνας, οὔτε διαδικασίαν, οὔτε ἄλλο τοιοῦτον οὐδὲν εἶναι. Ulpianus: δὶς περὶ τῶν αὐτῶν οὐ δεῖ δικάζεσθαι. Idem ἐν τῷ πρὸς Ναυσίμαχον [*p.* 574.] οἱ νόμοι δ᾽ οὐ ταῦτα λέγουσιν, ἀλλ᾽ ἅπαξ περὶ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν αὐτὸν εἶναι τὰς δίκας. Andocides ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου [*p.* 30.] ἄλλως τε καὶ τῶν νόμων ἀπαγορευόντων δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν, μὴ ἐξεῖναι δικάζεσθαι. At tamen apud eundem Terentium *loco proxime laudato* Cratinus advocatus conſulenti Demiphoni reſpondit, nuptias ab Antiphone judicum ſententia damnato contractas cum Phanio non poſſe conſiſtere:

362. — *Mihi*
> *Sic hoc videtur: quod te ab abſente hic filius*
> *Egit, reſtitui in integrum aequum eſt & bonum:*
> *Et id impetrabis.*

Iſtud, inquam, non repugnat Legi, de qua hactenus egimus: nam

> — *ſi cognata eſt maxume*
> *Non fuit neceſſe habere.*

Sententia Judicum,

> — *ſed, quod Lex jubet,*
> *Dotem dare.*

Non potuit enim damnari Antipho ad contrahendas cum Phanio nuptias ἁπλῶς, ſed damnatus fuerat proculdubio a judicibus, aut Phanium, itidem ut cognata ſi eſſet, in uxorem ducere, aut dotem ei dare: cui poſtremae parti ſententiae ſtare vult Antiphonem Demipho, idque a judicibus impetraturum Demiphonem arbitratur Cratinus, non tam, puto, ſecundum jus Atticum, quam civile Romanorum: quia *nuptiae conſiſtere non poſſunt*, inquit Paulus lib. XXXV. ad Edictum, *niſi conſentiant omnes, id eſt, qui coëunt, quorumque in poteſtate ſunt. l. 2. D. de ritu nuptiarum.* itemque *nuptiae*, ſcribente Juliano Lib. XVI. Digeſtorum, *inter eaſdem perſonas niſi volentibus parentibus renovatae juſtae non habentur. l.* 18. *D. eod.* Id fuiſſe mentis Demiphonis & ſententiae, cui accedit Cratinus, colligere eſt e jurgio ejus cum Phormione:

> *Etſi mihi facta injuria ſit, verumtamen*
> *Potius quam lites ſecter, aut quam te audiam:*
> *Itidem ut cognata ſi ſit, id quod Lex jubet*
> *Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.*

& paul-

& paullo post Phormioni respondet, & altercatur, quae omnino hic adscribenda sunt, quia sententiam nostram confirmant, & quaedam emendanda sunt:

—— DEM. *Non agam? imo haut desinam,*
Donec perfecero hoc. PHOR. *Ineptis.* DEM. *Sine modo.*
PHOR. *Postremo tecum nihil rei nobis Demipho 'st:*
Tuus est damnatus gnatus, non tu: nam tua
Praeterierat jam ad ducendum aetas. DEM. *Omnia haec*
Illum putato, quae ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cum uxore hac, ipsum probibebo domo.
GE. *Iratus est.* PHOR. *Tute idem feceris melius.*

Nam Demipho testatur se Antiphonem, nisi idem secum dicat, abdicaturum, & domo prohibiturum cum uxore hac Phanio, quod magis fuit pro Romanorum Legibus, quam Atheniensium institutis. Verum orationi Demiphonis extremae quod respondet Phormio,

Tute idem feceris melius,

nemo est, meo quidem judicio, qui commode possit interpretari e Donati Commentariis: [1] Rescribendum esse puto.

Tute id? em! feceris melius.

Hoc sensu, Tune, id, quod modo interminatus es, Antiphonem tua 363.
prohibebis domo cum uxore hac? hem! longe consultius meliusque facies, quam quod minitaris. Sed haec satis, ad Legis enim interpretationem redeundum est.

II. Cum saepe mutasset Atheniensium status & *πολιτεία*, factum est, ut quasi de novo iterumque Lex haec rogaretur ac ferretur.

ΤΑΣ ΔΙΚΑΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΔΙΑΙΤΑΣ ΟΣΑΙ ΕΓΕΝΟΝΤΟ ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ ΕΝ ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΜΕΝΗι ΠΟΛΕΙ ΚΥΡΙΑΣ ΕΙΝΑΙ. ΟΠΟΣΑ Δ' ΕΠΙ ΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΕΠΡΑΧΘΗ Η ΔΙΚΗ ΕΔΙΚΑΣΘΗ Η ΙΔΙΑι Η ΔΗΜΟΣΙΑι ΑΚΥΡΑ ΕΙΝΑΙ.	*Judicia arbitriave quaecumque, libera Republica, ex Legibus pronunciata, rata sunto. Acta vero, Triginta Tyrannis rerum potientibus, & judicia, sive privatim, sive publice reddita, rescinduntor.*

Legem descripsit Demosthenes *ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους* [*p.* 452.] *λέγε δ' ἕτερον νόμον.* ΤΑΣ ΔΙΚΑΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΔΙΑΙΤΑΣ, &c. Partem ejus laudat Andocides *ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων* [*p.* 12.] ΤΑΣ ΔΕ ΔΙΚΑΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΔΙΑΙΤΑΣ ΚΥΡΙΑΣ ΕΙΝΑΙ ΟΠΟΣΑΙ ΕΝ ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΜΕΝΗι ΠΟΛΕΙ ΕΓΕΝΟΝΤΟ, ΤΟΙΣ ΔΕ ΝΟΜΟΙΣ ΧΡΗΣΘΑΙ ΑΠ' ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ. *τὰς δὲ δίκας, ὦ ἄνδρες, καὶ τὰς διαίτας ἐποιήσατε κυρίας εἶναι, ὁπόσαι ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει ἐγένοντο, ὅπως μήτε χρεῶν ἀποκοπαὶ εἶεν, μήτε δίκαι ἀνάδικοι γίγνοιντο, ἀλλὰ τῶν ἰδίων συμβολαίων αἱ πράξεις εἶεν· τῶν δημοσίων ὁπόσοις αἱ γραφαί εἰσιν, ἢ φάσεις, ἢ ἐνδείξεις, ἢ ἀπαγωγαὶ τούτων ἕνεκα τοῖς νόμοις ἐψηφίσασθε χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος.* Atque in hac, quam descripsit Andocides [*p.* 12.] parte omisit ista verba, ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ. quae non erant omittenda. Est autem *verbum* ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ, Ex legibus, *sic accipiendum: tam ex Legum sententia, quam ex verbis. l.* 6. §. 1. *D. de verborum significatione.* Quanquam *cum prolatis constitutionibus*, inquit Callistratus Lib. III. Cognitionum, *contra eas pronunciat judex, eo quod non existimat causam, de qua judicat, per eas juvari: non videtur contra constitutiones sententiam dedisse. l.* 32. *D.*

1 Hoc quidem citra necessitatem fit. Volgata scriptura commodam dat sententiam, nec Juri Attico pugnat, ut copiose probavit *Des. Heraldus* Rer. Judicat. L. 1, 3.

32. *D. de re judicata.* Atque haec verba ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ expreſſit Hegio Terentianus.

> *Mihi non videtur, quod ſit factum Legibus*
> *Reſcindi poſſe.*

id eſt, *τὴν δίκην τὴν γενομένην* ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ *ἄκυρον εἶναι.* Lex haec lata eſt, poſt exactos Athenis Triginta Tyrannos, in Praetura Euclidis, aut anno ſi forte ſequenti. Duo autem illius ſunt Kapita: [1] priori cavetur, ne quis rem actam, libera Republica, apud Judices vel Arbitros repetat. Ulpianus: [*p.* 452.] *ἰστέον ὅτι καλεῖ τὰς δίκας τὰς κριθείσας ἐν τῷ δικαστηρίῳ, εἴτε ἰδιωτικὰς, διαίτας δὲ, τὰς παρὰ τοῖς Διαιτηταῖς πέρας λαβούσας.* Alterum Legis Kaput ſancit, acta ſub Triginta Tyrannis eſſe irrita, quaecumque demum illa ſint: *καὶ ἔστω ταῦτα ἄκυρα τὰ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα,* inquit Aeſchines *ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου.* Erat namque *ἀναρχία Ἀθήνησιν,* ut ſignant Faſti. Quare judicia reddita Triginta Tyrannis rerum Athenis potientibus, irrita ſunt, eorumque dantur in integrum reſtitutiones, ſive *ἀνάδικοι δίκαι,* propter maximam illam malitatem, ut Labeonis vocem uſurpem, eorum, qui tunc Rempublicam gerebant. Hanc cauſam reſtitutionis in integrum
364. ut & alteram expreſſit Heſychius his verbis. *ἀνάδικοι. οὕτως ἐλέγοντο οἱ τὰ δίκαια εἰς ἀκέραιαν ἐγκαθιστάμενοι· ἤτοι διὰ πολιτικὴν αἰτίαν. ἢ τῶν μαρτύρων ἁλόντων ψευδοκατηγόρων.* Poſtrema iſta docent, convictis atque damnatis teſtibus falſi teſtimonii dari integri reſtitutionem, id eſt, redintegrandae cauſae actionem, iterumque licebat experiri judicio: quod & ſcripſit Harpocration: *ἀνάδικοι κρίσεις, αἱ ἄνωθεν δικαζόμεναι, ὅταν ἁλῶσιν οἱ μάρτυρες ψευδομαρτυριῶν.* Eadem habet Suidas, qui e neſcio quo ſcriptore, cujus verba refert, exemplum in hanc rem, ſi quid judico, adfert. *ἀνάδικα τὰ δεδικασμένα ποιῶν, αἰσχροκερδείας ἡλωκώς.* Agit enim de quodam teſte, qui convictus fuerat *αἰσχροκερδείας,* id eſt, pecuniam ob falſum teſtimonium perhibendum accepiſſe, qua re fecit judicium prius redditum irritum, id eſt, *ἀνάδικα τὰ δεδικασμένα.* Vide autem diligenter ne confundas, [2] quod viro ſummo Budaeo accidit, cum actione, quae dicebatur *μὴ οὖσα.* Nam haec actio *μὴ οὖσα* dabatur iis, qui deſeruiſſent litem conteſtatam ad purgandam moram, & excuſandum eremodicium: praeſtabaturque hac actione reſtauratio eremodicii. At vero *ἀνάδικος δίκη,* ſive redintegrandae cauſae actio dabatur poſt finitam, judicio litem, ſed judicium illud irritum fiebat, vel *διὰ πολιτικὴν αἰτίαν, ἀναρχίαν* ſcilicet, vel quia teſtes falſum pro teſtimonio in ea cauſa dixiſſe convicti fuerant: qua de cauſa dandam eſſe integri reſtitutionem reſcripſit Divus Hadrianus, ut refert Calliſtratus Lib. V. Cognitionum. *Divus Hadrianus aditus per libellum a Juliano Tarentino, & judicante (γρ. indicante) eo, falſis teſtimoniis, conſpiratione adverſariorum teſtibus pecunia corruptis, religionem judicis circumventam eſſe, in integrum cauſam reſtituendam in haec verba reſcripſit: Exemplum libelli dati mihi a Juliano Tarentino mitti tibi juſſi. Tu, ſi tibi probaverit, conſpiratione adverſariorum, & teſtibus pecunia corruptis oppreſſum ſe, & rem ſevere vindica, & ſi qua a judice tam malo exemplo circumſcripto judicata ſunt, in integrum reſtitue. l.* 33. *D. de re judicata.*

1 Illuſtrantur haec & ſtabiliuntur a *Platone* in Critone p. 50. B.

2 *Budaei* patrocinium profitetur *Ulpianus* ad *Demoſthen.* Midian. p 343. Sed vide ipſum Oratorem extrema Oratione in Boeotum περὶ τοῦ Ὀνομ., a Petito ſtantem.

TITULUS NONUS.

De Poenis.

I. Lege veteri erat constitutum, ne duplex reo irrogaretur poena:

Μηδὲν τίμημα ὑπάρχειν ἐπὶ κρίσει πλέον, ἢ ἕν, ὁπότερον ἂν τὸ δικαστήριον τιμήσῃ, παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι, ἀμφότερα δὲ, μὴ ἐξέστω.

Poenae plures una ne irrogantor, quancumque inflixerint judices luendam, sive in corpore, sive in aere: utramque simul ne irroganto.

Legis hujus meminit *in Leptinea* Demosthenes [*p.* 312.] ἴστε γὰρ δή που τοῦθ' ὅτι τῶν τὰ δεινότατα ἡμᾶς ἀδικούντων ἐν ἑκάστῳ τίμημα ὑπάρχει διὰ τὸν νόμον, ὃς διαῤῥήδην λέγει, ὡς χρὴ μηδὲν τίμημα ὑπάρχειν ἐπὶ κρίσει πλέον, ἢ ἕν, ὁπότερον ἂν τὸ δικαστήριον τιμήσῃ, παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι· ἀμφότερα δὲ, μὴ ἐξέστω.

II. Lege venia dabatur iis qui inviti aut per ignorantiam minima admiserant peccata, neque in jus vocabantur, sed officii admonebantur. 365.

Τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων οὐκ εἰσάγειν ἐστὶν, ἀλλ' ἰδίᾳ λαβόντα διδάσκειν καὶ νουθετεῖν.

Peccantes invite in jus ne rapiuntor, sed privatim officii admonentor.

Habes apud Platonem *Apologia Socratis apud Judices* [*p.* 26. *A.*] τῶν τοιούτων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων ὁ δεῦρο νόμος εἰσάγειν ἐστὶν, ἀλλ' ἰδίᾳ λαβόντα διδάσκειν καὶ νουθετεῖν. Non enim poena opus est, sed institutione, ut legitur *ibidem*: δεῦρο δὲ εἰσάγεις, οἷ νόμος ἐστὶν εἰσάγειν τοὺς κολάσεως δεομένους, ἀλλ' οὐ μαθήσεως. Quod intelligendum est de erratis, quae non essent magni momenti, ut ex. gr. in his, quorum insimulabatur Socrates, & accusabatur [*p.* 19. *B.*] Σωκράτης ἀδικεῖ, καὶ περιεργάζεται ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆς καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιῶν, καὶ ἄλλους ταῦτα διδάσκων. in his enim non sunt sitae opes Graeciae, neque ex iis detrimenti quicquam Respublica capit. At in gravioribus criminibus neque ignorantia, neque τὸ ἀκούσιον omnino excusant, aut metu liberant, sed ad judices eundum est.

III. Inter poenas videtur fuisse, damnari *ad remum*. Scholiastes Comici id indicat, ad haec ejus verba *e Ranis* [*vs.* 1103.]

—— καὶ τοὺς Παράλους ἀνέπεισεν
ἀνταγορεύειν τοῖς ἄρχουσι.

κοινῶς δὲ Παράλους, inquit, τοὺς ἐκ τῶν τριήρων ναύτας. οὐ γὰρ ἰδιόν τι λέγοι ἂν περὶ τῆς Παράλου τριήρεις νεώς. ἄτιμοι δὲ οὗτοι ἦσαν. Dicit remiges ἀτίμους fuisse; damnati videlicet *ad remum* publico judicio, capite erant minuti. Neque haec possunt referri ad illos, qui *ad remum* mercede conducebantur, erant quippe θῆτες, non ἄτιμοι. At hi ἄτιμοι erant, quia publico judicio damnati erant ad illud opus: ad quod etiam damnatos fuisse ab Atheniensi-

bus hostes bello captos, auctore Philocle, [1] narrat Plutarchus *in Lysandro* [*p.* 440. *B.*] ἐστρατήγουν δὲ τῶν Ἀθηναίων ἄλλοι τε πλείους καὶ Φιλοκλῆς, ὁ πείσας πότε ψηφίσασθαι τὸν δῆμον, ἀποκόπτειν τὸν δεξιὸν ἀντίχειρα τῶν ἁλισκομένων κατὰ πόλεμον, ὅπως δόρυ μὲν φέρειν μὴ δύνωνται, κώπην δὲ ἐλαύνωσι.

Fuit quoque inter poenas ad perpetuum carcerem damnari. Plato *Apologia Socratis* [*p.* 37. C.] τί δείσας, ἢ μὴ πάθω τοῦτο οὗ Μέλιτός μοι τιμᾶται, ἀντὶ τούτου δὴ ἕλωμαί τι ὧν εὖ οἶδ᾽ ὅτι κακῶν ὄντων, τούτου τιμησάμενος; πότερον δεσμοῦ; καὶ τί με δεῖ ζῆν ἐν δεσμωτηρίῳ, δουλεύοντα τῇ ἀεὶ καθισταμένῃ ἀρχῇ τοῖς Ενδεκα; An vero qui in carcere claudebatur, in vinculis quoque erat? Adhibebantur certe ejus corpori vincula, ut de Socrate constat apud Platonem *Phaedone* [*p.* 59. *E.*] λύουσι γάρ, ἔφη, οἱ ἕνδεκα Σωκράτη. & paullo post: ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἦν ἐν τῷ σκέλει τὸ ἀλγεινόν, ἐκείνῳ δὴ φαίνεται ἐπακολουθοῦν τὸ ἡδύ. & praecedentia *ex Apologia* evincunt. Continebantur quoque carcere, si multa esset irrogata, quousque eam numerassent. Socrates apud Platonem *eadem Apologia*, verbis, quae descripsimus, immediate ista subjicit: ἀλλὰ χρημάτων; καὶ δεδέσθαι ἕως ἂν ἐκτίσω; ἀλλὰ ταυτόν μοι ἐστὶν ὅπερ δὴ νῦν ἔλεγον. οὐ γὰρ ἔστι μοι χρήματα ὁπόθεν ἐκτίσω.

Ultimum [2] de damnatis supplicium non videtur sumptum fuisse ante supre-
366. mam diei tempestatem, id est, Solem occasum. Colligo ex his quae leguntur apud Stobaeum *Sermone I.* [*p.* 20.] καὶ τριῶν ἡμερῶν αὐτῷ δοθεισῶν, τῇ πρώτῃ ἔπιεν, καὶ οὐ προσέμεινε τῆς τρίτης ἡμέρας τὴν ἐσχάτην ὥραν παρατηρεῖν. ὃ ἐστὶν ἥλιος ἐπὶ τῶν ὀρῶν.

Atheniensium veteri Lege in decennale mittebantur exilium, quorum opes, gratia, & potentia plebi erant invisae & suspectae.

Ἐξοστρακίζεσθαι τοὺς ὑπερέχοντας τὰ δέκα ἔτη.	*Potentiores in exilium decennale mittuntor.*

Legis meminit Aristides ἐν τῇ κοινῇ ἀπολογίᾳ apud Photium: ἀλλὰ Θεμιστοκλῆς μὲν καὶ Κίμων ἐξωστρακίσθησαν. τοῦτο δὲ ἦν οὐ μῖσος, οὔτ᾽ ἀλλοτρίωσις τοῦ δήμου πρὸς αὐτούς· ἀλλ᾽ ἦν νόμος αὐτοῖς περὶ ταῦτα, ἔχων μὲν ὅπως δήποτε. ἐῶ γάρ, εἰ μὴ σφόδρα ἄν τις ἐπαινέσαι τὸν νόμον. τὸ δ᾽ οὖν ἁμάρτημα οὐκ ἀπαραίτητον αὐτῶν, ἀλλ᾽ ἔχον ὡς ἐν τοιούτοις εὐπρέπειαν· νόμον γάρ, ὥσπερ εἶπον, ἐγίνετο. ἦν δὲ οὗτος ὁ νόμος· ἐκόλουον ([3] optime apud ipsum Aristidem *Platonica II.* [*p.* 398.] scribitur ἐκέλευον) τοὺς ὑπερέχοντας μεθιστάντες ἔτη δέκα· ἄλλο δὲ οὐδὲν ἔγκλημα προσῆν, οὐδ᾽ ὡς ἐπὶ ἐλέγχῳ πραγμάτων ὀργή. Plutarchus *in Pericle* [*p.* 157. *B.*] ὁ μὲν οὖν ἐξοστρακισμὸς ὡρισμένην εἶχε νόμῳ δεκαετίαν τοῖς φεύγουσιν. Scholiastes Aristophanis *ad Vespas* [*vs.* 941.] τοῦτον δ᾽ ἐξωστράκισαν Ἀθηναῖοι τὰ δέκα ἔτη κατὰ τὸν νόμον. Erat autem καί τι ἐξοστρακισμοῦ ἀξίωμα, inquit Plutarchus *in Nicia* [*p.* 530. *E.*] Hoc enim poe-

1 De Aeginetis id Athenienses atrocissime decreverant, ut ad *Aelianum* Var. Hist. L. II, 9. viri docti docuerunt.

2 In illis, qui cicutam mortis damnati bibebant, verum fuit, de aliis non constat. Vide *Platonis* Phaedon. p. 61. & p. 116.

3 Imo vero ἐκόλουον, quod scripti *Codd.* adfirmant, bene habet, jureque in nupera *Editione* restitutum est. Vulgatum ipse verborum ordo proscribit.

poenae genere elevabatur potentiorum invidia. Plutarchus *in Themistocle* [*p.* 123. *B.*] κόλασις γὰρ οὐκ ἦν ὁ ἐξοστρακισμὸς, ἀλλὰ παραμυθία φθόνου καὶ κουφισμὸς, ἡδομένου τῷ ταπεινοῦν τοὺς ὑπερέχοντας, καὶ τὴν δυσμένειαν εἰς ταύτην τὴν ἀτιμίαν ἀποπνέοντος. Neque enim poena haec erat τῶν τυχόντων, vilium capitum, & hominum improborum, quos

—— series inhonora parentum
Obscuros proavis, & priscae lucis egentes,
Plebeia de stirpe tulit.

Plutarchus *in Alcibiade* [*p.* 197.] φαῦλος γὰρ οὐδεὶς ἐνέπιπτεν εἰς τοῦτον τὸν κολασμὸν, οὐδ᾽ ἄδοξος. Unde dixit Plato Comicus de Hyperbolo:

καίτοι πέπραχε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια.
οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ᾽ ὄστραχ᾽ εὑρέθη.

Neque id tantum Athenis ab Atheniensibus fiebat, sed etiam in subditis civitatibus. Aristoteles *Polit. Libro III. cap.* 13. τὸ δ᾽ αὐτὸ (ὀστρακισμὸν) καὶ περὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη ποιοῦσιν οἱ κύριοι τῆς δυνάμεως. οἷον Ἀθηναῖοι μὲν περὶ Σαμίους, καὶ Χίους, καὶ Λεσβίους· ἐπεὶ γὰρ θᾶττον ἐγκρατῶς ἔσχον τὴν ἀρχὴν, ἐταπείνωσαν αὐτοὺς παρὰ τὰς συνθήκας. Atque id institutum est, ut possent τὸ ἴσον πάντες ἔχειν; ut notat *hoc ipso capite* Aristoteles: διὸ καὶ τίθενται τὸν ὀστρακισμὸν αἱ δημοκρατούμεναι πόλεις, διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν. αὗται γὰρ δὴ δοκοῦσι διώκειν τὴν ἰσότητα μάλιστα πάντων· ὥστε τοὺς δοκοῦντας ὑπερέχειν δυνάμει διὰ τὸν πλοῦτον, ἢ πολυφιλίαν, ἤ τινα ἄλλην πολιτικὴν ἰσχὺν; ὠστράκιζον καὶ μεθίστασαν ἐκ τῆς πόλεως χρόνοις ὡρισμένοις. Neque id improbat, siquidem liquido constet suspectos & invisos esse plebi propter opes, amicos, clientes, & gratiam: διὸ κατὰ τὰς ὁμολογουμένας ὑπεροχὰς, ἔχει τι δίκαιον πολιτικὸν ὁ λόγος ὁ περὶ τὸν ὀστρακισμόν. Intra dies decem ab urbe excedere, & per decennium abesse cogebantur ii, quos, sex millibus, suffragium ferentibus, aut majore numero, a pluribus damnari contigisset. Ordinem repraesentant Interpres Comici, & Plu- 367.
tarchus: illius verba sunt *ad drama Equites* [*vs.* 851.] ὁ δὲ τρόπος τοῦ ἐξοστρακισμοῦ τοιοῦτος, προεχειροτόνει ὁ δῆμος ὄστρακον εἰσφέρειν. καὶ ὅταν δόξῃ, ἐφράττετο σανίσιν ἡ ἀγορὰ, καὶ κατελείποντο εἴσοδοι δέκα, δι᾽ ὧν εἰσιόντες κατὰ φυλὰς ἐτίθεσαν ὄστρακον, ἐντιθέντες τὴν ἐπιγραφήν. ἐπεστάτουν δὲ, οἵ τε ἐννέα Ἄρχοντες, καὶ ἡ βουλή. ἀριθμηθέντων δὲ, ὧν πλεῖστα γένοιτο, καὶ μὴ ἐλάττω ἑξακισχιλίων, τοῦτον ἔδει ἐν δέκα ἡμέραις μεταστῆναι τῆς πόλεως. εἰ δὲ μὴ γένοιτο ἑξακισχίλια, οὐ μεθίστατο. Plutarchus *in Aristide* [*p.* 322. *E.*] ἦν δὲ τοιοῦτον (ὡς τύπῳ φράσαι) τὸ γινόμενον. ὄστρακον λαβὼν ἕκαστος, καὶ γράψας ὃν ἐβούλετο μεταστῆσαι τῶν πολιτῶν, ἔφερεν εἰς ἕνα τόπον τῆς ἀγορᾶς περιπεφραγμένον ἐν κύκλῳ δρυφράκτοις. οἱ δ᾽ Ἄρχοντες πρῶτον μὲν διηρίθμουν τὸ σύμπαν ἐν ταὐτῷ τῶν ὀστράκων πλῆθος. εἰ γὰρ ἑξακισχιλίων ἐλάττονες οἱ γράψαντες εἶεν, ἀτελὴς ἦν ὁ ἐξοστρακισμός. ἔπειτα τῶν ὀνομάτων ἕκαστον ἰδίᾳ θέντες τὸν ὑπὸ τῶν πλείστων γεγραμμένον ἐξεκήρυττον εἰς ἔτη δέκα, καρπούμενον τὰ αὑτοῦ. Diodorus Siculus *Libro XI.* [*p.* 270. *A.*] quinquennale facit hoc exilium: ὁ δὲ νόμος ἐγένετο τοιοῦτος· ἕκαστος τῶν πολιτῶν εἰς ὄστρακον ἔγραψε τοὔνομα τοῦ δο-

κοῦντος μάλιστα δυνάμενος καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν. ᾧ δ' ἂν ὄστρακα πλείω γένηται, φεύγειν ἐκ τῆς πατρίδος ἐτέτακτο πενταετῆ χρόνον. Pollux *Libro VIII. cap.* 5. καὶ περισχοινίσαντες δὲ τῆς ἀγορᾶς τι μέρος, ἔδει φέρειν εἰς τὸν περιορισθέντα τόπον Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον ὄστρακον ἐγγεγραμμένον τοὔνομα τοῦ μέλλοντος ἐξοστρακίζεσθαι. ὅτῳ δὲ ἑξακισχίλια γένοιτο ὄστρακα, τοῦτον φυγεῖν ἐχρῆν, οὐχ ὡς κατεγνωσμένον, ἀλλ' ὡς τῇ πολιτείᾳ βαρύτερον, δι' ἀρετῆς φθόνον μᾶλλον, ἢ διὰ κακίας ψόγον. Sed male hi Grammatici, [1] Pollux, & Aristophanis Scholiastes scribunt, debuisse damnari sex millibus testularum τὸν ἐξοστρακισθέντα. imo potius, sex millibus suffragium ferentibus; ut erat solenne in omni graviori causa: mittebantur igitur in exilium quicumque, Atheniensibus sex mille suffragia ferentibus, plura tulissent puncta, sive majori testularum numero damnati fuissent. Hunc numerum debuisse esse mille testularum scribit [2] futilis auctor Tzetzes *in Chiliadibus* [*Chil. XIII*, 443.] atque in Cynosarge vult eum actum celebratum:

οἱ Ἀθηναῖοι μέλλοντες τινὰ ὑπερορίζειν,
οὐ πρότερον ἐξώριζον ἐκεῖνον τῆς πατρίδος,
μέχρις ἂν συνετάξαντο ἡμέραν ὡρισμένην,
καὶ μέχρι ταύτης ἤκουσαν χιλίων κατηγόρων
συμποσουμένων ἀριθμῷ τῶν κατ' αὐτοῦ λεγόντων.
εἰς ὄστρακον γὰρ γράφοντες τὸ ὄνομα ἐκείνου,
ἔρριπτον εἰς Κυνόσαργες. τόπος δ' Ἀθήναις τοῦτο,
οὗ καὶ τοὺς νόθους ἔρριπτον τοῖς χρόνοις τοῖς προτέροις,
ἐκεῖσε καὶ τὰ ὄστρακα ἐξορισμῶν ἔρριπτον.
ἂν οὖν ἡμέρα τῇ ταχτῇ χίλια ἐφευρέθη,
ἀσυμπαθῶς ἐστέλλετο πρὸς τὴν ὑπερορίαν.
εἰ δ' ἦσαν ἀποδέοντα τὰ ὄστρα καὶ χιλίων,
ἐν τῇ πατρίδι μένων ἦν ἐπιτυχὼν συγγνώμης.

Qui ostracismo aberant ab urbe, bonorum suorum fructus percipiebant. Interpres Comici *ad Vespas* [*vs.* 941.] διαφέρει γὰρ φυγὴ ὀστρακισμοῦ. καθὸ τῶν μὲν φευγόντων αἱ οὐσίαι δημεύονται· τῶν δὲ ὀστρακισμῷ μεταστάντων οὐκέτι κύριος ὁ δῆμος. καὶ τοῖς μὲν, καὶ τόπος ἀπεδίδοτο, καὶ χρόνος· τοῖς δὲ οὐδέτερον τούτων. Plutarchus jam laudatis *in Aristide*: τὸν ὑπὸ τῶν πλείστων γεγραμμένον ἐξεκήρυττον εἰς ἔτη δέκα, καρπούμενον τὰ αὑτοῦ. E verbis
368. autem Scholiastae Aristophanis docemur ostracismo pulsis omnium locorum interdictum fuisse praeter certum locum. Quando vero primum sancta sit Ostracismi Lex non liquet in tanto veterum dissensu, constat tantum, quando antiquata: Nam, cum Alcibiades & Nicias, qui tum Athenis rerum potiebantur, consilio inito, fecissent, ut Hyperbolus ostracismo multaretur, desitum est exinde in decennale mittere exilium. Plutarchus *in Aristide* [*p.* 322. *D.*] Ἀλκιβιάδης καὶ Νικίας, μέγιστον ἐν τῇ πόλει δυνάμενοι, διεστασίαζον. ὡς οὖν ὁ δῆμος ἔμελλεν ἐκφέρειν τὸν ὄστρακον, καὶ δῆλος ἦν τὸν ἕτερον γράψων,

1 *Pollux* erroris absolvi potest. Non enim tot testulis semper opus fuisse dicit, sed eum, cui in testarum suffragiis sex millia obtigerant, exulasse. Atque hanc *Pollucis* defendendi viam ingressus est doctissimus *Kuhnius*.

2 Peccatum *Tzetzae* animadvertit *Jo. Meursius* Attic. Lect. L. v, 18. & pleraque omnia, quae in unum de Ostracismo Petitus conduxit, occupavit.

ψων, διαλεχθέντες ἀλλήλοις, καὶ τὰς στάσεις ἑκατέρας εἰς ταυτὸ συναγαγόντες, τὸν Ὑπέρβολον ἐξοστρακισθῆναι παρεσκεύασαν. ἐκ δὲ τούτου δυσχεράνας ὁ δῆμος ὡς καθυβρισμένον τὸ πρᾶγμα καὶ προπεπηλακισμένον, ἀφῆκε παντελῶς καὶ κατέλυσεν. Idem *in Nicia*, cum hanc ipsam historiam retulisset, addit [*p.* 530.] καὶ τὸ πέρας, οὐδεὶς ἔτι τὸ παράπαν ἐξωστρακίσθη μετὰ Ὑπέρβολον, ἀλλ' ἔσχατος ἐκεῖνος. Quis vero auctor Ostracismi fuerit, ut dixi, liquido non constat. Nam Theseum primum fuisse qui hanc Legem scripserit, & ostracismo pulsus fuerit, sunt qui scribant. Theophrastus apud Suidam: ὀστρακισθῆναι δὲ πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τοῖς πρὸς τοὺς καιρούς. Eusebius *in Chronicis*: Θησεὺς Ἀθηναίοις κατὰ χώραν ἐσπαρμένους εἰς ἓν συναγαγὼν, ἤτοι εἰς μίαν πόλιν, πρῶτος ἐξωστρακίσθη αὐτὸς πρῶτος θεὶς τὸν νόμον. Quae ita vertit B. Hieronymus: *Theseus, cum Athenienses prius per regionem dispersos primus in unam civitatem congregasset, ignominiose ejectus est per signa testularum, eandem Legem prius ipse constituens.* Scholia *Pluti.* μετὰ τὸ χαρίσασθαι τὴν δημοκρατίαν τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Θησέα, Λύκος τις συκοφαντήσας, ἐποίησεν ἐξοστρακισθῆναι τὸν Ἥρωα. Non desunt, qui putent Ostracismum inventum tantum fuisse circa tempora Pisistrati, & Hipparchum Pisistrati cognatum primum omnium hoc exilii genus subiisse. Diodorus Siculus *Libro XI.* [*p.* 270.] πρῶτον μὲν οὖν αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως μετέστησαν τοῦτον τὸν ὀνομαζόμενον ὀστρακισμὸν ἐπαγαγόντες αὐτῷ, ὃς ἐνομοθετήθη μὲν ἐν ταῖς Ἀθήναις μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τυράννων τῶν περὶ Πεισίστρατον. Plutarchus *in Nicia*: καὶ τὸ πέρας, οὐδεὶς ἔτι τὸ παράπαν ἐξωστρακίσθη μετὰ Ὑπέρβολον, ἀλλ' ἔσχατος ἐκεῖνος. πρῶτος δ', Ἵππαρχος ὁ Χολαργεὺς συγγενής τις ὢν τοῦ τυράννου. Harpocration: Ἵππαρχος ὁ Πεισιστράτου· ἄλλος δέ ἐστιν Ἵππαρχος ὁ Χάρμου, ὥς φησι Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους. περὶ δὲ τούτου, Ἀνδροτίων ἐν τῇ δευτέρᾳ φησὶν, ὅτι συγγενὴς μὲν ἦν Πεισιστράτου τοῦ Τυράννου, καὶ πρῶτος ἐξωστρακίσθη τοῦ περὶ τὸν ὀστρακισμὸν νόμου τότε πρῶτον τεθέντος, διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν περὶ Πεισίστρατον, ὅτι δημαγωγὸς ὢν καὶ στρατηγὸς ἐτυράννησεν. Heraclius in Fragmento de Rebuspublicis Hippiam Tyrannum auctorem facit: Ἱππίας δὲ πικρότερον ἐτυράννει. καὶ τὸν περὶ ὀστρακισμοῦ νόμον εἰσηγήσατο, ὃς ἐτέθη διὰ τοὺς τυραννιῶντας. Aelianus *Variae Libro XIII. cap.* 24. Clisthenem: Κλεισθένης δὲ ὁ Ἀθηναῖος τὸ δεῖν ἐξοστρακίζεσθαι πρῶτος εἰσηγησάμενος, αὐτὸς ἔτυχε τῆς καταδίκης πρῶτος. At Ptolemaeus Hephaestio περὶ τῆς εἰς πολυμαθίαν καινῆς ἱστορίας, *Libro VI.* apud Photium, Achillem Lysonis filium ostracismi auctorem laudat: καὶ ὁ τὸν ὀστρακισμὸν ἐπινοήσας Ἀθήνησιν Ἀχιλλεὺς ἐκαλεῖτο, υἱὸς Λύσωνος.

IV. Lege erat vetitum, exulum quemvis apud se recipere, qui recepisset, exulare cogebatur.

Μὴ ὑποδέχεσθαι φευγόντων οὐδένα, ἢ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι τὸν ὑποδεχόμενον τοὺς φεύγοντας.	*Exulum nullum recipito, qui secus faxit, in exilium mittitor.*

Legem laudat Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Πολυκλέους [*p.* 673.] οἱ γὰρ νόμοι 369.
οὐκ ἐῶσιν ὑποδέχεσθαι τῶν φευγόντων οὐδένα, ἢ ἐν τοῖς αὐτοῖς κελεύουσιν ἐνέχεσθαι τὸν ὑποδεχόμενον τοὺς φεύγοντας. & paullo ante dixerat Callicles: σὺ οὖν ἐὰν σωφρονῇς, οὐδένα τῶν φευγόντων ἐάσεις εἰς τὴν ναῦν ἀναβαί-

νῆν. ὐ γὰρ ἐῶσιν οἱ νόμοι. Hoc jure usi Athenienses, Cimonem, quem in decennale miserant exilium, a ducibus belli noluerunt recipi. Plutarchus *in Cimone* [*p.* 489. *D.*] ἡ δὲ βυλὴ τῶν Πεντακοσίων ἀπηγόρευσε τοῖς Στρατηγοῖς μὴν δέχεσθαι τὸν ἄνδρα.

V. Fragmentum hoc est e Draconis Legibus, quod ad hunc titulum omnino spectat:

ΑΠΟΤΕΙΝΕΙΝ ΔΕΚΑΒΟΙΟΝ. *Viginti drachmas pendito.*

Legitur hoc fragmentum apud Pollucem *Libro IX. cap.* 6. καὶ μὴν κἀν τοῖς Δράκοντος νόμοις ἐστιν, ΑΠΟΤΕΙΝΕΙΝ ΔΕΚΑΒΟΙΟΝ. Nummi species erat Athenis bove (unde nomen invenit) signati. Pollux *ibid.* τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο ἦν Ἀθηναίοις νόμισμα, καὶ ἐκαλεῖτο Βοῦς, ὅτι βοῦν εἶχεν ἐντετυπωμένον. Illius valor erat duarum drachmarum: & certe haec Pollucis, [1] τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο refertur ad τὸ δίδραχμον, de quo ante verba fecerat, docet τὸ δίδραχμον *bove* fuisse signatum: itaque paullo post addit: καὶ ἐν τῇ παρὰ Δηλίας θεωρίᾳ τὸν κήρυκα κηρύττειν φασίν, ὁπότε δωρεὰν τινι ἐδίδοτο, ὅτι δοθήσονται αὐτῷ τοσῦτοι Βόες, καὶ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον βοῦν δύο δραχμὰς Ἀττικάς. Primus *bove* signavit Theseus. Plutarchus [*Thes. p.* 11. *D.*] ἔκοψε δὲ καὶ νόμισμα, βοῦν ἐγχαράξας, ἀπ' ἐκείνυ δέ φασι τὸ ἑκατόμβοιον, καὶ τὸ δεκάβοιον ὀνομασθῆναι. etiam apud Homerum,

ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

VI. Hujus quoque tituli est fragmentum Legis ex Axonibus Solonis, de irroganda multa.

ΜΗ ΠΛΕΙΩ ΕΙΝΑΙ ΤΡΙΤΑΙΑΣ ΤΗΝ ΚΡΙΣΙΝ.	*Plus sedecim choenicibus litem ne aestimato.*

Habetur hoc Legis fragmentum apud Hesychium: τριταία παρὰ Σόλωνι, ΜΗ ΠΛΕΙΩ ΕΙΝΑΙ ΤΡΙΤΑΙΑΣ ΤΗΝ ΚΡΙΣΙΝ. Aestimatio unius τριταίας est choenicum sedecim: id enim Soloni est τριταία, quam alii τριτεὺς dixerunt: unde verbis Legis addit idem Grammaticus: τριτεὺς γὰρ χοίνιξ ἐστί. Sed locus est corruptus: Non enim choenicis, sed medimni tertia pars est. Pollux [*sect.* 169. *Lib. IV.*] ὁ δὲ τριτεύς, χοίνικες ἑκκαίδεκα. & ita rescribendum est apud Hesychium, τριτεὺς γὰρ χοίνικες ιϛ' ἐστί.

VII. Ejusdem generis atque ordinis est Fragmentum istud, de eo, qui habeatur dies decem in nervo ab Undecimviris capitalibus, nisi quid aliud ab Heliastis judicibus pronunciatum sit.

[2] ΔΕΔΕΣΘΑΙ ΕΝ ΤΗι ΠΟΔΟΚΑΚΚΗι ΗΜΕΡΑΣ ΔΕΚΑ ΤΟΝ ΠΟΔΑ, ΕΑΝ ΜΗ ΠΡΟΤΙΜΗΣΗι Η ΗΛΙΑΙΑ.	*Decem dies in nervo habetor, nisi Heliaea in plures dies haberi jubeat.*

Extat apud Lysiam ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου α'. [C. 6.] qui docet ab Undecimviris capitalibus in nervo habitum fuisse: καὶ μοι ἀνάγνωθι τύτοις τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος τοὺς παλαιούς. ΝΟΜΟΣ ΔΕΔΕΣΘΑΙ Δ' ΕΝ ΤΗι ΠΟΔΟ-

1 Recte Petitus, cujus opinionem egregie stabilivit *Ti. Hemsterhusius* ad eum *Pollucis* locum.

2 Lex integra editur L. VII. Tit. 5., neque inde hoc fragmentum avelli debuerat. Ibi vero πένθ' ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας & ἐὰν προστιμήσῃ reperies ex *Demosthene.* Scriptum ergo in *Lysia* fuit ἡμέρας πέντε & ἐὰν μὴ προστιμήσῃ, sicuti praeclare monuit *Des. Heraldus* Animadv. in Jus Attic. L. III, 3. p. 304., non dissentiente Cl. *Taylor.*

ΠΟΔΟΚΑΚΗι ΗΜΕΡΑΣ ΔΕΚΑ ΤΟΝ ΠΟΔΑ ΕΑΝ ΜΗ ΠΡΟΤΙΜΗΣΗι ΗΛΙΑΙΑ. ἡ ποδοκάκη αὕτη ἐστὶν, ὦ Θεόμνηστε, ὃ νῦν καλεῖ ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι. εἰ οὖν ὁ δεθεὶς ἐξελθὼν, ἐν ταῖς Εὐθύναις τῶν Ἕνδεκα κατηγοροίη, ὅτι οὐκ ἐν τῇ ποδοκάκῃ ἐδέδετο, ἀλλ' ἐν τῷ ξύλῳ, οὐκ ἂν ἠλίθιον αὐτὸν νομίζοιεν; Hac voce passim usus erat Solon in suis Legibus, & exstat hodie apud Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [p. 461.] in Lege κλοπῆς. Cum Lysia convenit in interpretatione hujus vocis Interpreti Aristophanis *ad hunc Equitum versum* [366.] 370.

οἷόν σε δήσω τῷ ξύλῳ.

εἶδος δὲ δεσμωτηρίου τὸ ξύλον, ἣν ποδοκάκκην λέγουσιν. Est autem constituenda differentia inter ποδοκάκκην, ποδοστράβην, πανσικάπην, καὶ πεντεσύριγγον, quae sunt vincula, quibus usus erat in carcere. ποδοκάκκην appellant vinculum, quo pedes impediuntur. Harpocration: ποδοκάκκη, τὸ ξύλον τὸ ἐν δεσμωτηρίῳ οὕτως ἐκαλεῖτο, ἤτοι παρεμβεβλημένου τοῦ ἑτέρου κάππα, ποδῶν τις κάκωσις οὖσα, ἢ κατὰ συγκοπὴν, ὥς φησι Δίδυμος, οἷον ποδοκατοχή. Hesychius: ποδοκάκκη, ὁ ἐν τῷ ξύλῳ δεσμὸς, ἐν ᾧ οἱ κακοῦργοι δεσμεύονται, οἷον ποδοκατοχή, τὰ διὰ τῶν ποδῶν εἰλήμματα. Suidas: ποδοκάκκη, ξύλον, εἰς ὃ ἐν εἱρκτῇ τοὺς πόδας ἐμβάλλοντες συνέχουσιν. ἐν εἱρκτῇ τε καὶ ποδοκάκκῃ στρεβλούμενοι καὶ ταλαιπωρούμενοι ἦσαν. Hinc in hac Lege apud Lysiam: ΔΕΔΕΣΘΑΙ Δ' ΕΝ ΤΗι ΠΟΔΟΚΑΚΗι ΤΟΝ ΠΟΔΑ. Plutarchus *de Deo Socratis* [p. 598. B.] τοὺς πόδας ἐν τῷ ξύλῳ δεδεμένοι. Lucianus *in Toxari:* τὰ σκέλη ἐν τῷ ξύλῳ κατακεκλεισμένα.[1] Viri Incomparabiles Budaeus atque Cujacius crediderunt idem esse cum *mala mansione*, de qua Ulpianus Libro XXX. ad Edictum. *Si hominem apud se depositum, ut quaestio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam mansionem extensum. l. 7. D. Depositi vel contra.* & Gaïus Libro LXXVII. ad Edictum. *Quaestionis verbo etiam ea, quam malam mansionem dicunt, continebitur. l. 15. §. 41. D. de injuriis & famosis libellis.* Sed rei, de quibus quaestio habebatur, quique torquebantur, ad *malam mansionem* erant extensi. At ποδοκάκκη extensio non est, sed ὁ ἐν τῷ ξύλῳ δεσμὸς τῶν ποδῶν. Quin potius respondebit Romanorum *nervo* Atheniensium ποδοκάκκη. *Nervum* namque *appellamus*, inquit Festus, *etiam ferreum vinculum, quo pedes vinciuntur.* unde Tertullianus: *Nescio an crus de periscelio in* nervum *se patiatur artari.* Certe *mala mansio* accederet potius ad ποδοστράβην. Nam ποδοστράβη est quaestionis sive tormenti genus, quo rei pedes manusque vincti torquentur. Ulpianus *ad Timocrateam* [p. 461.] Βασανιστήριόν τί ἐστιν ὄργανον, εἰς ὃ στρεβλοῦταί τις δεσμούμενος τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, ὅπερ καλεῖται καὶ ποδοστράβη. Quanquam idem male confundit cum ποδοκάκκῃ. Etenim ἡ ποδοστράβη luxabat membra illius, qui torquebatur: Unde a Comicis chirurgicum illud instrumentum, quo luxata membra restituuntur, facete ποδοστράβη dicitur. Pollux *Libro V. cap.* 25. καὶ ποδοστράβη δὲ, τὰ στρέμματα κατορθοῦν ἐν τῇ Κωμῳδίᾳ, ἐργαλεῖον ἰατρικόν. Certe Grammatici notant ποδοστράβην esse vinculum, & quae-

[1] Facit Petitus, quod *Maussacus* ad *Harpocrationis* ποδοστράβην Lectoribus receperat: „Budaeus credidit ποδοστράβην idem esse cum „*mala mansione*, de qua *Ulpianus* Jurisconsul„tus, cum ait *hominem vinctum & ad malam* „*mansionem extensum.* Sed falli eum aperte „demonstrabimus in Synagoge nostra Legum „Atticarum, in qua differentiam dabimus, „quae constitui debet inter ποδοκάκκην, ποδο„στράβην, πανσικάπην & πεντεσύριγγον.„ Sic ille, Petito semitam monstrans.

& quaestionis genus, quo pedes luxantur: ποδοστράβη, τὸ γινόμενον πρὸς τὰ στρέμματα τῶν ποδῶν ξύλον. Verum & de manibus addidisse debuerant:
Meminit Ulpianus *in I. Olynthiacam*, ex eoque discimus Eubulum illius auctorem fuisse, & latae Legis tempus colligimus: [1] [*p.* 2.] εἶτα ἐπιχειρήσαντος Ἀπολλοδώρου τινὸς, πάλιν αὐτὰ ποιῆσαι στρατιωτικὰ, βουλόμενος Εὔβουλος ὁ πολιτευόμενος δημαγωγὸς ὢν, πλείονα εὔνοιαν ἐπισπάσασθαι τοῦ δήμου πρὸς ἑαυτὸν, ἔγραψε νόμον τὸν κελεύοντα, θανάτῳ ζημιοῦσθαι, εἴ τις ἐπιχειρεῖν μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ στρατιωτικά. Cum Apollodorus, Pasionis is filius fuit, ut *ex Oratione contra Neaeram* liquet, omni ope niteretur,
ut theorica pecunia militum stipendia procederent non id tulit Eubulus, sed an- 385.
tiquata veteri Lege, qua nitebatur Apollodorus, hanc tulit, & obtinuit. Apollodorus

1 Conferenda sunt, quae *Demosthenes* in Eubulum jacit Orat. περὶ παραπρ. p. 261. Docent illum ipsum mutandae legis, cum gravius ingruisset bellum, consilia agitasse. De Eubulo multa *H. Valesius* in *Harpocrat.* p. 34.

lodorus autem hac de re scitum fecerat, *μελλόντων στρατεύεσθαι τῶν Αθηναίων πανδημεὶ εἴς τε Εὔβοιαν, καὶ εἰς Ολυνθον*, ut scribit Demosthenes *verbis jam laudatis.*

Annus erat quartus Olympiadis centesimae septimae, Callimacho Athenis Praetore, nam eo anno, ut constat e Philochoro *Libro VI.* τῆς Ατθίδος, auxilia ab Atheniensibus e civibus Olynthum missa sunt, *πάλιν δὲ τῶν Ολυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Αθήνας, καὶ δεομένων μὴ περιϊδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν μὴ ξενικὴν, ἀλλὰ αὐτῶν Αθηναίων, ἔπεμψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τριήρεις μὲν ἑτέρας ἑπτακαίδεκα, τῶν δὲ πολιτῶν ὁπλίτας δισχιλίους, καὶ ἱππεῖς τριακοσίους ἐν ναυσὶν ἱππηγοῖς, στρατηγὸν δὲ Χάρητα τοῦ στόλου παντός.* Neque tantum haec Eubuli Lex accepta est, sed etiam Apollodorus, postulante Stephano, multatus est, ut e Demosthene ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [*p.* 727.] constat. Meminit Legis Libanius *in Hypothesi I. Olynthiacae: ἀλλὰ καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τῶν θεωρικῶν τούτων χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι μετατεθῆναι ταῦτα εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν, καὶ γενέσθαι στρατιωτικά.* Philinus apud Harpocrationem: Φιλῖνος δὲ ἐν τῇ πρὸς Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνος περὶ Εὐβούλου λέγων φησίν. ἐκλήθη δὲ θεωρικὸν, ὅτι τῶν Διονυσίων ὑπογύων ὄντων, διένειμεν Εὔβουλος εἰς τὴν θυσίαν, ἵνα πάντες ἑορτάζωσι, καὶ τῆς θεωρίας μηδεὶς τῶν πολιτῶν ἀπολίπηται δι' ἀσθένειαν τῶν ἰδίων.

Romae quoque plebi ἐπιδόσεις factas fuisse, atque congiaria data, nemo est qui ignoret. Aurelianus primus, ut optime observavit Vir Incomparabilis *panes* distribuit, eosque *siligineos*, & *bilibres*, ut a Flavio Vopisco *in ejus Vita* narratur. Postea *panes* dati sunt non *siliginei* qui ita dicuntur, sed *secundi*, qui fiunt e farina cribro valde non discussa: id colligo ex his veteris Persii Interpretis ad hunc ejus versum *e Satyra III.* [*vs.* 112.]

Populi cribro decussa farina.

Farinam, panem non deliciosius cribro discussum, sed plebejum, de populi annona, id est, fiscalem *dicit.* Panem *secundum* dixit Horatius *Libro II. Epistolarum, Epistola I.* quae est ad Augustum [*vs.* 123.]

Vivit siliquis, & pane secundo.

Vetus Interpres: *Pane secundo, non siligineo, non primo, non postremo, sed dispensatorio.* Postea ne hunc quidem *panem secundum* gratis accepit populus, sed *sordidum* comparabat e fisco pretio, quod Valentinianus & Valens mutarunt, & voluerunt ut *mundos* panes triginta sex unciarum gratis acciperent, ut habetur *l.* 5. *C. Theod. de annonis civicis & pane gradili.*

Impp. Valentinianus & Valens AA. ad Populum.

Cives Romanos qui in viginti panibus sordidis, *qui nunc dicuntur Ardiniensis, quinquaginta uncias comparabat, triginta & sex uncias in bucellis sex* mundis *sine pretio consequatur. PP. Romae, Kal. Aug. Valentin. NB. P. & Victore COSS.*

Emendat Vir summus: *Civis Romanus, qui in viginti panibus sordidis, qui nunc dicuntur Sardinienses.* Sed quare dicantur *Sardinienses* non explicat. Scio equidem adtestatione M. Varronis *Libro II. de R. R.* advectum fuisse Romam frumentum e Sardinia, quae pleraque erat *εὐδαίμων τοῖς πᾶσι, σίτῳ δὲ*
386. *καὶ διαφερόντως*, inquit Strabo *Libro V.* Sed nihil ista ad rem. Existimo igitur, *panem*, qui olim *siligineus* fuit ex instituto Aureliani, datum fuisse *hordeaceum:* & quidem primo *cribro discussum*, οὐ λεπτῷ, id est, *fariuario*: unde dicitur *panis secundus*, id est, non *siligineus*, neque item ex hordeo *primus*, id est, cribro pollinario decussus: atque hunc *secundum* panem etiam *mundum* dixerunt

dixerunt *hac Lege* Imperatores, quia farinario cribro erat discussus, opponuntque *sordido*, id est, cui nihil ademptum est, nec cribro decussus est. Praeterea *hac Lege* Imperatores adnotaverant, puto, quanti Romani cives compararent e fisco panes hos hordeaceos *sordidos*. [1] Rescribo igitur: *Civis Romanus, qui in viginti panibus* sordidis, *qui nunc dicuntur, ordei*, *$m^{en}s^{is}$ quinquaginta uncias comparabat, triginta & sex uncias in buccellis sex mundis sine pretio consequatur.* Hic habes, quid factum ante hanc Legem scriptam, quid fieri ex hac Lege velint Imperatores. Viginti panes, unius unciae & semis singuli, *hordeacii*, quorum farina nullo cribro fuerat decussa, quibus nihil fuerat ademptum, *sordidos* dixerunt: comparabantur *miliarensi & semis*, id intelligitur hac nota, *$m^{en}s^{is}$.* facile autem mutavit *m* in *n* & *i*, unde conflata est vox *Ardiniensis.* Comparabant igitur e fisco *miliarensi & semis in viginti panibus sordidis ordei quinquaginta uncias.* At vero Imperatores voluerunt in posterum dari sine pretio in panibus sex hordeaceis farinario cribro discussis, ac proinde non *sordidis*, sed *mundis* triginta sex uncias. Habes igitur ex his, quae disputavimus, primo datum fuisse panem *siligineum* ex instituto Aureliani: deinde *hordeaceum*, eumque primo *mundum*, id est, cribro farinario decussum; deinde *sordidum*, cui nihil ademptum erat. Praeterea *bilibres*, id est, unciarum vigintiquatuor panes dedit Aurelianus: secutis temporibus distributae sunt *quinquaginta unciae in panibus viginti hordeaceis sordidis*, neque id gratis, sed dato *milliarensi & semis.* Rursum Imperatores Valentinianus & Valens voluerunt dari sine pretio panes *hordeaceos mundos*, cribro farinario decussos, atque *sex* dari jusserunt *sex unciarum* singulos, id est, *in sex panibus mundis uncias* triginta sex.

1 Auctor ipse conjecturam deinde damnavit, substituta alia L. II. Observat. C. II. Verba, *qui nunc dicuntur Ardinienses* esse *Aniani* ait: interpretari enim, quomodo suo dicerentur aevo a suis Gothis panes, quos appellabat hac Constitutione Valentinianus *sordidos*, nempe *Ardinienses*, voce, qua pretium illorum significatur. nam quod Francoceltae *quadrinum* dicant, id est, quartam partem assis, id Tolosates dicere *ARDI.* Appellare ergo *Anianum* ex voce Gothica panes hos *Ardinenses*, quia singuli venibant singulis *ardinis.* Hac δεύτεραι φροντίδες viri doctissimi nec σοφώτεραι tamen. Utramque refutavit diligenter vir egregius *Jac. Gothofredus* ad L. V. C. Th. *de annonis civicis & pane gradili*, quem vide.

387. LIBER QUINTUS.

TITULUS PRIMUS.

Finium Regundorum.

I. CUM ſiticuloſa admodum eſſet terra Attica, ut teſtatur Dicaearchus ἐν τῷ βίῳ τῆς Ἑλλάδος. ἡ δὲ πόλις, ξηρὰ πᾶσα οὐκ εὔυδρος, nec perennes eſſent amnes, aut fontes multi, aut lacus, ita ut oporteret puteos effodere: Legem hac de re ſcripſit Solon, qua cavit licere publico uti puteo, ſi intra hippicum ſit: ubi majus eſſet intervallum, privatum ſibi foderent puteum.

Ὅπου μὲν ἐστι δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ, χρῆσθαι τούτῳ· ὅπου δὲ πλεῖον ἀπεῖχε, ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον.

Publico puteo, qui intra hippicum ſit, utuntor: ſi majus ſit intervallum, privatum ſibi quisque effodiunto.

Legem hanc habet Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. C.] ἐπεὶ δὲ πρὸς ὕδωρ, οὔτε ποταμοῖς ἐστιν ἀενάοις, οὔτε λίμναις τισὶν, οὔτ' ἀφθόνοις πηγαῖς ἡ χώρα διαρκὴς, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι φρέασιν ποιητοῖς ἐχρῶντο, νόμον ἔγραψεν, Ὅπου μὲν ἐστι δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ, χρῆσθαι τούτῳ· (τὸ δὲ ἱππικὸν διάστημα, τεσσάρων ἦν σταδίων.) ὅπου δὲ πλεῖον ἀπεῖχε, ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον. *Hippicum* intervallum eſt ſtadiorum quatuor, ut inquit Plutarchus. Heſychius unius tantum ſtadii facit, ἱππικὸν, τὸ στάδιον. Quod equidem praetulerim notatione nominis: nam videtur eſſe illud intervallum, quod ſine ulla intermiſſione equus conficit & decurrit.

II. Temere tamen non licebat intra fines ſuos ſibi puteum fodere, ſed ὀργυιᾶς latitudinem ab alieno fundo oportebat relinquere ex hac Solonis Lege:

¹ ΕΑΝ ΤΙΣ ΦΡΕΑΡ ΠΑΡ' ΑΛΛΟΤΡΙΩι ΧΩΡΙΩι ΟΡΥΤΤΗι ΟΡΓΥΙΑΝ ΑΠΟΛΙΠΕΙΝ.

Si quis puteum juxta alterius agrum fodiat, orgyae ſpatium relinquito.

Meminit hujus Legis καὶ αὐτολεξεὶ deſcripſit Gajus Libro IV. ad Legem XII. Tabularum, & Solonis fuiſſe docet. *Sciendum eſt, in actione finium regundorum illud obſervandum eſſe, quod ad exemplum quodammodo ejus Legis ſcriptum eſt, quam Athenis Solon dicitur tuliſſe: nam illis ita eſt*: ΕΑΝ ΤΙΣ ΦΡΕΑΡ ΠΑΡ' ΑΛΛΟΤΡΙΩι ΧΩΡΙΩι ΟΡΥΤΤΗι ΟΡΓΥΙΑΝ ΑΠΟΛΙΠΕΙΝ. *l.* 13. *D. Finium regundorum.* Addit Harmenopulus, qui hanc quoque refert Legem,

1 Non laudo Petitum Solonis legem, quam uno contextu *Gajus* L. 13. D. Fin. Regund. exhibuit, in plures diſſecantem. Cui enim bono? Conſideravit eandem *Deſ. Heraldus* Obſerv. & Emend. C. 41., nihil magnopere poſt Petiti curam adponens.

Legem, εἰ μὴ πω φρέαρ προϋπάρχει τοῦ γείτονος, καὶ διὰ τοῦ καινοῦ ἔργου 388.
βλάπτεται. Quid ſit ΟΡΓΥΙΑ varie exponunt veteres: alii ſex pedum διάστημα eſſe volunt, alii trium paſſuum, quidam unius: [1] Plinius *ulnam* alicubi vertit. Sed variant multum ab his verbis illa, quae dedit eruditiſſimus Joh. Leunclavius *in Eclogis Baſilicῶn.* ΕΑΝ ΤΙΣ ΦΡΕΑΡ ΠΑΡ' ΑΛΛΟΤΡΙΩι ΧΩΡΙΩι ΟΡΥΤΤΗι, ΕΙ ΜΗ ΠΩ ΦΡΕΑΡ Ο ΠΡΟΥΠΗΡΧΕ ΤΟΥ ΓΕΙΤΟΝΟΣ ΕΚ ΤΟΥ ΕΝΟΣ ΕΡΓΟΥ ΒΛΑΠΤΕΤΑΙ ΕΠΙ ΤΟΣΟΥΤΟΝ, ΟΣΟΝ ΤΟ ΒΑΘΟΣ ΟΦΕΙΛΕΙ ΑΠΟΦΥΓΕΙΝ. Senſus eſt: *Si quis puteum effodiat, dummodo puteo, quem jam ante vicinus effodit, novo hoc opere*, (legendum enim puto ἀντὶ τοῦ ΕΚ ΤΟΥ ΕΝΟΣ ΕΡΓΟΥ, ad hunc modum ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΙΝΟΥ ΕΡΓΟΥ, ut eſt apud Harmenopulum) *non noceatur, ad tantundem ſpatii, quanta fuerit putei profunditas, debet recedere.* Nititur haec ſcriptura altera Solonis Lege, qua cavit, eum qui τάφον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος αὐτοῦ ᾖ, τοσοῦτον ἀπολείπειν, tantum ab alieno agro ſpacii relinquere, quantum deprimet ſepulcrum aut ſcrobem.

III. Quod ſi quis aquam non inveniſſet depreſſo in altum puteo decem ὀργυιάς, hac Lege voluit Solon licere e vicini puteo bis quotidie aquam extrahere urna ſex choum capace.

Ἐὰν δὲ ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα βάθος παρ' ἑαυτοῖς μὴ εὕρωσιν ὕδωρ, τότε λαμβάνειν παρὰ τοῦ γείτονος, ἑξάχουν ὑδρίαν δὶς ἑκάστης ἡμέρας πληροῦντας.	*Si quis, depreſſo in altum puteo decem orgyas, aquam in ſuo non inveniat, extrahito e vicini puteo bis quotidie aquam urna ſex choum capace.*

Legem laudat Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *D.*] ἐπεὶ δὲ πρὸς ὕδωρ οὔτε ποταμοῖς ἐστιν ἀενάοις, οὔτε λίμναις τισὶν, οὔτ' ἀφθόνοις πηγαῖς ἡ χώρα διαρκὴς, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι φρέασι ποιητοῖς ἐχρῶντο, νόμον ἔγραψεν, Ὅπου μὲν ἐστὶ δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ, χρῆσθαι τούτῳ· ὅπου δὲ πλεῖον ἀπεῖχε, ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον. ἐὰν δὲ ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα βάθος παρ' ἑαυτοῖς μὴ εὕρωσι, τότε λαμβάνειν παρὰ τοῦ γείτονος, ἑξάχουν ὑδρίαν δὶς ἑκάστης ἡμέρας πληροῦντας. Ratio eſt *ibidem* a Plutarcho: ἀπορίᾳ γὰρ ᾤετο δεῖν βοηθεῖν, οὐκ ἀργίαν ἐφοδιάζειν. Quia vero ſaepe fiebat, ut controverſiae hac de re moverentur, hinc Magiſtratus Athenis, [2] qui ὑδάτων Ἐπιστάτης dicebatur, cui res haec curae. Colligo e Plutarchi narratione *in Themiſtocle* [*p.* 127. *D.*] εἶδε καὶ ἐν Μητρὸς ἱερῷ τὴν καλουμένην ὑδροφόρον κόρην χαλκῆν, μέγεθος δίπηχυν· ἣν αὐτὸς ὅτε τῶν Ἀθήνησιν ὑδάτων Ἐπιστάτης, εὑρὼν τοὺς ὑφῃρημένους τὸ ὕδωρ καὶ παροχετεύσαντας ἀνέθηκεν ἐκ τῆς ζημίας ποιησάμενος. Eratque praeterea horum *Aquarum Curatorum*, ita Latinis ſcriptoribus nominantur, providere, ne quis aquam puteorum publicam priva ſua auctoritate violaret, derivaret, aut oletaret. Quia autem, ut diximus, ſiticuloſa admodum erat Attica, factum puto, ut in votis pro impetranda pluvia ſui tantum meminiſſent, & rationem haberent Athenienſes. Voti meminit M. Antoninus *Libro* τῶν εἰς ἑαυτὸν *V.* [C. 7.] εὐχὴ Ἀθηναίων, ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων, καὶ τῶν πεδίων.

IV. Lege cavit Solon, Si quis foſſam ducere, aut ſepulcrum (ſepeliebantur

1 Vide quae diſputavit de ὀργυιᾶς ſpatio ad *Aelianum* Hiſt. Var. L. XII, 22. *Jac. Perizonius*, vir clariſſimus.

2 *Aquarum Curatores* ſua in Republica *Plato* juſſit eſſe τοὺς ἀστυνόμους, de quibus vide L. VI. de LL. p. 779.

tur enim extra urbis pomoeria in agris) fodere velit, tantundem ſpacii relinquat ab alieno agro, in quantam profunditatem depreſſerit.

389. ΕΑΝ ΤΙΣ ΤΑΦΟΝ Η ΒΟΘΡΟΝ ΠΑΡ' ΑΛΛΟΤΡΙΩι ΧΩΡΙΩι ΟΡΥΤΤΗι, ΟΣΟΝ ΤΟ ΒΑΘΟΣ ΑΥΤΟΥ Ηι ΤΟΣΟΥΤΟΝ ΑΠΟΛΙΠΕΙΝ.	*Si quis ſepulcrum fodiat, aut foſſam ducat juxta vicinum agrum, ab eo tantundem ſpacii relinquito, in quantam profunditatem deprimet.*

Legem deſcribit Gaïus *loco laudato. Sciendum eſt, in actione finium regundorum illud obſervandum eſſe, quod ad exemplum quodammodo ejus Legis ſcriptum eſt, quam Athenis Solon dicitur tuliſſe: nam illic ita eſt*: ΕΑΝ ΤΙΣ ΤΑΦΟΝ Η ΒΟΘΡΟΝ ΠΑΡ' ΑΛΛΟΤΡΙΩι ΧΩΡΙΩι ΟΡΥΤΤΗι, ΟΣΟΝ ΤΟ ΒΑΘΟΣ ΑΥΤΟΥ Ηι, ΤΟΣΟΥΤΟΝ ΑΠΟΛΙΠΕΙΝ. Ita etiam legitur *in Eclogis Baſilicῶν.* Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *D.*] βόθρους δὲ καὶ τάφρους (malim quemadmodum apud Gaïum τάφους) τὸν βουλόμενον ἐκέλευσεν ὀρύσσειν ὅσον ἐμβάλοι βάθος ἀφιστάμενον μῆκος τ' ἀλλοτρίου.

V. Lex eſt Solonis de ſepe ducenda, aut maceria, aut caſa inter agrum ſuum & alienum: & quidem ſi ſepem ducat, limitem ne excedat, ſi murum, pedem relinquat: ſi caſam, pedes duos.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΙΜΑΣΙΑΝ ΠΑΡ' ΑΛΛΟΤΡΙΩι ΧΩΡΙΩι ΟΡΥΓΗι, ΤΟΝ ΟΡΟΝ ΜΗ ΠΑΡΑΒΑΙΝΕΙΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΕΙΧΙΟΝ ΠΟΔΑ ΑΠΟΛΙΠΕΙΝ, ΕΑΝ ΔΕ ΟΙΚΗΜΑ, ΔΥΟ ΠΟΔΑΣ.	[1] *Si quis ſepem ad alienum praedium fodiens ducat, limitem ne excedito: ſi murum, pedis unius, ſi caſam duorum pedum intervallum relinquito.*

Laudat αὐτοῖς ὀνόμασι Gaïus *loco laudato. Sciendum eſt, in actione finium regundorum illud obſervandum eſſe, quod ad exemplum quodammodo ejus Legis ſcriptum eſt, quam Athenis Solon dicitur tuliſſe: nam illic ita eſt:* ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΙΜΑΣΙΑΝ ΠΑΡ' ΑΛΛΟΤΡΙΩι ΧΩΡΙΩι ΟΡΥΓΗι, ΤΟΝ ΟΡΟΝ ΜΗ ΠΑΡΑΒΑΙΝΕΙΝ· ΕΑΝ ΔΕ ΤΕΙΧΙΟΝ, ΠΟΔΑ ΑΠΟΛΙΠΕΙΝ· ΕΑΝ ΔΕ ΟΙΚΗΜΑ, ΔΥΟ ΠΟΔΑΣ. Apud Harmenopulum majus fit intervallum, quam duorum pedum, nempe *ſex*. ΕΑΝ ΔΕ ΟΙΚΗΜΑ ΕΞ ΠΟΔΑΣ. Exiſtimo autem voce ΟΙΚΗΜΑ intelligi *caſam* ſive *tugurium* cuſtodiae cauſa aedificatum earum rerum, quae in agro ſunt, aut ut a pluviis, aeſtu, ac frigore tueatur. Nam ex ejusdem Solonis Lege ſequitur *in Eclogis Baſilicῶν.*

ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ ΕΝ ΑΓΡΩι ΒΟΥΛΟΙΤΟ ΚΤΙΣΑΙ ΤΟΞΟΥ ΒΟΛΗΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΓΡΟΓΕΙΤΟΝΟΣ ΑΠΕΧΕΤΩ . . . . ΟΡΓΥΙΑΝ.	*Si quis in fundo aedificare velit, a fundo vicini ad arcus usque jactum abeſto. . . . . ulnam.*

Quibus verbis, ΕΝ ΑΓΡΩι ΒΟΥΛΟΙΤΟ ΚΤΙΣΑΙ, intelligi cenſeo tum villam ruſticam, quam villicus ſive colonus habitandam ſibi obtinet, & familiae villaticae, atque inſtrumento omni ruſtico condendo aut continendo: cum etiam villam urbanam, quae & Praetorium dicitur, lautius aedificatam, & inſtar aedificiorum urbis, & patrisfamilias habitationi relictam. Villam igitur ſi quis in fundo ſuo aedificare velit, abeſſe juſſit Solon ab alieno ad arcus usque jactum. Cetera quae deſiderantur ante vocem ΟΡΓΥΙΑΝ non conjecturis noſtris, ſed ex integrioribus Libris ſupplenda ſunt.

VI.

1 Haec improbat *Cl. Salmaſius* Obſervat. ad Jus Attic. & Rom. C. 13. p. 358. *maceriam*, ex ſicco lapide temere congeſtam, intelligens; cui quidem aliqua reſcribere *Deſ. Heraldus*, nam & is *ſepem* verterat, Animadv. in Jus Attic. L. V, 9. conatus eſt, ſed parum provide. Ἀιμασιὰν, id quod dixi, vetuſtioribus Graecis notaſſe, tanto exemplorum acervo patefecit *Aegid. Menagius* Amoenit. Jur. C. 33., ut citra controverſiam ea quidem res ſit. Pergit *Salmaſius*, & ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρθῇ, *ſi quis erigat maceriam ſecundum alterius agrum*, corrigit, quod ὀρθῇ & τῇ αἱμασιᾷ & ſequentibus τειχίῳ ac οἰκήματι melius conveniat. Hoc poterat utcunque ferri. Quod vero adnectit confidentiſſime, ὀρύγῃ *nec Graecum eſſe nec Atticum*, eo latus apertum praebuit inſultanti adverſario.

VI. Μελισσῶν σμήνη καθιστάμενον, ἀπέχειν τῶν ὑφ' ἑτέρου πρότερον ἱδρυμένων πόδας τριακοσίους. 390.

Qui apum alvearia facit, ab alvearibus vicini distantia pedes trecentos collocato.

Legem descripsit Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *E.*] καὶ μελιττῶν σμήνη καθιστάμενον ἐκέλευσεν, ἀπέχειν τῶν ὑφ' ἑτέρου πρότερον ἱδρυμένων πόδας τριακοσίους. Sed quia hic sumus, communicabimus cum studiosis nostram super his Vergilii versibus *e Lib. IV. Georg.* [*vs.* 231.] conjecturam.

Bis gravidos cogunt foetus: duo tempora messis:
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleïas, & Oceani spretos pede repulit amnes.
Aut eadem sidus fugiens ubi piscis aquosi,
Tristior hibernas coelo descendit in undas.

Locus videtur inextricabilis [1] nupero scriptori, qui hic duo describi mellis metendi tempora observat, unum post ortum Pleïadum, verno tempore, alterum autumno, post earundem occasum matutinum. Sed cur Pleïadem occidendo ait *piscem fugere*? Servius Piscem Australem intelligit, cujus in eos Aquarius aquam infundit: Hic autem oritur eo tempore, quo Pleïades occidunt. Atqui falsum istud est. Nam quo momento Pleïas in occasu matutino sita est, in elevatione poli, sub qua Poëta scripsit, os Piscis Australis parum abest a meridiano inferiori. Ceteri quoque Pisces ante Vergilias ortum & occasum faciunt. Ideo quaerendum est, quo sensu *Pleïas Piscem fugiens* occidere dicatur a Vergilio, quod nisi de instanti sidere aliquo non solet usurpari. Ego vero puto *Vergilias* dici *fugere sidus*, non quod instet & insequatur, sed cum aversam & contrariam ab illo insistunt viam. *Sideris* autem nomine *Solem* intelligo, quem fugi a Vergiliis dixit Poëta, quia cum Sol e mari emergit, illae in mare descendunt. *Piscis* vero *aquosi undas*, non autem *sidus* dixit, quia se in undas immergunt, in quas antea se immerserant Pisces. Quare ita interpungendum est.

Aut eadem sidus fugiens, ubi piscis aquosi
Tristior hibernas coelo descendit in undas.

Sidus autem de *Sole* dici testis est Ovidius *Lib. IX. Metamorph.* [*vs.* 285.]

Namque laboriferi cum jam natalis adesset
Herculis, & decimum premeretur sidere *signum.*

VII. Lex Solonis de plantandis arboribus cavet, ut oleae & ficus serantur novem pedes ab alieno fundo longe: ceterae vero quinque pedes tantum.

ΕΛΑΙΑΝ ΔΕ ΚΑΙ ΣΥΚΗΝ ΕΝΝΕΑ ΠΟΔΑΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΛΛΟΤΡΙΟΥ ΦΥΤΕΥΕΙΝ, ΤΑ ΔΕ ΑΛΛΑ ΔΕΝΔΡΑ ΠΕΝΤΕ ΠΟΔΑΣ.

Oleam & ficum novem pedes longe ab alieno fundo serito: ceteras vero arbores pedes quinque.

Descripsit Gaïus *loco* jam saepius *laudato. Sciendum est, in actione finium regundorum illud observandum esse, quod ad exemplum quodammodo ejus Legis scriptum est, quam Athenis Solon dicitur tulisse: nam illic ita est:* ΕΛΑΙΑΝ ΔΕ ΚΑΙ ΣΥΚΗΝ ΕΝΝΕΑ ΠΟΔΑΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΛΛΟΤΡΙΟΥ ΦΥΤΕΥΕΙΝ, ΤΑ ΔΕ ΑΛΛΑ ΔΕΝΔΡΑ ΠΕΝΤΕ ΠΟΔΑΣ. Meminit *in Solone* [*p.* 91. *D.*] Plutarchus, & causam addit, quod ficus & olea radices agant longius, neque sit omnibus earum sine damno vicinia, sed & alimentum eripiant, & hali- 391.
tum efflent aliquibus infectum: ὥρισε δὲ καὶ φυτειῶν μέτρα μάλα ἐμπείρως. τοὺς μὲν ἄλλο τι φυτεύοντας ἐν ἀγρῷ πέντε πόδας ἀπέχειν τοῦ γείτονος κελεύσας, τοὺς δὲ συκῆν ἢ ἐλαίαν, ἐννέα. πορρωτέρω γὰρ ἐξικνεῖται ταῦτα ταῖς ῥίζαις· καὶ οὐ πᾶσι γειτνιᾷ τοῖς φυτοῖς ἀσινῶς, ἀλλὰ καὶ τροφὴν παραιρεῖται, καὶ βλάπτουσαν ἐνίοις ἀποῤῥοὴν ἀφίησι.

VIII. Ad

1 *Dionysius Petavius* designatur in Auctario Oper. de Doct. Temp. L. II, 9.

VIII. Ad Leges de oleis pertinet vox ista a Solone usurpata:

ΣΤΟΙΧΑΔΑΣ. *Oleae privatae ordine consitae.*

Habes apud Pollucem *Lib. V. cap.* 4. qui docet ita appellasse oleas, quae privatorum erant, & in illorum agris consitae, quasque opponit publicis & sacris *Μορίαις* dictis. Pollucis verba ista sunt. *Σόλων δὲ, καὶ* [1] ΣΤΟΙΧΑΔΑΣ *τινὰς ἐλαίας ἐκάλεσε, ταῖς Μορίαις ἀντιθεὶς, ἴσως τὰς κατὰ στοῖχον πεφυτευμένας.*

IX. Lege non licebat cuiquam ad privatos usus oleas evellere, praeter quam duas quotannis, qui secus fecisset, centum multabatur drachmis in singulas oleas.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΕΛΑΙΑΝ ΑΘΗΝΗΙΣΙΝ ΕΞΟΡΥΤΤΗΙ, ΕΑΝ ΜΗ ΕΙΣ ΙΕΡΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΔΗΜΟΣΙΟΝ, Η ΔΗΜΟΤΙΚΟΝ ΗΙ, ΕΑΥΤΩΙ ΧΡΗΣΘΑΙ ΜΕΧΡΙ ΔΥΟΙΝ ΕΛΑΙΑΙΝ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ ΕΚΑΣΤΟΥ, Η ΕΠΙ ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΑ ΔΕΗΙ ΧΡΗΣΑΣΘΑΙ· ΟΦΕΙΛΕΙΝ ΕΚΑΤΟΝ ΔΡΑΧΜΑΣ ΤΩΙ ΔΗΜΟΣΙΩΙ ΤΗΣ ΕΛΑΙΑΣ ΕΚΑΣΤΗΣ· ΤΟ ΔΕ ΕΠΙΔΕΚΑΤΟΝ ΤΟΥΤΟΥ ΤΗΣ ΘΕΟΥ ΕΙΝΑΙ, ΟΦΕΙΛΕΤΩ ΔΕ ΚΑΙ ΙΔΙΩΤΗΙ ΤΩΙ ΕΠΕΞΙΟΝΤΙ ΕΚΑΤΟΝ ΔΡΑΧΜΑΣ ΚΑΘ' ΕΚΑΣΤΗΝ ΕΛΑΙΑΝ, ΤΑΣ ΔΕ ΔΙΚΑΣ ΕΙΝΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΡΧΟΝΤΑΣ, ΩΝ ΕΚΑΣΤΟΙ ΔΙΚΑΣΤΑΙ ΕΙΣΙ. ΠΡΥΤΑΝΕΙΑ ΔΕ ΤΙΘΕΤΩ Ο ΔΙΩΚΩΝ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΡΟΥΣ, ΟΤΟΥ Δ' ΑΝ ΚΑΤΑΓΝΩΣΘΗΙ ΕΓΓΡΑΦΟΝΤΩΝ ΟΙ ΑΡΧΟΝΤΕΣ ΠΡΟΣ ΟΥΣ ΑΝ ΗΙ Η ΔΙΚΗ ΤΟΙΣ ΠΡΑΚΤΟΡΣΙΝ Ο ΤΩΙ ΔΗΜΟΣΙΩΙ ΓΙΝΕΤΑΙ ΤΟΙΣ ΤΑΜΙΑΙΣ ΤΗΣ ΘΕΟΥ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΕΓΓΡΑΦΩΣΙΝ ΑΥΤΟΙ ΟΦΕΙΛΟΝΤΩΝ.

Si quis oleam Athenis evellat, nisi in usum Templorum Atheniensium, aut in privatum suum duas evellat quotannis, aut in funus, in singulas oleas centum drachmas pendito: decima multae Minervae sacra esto: centum quoque drachmae addicuntor actori. Dicae scribuntor apud Magistratum, cujus est judices dare. Actor sacramentum deponito. Reo damnato Magistratus exigendam tradito multam, quae in aerarium publicum infertur, exactoribus, decimam vero, quae Minervae cedit, Quaestoribus Deae. Si secus fecerint Magistratus, ipsi de suo pendunto.

Hanc Legem *αὐτοῖς ὀνόμασι* repraesentat Demosthenes *ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον* [*p.* 610.] Nemini igitur licebat Athenis oleam evellere sive in alieno agro, sive in suo: unde post Legem lectam addit Demosthenes, *ὁ δὲ νόμος ἀπαγορεύει μηδ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ χωρίου τοῦ πατρῴου ἐλαίαν ἐξορύττειν.* unde suspicari licet e Lege nonnulla excidisse verba statim ab initio, inter cetera haec, [2] ΜΗΔ' ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΧΩΡΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΤΡΩΙΟΥ. quae ita suo loco restituenda censeo. ΕΑΝ ΤΙΣ ΕΛΑΙΑΝ ΑΘΗΝΗΙΣΙΝ ΕΞΟΡΥΤΤΗΙ, ΜΗΔ' ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΧΩΡΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΤΡΩΙΟΥ. At si ex suo ipsius agro, quem a patre acceperat, de quo nemo controversiam faciebat,
392. oleas evellere licebat, quanto minus ex aliena? Si evellebat, aerario pendebat publico centum drachmas in singulas oleas, cujus multae decima Minervae consecrabatur, centum quoque drachmae in singulas oleas cedebant & addicebantur actori, qui reum peregisset. Dica autem scribebatur apud Magistratus, quorum erat Judices dare. Actor vero sacramentum deponebat, quod varie definiunt veteres, nam alii existimant esse decimam multae, [3] alii vero putant definiri drachmis tribus, ubi controvertitur & agitur de centum drachmis, aut pluribus ad

1 Huc pertinent, nisi fallor, *φυτευτήρια ἐλαιῶν περιστοίχων* in Orat. *Demosthen.* Advers. Nicostrat. p. 686.

2 Id quidem necessarium non est. Lex vetat, ne ex agris oleae evellantur: quisquis ergo sive *ἐκ τοῦ χωρίου πατρῴου*, sive aliunde eradicaret, in legem committebat, ut bene Orator ait. Taceo illud *μηδ' ἐκ τοῦ* & reliq. salvum esse non posse. Turbat legis sententiam plane.

3 Operae pretium erit videre notata ad *Harpocrationem* ab eruditissimo *H. Valesio* p. 67.

ad mille usque, & triginta drachmis, si de mille drachmis, aut pluribus ad decem millia usque agatur. Pollux *Libro VIII. cap. 6.* τὰ μὲν πρυτανεῖα ὡρισμένα, ὅτι ἔδει καταβαλεῖν πρὸ τῆς δίκης τὸν διώκοντα, καὶ τὸν διωκόμενον. εἰ δὲ μὴ, διέγραφον τὴν δίκην οἱ εἰσαγωγεῖς. ὁ δὲ ἡττηθεὶς, ἀπεδίδου τὸ παρ' ἀμφοτέρων δοθέν. ἐλάμβανον δὲ αὐτὸ οἱ δικασταί. οἱ μὲν καὶ ἀπὸ ἑκατὸν δραχμῶν ἄχρι χιλίων δικαζόμενοι, τρεῖς δραχμὰς κατετίθεντο. οἱ δὲ ἀπὸ χιλίων μέχρι μυρίων, τριάκοντα. οἱ δὲ οἴονται πρυτανεῖα εἶναι τὸ ἐπιδέκατον τοῦ τιμήματος, κατατίθεσθαι δ' αὐτὸ τοὺς γραψαμένους ἐπὶ μισθαποδοσίᾳ τῶν δικαστῶν. Initio igitur litis deponebatur ſacramentum cum ab actore tum a reo: is vero qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum auferebat, victi ſacramentum, & illud quoque, quod victor abſtulerat, ſed victus reponebat, ad aerarium redibant, ut ex his Ariſtophanis verſibus *in Veſpis* [*vſ.* 656] conſtat.

> κἄξω τούτου τὰ τέλη χωρὶς, καὶ τὰς πολλὰς ἑκατοστὰς,
> πρυτανεῖα, μέταλλ', ἀγορὰς, λιμένας, μισθοὺς, καὶ δημιόπρατα.
> τούτων πλήρωμα τάλαντ' ἐγγὺς δισχίλια γίνεται ἡμῖν.
> ἀπὸ τούτων νυῦ μισθὸν κατάθες τοῖσι δικασταῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ.

Ad aerarium redibant [1] πρυτανεῖα, ut hic habes, atque ex his merces Judicibus dabatur, unde dixit Pollux ἐλάμβανον δὲ πρυτανεῖα οἱ δικασταὶ, neque aliter intelligendum puto. De Daniſta, & ex ejus perſona Strepſiades apud Comicum *Nubibus* [*vſ.* 1132.]

> εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ' ἕνη τε καὶ νέα.
> πᾶς γάρ τις ὄμνυσ', οἷς ὀφείλων τυγχάνω,
> θείς μοι πρυτανεῖ' ἀπολεῖν με φησὶ κἀξολεῖν.

Scholia: τὰς γὰρ δεκάδας τοῦ χρέους καταβάλλοντες τοῖς Πρυτανεῦσιν εἰσῆγον τοὺς χρεωστοῦντας. ἦν δὲ τὰ πρυτανεῖα ἀργύριόν τι, ὅπερ κατετίθεσαν οἱ δικαζόμενοι ἀμφότεροι, καὶ ὁ φεύγων, καὶ ὁ διώκων, & ipſe Daniſta Paſias *eodem dramate* ad Strepſiadem [*vſ.* 1256.]

> —— ἄπειμι. καίτοι ἴσθ', ὅτι
> θήσω πρυτανεῖ', ἢ μηκέτι ζῴην ἐγώ.
> ΣΤΡ. προσαποβαλεῖς ἄρ' αὐτὰ πρὸς ταῖς δώδεκα.

Graecus Interpres, προσαποβαλεῖς. ἀντὶ τοῦ, ζημιωθήσῃ καὶ τὰ πρυτανεῖα πρὸς ταῖς δώδεκα μναῖς, ὅ ἐστι τὸ δέκατον τοῦ τιμήματος τῆς δίκης ὅπερ καλεῖται συνωνύμως παρακαταβολή. Sed male confudit optimus alioqui Magiſter τὴν παρακαταβολὴν καὶ τὰ πρυτανεῖα. non enim τὰ πρυτανεῖα omnia poſſunt τῆς παρακαταβολῆς nomine appellari. Nam ἡ παρακαταβολὴ proprie dicebatur ſacramentum, quod deponebant, vel litigantes cum fiſco ſive aerario publico de bonis publicatis, aut aliis hujusmodi, vel litigantes alii cum aliis de haereditatibus, quae petuntur, aut virginibus dotalibus: Quando litigabatur cum fiſco, in ſacramentum deponebatur quinta pars aeſtimationis illius 93
rei, de qua litigabatur: in litibus vero, quibus haereditates petebantur, aut virgines dotales, ſacramentum erat decima pars eorum, quae judicio petebantur, bonorum. Harpocration: παρακαταβολὴ καὶ παρακαταβάλλειν. οἱ ἀμφισβητοῦντες χρημάτων τινῶν δεδημευμένων πρὸς τὴν πόλιν, καὶ οἱ περὶ κλήρων,

[1] Agunt de hoc ſacramenti apud Athenienſes genere ſatis diligenter *L. Kuſter.* & *Ezech. Spanhemius* ad *Ariſtophan.* Nub. vſ. 1182.

κλήρων, ἢ ἐπικλήρων πρὸς ἰδιώτας ἀντιδικοῦντες, ἀργύριόν τι κατετίθεσαν· καὶ τοῦτο ἔχειν αὐτοὺς στέρεσθαι, εἰ τὴν δίκην ἡττηθεῖεν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν πρὸς τὸ δημόσιον ἀμφισβητήσεων δῆλόν ἐστιν ὅτι τὸ πέμπτον μέρος τοῦ ἀμφισβητουμένου κατετίθετο. περὶ μὲν οὖν τῶν δημοσίων, πολλαχοῦ εἴρηται τῷ Λυσίᾳ, ὥσπερ ἔν τε τῷ πρὸς Ἀλκιβιάδην περὶ οἰκίας, καὶ ἐν τῷ πρὸς Ἀσωπίδωρον περὶ οἰκίας. περὶ δὲ τῶν κληρικῶν, ἄλλοι τε πάλιν εἰρήκασιν Ῥήτορες, καὶ Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἱππέας κλήρου δευτέρῳ. Pollux *loco proxime laudato*: παρακαταβολὴ δ' ἦν, ἐπὶ μὲν τῶν πρὸς τὸ δημόσιον ἀμφισβημάτων, τὸ πέμπτον· ἐπὶ δὲ τῶν ἰδιωτικῶν, τὸ δέκατον. Erat praeterea ἐπωβελία, qua actor multabatur, nisi judicio vicisset, & reo cedebat, idque in pecuniariis causis, (ne putes cum magno Budaeo, in judiciis ignominiosis tantum.) eratque sexta pars pecuniae illius, de qua lis erat, & controvertebatur: quanquam nulli decimam esse existiment. Harpocration: ἐπωβελίαι. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου· ἐπιτίμιόν ἐστιν ἡ ἐπωβελία τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, ὃ ἐπράττοντο οἱ γραψάμενοί τινας, καὶ μὴ ἑλόντες αὐτοῖς τοῖς γραφεῖσιν. ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως, ὅτι καθ' ἑκάστην δραχμὴν ὀβολὸς ἦν, ὅπερ ἕκτον ἐστιν, ἐν ἓξ ὀβολοῖς τῆς δραχμῆς λογιζομένης. Pollux *loco proxime laudato*. ἐπωβελία δ' ἦν, τὸ ἕκτον τοῦ τιμήματος μέρος, ὃ ὤφλεν ὁ αἱρεθείς. ὠνόμασαι δὲ, ὅτι ὁ ὀβολὸς ἦν τὸ ἕκτον τῆς δραχμῆς. Suidas, e quo, ut & Auctore *Etymologici* jam laudando, docemur, in pecuniariis causis hac ἐπωβελίᾳ multatum fuisse eum, qui pecuniam ab alio in judicio peteret. ἐπωβελία. πολλῶν εἰς χρήματα συκοφαντούντων τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ ἀπράγμονας τῶν πολιτῶν, καὶ μάλιστα τοῦτο πραττόντων διαβαλλομένων τῶν περὶ τὸ ἐμπόριον συμβαλλάτων ἐπὶ τοῖς ναυτικοῖς τόκοις, Ἀθηναῖοι ζημίαν ἔταξαν κατὰ τῶν ἐγκαλούντων ὀβολὸν ἐκτείνειν, εἰ μὴ καθ' ὧν ἐνεκάλουν τούτοις ἕλοιεν. ταύτην τὴν ζημίαν ἐπωβελίαν ὠνόμασαν. Auctor *Etymologici*, ubi haec, quae e Suida retulimus, descripsit, addit. ἐπωβελία ἐστὶν ἐπιτίμιον τοῖς διώκουσι τινὰ χρηματικὴν δίκην, (ἦν δὲ τοῦτο ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος) ἐπειδὰν μὴ ἕλωσιν οὓς ἐπεδικάζοντο καὶ ἐπεγράφοντο. ἐκάλουν δὲ οὕτως, ὅτι ἐπὶ τῇ δραχμῇ ὀβολὸς ἦν, τῆς δραχμῆς ἑξαπλασίου λογιζομένης. ἐλάμβανε δὲ τὴν ἐπωβελίαν ὁ φεύγων παρὰ τοῦ διώκοντος, εἰ τὴν δίκην ἀπέφυγε. Atque hinc intelligendus est Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀφόβου α. [*p.* 508.] καὶ νῦν κομίσασθαι τἀμαυτοῦ ζητῶν, εἰς κίνδυνον καθέστηκα τὸν μέγιστον. ἐὰν γὰρ ἀποφύγῃ με οὗτος, ὃ μὴ γένοιτο, τὴν ἐπωβελίαν ὀφλήσω μνᾶς ἑκατόν. καὶ τούτῳ μὲν, ἐὰν καταψηφίσησθε, τιμητὸν, οὐκ ἐκ τῶν ἑαυτοῦ χρημάτων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐμῶν ποιήσεται τὴν ἔκτισιν· ἐμοὶ δὲ ἀτίμητον τοῦτ' ἐστιν, ὥς' οὐ μόνον ἔσομαι τῶν πατρῴων ἐστερημένος, ἀλλὰ καὶ προσητιμωμένος, ἐὰν μὴ νῦν ὑμεῖς με ἐλεήσητε. Repetebat ab Aphobo tutore Demosthenes decem talenta: Atqui, si secundum Aphobum pronunciatum fuisset, Demosthenes tenebatur Aphobo ἐπωβελίαν pendere, nempe minas centum, quae sunt sexta pars decem talentûm. E sequentibus vero Demosthenis verbis ἐμοὶ δὲ ἀτίμητον τοῦτ' ἐστιν. ὥς' οὐ μόνον ἔσομαι τῶν πατρῴων ἐστερημένος, ἀλλὰ καὶ προσητιμωμένος, ἐὰν μὴ νῦν ὑμεῖς με ἐλεήσητε, docemur eum, qui non posset solvere τὴν ἐπωβελίαν ignominiosum fuisse. Nam Demosthenes queritur, siqui-

ſiquidem ſecundum ſe judicium non obtinuerit, non habere unde ſolvat τὴν ἐπωβελίαν, centum minas: ἐμοὶ δὲ ἀτίμητον τοῦτ' ἐστιν, itaque, inquit, & paternis bonis fraudabor, & ignominioſus ero, niſi ſuccurritis, ut qui 394. non habeam domi, unde τὴν ἐπωβελίαν exſolvam. Hac in voce corruptus Heſychius: ἐπωβελία. ἔστι δὲ τὸ ἀκόλουθον τὸ τῆς καταδίκης, τίμημά ἐστι * ὄλημα ὡς Δίδυμος, τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, οἱ δὲ τὸ δέκατον. Reſcribo: ἔστι δὲ τὸ ἀκόλουθον τὸ τῆς καταδίκης, [1] τιμήματι ὀλῆμμα, ὡς Δίδυμος, τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, οἱ δὲ τὸ δέκατον. Illud eſt quod accedit τῷ τιμήματι, id eſt, pecuniae, de qua lis eſt; neque enim pecuniam accipiebat actor, ſecundum quem pronunciatum non fuerat, & praeterea ei, a quo pecuniam in judicio repetebat, pendebat ſextam partem pecuniae, de qua controvertebatur: decimam partem fuiſſe nonnulli dixerunt, teſte Heſychio, cui accedit Euſtathius *ad Odyſſ. A.* καὶ ἐπωβελία, τὸ ἐπιδέκατον κατὰ τοὺς παλαιούς. Sed ſexta pars eſt Demoſtheni, ut *e ſuperioribus* liquet. Sed non poſſumus praetermittere ſine ingenti piaculo eximium Demoſthenis locum ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν [*p.* 646.] ἐκτίνοντος δέ μου τῷ Θεοφήμῳ, ᾧ ὦφλήκειν τὴν δίκην, ἐπειδὴ ἐξῆκεν πολλῶν παρόντων μαρτύρων χιλίας μὲν καὶ ἑκατὸν δραχμὰς καὶ τρεῖς καὶ δύο ὀβολὼ τὴν ἐπωβελίαν, τριάκοντα δὲ τὰ πρυτανεῖα. (τῶν γὰρ ἄλλων οὐδὲν αὐτῷ ἐπιτιμίων ὦφλον.) λαβὼν τοίνυν παρ' ἐμοῦ ἐπὶ τῇ τραπέζῃ χιλίας τριακοσίας δεκατρεῖς δύ' ὀβολὼ τὸ σύμπαν κεφάλαιον. Is, cui orationem hanc ſcripſit Demoſthenes, repetierat a Theophemo ſecundum Leges & Plebiſcita Athenienſium armamenta navium, quae de publico haberet, cum non redderet Theophemus, alter ivit ad Theophemi aedes captum pignora. fit rixa, atque utrinque verbera infliguntur. Noſter hic Theophemum ad Senatum Quingentorum defert, dies dicitur: Theophemus damnatur, ſed noſter ſatis habuit ſibi τὸ διάγραμμα τῶν σκευῶν ἀποδίδοσθαι εὐθὺς ἐν τῇ βουλῇ, & Theophemum viginti quinque drachmis multari: actionem vero αἰκίας permitti arbitrio amicorum. Inter haec abiit cum claſſe noſter, redit, nec quicquam aequi impetrat a Theophemo: itaque illum in jus vocat, accuſat αἰκίας. Recriminatur Theophemus: fit judicium, ſententiae dicuntur: noſter damnatur, cum Euergus & Mneſibulus falſum pro teſtimonio dixiſſent: multa illi irrogatur drachmarum mille centum & trium cum duobus obolis ἐπωβελίας nomine, & praeterea drachmarum triginta in τὰ πρυτανεῖα. Poena Legibus non erat conſtituta, itaque aeſtimabant litem contendentes: jam vero ſi τὰ πρυτανεῖα eſſent τὸ ἐπιδέκατον τοῦ τιμήματος, trecentis tantum drachmis aeſtimaſſent litem, quod credibile non eſt, longe enim pluris aeſtimarunt. Ergo τὰ πρυτανεῖα fuerunt, quod vult Pollux, triginta drachmae, ἃς οἱ ἀπὸ χιλίων δραχμῶν μέχρι μυρίων δικαζόμενοι κατετίθεντο. Quod maxime patet ἐκ τῆς ἐπωβελίας. Nam, non tantum ea pendebatur, quando pecunia ab aliquo repetebatur in judicio, ſed etiam, quando lis aeſtimabatur pecunia, ut ex hoc Demoſthenis loco patet, videbatur enim agi de re pecuniaria tantum; Erat autem ἐπωβελία ſexta pars τοῦ τιμήματος, fuitque in hoc judicio ἐπωβελία, drachmae mille centum & tres cum duobus obolis. Ergo litem aeſtimaverat noſter drachmis ſex mille ſexcentis viginti. Aeſtimaverat quoque proculdubio Theophe-

1 Rectius τιμήματι τὸ λῆμμα, nam ex eorum numero eſt, quae Grammaticis *neutra* dicuntur. Jac. Palmer.

Ibid. Vide potius *Cl. Salmaſium* de Mod. Uſurar. C. 1. p. 14.

Theophemus litem: sed nostro irrogata non est alia multa, quam ἡ ἐπωβελία
505. τοῦ τιμήματος, quo ipse Theophemo litem aestimaverat, & praeterea τὰ πρυτανεῖα. At vero sequitur apud Demosthenem [*p.* 646.] eum de mensa numerasse Theophemo drachmas χιλίας τριακοσίας δεκατρεῖς δύ' ὀβολώ. Ergo numeravit centum octoginta drachmas plus quam pendere damnatus erat. Definitum erat tempus, intra quod multa solvenda erat, illud a Theophemo proferri postulaverat noster & obtinuerat [*p.* 644.] προσελθὼν τῷ Θεοφήμῳ, μελλούσης μοι ἤδη ἐξήκειν τῆς ὑπερημερίας, ἐδεόμην αὐτοῦ ἀναβαλέσθαι τὴν ὑπερημερίαν, ἕως ἂν τὴν ναῦν ἀποστείλω. ὁ δὲ ῥᾳδίως μοι καὶ ἀκάκως ἀποκρίνεται· οὐδὲν κωλύει, ἔφη, ἀλλ' ἐπειδὰν τὴν ναῦν ἀποστείλῃς, πόριζε καὶ ἐμοί. Est autem prolatus dies a Theophemo sub hac Lege, ut noster foenus inter ea penderet: & certe benigne hac quidem in re agebat cum eo Theophemus, nam potuisset longe plura ab eo ὑπερημέρῳ exigere. Foeneratus autem est Theophemus, ut puto, τῷ ἐφέκτῳ τόκῳ, id est, singulis mensibus pendebatur pro drachma obolus: Ergo ἔμμηνος τόκος horum mille centum triginta trium drachmarum fuit, drachmae centum octoginta octo cum obolis quinque: Adde sortem, fient drachmae mille trecentae viginti duae cum obolo. [1] Itaque corruptus fuit Demosthenis locus: errorque ortus est ex compendiosa scriptura, notisque: ita enim olim scriptum fuit: λαβὼν τοίνυν παρ' ἐμοῦ ἐπὶ τῇ τραπέζῃ χιλίας τ' εἰκόσια z καὶ τρεῖς δύ' ὀβολώ. id est, χιλίας τριακοσίας εἴκοσι μίαν δραχμάς τε καὶ τρεῖς δύ' ὀβολώ. Unde facilis lapsus, & mutavit in hanc vulgatam scripturam z nota est drachmam significans: Habes in Epistola Cornelii Celsi ad Natalem apud Marcellum. *Graeci Medici pondera medicamentorum ad drachmas redigunt, quae quia ad denarium nostrum conveniunt, pro nota Graecae drachmae, quae est figura talis* z. Uno autem obolo hic tantum minus est. Dixit vero τρεῖς δύ' ὀβολώ, quia proculdubio tria diobola numeravit, ut summam conficeret, sed ut observat Pollux *Lib. IX. cap.* 6. τὸ διώβολον ὡς ἐπιτοπολὺ λύοντες ἔλεγον δύ' ὀβολώ. Idem numerus reponendus est semel atque iterum in sequentibus, *hac ipsa Oratione*. Apud Romanos actione calumniae tenebatur olim actor, qui temere litem instituerat, in decimam partem litis. §. 1. *vs. Haec autem. Inst. de poen. tem. lit.* eam actionem non utendo extinctam restituit Justinianus *Nov.* 112. & *Edicto* 7. Atque haec satis, ad Legis nostrae de non evellendis interpretationem revertamur. Ubi quis oleas eradicasse convictus atque damnatus fuerat, Magistratus, apud quem dica scripta fuerat, multam, quam diximus fuisse drachmarum centum in singulas oleas, exigendam tradebat exactoribus, si excipias decimam multae, Minervae sacram, quae exigenda dabatur Deae Quaestoribus. Si Magistratus suo defuissent officio, ipsi multam de suo pendebant. Excipiuntur tamen hac Lege, si qui oleas evellerint ad usum Templorum. ΕΑΝ ΜΗ ΕΙΣ ΙΕΡΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΔΗΜΟΣΙΟΝ Η ΔΗΜΟΤΙΚΟΝ Η. Intelligit Templa, vel quae erant universi Atheniensium populi, vel privatim alicujus τῶν δήμων. Loca enim haec sacra consita erant oleis. Sophocles *Oedipo Coloneo* [*vs.* 17.]

χῶρος

[1] In hac disputatione Petitus dormit, nec scit, quid velit. Optime enim se habet *Demosthenis* locus, quem incassum mutare allaborat, nisi quod illud καὶ τρεῖς videtur a quodam sciolo infartum, qui non bene numerabat. Solvit Theophemo & de mensa numeravit mille trecentas tredecim drachmas ac duos obolos. Nempe mille & centum propter aestimationem litis. Tum ἐπωβελίας nomine duo oboli in singulas drachmas sunt centum octoginta tres drachmae & duo oboli: quae summa exacte dat sextam partem litis aestimatae. Denique triginta drachmae sacramenti sive *Prytaneorum* nomine. Emergunt mille trecentae & tredecim drachmae cum duobus obolis. Jac. Palmer.

χῶρος δ' ὁ δ' ἱερὸς, ὡς ἀπεικάσαι, βρύων
δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου.

Pervenerat autem ad Eumenidum ſacellum. Itaque cum ſumptum & ſplendorem, qui in Templis Deorum viſebatur, vellent tollere *Aves* in cognomine Ari- 396
ſtophanis *dramate*, ſolas arbores, & inter eas oleas relinquunt, quae in Templis erant ſatae.

— πρῶτον μὲν ἔ-
χι νεὼς ἡμᾶς οἰκοδομεῖν δεῖ
λιθίνοις αὐτοῖς. ἐδὲ θυρῶσαι
χρυσαῖσι θύραις, ἀλλ' ὑπὸ θάμνοις
καὶ πρινιδίοις οἰκήσεσιν.
τοῖς δ' αὖ σεμνοῖς τῶν ὀρνίθων
δένδρον ἐλαίας ὁ νεὼς ἔσαι.

Statius *Lib. XII. Thebaïdos*, ubi Miſericordiae Templum Athenis deſcribit [*vſ.* 491.]

Mite nemus circa, cultuque inſigne verendo,
Vittatae laurus, & ſupplicis arbor olivae.

Ne igitur deficerent, licebat evellere ex agris oleas, ut in Templis ſererentur. Mitto praeterea olearum uſum in ſacris. Excipiuntur quoque ab hac Lege, nec multantur, qui duas tantum quotannis in privatum ſuum uſum oleas evellunt: hoc quippe licet iſta Lege, ΕΑΝ ΜΗ ΕΑΥΤΩι ΧΡΗΣΘΑΙ ΜΕΧΡΙ ΔΥΟΙΝ ΕΛΑΙΑΙΝ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ ΕΚΑΣΤΟΥ. Excipiuntur quoque, qui oleas evellunt ad mortuorum funera: ΕΑΝ ΜΗ ΕΠΙ ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΑ ΔΕΗι ΧΡΗΣΑΣΘΑΙ. Nam & cum mortuis oleas efferebant, ut eſt apud Artemidorum *Oneirocritici Lib. IV. Cap.* 59. τούτων δὲ ἐπὶ τῶν νοσούντων, ἡ μὲν ἐλαία θανατηφόρος οὖσα τετήρηται, αὐτή τε καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς καὶ τὰ φύλλα. καὶ γὰρ εἰκὸς, τοῖς μὲν γὰρ ἀποθανοῦσιν ἐλαίας συνεκφέρουσιν. Praeterea cum par propemodum parentibus aut amicis ſuo fato functis honos, qui Diis immortalibus haberetur, religioneque conſecrarentur eorum tumuli & monumenta, (quinetiam Templa iis ſuperſtruebant, quod jam aliis obſervatum eſt.) ad illa quoque ferebantur & ſuperimponebantur oleae, quas huic uſui licebat ex agris evellere, itemque fruges obſerebant. M. Tullius *Lib. de Legibus II. extremo* [C. 25.] *Nam & Athenis jam ille mos a Cecrope, ut ajunt, permanſit, hoc jus terra humandi: quam cum proximi injecerant, obductaque terra erat, frugibus obſerebatur, ut ſinus & gremium quaſi matris mortuo tribueretur, ſolum autem frugibus expiatum ut vivis redderetur.* Ad has oleas ceteraſque arbores ſemper virentes, & quae nunquam folia amittunt, ſepulcris ſuperimpoſitas & ſatas, reſpexit Juvenalis *Satyra VII. extrema* [*vſ.* 207.]

DI majorum umbris tenuem, & ſine pondere, terram,
Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver.

Sacras multo minus oleas, μορίαι dicuntur, caedere aut evellere non licebat, quod ne fieret curae erat Senatui Areopagitico. Lyſias ἐν τῷ Ἀρεοπαγιτικῷ ὑπὲρ τοῦ Σηκοῦ [*Cap.* 6.] δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ὑμᾶς μὲν, οἷς ὑπὸ τῆς πόλεως τὸν ἅπαντα χρόνον προστέτακται τῶν μοριῶν ἐλαιῶν ἐπιμελεῖσθαι, μήθ' ὡς ἐξεργαζόμενον πώποτε ζημιοῦσαι, μηθ' ὡς ἀφανίζοντα εἰς κίνδυνον καταστῆσαι. [1] Qui auſus erat caedere aut evellere, poſtulabatur

[1] Μορίαι propagines erant ejus oleae, quae in arce Attica. Sacer ac devotus habebatur & civis & hoſtis, ſi qui eas evelleret, teſtibus Criticis ad *Sophoclis* Oedip. Colon. vſ. 689. Hinc actio ἀσεβείας in omnes, qui caederent; hinc Γνώμονες, qui, ſalvaene eſſent, inſpicerent,

labatur apud Areopagitas, quia illorum curae erat ne fieret, ut jam diximus, & praeterea haec ad religionem spectabant: Unde hanc Orationem Lysiae ἀσεβείας dixit Harpocration. Σηκὸς, ἐπιγράφεταί τις λόγος Λυσίου ἐν τῇ τῆς ἀσεβείας περὶ τοῦ σηκοῦ ἀπολογίᾳ. Multa videtur fuisse fortunarum pu-
397. blicatio, & exilium. Itaque dixit ille, cui hanc orationem scripsit Lysias [C. 1.] se περὶ τῆς πατρίδος, καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίζεσθαι. & paullo post [C. 10.] πάντων γὰρ ἀθλιώτατος ἂν γενοίμην, εἰ φυγὰς ἀδίκως καταστήσομαι, ἄπαις μὲν ὢν καὶ μόνος, ἐρήμου δὲ τοῦ οἴκου γενομένου· μητρὸς δὲ πάντων ἐνδεοῦς, πατρίδος δὲ τοιαύτης ἐπ' αἰσχίσταις στερηθεὶς αἰτίαις. Servis, qui judicassent, indicinae praemium libertas. Lysias *ibidem* [C. 3.] ᾤου γὰρ εἰ ἂν εἰδείην ὅτι ἐπ' ἐκείνοις ἦν καὶ ἐμὲ τιμωρήσασθαι. καὶ αὐτοῖς μηνύσασιν, ἐλευθέροις γενέσθαι.

TITULUS SECUNDUS.

De Agris, Armento, atque Grege.

I. CAvit Lege Solon, ne Athenienses sui quantum agri vellent, tantum compararent.

Μὴ κτᾶσθαι γῆν ὁπόσην ἂν βούληταί τις.	*Agrum, quantum voluerint, ne possidento.*

Meminit hujus Legis Aristoteles *Polit. Libro II. Cap.* 8. causamque illius aperit, nempe bonorum aequalitatem habere vim aliquam ad civilem societatem: διότι μὲν οὖν ἔχει τινὰ δύναμιν εἰς τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν ἡ τῆς οὐσίας ὁμαλότης, καὶ τῶν πάλαι τινὲς φαίνονται διεγνωκότες, οἷον καὶ Σόλων ἐνομοθέτησε, καὶ παρ' ἄλλοις ἐστὶ νόμος, ὃς κωλύει κτᾶσθαι γῆν, ὁπόσην ἂν βούληταί τις. Est quippe divitiarum modus, ut adversus hunc ipsum Solonem disputat virorum maximus *ejusdem operis Libro I. Cap.* 8. *extremo*: ἡ γὰρ τοιαύτης κτήσεως αὐτάρκεια, πρὸς ἀγαθὴν ζωὴν οὐκ ἄπειρός ἐστιν, ὥσπερ Σόλων φησὶ ποιήσας,

πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται.

κεῖται γὰρ, ὥσπερ καὶ ταῖς ἄλλαις τέχναις. οὐδὲν γὰρ ὄργανον ἄπειρον οὐδεμιᾶς ἐστι τέχνης, οὔτε πλήθει, οὔτε μεγέθει. ὁ δὲ πλοῦτος, ὀργάνων πλῆθός ἐστιν οἰκονομικῶν καὶ πολιτικῶν. Sed male est, quod modum agri, de quo Legem tulerat Solon, plane ignoramus. Apud Romanos veteres Lex Stolonis vetabat plus quingentis jugera habere. M. Varro *Libro I. de R. R. Cap.* 2. *Nam C. Licinium Stolonem & Cn. Tremelium Scrofam video venire: unum cujus majores de modo agri Legem tulerunt. Nam Stolonis illa Lex, quae vetat plus D. jugera habere civem Romanum.* Redeamus ad Graecos, apud quos non

rent, agros obibant statis temporibus, in *Lysiae* Orat. ὑπὲρ τοῦ Σηκοῦ C. 8. Quid autem Atticorum sermone intersit inter μορίαν, σηκὸν atque ἐλαίαν studiose ostendit Cl. *Marklandus* in Conjectur. ad eam *Lysiae* Or. p. 548., cui, *Jo. Meursium* adde Lect. Attic. L. IV, 6.

non licebat rem ſuam aut haereditatem avitam vendere. Ariſtoteles *Polit. Libro II. Cap.* 7. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐσίαν πωλεῖν οἱ νόμοι κωλύεσιν, ἀλλὰ τοὺς παλαιοὺς κλήρους διασώζειν.

II. Apud Athenienſes decoctores Solonis Lege infamia notabantur.

[1] Ο ΤΑ ΠΑΤΡΩΙΑ ΚΑΤΕΔΗΔΟΚΩΣ, Η ΩΝ ΑΝ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΣ ΓΕΝΗΤΑΙ, ΑΤΙΜΟΣ ΕΣΤΩ.	*Decoctores paternae, aut alterius cujusvis haereditatis, ignominioſi ſunto.*

Legem deſcripſit Diogenes Laërtius *in vita Solonis*, & Aeſchines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχε [*p.* 5.] inter ceteros, quos orare Leges non ſinunt, recenſet εἰ ΤΑ ΠΑΤΡΩΙΑ ΚΑΤΕΔΗΔΟΚΩΣ, Η ΩΝ ΑΝ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΣ 398.
ΓΕΝΗΤΑΙ.

III. Cum Attica melior paſcendo pecori, quam colendis agris eſſet, Legem tulit Solon, ut ei qui lupum attuliſſet, drachmae quinque darentur, qui lupam, una.

Τῷ κομίσαντι λύκον, πέντε δραχμὰς δίδοσθαι· [2] λυκίδα δὲ, μίαν.	*Ei, qui lupum attulerit, quinque drachmae dantor: una ei, qui lupam.*

Refert hanc Legem Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *B.*] e Demetrio Phalereo: λύκον δὲ τῷ κομίσαντι, πέντε δραχμὰς ἔδωκε· λυκίδα δὲ, μίαν. ὧν φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος τὸ μὲν, βοὸς εἶναι, τὸ δὲ, προβάτου τιμήν. ἀρχαῖον δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ πολεμεῖν τοῖς λύκοις, βελτίονα νέμειν ἢ γεωργεῖν χώραν ἔχουσι. Meminit Legis Scholiaſtes Ariſtophanis *ad Aves* [*vſ.* 368.] ἐπεὶ τοὺς λύκοις ἀπέκτεινον τὸ παλαιὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ. καὶ νόμος ἦν λυκοκτονεῖν. διὸ ὁ μὲν φονεύων λύκε τέκνον, τάλαντον ἐλάμβανεν· ὁ δὲ τέλειον, δύο. Sed in praemio mendum eſt, ut conſtat e Plutarcho.

IV. Quae poſſent vero agrum colere, Lege vetabantur bovem aratorem occidere.

Βοῦν ἀρότην μὴ θύειν.	*Bovem aratorem ne mactato.*

Legem laudat Aelianus ποικίλης ἱστορίας *Libro V. Cap.* 14. νόμος καὶ οὗτος Ἀττικὸς, βοῦν ἀρότην, καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν.

V. Quanquam non tantum bovem, qui jam ſocius hominum eſſet in ruſtico opere, & Cereris miniſter, ſed etiam olim nullum omnino bovem mactari voluerunt, & Lege caverunt.

Βοῦς μὴ καταθύεσθαι.	*Boves ne mactanto.*

Philochorus apud Athenaeum *Libro IX.* [C. 4.] Legis meminit, eaque cur ſit lata, indicat: καὶ κατὰ χρόνον δέ τινα ἐκλιπόντων τῶν βοῶν, φησὶν ὁ Φιλόχορος, νομοθετηθῆναι διὰ τὴν σπάνιν ἀπέχεσθαι αὐτῶν τῶν ζώων συνάγειν βουλομένους καὶ πληθῦσαι τῷ μὴ καταθύεσθαι. Varro *de R. R. Libro II. Cap.* 5. ubi de *Bove* agit: *Hic ſocius hominum in ruſtico opere, & Cereris*

1 Haec lex alioſum pertinet. Vide *Aeſchin.* in Timarch. p. 13. & ſupra L. III. Tit. 3. Rectius addidiſſet legem, Chabriae ac Timothei tempore latam, ΜΗΔΕΝΑ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΓΕΩΡΓΕΙΝ ΕΚΤΟΣ ΤΗΣ ΑΤΤΙΚΗΣ, qua civium cupiditatem, inſulanorum agros arantium, conpeſcuerunt, ſociorumque favorem ſibi collegerunt apud *Diod. Siculum* L. XV. p. 472.

2 Haud ſcio an λυκιδία fuerit? Ut lupi catulum adferenti unam drachmam Solon decreverit. Λύκυ τέκνον in ſcholiis ad Comici Aves vſ. 368. id firmat, & res ipſa. Lupam certe qui occiderat, non minus bono publico proderat, quam qui lupum. Conf. *Jo. Meurſium* Them. Att. II, 17.

ris minister. Ab hoc antiqui manus ita abstineri voluerunt, ut capite sanxerint, si quis occidisset. *Qua in re testis* Attice, *testis Peloponnesos.* Sed forte ad *bovem aratorem* referenda sunt M. Varronis verba. Ad hanc Legem alludit Plato *Libro VI. de Legibus* [*p.* 782. C.] ὅτε οὐδὲ βοὸς ἐτολμῶμεν γεύεσθαι· θύματά τε οὐκ ἦν τοῖς θεοῖσι ζῶα, πέλανοι δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι, καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα.

VI. Atque eadem hac de causa Lege vetabatur agni tenelli, & anniculo minoris, [1] cui nec vulsa nec tonsa laeva est, esus:

Μὴ σφάττειν πρόβατον ἄπεκτον ἢ ἄτοκον.	*Agnum anniculo minorem ne mactato.*

Laudat hanc Legem idem Philochorus apud Athenaeum *Libro I.* [C. 8.] Φιλόχορος δὲ ἱστορεῖ, καὶ κεκωλῦσθαι Ἀθήνησιν ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα γεύεσθαι, ἐπιλειπούσης ποτὲ τῆς τῶν ζώων τούτων γενέσεως.

Androtion apud eundem Athenaeum *Libro IX.* [C. 4. *p.* 375.] ἦν δὲ καὶ παλαιὸς νόμος, ὥς φησιν Ἀνδροτίων, τῆς ἐπιγονῆς ἕνεκα τῶν θρεμμάτων μὴ σφάττειν πρόβατον ἄπεκτον ἢ ἄτοκον. Eusthatius *ad Iliad.* Ω. ἐπεὶ τοῖς καὶ Ἀθηνῆσιν νενόμιστο, ἤγουν νόμος ἦν ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα γεύεσθαι· ἐπιλειπούσης ποτέ φασι τῆς τῶν ζώων τούτων γενέσεως.

399. VII. Atque longe ante Triptolemus Lege interdixerat omnium animalium esu:

Ζῶα μὴ σίνεσθαι.	[2] *Carnibus ne vescitor.*

Meminit Hermippus Libro II. de Legislatoribus e Xenocrate apud Porphyrium περὶ ἀποχῆς [*L. IV.* C. 22.] τῶν τοίνυν Ἀθήνησι νομοθετῶν Τριπτόλεμον παλαιότατον παρειλήφαμεν, περὶ οὗ Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν γράφει ταῦτα. Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ Φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι, τοὺς δὲ γονεῖς τιμᾶν, θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, ζῶα μὴ σίνεσθαι. A Porphyrio accepit noster Hieronymus *Libro adversus Jovinianum II. Xenocrates Philosophus de Triptolemi Legibus apud Athenienses tria tantum praecepta in Templo Eleusinae residere scribit : Honorandos parentes : Venerandos Deos* : CARNIBUS NON VESCENDUM.

TITULUS TERTIUS.

De Emptione, Venditione, & Evictione.

I. IN emptione, venditione satis commode ab Atheniensibus cautum est, ut obviam irent molestiis controversiarum, haec observari: Venditionis atque emptionis Leges palam apud Magistratum proscribi diebus ante sexaginta: Centesimam pretii partem deponi, ut si quis velit controversiam movere, ei per Leges, & sub hac quasi sacramenti Lege liceat. Theophrastus apud Stobaeum

1 Vide *Is. Casaubonum* in Athen. L. 1, 8.
2 Vide superius L. 11. Tit. 4.

baeum *Sermone XLII.* [*p.* 280.] ἔνιοι δὲ προσγράφειν τὴν πωλὴν παρὰ τῇ ἀρχῇ πρὸ ἡμερῶν μὴ ἐλαττόνων, ἢ ἑξήκοντα, καθάπερ Ἀθήνησι, καὶ τὸν πριάμενον ἑκατοστὴν τιθέναι τῆς τιμῆς· ὅπως διαμφισβητῆσαί τε ἐξῇ, καὶ διαμαρτύρεσθαι τῷ βουλομένῳ, καὶ ὁ δικαίως ἐωνημένος, φανερὸς ᾖ τῷ τέλει. His praestitis, si postea de re empta & transacta controversia moveretur, Legibus erat sancitum, ut si de agro aut domo lis esset, [1] primo disceptaretur de agri proventu & reditu, aut aedium obvencione, cujusnam haec futura essent.

Τὸν ἀμφισβητοῦντα χωρίου, δικάζεσθαι τῷ ἔχοντι αὐτὸ, καρποῦ· εἰ δὲ οἰκίας, ἐνοικίου.	*Qui de agro litigat, possessori de proventu, qui de domo, dicam de obvencione scribito.*

Legis meminit Lysias, si titulus non mentitur auctorem, ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους ἐπιτροπῆς. εἰ γὰρ τι ἐγκαλεῖς τῷ δε τῷ μειρακίῳ, καὶ τῶν σῶν τι ἔχει, δίκασαι αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους, εἰ μὲν χωρίου ἀμφισβητεῖς, καρποῦ, εἰ δὲ οἰκίας, ἐνοικίου. Suidas: οἱ ἀμφισβητοῦντες ὡς προσηκούσης αὐτοῖς, λαγχάνουσι τοῖς διακρατοῦσιν. εἶτα ἑλόντες λαγχάνουσι περὶ ἐπικαρπίας. Sequebatur postea actio *possessoria* de agri aut domus *possessione.* Denique dabatur actio *Unde vi.* Qui ceciderat actione καρποῦ, aut *possessoria*, poterat nihilominus in possessione agri, aut domus esse; at post peractum judicium *Unde vi*, possidere jubetur is, cui lis est addicta. Harpocration: οὐσίας δίκη, οἱ 400.
δικαζόμενοι περὶ χωρίων, ἢ οἰκιῶν, πρὸς τοὺς ἔχοντας οὐσίας, ἐδικάζοντο τὴν δευτέραν δίκην· ἡ δὲ προτέρα ἦν τῶν μὲν οἰκιῶν, ἐνοικίου, τῶν δὲ χωρίων, καρποῦ· τρίτη ἐπὶ τούτων ἐξούλης. καὶ ἐξῆν τοῖς ἑλοῦσι κρατεῖν τῶν κτημάτων, καὶ εἰ τὴν δίκην τὴν τοῦ καρποῦ, ἢ τοῦ ἐνοικίου, καὶ εἰ τὴν δευτέραν ἡττηθεῖεν τὴν τῆς οὐσίας· εἰ δὲ καὶ ἐξούλης ἁλοῖεν, οὐκέτι ἐξῆν ἐπικρατεῖν, ἀλλ' ἐξίστασθαι ἔδει ἤδη τῶν κτημάτων τοῖς καταδικασαμένοις.

Mota emptori quaestione, vel ipse per se litigabat emptor, vel eum qui controversiam faciebat, [2] ad venditorem ducebat, venditorem indicabat, & ad illum ibat, ejusque nomine litigabat. facile colligere est, ex his Harpocrationis, quae Suidas illustrat: αὐτομαχεῖν, τὸ δι' ἑαυτοῦ δικάζεσθαι, ἀλλὰ μὴ δι' ἑτέρου· οἷον ἐάν τις εἰς πρατῆρα ἀνάγῃ, πρὸς ἐκεῖνον ἀποφαίνει τὴν δίκην οὖσαν· καὶ ἐάν τις παρέχῃ τὸν διαμαρτυροῦντα μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην, αὐτὸς μὲν γὰρ οὐκέτι ἀγωνίζεται, πρὸς δὲ τὸν διαμαρτυρήσαντα ὁ ἀγών ἐστι. Λυσίας ἐν τῷ Εὐθυκλέους χωρίου ἐξούλης. Docet his verbis Harpocration quid sit αὐτομαχεῖν, nempe τὸ δι' ἑαυτοῦ δικάζεσθαι,

1 Ea etiam καρποῦ δίκη, qua conveniebantur, qui alienum agrum araverant fructusque perceperant. Καρποῦ δίκη, ὅταν τινὰς ξένην γῆν ἐργάζονται, εἶτα διωχθέντες ἀπαιτῶνται τὰς ἐπικαρπίας in Lexico Coislin. Biblioth. p. 489. Ἐνοίκιον erat pensio locatae domus, quam si locator volentibus auferre non poterat, aedium fores revellebat, tegulas amoliebatur, puteumque obstruebat. Auctor Anonymus apud *Stobaeum* Sermon. I. p. 19. καθάπερ καὶ ἐξ οἰκίας, φησὶν ὁ Βίων, ἐξοικιζόμεθα, ὅταν τὸ ἐνοίκιον ὁ μισθώσας οὐ κομιζόμενος τὴν θύραν ἀφέλῃ, τὸν κέραμον ἀφέλῃ, τὸ φρέαρ ἐμφράξῃ. Sic necdum emigraret aut pensionem solvere recusaret, conductor actione ἐνοικίου postulabatur. *Demosthenes* Advers. Olympiod. p. 655. Διὰ τί σὺ Ὀλυμπιόδωρε, οὐδενὸς ὄντος μοι ἔλαχες ἐνοικίου δίκην τῆς οἰκίας, ἧς ἔφασκες μισθῶσαί μοι.

2 Addit *Isaeus* τὸν θέντα, sive qui pignori dederat, ὥσπερ, inquiens, τῶν ἀμφισβητουμένων χωρίων δεῖ τὸν ἔχοντα ἢ θέντα ἢ πρατῆρα παρέχεσθαι, ἢ καταδεδικασμένον φαίνεσθαι Orat. extrema de Aristarchi Hered. Nam θέντα ibi ὁ τὴν ὑποθήκην τεθεικώς, ut *Harpocration* explicat.

ζεσθαι, non autem per alium, ἀλλὰ μὴ δι' ἑτέρου. quomodo autem per alium litigetur, duobus exemplis probat: unum est, si quis proferat in judicio testem, qui testatur μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην. nam adversus testem tota lis movebatur. Alterum exemplum est, si quis auctorem suum laudet, eumque conveniat, ἐάν τις εἰς πρατῆρα ἀνάγῃ, πρὸς ἐκεῖνον ἀποφαίνει τὴν δίκην οὖσαν. Non enim laudabatur auctor, aut conveniebatur, ab eo qui vellet αὐτομαχεῖν, quanquam certe is non ignorabat auctorem suum esse idoneum ad pretium solvendum. Suidas: καὶ αὐτομαχῆσαι, ὅταν ἀντιποιῶνταί τις οἰκίας ἢ χωρίου, καὶ εἴη ὁ πεπρακὼς μὲν ἀξιόχρεως, ὥστε δοκεῖν ἀποτίσαι τὴν ζημίαν, καὶ σωῖσασθαι τὴν δίκην πρὸς τὸν ἀντιποιούμενον, βούλοιτο δὲ ὁ διακατέχων τὴν οἰκίαν ἢ τὸ χωρίον, ἴδιον αὐτοῦ ποιήσασθαι ἀγῶνα πρὸς τὸν ἀμφισβητοῦντα. τοῦτο αὐτομαχῆσαι καλεῖται. Si emptore litigante res evinceretur, *habebat regressum emptor*, ut cum Ulpiano dicam, *in venditorem. l. 1. D. de evictionibus*: collige ex his Suidae jam laudatis verbis, καὶ εἴη ὁ πεπρακὼς μὲν ἀξιόχρεως, ὥστε δοκεῖν ἀποτίσαι τὴν ζημίαν, καὶ σωῖσασθαι τὴν δίκην πρὸς τὸν ἀντιποιούμενον. At vero si nollet emptor αὐτομαχῆσαι, ad auctorem ibat: nam *mota quaestione*, inquit Hermogenianus Libro II. juris Epitomarum, *interim non ad pretium restituendum, sed ad rem defendendam venditor conveniri potest. l. 74. §. 2. D. eod.* Graeci ἀνάγειν dicunt. Harpocration cum Suida: ἀνάγειν, τὸ μηνύειν τὸν πεπρακότα καὶ ἐπ' ἐκεῖνον ἰέναι. & verbis, quae jam ante descripsimus: ἐάν τις εἰς πρατῆρα ἀνάγῃ, πρὸς ἐκεῖνον ἀποφαίνει τὴν δίκην οὖσαν. Conventus ab eo emptore venditor, debebat emptori cavere de evictione, si cavere recusaret, adversus eum agebat emptor [1] βεβαιώσεως actione. Pollux *Libro VIII. cap. 6.* ἡ δὲ βεβαιώσεως δίκη, ὁπότε τις πριάμενος οἰκίαν, ἢ χωρίον, ἀμφισβητοῦντός τινος, ἀνάγει ἐπὶ τὸν πρατῆρα· τὸν δὲ προσῆκε βεβαιοῦν, ἢ μὴ βεβαιοῦντα ὑπεύθυνον εἶναι τῆς βεβαιώσεως. Harpocration: βεβαιώσεως, δίκης ὄνομά ἐστιν, ἣν δικάζονται οἱ ὠνησάμενοί τι τῷ πωλουμένῳ ἂν ἕτερος μὲν ἀμφισβητῇ, ὁ πραθέντος δὲ μὴ βεβαιοῖ. Si vero caveret venditor, ejus nomine agebat emptor, quod si causa caderet, rem controversam a se emptam amittebat, sed licebat ei multam aut condemnationem petere ab auctore & venditore qui caverat, tanquam a venditore fallace. Pollux *loco laudato*: εἰ δὲ ὁ ἀνάγων ἐπὶ τὸν πρατῆρα ἡττηθείη, τὸ μὲν ἀμφισβητηθὲν τοῦ κρατήσαντος ἐγίγνετο. ὁ δὲ ἡττηθεὶς τὴν τιμὴν παρὰ τοῦ συκο-
401. φαντήσαντος ἐκομίζετο.

II. Volebant namque Athenienses sine dolo malo agi inter se, itaque Legem tulerunt, quae vetabat in foro mentiri, idque περὶ ὠνίων maxime.

Ἀψευδεῖν κατὰ τὴν ἀγοράν. *In foro ne mentiuntor.*

Laudat hanc Legem Hyperides ἐν τῷ κατ' Ἀθηνογένους α'. apud Harpocrationem: κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀθηνογένους α'. ὁ μὲν

[1] Notavit aliqua *Jo. Meursius* Lect. Attic. L. VI, 20. Lex in venditionibus τὸ βεβαιοῦν postulabat. *Aeschines* in Ctesiphont. p. 89. ὥσπερ τοὺς βεβαιωτὰς τῶν κτημάτων ὁ νόμος κελεύει παρεῖναι. Eam si venditor non praestitisset, possessor de possessione dejici poterat ab actore: quo spectat egregius *Isaei* locus Orat. de Hered. Dicaeogen. p. 53., quem quidem si diligentius considerasset *Cl. Salmasius* de Mod. Usurar. C. 16. p. 731. non sane transtulisset βεβαιώσεως δίκην ad venditionis fidejussorem, ut ait, sive βεβαιωτήν, contra Veterum omnium opinionem. Animadvertit adversarii sui & perstrinxit sententiam, nec sine loligine tamen, *Des. Heraldus* Animadv. in Jus Att. & Rom. L. IV, 2.

ὁ μὲν τοίνυν νόμος κελεύει ἀψευδεῖν ἐν τῇ ἀγορᾷ· ἔοικεν ὁ νόμος περὶ τῶν ὠνίων κεῖσθαι. Demosthenes *in Leptinea* [*p.* 276.] πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ μὲν τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν νόμον γεγράφθαι, ἐφ' οἷς οὐδέν ἐστι δημοσίᾳ βλάβος, εἴ τις ψεύσεται. Ulpianus: πολιτείαν γὰρ ἀψευδῆ μέχρι τῶν ὠνίων διώκοντες. Videbant Agoranomi ut religiose haec Lex observaretur: nam ad illos cura rerum venalium pertinebat. Harpocration alibi: Ἀγορανόμοι, οἱ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες. Ulpianus ad Demosthenis *Timocrateam* [*p.* 463.] ἔστι δὲ Ἀγορανόμος ὁ ἐπόπτης τῶν ὠνίων τῆς ἀγορᾶς. Quare etiam Agoranomis curae erat, ne imponerent, & fraudem facerent sive venditores, sive emptores. Theophrastus in Libris Legum: [apud Suidam κατὰ τὴν ἀγορὰν] δυοῖν τούτων ἐπιμελεῖσθαι δεῖν τοὺς Ἀγορανόμους, τῆς τε ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀκοσμίας, καὶ τοῦ ἀψευδεῖν μὴ μόνον τοὺς πιπράσκοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὠνουμένους. illi, sive in rebus ipsis venalibus, sive in falsis comminiscendis. Nam ait Lysias [*Orat.* κατὰ τῶν Σιτοπ. *C.* 3.] fieri solitum saepius Athenis, ut sitonae, quo impunitius annonam flagellarent, falsa quaedam comminiscerentur, & in vulgus spargerent: οὕτω δὲ ἄσμενοι τὰς συμφορὰς τὰς ὑμετέρας ὁρῶσιν, ὥστε τὰς μὲν πρότεροι τῶν ἄλλων πυνθάνονται, τὰς δὲ αὐτοὶ λογοποιοῦσιν· ἢ τὰς ναῦς ἐφθάρθαι τὰς ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐκπλεούσας συνειλῆφθαι, ἢ τὰ ἐμπόρια κεκλεῖσθαι, ἢ τὰς σπονδὰς μέλλειν ἀπορρηθήσεσθαι. Utrique venditores & emptores ne qua falsitas esset in contractibus & commerciis. Quare re etiam nondum emptori tradita, sed arra tantum a venditore accepta, si venditor a contractu recedere vellet, adversus eum emptori competebat βεβαιώσεως actio. Harpocration e Lysia: ἐνίοτε καὶ ἀρραβῶνος μόνου δοθέντος εἶτα ἀμφισβητήσαντος τοῦ πεπρακότος, ἐλάγχανε τὴν τῆς βεβαιώσεως δίκην ὁ τὸν ἀρραβῶνα δοὺς τῷ λαβόντι. Λυσίας ἐν δυσὶ λόγοις. Itaque in proverbium abiit Ἀττικὴ πίστις. Quanquam vix res venales dabant sine praesenti pecunia, unde dixit Plautus *Asinaria* [*Act.* 1. *Sc.* 2. *vs.* 47.] *Graeca mercari fide*: eoque referunt viri summi verba Theophrasti *in Charactere* περὶ ἀπιστίας. καὶ τοῖς εἰληφόσι τι παρ' αὐτοῦ καὶ λέγουσι, πόσου, καθάδου. οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν, & vertunt: *Postremo iis qui cum aliquid ab ipso sumserint, dicunt illi, Refer in rationes: Imo, ait, depone: non enim vacat mittere flagitatum.* [1] Sed ποσοῦν non est *referre in rationes*, ut constat *e charactere*

1 *Casaubonus* legit, καὶ λέγουσι Πόσου, εἰπεῖν Κατάθου. & vertit: *postremo iis, qui cum aliquid ab ipso sumpserint, dicunt illi, Refer in rationes: imo, ait, depone; non enim vacat mittere flagitatum.* Πόσου non nomen, sed verbum censet esse, quo verbo *Theophrastus* usus est iterum Cap. περὶ Ἀλαζονείας, & significare *numerare & rationem inire.* *Sed* ποσοῦν, ait Petitus satis asseveranter, *non est referre in rationes, ut constat e charactere* περὶ Ἀλαζονείας. Locus in τῷ περὶ Ἀλαζονείας is est: Καὶ ἀπορῶν δὲ παρακαθήμενον κελεῦσαι θεῖναι τὰς ψήφους, καὶ ποσῶν αὐτὰς καθ' ἑξακοσίας καὶ μίαν, καὶ προστιθεὶς πιθανῶς ἑκάστῳ τούτων ὀνόματα, ποιῆσαι δέκα τάλαντα, *calculos ponere & secundum sexcentos* (quibus ipse nummos erogarit) *singulatim* (ut ita dicam) *quantitare, quotare*, pro, sexcentorum quotam ita pro singulis in rationes referre, ut efficiantur decem talenta. Putat idcirco Petitus superiore loco rescribendum, καὶ τοῖς εἰληφόσι τι παρ' αὐτοῦ, καὶ λέγουσι ποσοῦν; καθάδου (voluit κατάθου) οὐ γὰρ σ. π. *iis, qui cum aliquid quod ejus sit, acceperint, & dicunt*, Nonne? (supple licet accipere) *Imo, inquit, depone: non enim vacat mittere, qui ferat.* Praetextu scilicet pueri, inquit, qui illud ferat in amici domum, quem sibi praesto non esse dicit, amico denegat. Magnus profecto emendator es, Petite, qui magno *Casaubono* dicam impingas ejusque versionem *Theophrasti* Characterum, & ipsum *Theophrastum*, si Dis placet, emendes. Sed hoc tolerandum prae illo, quod sequitur ex Capite περὶ Ἀπιστίας. Καὶ ὅταν ἥκῃ τις αἰτησόμενος ἐκπώματα, μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι. Rescribo, inquit, καὶ ὅ. ἥ. τ. αἰτησόμενος, ἐκ τοῦ μαθεῖν, μάλ. μ. μ. δοῦναι. Quid hoc monstri est ἐκ τοῦ μαθεῖν? Audiamus versionem: *Quod si quis ab illo quicquam petat*, vane tempus terat interrogando, quomodo & qua-

ractere περὶ ἀλαζονείας. Puto reſcribendum: καὶ τοῖς εἰληφόσι τὶ παρ' αὐτοῦ καὶ λέγουσι πῶς οὔ; καθάδου, οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν. *Iis, qui cum aliquid quod ejus ſit, acceperint, & dicunt, Nonne?* (ſupple licet accipere) *Imo, inquit, depone, non enim vacat mittere qui ferat*: Praetextu ſcilicet pueri, qui illud ferat in amici domum, quem ſibi praeſto non eſſe dicit, amico denegat. Dicet forte aliquis praeceſſiſſe *hoc ipſo charactere* eandem hominis ἀπίςου notationem his verbis: καὶ ὅταν ἥκῃ τίς αἰτησόμενος ἐκπώματα, μάλιςα μὲν μὴ δοῦναι. Sed locus eſt inſignis elegantiae, quem corruptum eſſe nemo ibit inficias, nec quicquam facere ad ſequentem ἀπίςου hominis notationem, de qua jam diximus. Reſcribo: καὶ ὅταν ἥκῃ τὶς αἰτησόμενος, ἐκ τοῦ μα-
402. θεῖν, μάλιςα μὲν μὴ δοῦναι. *Quod ſi quis ab illo quicquam petat, vane tempus terat interrogando, quomodo & quatenus dare poſſit, maxime tamen deneget.* Sed ad forum & res in eo venales redeamus.

III. Adeo volebant Athenienſes κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν, ut Ariſtonici Lege cautum ſit, ne piſcarii piſces minoris quam indicaſſent, venderent: ſi ſecus feciſſent, in carcerem raperentur.

Τοὺς ἰχθυοπώλας μὴ ἀποδοῦναι τοὺς ἰχθύας ἐλάττονος ἧς εἶπον τιμῆς, ἢ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγεσθαι.	*Piſcarii piſces minoris quam indicarint, ne vendunto: ſi ſecus fecerint, in carcerem abducuntor.*

Legem hanc laudat Alexis Comicus in Lebete: [apud Athen. *VI*, 2. *p*. 226.]

> οὐ γέγονε κρείττων νομοθέτης τοῦ πλουσίου
> Ἀριςονίκου. τίθησι γὰρ νυνὶ νόμον,
> τῶν ἰχθυοπωλῶν ὅστις ἂν πωλῶν γε τὸν
> ἰχθὺν ὑποτιμήσας, ἀποδῷτ' ἐλάττονος
> ἧς εἶπε τιμῆς, εἰς τὸ δεσμωτήριον
> εὐθὺς ἀπάγεσθαι τοῦτον.

Legis latae tempus indicat, nempe ſub id, quo drama hoc docuit Alexis, lata autem Lex, ne carius indicarent: nam ſi carius indicaſſent, cum vendere non poſſent, putres reportaturi erant domum: atque ita illis periret piſcatum. Sequitur *ibidem*:

> —— ἵνα δεδοικότες
> τῆς ἀξίας ἀγαπῶσιν, ἢ τῆς ἑσπέρας
> σαπροὺς ἅπαντες ἀποφέρωσιν οἴκαδε.

IV. Non licebat enim illis piſces putres vendere: itaque ne fieret, Lege erat piſcariis interdictum, piſces, qui jam eſſent aut putres aut marcidi, aqua rigare, ut viderentur recentes.

Τοὺς ἰχθυοπώλας μὴ ῥαίνειν τοὺς ἰχθῦς σαπρούς.	*Piſcarii piſces putres aqua ne riganto.*

Le-

quatenus dare poſſit, *maxime tamen deneget*. *Caſaubonus*, homo ſimplex, pure vertit: *Quod ſi quis pocula ab ipſo commodato roget, ſolet ille maxime quidem non dare*. Senſus eſt apertiſſimus. SALVINIUS.

Ibid. Loca ſunt in Character. Cap. XVIII. & XXIII. Sed variae conjecturae virorum doctorum de eorum ſcriptura & ſenſu indicio ſunt non ſatis ſana eſſe. Sed mira eſt emendatio Petiti ἐκ τοῦ μαθεῖν, pro ἐκπώματα. Si ita ſcripſit, credo ipſum non intellexiſſe, quid hoc ſit. Sed ex interpretatione Latina ſuſpicor eum ſcripſiſſe ματᾶν, quod Scholiaſtes *Aeſchyli* Prometh. vſ. 57. exponit μάτην γίνεσθαι, & Sept. adv. Theb. vſ. 36. ματαιοποιεῖν, & ματαίως ἀνιᾶν. Vel ματεῖν, quod eſt *quaerere*. Πῶ Lexica exponunt *quatenus*, *quomodo*; ſed quid ſit ἐκ τοῦ, aut qua auctoritate ἐκ τοῦ dici poſſe putaverit, mihi non conſtat. DUKER.

Legem refert Xenarchus Πορφύρᾳ, ubi de piscariis agit: [in Athen. *VI*, 2. *p.* 225.]

> ἐπεὶ γὰρ αὐτοῖς οὐκ ἔτ' ἔστ' ἐξουσία
> ῥαίνειν, ἀπείρηται δὲ τοῦτο τῷ νόμῳ.

Erat *Opsonomorum*, qui duo sive tres numero a Senatu eligebantur, curae commissum forum piscarium, & ut Leges hae observarentur. De iis Sophilus apud Athenaeum *Libro VI.* [C. 3. *p.* 228.] τὸ δὲ ἔθος τοῦτο καὶ Ἀθήνησιν εἶναι ἀξιοῖ Σώφιλος ἐν Ἀνδροκλεῖ, Ὀψονόμους ἀξιῶν αἱρεῖσθαι ὑπὸ τῆς βουλῆς δύο ἢ καὶ τρεῖς. Eustathius *ad Iliad. A.* ὀψοφαγεῖν ὅπερ ἐστὶ παρὰ τὸ δέον ὄψοις χρῆσθαι. οὗ ἕνεκεν ἤρεσεν Ὀψονόμους Ἀθήνησιν αἱρεῖσθαι ὑπὸ τῆς βουλῆς δύο ἢ τρεῖς. Sed, ut dixi, in universum, rerum venalium in foro cura erat penes *Agoranomos*, [1] qui eos, qui in forum convenerant, si quid in Leges committerent, flagris caedebant. Graecus Interpres ad haec Comici *Acharnensibus* [*vs.* 723.]

> Ἀγορανόμους δὲ τῆς ἀγορᾶς καθίσταμαι
> τρεῖς τοὺς λαχόντας, τοὺς δ' ἱμάντας ἐκ Λεπρῶν.
> ἐνταυθ' μήτε συκοφάντης εἰσίτω,
> μήτ' ἄλλος ὅστις φασιανός ἐστ' ἀνήρ.

τὸ παλαιὸν, inquit, φραγγέλλαις ἔτυπτον οἱ Λογισταὶ τοὺς τῆς ἀγορᾶς. Λογισταὶ sunt *Agoranomi*, ut idem docet paullo ante, Ἀγορανόμους οὓς Λογιστὰς κα- 403
λοῦμεν. His *Agoranomis* vectigal pendebant, qui Athenas aliunde adportassent in forum quicquam mercimonii. Hinc Dicaeopolis apud Aristophanem eodem dramate *Acharnensibus* anguillam a Boeoto sibi dari petit ἀγορᾶς τέλος.

> ἀγορᾶς τέλος ταύτην γέ που δώσεις ἐμοί.

Scholiastes: ἔθος ἦν τὸ παλαιὸν, τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ πιπράσκοντας τέλος διδόναι τοῖς Λογισταῖς.

TITULUS QUARTUS.

De Usuris.

I. INter pecuniae quaerendae rationes secundam *in Politicis* recenset Philosophus τὸν τοκισμόν. τῆς δὲ μεταβλητικῆς δεύτερον εἶδος, τοκισμός. Quam rationem ipse improbat, ut quae maxime a natura abhorreat: τῆς δὲ μεταβλητικῆς ψεγομένης δικαίως. οὐ γὰρ κατὰ φύσιν, ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλων ἐστίν. εὐλογώτατα μισεῖται ἡ ὀβολοστατική, διὰ τὸ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ νομίσματος εἶναι τὴν κτῆσιν, καὶ οὐκ ἐφ' ὅπερ ἐπορίσθη. μεταβολῆς γὰρ ἐγίγνετο χάριν. ὁ δὲ τόκος αὐτὸ ποιεῖ πλέον. ὅθεν καὶ τοὔνομα τοῦτ' εἴληφεν. ὅμοια γὰρ

1 Idem docemur *Alexidis* versibus apud *Athenaeum* L. VIII, 5. cum viri magni animadversione.

γὰρ τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσιν αὐτά ἐστιν· ὁ δὲ τόκος γίνεται νόμισμα νομίσματος· ὥστε καὶ μάλιστα παρὰ φύσιν οὗτος τῶν χρηματισμῶν ἐστιν. Atque in genere fenerari, idem est quod hominem occidere, ut major Cato ajebat. Verum Athenis maxima erat fenerandi licentia, approbata veteri hac Solonis Lege:

ΤΟ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΣΤΑΣΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ, ΕΦ' ΟΠΟΣΟΝ ΑΝ ΒΟΥΛΗΤΑΙ Ο ΔΑΝΕΙΖΩΝ.	*Usurarum modus esto, quem stipulatus fuerit fenerator.*

Legem hanc laudat Lysias ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου α'. [C. 6.] καί μοι ἀνάγνωθι τούτους τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος τοὺς παλαιοὺς, ΝΟΜΟΣ ΤΟ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΣΤΑΣΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ, ΕΦ' ΟΠΟΣΟΝ ΑΝ ΒΟΥΛΗΤΑΙ Ο ΔΑΝΕΙΖΩΝ τὸ ΣΤΑΣΙΜΟΝ. τοῦτό ἐστιν, ὦ βέλτιστε, οὐ ζυγῷ ἱστάναι, ἀλλὰ τόκον πράττεσθαι ὁπόσον ἂν βούληται.

Vetustissima videtur usura apud Athenienses [1] ἔφεκτος τόκος *sextantalis*; cum obolus menstruus in drachmam datur, atque dicitur δανείζειν ἐπὶ ἕκτῳ δραχμῆς. Nam ideo veteres Attici apud Pollucem *Libro XIII. Cap.* 9. ὀβολοστάτην feneratorem vocaverunt. Hesychius: ὀβολοστάτοις, τοὺς δανειστὰς ἔλεγον· ἐδίδοσαν δὲ σταθμῷ οἱ δανείζοντες, διὸ ὀβολοστάται προσηγορεύθησαν. τινὲς δὲ τὸ δανείζειν ἱστάναι φασίν. Hinc Aristoteles τοκισμὸν dixit ὀβολοστατικὴν, quia prima usura fuit ὀβολὸς ἔμμηνος εἰς δραχμήν. Hinc quoque [2] Hesychii glossa, ἐπωβελία, τόκος. Significatur enim τόκος ἐπὶ ὀβολῷ, ὥστε τοῦ κεφαλαίου τὸ ἕκτον μέρος δοθῆναι τῷ δανειστῇ. ita ut singulis mensibus pro drachma obolus penderetur: pro mina drachmae sedecim cum obolis quatuor: certe in judiciis dicitur ἐπωβελία ἐπιτίμιον, ὅτι καθ' ἑκάστην δραχμὴν ὀβολὸς ἦν, ὅπερ ἕκτον ἐστιν, ἐν ἓξ ὀβολοῖς τῆς δραχμῆς λογιζομένης, ut *in superioribus* diximus, & exemplum adscripsimus hujus usurae *sextantalis*.

404. Usitatissimus vero fenerandi modus erat *centesima* usura, quae τόκος ἐπὶ δραχμῇ dicitur, ut pro mina quot mensibus drachma penderetur: Exemplum dabimus, Deo dante, infra, ubi de dote agemus: alterum extat apud Aeschinem ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν.

Trientale fenus, τόκος ἐπίτριτος, Isaeus ἐν τῷ κατὰ Καλλιφῶντος, ἑξακοσίαις δραχμαῖς ἐπιτρίταις. Quomodo intelligendum istud sit, docet Suidas, qui addit Isaei verbis: ἀντὶ τοῦ ἐπὶ η' ὀβολοῖς. καὶ τὸ τρίτον εἶναι μερίδα τοὺς η' ὀβολοὺς τοῦ τετραδράχμου. Itaque octo oboli menstrui dabantur in tetradrachmum, sive duo oboli in drachmam.

Τόκος

1 Haec Petiti & quae sequuntur *Salmasius* examinavit de Usur. Modo C. 1. & seq., multa eruditione atque egregie docens, ἔφεκτον τόκον & τόκον ἐπὶ ἕκτῳ δραχμῆς longe longeque differre: hunc ἐπὶ ἕκτῳ δραχμῆς, quum in mensem pro mina obolus penditur; ἔφεκτον, qui sextam partem sortis quotannis foenoris loco praestat, sive τὸ ἐπὶ τῷ ἕκτῳ τοῦ κεφαλαίου, quemadmodum *Harpocration*, obolum in drachmam annuam, in sex drachmas drachmam. Ad eum modum τόκος ἐπίτριτος, ubi pars tertia sortis usurae nomine penditur, in drachmam annuam bini oboli, in tetradrachmum octo oboli. Ἐπόγδοος τόκος cum octava pars sortis annua debetur, chalcus in obolum, sex chalci in drachmam. Porro ἔφεκτος τόκος non est *sextantalis*, nec ἐπίτριτος *trientalis*, quo modo *Scaligerum* secutus Petitus vertit: illum Latine rectius dixeris *binas centesimas & dodrantes*, hunc *centesimas & trientes & quaternas sextulas* cum *Jo. Fr. Gronovio* L. IV. de Pecun. Veter. C. 14., haec quoque diligentissime considerante.

2 *Hesychius* aliud spectavit, ut videbis ex *Cl. Salmasio* de Mod. Usurar. C. 1. p. 13.

Τόκος ἐπόγδοος apud Demosthenem exponitur ab Harpocratione & Suida, cum tres oboli pro tetradrachma feneratori dantur: ἐπόγδοον. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Πολυκλέα περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος. εἴη δ᾽ ἂν ἐπόγδοον, τὸ οὕτω δεδανεισμένον, ὥστε τοῦ κεφαλαίου τὸ ὄγδοον μέρος δοθῆναι τῷ δανειστῇ. οἷον, τριώβολον τοῦ τετραδράχμου. In mina sunt tetradrachma viginti quinque, proinde in minam redeunt singulis mensibus feneratori oboli septuaginta quinque, quod est ἐπόγδοον τῆς μνᾶς, quemadmodum triobolum est ἐπόγδοον τοῦ τετραδράχμου. Quare anno vertente una mina, quae in sortem data erat, sesquiminam commodi lucrabitur, & pro una mina, duae cum semisse feneratori restituentur. Sed ista non placent Viro Incomparabili, quia τὸ ἐπόγδοον in minam dabatur, non in tetradrachmum. τὸ ἐπόγδοον interpretatur triobolum: additque esse nauticum fenus, ac proinde diarium, non menstruum: Itaque in singulas minas annui debebantur oboli mille octoginta, si annum facias dierum trecentûm sexaginta, id est, debebantur drachmae centum octoginta. In suam sententiam ire vult Xenophontem περὶ προσόδων [p. 728.] ᾧ μὲν γὰρ ἂν δέκα μναῖ εἰσφορὰ γένηται, ὥσπερ ναυτικὸν σχεδὸν ἐπίπεμπτον αὐτῷ γίγνεται τριώβολον τῆς ἡμέρας λαμβάνοντι· ᾧ δέ γ᾽ ἂν πέντε μναῖ, πλεῖον ἢ ἐπίτριτον. Ejus verba ista interpretatur. Ex decem minis capientem triobolum diurnum ait lucrifacere quintam partem sortis, & sane centum octoginta drachmae sunt quinta pars decem minarum, & praeterea. Sed verum non est, quod ait easdem centum octoginta drachmas esse plus quam tertiam partem quinque minarum. [1] Hoc verum erat, si centum octoginta esset plus quam tertia pars τῶν quingentorum. Verum non possumus eadem cum Viro magno sentire: Nam triobolum non est τὸ ἐπόγδοον minae, sed tetradrachmi: Ergo si in minam τὸ ἐπόγδοον triobolum non videtur fuisse. Praeterea annum facit dierum trecentûm sexaginta, qui tamen lunaris observabatur in exigendo fenore, [2] ut e *Nebulis* Aristophanis liquido constat. Deinde, ut mittam ejus calculum in quinta, aut tertia parte; decem, aut quinque minarum, designanda, quem plane non capio, Xenophon non ait lucrifacere tantum centum octoginta drachmas, quae sunt, ex sententia τοῦ μακαρίτου, usura unius minae, agit enim de usura decem minarum, quae est, ut quidem vult ὁ πάνυ, mille octingentarum drachmarum. In alia igitur eundum est: & certe Xenophontis hic locus probat datum fuisse triobolum in tetradrachmum.
Sors est decem minarum, id est, drachmarum mille, quae sunt ducenta quin- 405.
quaginta tetradrachma: Singula tetradrachma fenore nautico occupata pariunt in singulos dies triobolum: Ergo ducenta quinquaginta tetradrachma dant singulis diebus obolos septingentos quinquaginta, id est, drachmas centum viginti quinque. Itaque haec ducenta quinquaginta tetradrachma dabunt drachmas ter mille septingentas quinquaginta: accedat huic fenori sors ipsa, decem minae, fient drachmae quater mille septingentae quinquaginta, has per quinque divide, quinta pars erit drachmarum nongentarum quinquaginta. Quare δέκα μναῖ εἰσφορὰ σχεδὸν ἐπίπεμπτον αὐτῷ γίγνεται, decem hae minae, quando vertente mense cum fenore nautico restituentur, erunt tantum quinta ferme pars totius illius summae, quae restituetur: Nam quinta pars est drachmarum nongentarum quinquaginta: decem vero minae sunt drachmae mille: Itaque quinta haec pars omnino non est sors ipsa, id est, decem minae; desunt enim quin-

1 Hoc loco male computat Petitus. Nam vero verius est, CLXXX. esse plus quam tertiam partem τῶν D. Sed videntur quaedam deesse in iis, quae sequuntur. PALMER.

Ibid. Non sunt haec Petiti. Sed *Scaligeri* de Re Nummar. p. 95., quae Petitus examinanda sibi sumit.

2 Constat ex Nebulis *Aristophanis* in foenore haberi rationem mensium & dierum, non vero anni lunaris aut solaris. PALMER.

Ibid. Vide Poëtae Nub. vs. 17. atque ibi Illust. *Spanhemium*.

quinquaginta drachmae. De quinque minis fenore nautico item occupatis addit ᾧ δέ γ' ἂν πέντε μναῖ, πλεῖον ἢ ἐπίτριτον. Minae hae quinque funt tetradrachma centum viginti quinque, quae dant in dies fingulos drachmas fexaginta duas cum triobolo. Ergo menftruum fenus harum quinque minarum eft drachmarum mille octingentarum feptuaginta quinque. Adde fenori fortem ipfam, fient drachmae bis mille trecentae feptuaginta quinque; quem numerum fi per quinque dividas, quinta quaeque pars erit drachmarum quadringentarum feptuaginta quinque. Ergo, quemadmodum quinta pars ufurarum menftruarum, quae datae funt in decem minas fenori nautico occupatas, accedente ipfa decem minarum forte, ut *in fuperioribus* diximus, paullo minor eft forte ipfa decem minarum: ita contra vice verfa, quinque minae paullo majores funt quinta parte totius illius fummae, quam collegimus, cum ex forte ipfa quinque minarum, tum ex ufuris earum, quae competunt intra menfem quinque minis iftis fenore nautico occupatis: atque hoc eft quod dixit Xenophon, qui docet quanti major fit, nempe fenore ἐπιτρίτῳ feptuaginta quinque drachmarum menftruo. [1] Unde refcribo apud Xenophontem: ᾧ δέ γ' ἂν πέντε μναῖ, πλεῖον ἢ ἐπιτρίτῳ οε'. Huic corrumpendo loco fuit, quod fequitur apud Xenophontem: οἱ δέ γε πλεῖστοι Ἀθηναίων, &c. nam veteres τὸ οἱ' pronunciabant ut oe. οε'. autem, quod praecedebat, cum non intelligerent librarii, expunxerunt, atque ita locum depravarunt, πλεῖον ἢ ἐπιτρίτῳ οε'. hoc eft ἑβδομήκοντα πέντε fcilicet δραχμῶν, minae quinque funt quinta parte majores, fenore menftruo fcilicet ἐπιτρίτῳ drachmarum feptuaginta quinque: τόκος ἐπίτριτος menftruus unius drachmae funt oboli duo: Ergo fenus drachmarum feptuaginta quinque funt oboli centum quinquaginta, five drachmae viginti quinque, quot drachmis majores funt minae quinque parte illa quinta, de qua diximus. In collocanda autem pecunia fenori nautico, aliquando fenerator commeatus & remeatus periculum fufcipiebat, id eft, fenus accipiebat fub hac Lege, fi navis, nulla jactura facta, e negotiatione rediiffet. Pollux *Lib. VIII. Cap.* 12. δάνεισμα ναυτικὸν, ἀμφοτερόπλουν. Grammatici: ἀμφοτερόπλουν. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Διονυσοδώρου. ὅταν τις ναυτικὸν δανείσῃ δάνειον ἐπὶ τῷ, καὶ ἐνθένδε πλεῦσαί ποι, κἀκεῖθεν ἐνθάδε, τοῦτο ἀμφοτερόπλουν καλεῖται. Aliquando commeatus tantum, non reditus, periculum fufcipiebat, quod ἑτερόπλουν Polluci dicitur.

406. Exigebant [2] & magis horrendum fenus, fi vellent, ἡμεροδανεισταὶ toculliones. Theophraftus περὶ ἀπονοίας. καὶ τῆς δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια τῆς ἡμέρας πράττεσθαι. drachma obolum femis quotidie parit. Ufura autem, quae non folveretur, forti accedebat, atque deinceps fenus pariebat, quod ἀνατο-

1 Fruftra eft Petitus in his *Xenophontis* conftituendis, quae poft ejus operam turbas dederunt ingentes. *Cl. Salmafius* medicam illis manum admoverat, arbitratusque de triobolo ἡλιαστικῷ Scriptorem agere, correxerat C. 1. de Ufur. Mod. p. 25. ὥσπερ ναυτικὸς τόκος χιλίων ἐπίτριτος γίνεται & tum πλεῖον ἢ ἐπίτριτος. Qua emendatione cum *Xenophon* omnes anni Attici dies videretur facere faftos & judiciales contra Atticae reipublicae confuetudinem, fudare vehementer debuit & multa moliri vir eruditiffimus, ut hinc fe expediret. Minime id fugit fempiternum ejus antagoniften *Def. Heraldum* Animadv. in Jus Attic. & Rom. L. II, 20., qui, coërcitione adhibita, *Xenophontis* locum faniffimum praeftat: agere enim non de foenore nautico, fed de falario nautico, quod triobolum in diem fuiffe ex *Thucydide* L. VIII, 45. probat. Itaque fi quis ditiorum nautarum contulerit minas decem, cum vertente anno i. e. diebus CCCLX., recepturum fuiffe ftipendii nomine CCCLX. triobola, five drachmas CLXXX., quibus fi XX. acceflerint, quintam decem minarum fore partem: propterea χιλίων ἐπίτριτον dixiffe Mufam Atticam. Si qui vero reipublicae dederint minas quinque, eos plusquam tertiam partem fuae collationis intra annum ablaturos. Quae ego commodiffime obfervata opinor.

2 De prodigiofo hoc & παντελῶς θείῳ, ut *Magni Bafilii* voce utar, *Salmafius* de Ufurar. Mod. p. 65. & *Spanhemius* ad Comici Nub. vf. 1155. & 1290. plura.

ἀνατοκισμὸν nuncupant. Theophrastus περὶ μικρολογίας. δεινὸς δὲ καὶ τόκον τόκου πρᾶξαι.

II. Sed videtur impositus huic tocullionum avaritiae impuritatique modus: nam Legem tulerunt, ne immenso fenori pecuniam locarent.

Μὴ λαμβάνειν πολλοὺς τόκους. *Pecuniam ingenti fenore ne occupato.*

Laudat hanc [1] Legem Ulpianus *ad extremam Timocrateam* [*p.* 481.] εἰσὶ γὰρ ἰδιωτικοὶ νόμοι, οἷον, μὴ λαμβάνειν πολλοὺς τόκους.

Temere autem pecuniam suam mutuo non dabant Danistae, nisi ἐπὶ ἐνεχύρῳ, vel coram testibus, vel scriptis etiam tabulis, ut constat ex his Demosthenis ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέους [*p.* 657.] καίτοι σφαλέντος μὲν τούτου ἀπώλλυτο καὶ τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ τὸ συμβόλαιον· οὔτε γὰρ ἐπ' ἐνεχύρῳ, οὔτε μετὰ μαρτύρων, ἔδωκε. Rursum [*p.* 657.] ἀναγκαῖόν μοι δοκεῖ εἶναι ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα διηγήσασθαι ὑμῖν τά τε ὀφειλόμενα, καὶ εἰς ὅ, τι ἕκαστος αὐτῶν κατεχρήσατο, καὶ τοὺς χρόνους, ἐν οἷς τὸ συμβόλαιον ἐγένετο. Sed praestat exemplum dare συγγραφῆς, cujusmodi extat apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφὴν [*p.* 547.]

ΣΥΓΓΡΑΦΗ.

ΕΔΑΝΕΙΣΕΝ ΑΝΔΡΟΚΛΗΣ ΣΦΗΤΤΙΟΣ ΚΑΙ ΝΑΥΚΡΑΤΗΣ ΚΑΡΥΣΤΙΟΣ ΑΡΤΕΜΩΝΙ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΩι ΦΑΣΗΛΙΤΑΙΣ ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΤΡΙΣΧΙΛΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ ΑΘΗΝΗΘΕΝ ΕΙΣ ΜΕΝΔΗΝ Η ΣΚΙΩΝΗΝ, ΚΑΙ ΕΝΤΕΥΘΕΝ ΕΙΣ ΒΟΣΠΟΡΟΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΒΟΥΛΩΝΤΑΙ ΤΗΣ ΕΠ' ΑΡΙΣΤΕΡΑ ΜΕΧΡΙ ΒΟΡΥΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ ΑΘΗΝΑΖΕ ΕΠΙ ΔΙΑΚΟΣΙΑΙΣ ΕΙΚΟΣΙΠΕΝΤΕ ΤΑΣ ΧΙΛΙΑΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΕΤ' ΑΡΚΤΟΥΡΟΝ ΕΚΠΛΕΥΣΩΣΙΝ ΕΚ ΤΟΥ ΠΟΝΤΟΥ ΕΦ' ΙΕΡΟΝ ΕΠΙ ΤΡΙΑΚΟΣΙΑΙΣ ΤΑΣ ΤΡΙΣΧΙΛΙΑΣ ΕΠΙ ΟΙΝΟΥ ΚΕΡΑΜΙΟΙΣ ΜΕΝΔΑΙΟΙΣ ΤΡΙΣΧΙΛΙΟΙΣ, ΟΣ ΠΛΕΥΣΕΙΤΑΙ ΕΚ ΜΕΝΔΗΣ Η ΣΚΙΩΝΗΣ ΕΝ ΤΗι ΕΙΚΟΣΟΡΩι, ΗΝ ΥΒΛΗΣΙΟΣ ΝΑΥΚΛΗΡΕΙ. ΥΠΟΤΙΘΕΑΣΙ ΔΕ ΤΑΥΤΑ ΟΥΚ ΟΦΕΙΛΟΝΤΕΣ ΕΠΙ ΤΟΥΤΟΙΣ ΑΛΛΩι ΟΥΔΕΝΙ ΟΥΔΕΝ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΟΥΔ' ΕΠΙΔΑΝΕΙΣΩΝΤΑΙ, ΚΑΙ ΑΠΑΞΟΥΣΙ ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ ΤΑ ΕΚ ΤΟΥ ΟΙΝΟΥ ΑΝΤΙΦΟΡΤΙΣΘΕΝΤΑ ΠΑΛΙΝ ΑΘΗΝΑΖΕ ΕΝ ΤΩι ΑΥΤΩι ΠΛΟΙΩι ΑΠΑΝΤΑ. ΣΩΘΕΝΤΩΝ ΔΕ ΤΩΝ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΑΘΗΝΑΖΕ ΑΠΟΔΩΣΟΥΣΙΝ ΟΙ ΔΑΝΕΙΣΑΜΕΝΟΙ ΤΟΙΣ ΔΑΝΕΙΣΑΣΙ ΤΟ ΓΙΓΝΟΜΕΝΟΝ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΣΥΓΓΡΑΦΗΝ ΗΜΕΡΩΝ ΕΙΚΟΣΙΝ, ΑΦ' ΗΣ ΑΝ ΕΛΘΩΣΙΝ ΑΘΗΝΑΖΕ ΕΝΤΕΛΕΣ ΠΛΗΝ ΕΚΒΟΛΗΣ, ΗΝ ΑΝ ΟΙ ΣΥΜΠΛΟΙ ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΟΙ ΚΟΙΝΗι ΕΚΒΑΛΛΩΝΤΑΙ ΚΑΙ ΕΝ ΤΙ ΠΟΛΕΜΙΟΙΣ ΑΠΟΤΙΣΩΣΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΕΝΤΕΛΕΣ ΚΑΙ ΠΑΡΕΞΟΥΣΙ ΤΟΙΣ ΔΑΝΕΙΣΑΣΙ ΤΗΝ ΥΠΟΘΗΚΗΝ ΑΝΕΠΑΦΟΝ ΚΡΑΤΕΙΝ, ΕΩΣ ΑΝ ΑΠΟΔΩΣΙ ΤΟ ΓΙΝΟΜΕΝΟΝ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΣΥΓΓΡΑΦΗΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΑΠΟΔΩΣΙΝ ΕΝ ΤΩι ΣΥΓΚΕΙΜΕΝΩι ΧΡΟΝΩι ΤΑ ΑΠΟΚΕΙΜΕΝΑ ΤΟΙΣ ΔΑΝΕΙΣΑΣΙΝ, ΕΞΕΣΤΩ ΥΠΟΘΕΙΝΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΔΟΣΘΑΙ ΤΗΣ ΥΠΑΡΧΟΥΣΗΣ ΤΙΜΗΣ ΚΑΙ ΕΑΝ ΤΙ ΕΛΛΕΙΠΗι ΤΟΥ ΑΡΓΥΡΙΟΥ, Ο ΔΕΙ ΓΕΝΕΣΘΑΙ ΤΟΙΣ 407.
ΔΑΝΕΙΣΑΣΙ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΣΥΓΓΡΑΦΗΝ ΚΑΤΑ ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ, ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΕΣΤΩ Η ΠΡΑΞΙΣ ΤΟΙΣ ΔΑΝΕΙΣΑΣΙ, ΚΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥΤΩΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΚΑΙ ΕΓΓΕΙΩΝ ΚΑΙ ΝΑΥΤΙΚΩΝ ΠΑΝΤΑΧΟΥ, ΟΠΟΥ ΑΝ ΩΣΙ ΚΑΘΑΠΕΡ ΔΙΚΗΝ ΩΦΛΗΚΟΤΩΝ ΚΑΙ ΥΠΕΡΗΜΕΡΩΝ ΟΝΤΩΝ, ΚΑΙ ΕΝΙ ΕΚΑΤΕΡΩι ΤΩΝ

1 Hanc legem expungit *Cl. Salmasius* de Us. Mod. p. 94. nunquam latam ostendens. Pertinere ad ἔθος, quod privati inter sese constituerant ipsimet in usurarum modo, quem lex Solonis scripta nullis cohibitum finibus permiserat, coërcendo.

ΤΩΝ ΔΑΝΕΙΣΑΝΤΩΝ ΚΑΙ ΑΜΦΟΤΕΡΟΙΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΕΙΣΒΑΛΛΩΣΙ ΜΕΙΝΑΝΤΕΣ ΕΠΙ ΚΤΝΙ ΗΜΕΡΑΣ ΔΕΚΑ ΕΝ ΕΛΛΗΣΠΟΝΤΩι ΕΞΕΛΟΜΕΝΟΙ, ΟΠΟΤ ΑΝ ΜΗ ΣΤΛΑ ΩΣΙΝ ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ, ΚΑΙ ΕΝΤΕΤΘΕΝ ΚΑΤΑΠΛΕΤΣΑΝΤΕΣ ΑΘΗΝΑΖΕ ΤΟΤΣ ΤΟΚΟΤΣ ΑΠΟΔΙΔΟΝΤΩΝ ΤΟΤΣ ΠΕΡΤΣΙ ΓΡΑΦΕΝΤΑΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΤΓΓΡΑΦΗΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ Η ΝΑΤΣ ΠΑΘΗι, ΑΝΗΚΕΣΤΟΝ ΑΝ Ηι ΑΝ ΠΛΕΗι ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ ΣΩΤΗΡΙΑ ΕΣΤΩ ΤΩΝ ΤΠΟΚΕΙΜΕΝΩΝ, ΤΑ ΔΕ ΠΕΡΙΓΕΝΑ ΚΟΙΝΑ ΕΣΤΩ ΤΟΙΣ ΔΑΝΕΙΣΑΣΙ. ΚΤΡΙΟΤΕΡΟΝ ΔΕ ΠΕΡΙ ΤΟΤΤΩΝ ΑΛΛΟ ΜΗΔΕΝ ΕΙΝΑΙ ΤΗΣ ΣΤΓΓΡΑΦΗΣ ΜΑΡΤΤΡΕΣ ΦΟΡΜΙΩΝ ΠΕΙΡΑΙΕΤΣ ΚΗΦΙΣΟΔΟΤΟΣ ΒΟΙΩΤΙΟΣ ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ ΠΙΤΘΕΤΣ.

Sed in hac ſyngrapha nonnulla ſunt obſervanda. Ter mille drachmas uſuris maritimis mutuas dederunt Androcles & Naucrates Artemoni atque Apollodoro Phaſelitis. ΕΔΑΝΕΙϹΕΝ ΑΝΔΡΟΚΛΗϹ ϹΦΗΤΤΙΟϹ ΚΑΙ ΝΑΤΚΡΑΤΗϹ ΚΑΡΤϹΤΙΟϹ ΑΡΤΕΜΩΝΙ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΩι ΦΑϹΗΛΙΤΑΙϹ ΑΡΓΤΡΙΟΤ ΤΡΙϹΧΙΛΙΑϹ ΔΡΑΧΜΑϹ. Trajectitiae hujus pecuniae drachmae mille pariebant in dies ([1] nam fenus nauticum diarium eſt, non menſtruum.) ſingulos drachmas ducentas viginti quinque, ut quidem editur: ΕΠΙ ΔΙΑΚΟϹΙΑΙϹ ΕΙΚΟϹΙΠΕΝΤΕ ΤΑϹ ΧΙΛΙΑϹ. Sed mendum occupavit hunc locum: Nam triobolum ſingulis diebus dabatur in tetradrachmum. In mille drachmis ſunt tetradrachma ducenta quinquaginta, quae in ſingulos dies pariunt obolos ſeptingentos quinquaginta, ſive drachmas centum viginti quinque. Atque numerus hic, meo judicio, legebatur in ſyngrapha, ſed quia litera numerali ρ conceptus fuerat, facile mutavit litera haec in ſequentem σ, quae ejusdem fere figurae eſt cum praecedenti, ſed in latum, non in longum porrectae. Reſcribendum eſt itaque, me auctore, ΕΠΙ ΕΚΑΤΟΝ ΕΙΚΟϹΙΠΕΝΤΕ ΤΑϹ ΧΙΛΙΑϹ. Dabant igitur hae ter mille drachmae in ſingulos dies drachmas trecentas ſeptuaginta quinque. Legitur tamen in eadem ſyngrapha verbis immediate ſequentibus. ΕΑΝ ΔΕ ΜΕΤ' ΑΡΚΤΟΤΡΟΝ ΕΚΠΛΕΤΣΩΣΙΝ ΕΚ ΤΟΤ ΠΟΝΤΟΤ ΕΦ' ΙΕΡΟΝ ΕΠΙ ΤΡΙΑΚΟΣΙΑΙΣ ΤΑΣ ΤΡΙΣΧΙΛΙΑΣ. *Merces e trajectitia pecunia comparatae cum periculo creditoris navigabant. l. 1. D. de fenore nautico*, ut etiam ex hac ſyngrapha conſtat. A die autem ſexto Iduum Martiarum uſque in Idus Maias periculoſe maria tentantur, neque tamen propterea negotiatorum ceſſat induſtria. Contra vero a die ſexto Kalendarum Juniarum in diem decimum octavum Kalendarum Octobrium ſecura creditur navigatio: id eſt, ab *Arcturi* occaſu ad ejusdem ortum. Nam, ex Euctemonis ſententia, ad diem octavum Kalendarum Juniarum Ἀρκτοῦρος ἑῷος δύνει. Quare Androcles atque Naucrates, qui hanc uſuris
408. maritimis mutuam pecuniam dederant, [2] paululum de fenore remittunt, viginti quinque nempe drachmas ex illis centum viginti quinque, quas mille trajectitiae drachmae pariebant, ut hoc lucello invitati Artemon Apollodorusque, non eo, quo incerta eſt & diſcrimini propior navigatio, tempore maria tentent, ſed *poſt Arcturi occaſum*, ΜΕΤ' ΑΡΚΤΟΤΡΟΝ, quando ſecure navigatur, ut ita poſſint nullo cum ſuo, nullo cum creditorum periculo Athenas redire: ſecura quippe tunc creditur navigatio. Atque ex his exponenda quoque ſunt iſta, quae in eadem habentur ſyngrapha. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΕΙΣΒΑΛΛΩΣΙ ΜΕΙΝΑΝΤΕΣ

1 Error errorem generat. Uſuram trajecticiae pecuniae Petitus exemplo *Scaligeri* diariam facit: hinc ſyngraphae verba, ne a praejudicata opinione diſſentirent, corrigenda fuerunt. Utrumque ſine cauſſa. Verba bene habent. Foenus nauticum nec diarium, nec menſtruum erat, ſed temporis incerti, debebaturque uti inter contrahentes convenerat. Cum enim finiri non poſſet, quando navis, quorſum ea tendebat, eſſet appulſura, aut domum reverſura, non poterat in certum diem uſura conſtitui, ſed in totum navigationis tempus, ſyngrapha definitum. Petitum refellunt *Cl. Salmaſius* Mod. Uſur. p. 21. *Spanhemius* ad *Ariſtoph.* Nub. vſ. 1290., &, qui ſyngrapham dedita opera illuſtrat, *Deſ. Heraldus* Animadv. in Jus Attic. & Rom. L. II, 20.

2 Imo vero augetur, ſiquidem pro mille drachmis trecentarum drachmarum uſura conſtituitur. Nam pro τετραχιλίας legendum eſſe χιλίας, ſequentia docent clariſſime, monueruntque, hac in re concordes, *Salmaſius* Mod. Uſur. p. 210. & *Deſ. Heraldus* Animadv. p. 155.

ΝΑΝΤΕΣ ΕΠΙ ΚΥΝΙ ΗΜΕΡΑΣ ΔΕΚΑ ΕΝ ΕΛΛΗΣΠΟΝΤΩι ΕΞΕΛΟΜΕΝΟΙ, ΟΠΟΥ ΑΝ ΜΗ ΣΥΛΑ ΩΣΙΝ ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΚΑΙ ΕΝΤΕΥΘΕΝ ΚΑΤΑΠΛΕΥΣΑΝΤΕΣ ΑΘΗΝΑΖΕ ΤΟΥΣ ΤΟΚΟΥΣ ΑΠΟΔΙΔΟΝΤΩΝ. ΤΟΥΣ ΠΕΡΥΣΙ ΓΡΑΦΕΝΤΑΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΥΓΓΡΑΦΗΝ. Varie scribitur hujus periodi particula, ΟΠΟΥ ΑΝ ΜΗ ΣΥΛΑ ΩΣΙΝ. nam nonnulli codices habent, ΟΠΟΥ ΑΝ ΜΗ ΣΥΛΛΑΛΩΣΙΝ. alii legunt: ΟΠΟΥ ΑΝ ΜΗ ΣΥΛΑΙ ΩΣΙΝ. [1] Ego vero existimo legendum esse unica voce: ΕΞΕΛΟΜΕΝΟΙ ΟΠΟΥ ΑΝ ΜΗ ΣΥΛΑΩΣΙΝ ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ. *appulerint eo, ubi Athenienses non violent*, sed potius sacrosancti sint, quod explicat ea quae in praecedentibus dixerat: ΕΑΝ ΔΕ ΜΕΤ' ΑΡΚΤΟΥΡΟΝ ΕΚΠΛΕΥΣΩΣΙΝ ΕΚ ΤΟΥ ΠΟΝΤΟΥ ΕΦ' ΙΕΡΟΝ. Hic enim [2] ΕΦ' ΙΕΡΟΝ idem est, quod, ΟΠΟΥ ΑΝ ΜΗ ΣΥΛΑΩΣΙΝ ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ. ubi Athenienses non violentur, sed sacrosancti sint. Dixit ΜΕΙΝΑΝΤΕΣ ΕΠΙ ΚΥΝΙ ΗΜΕΡΑΣ ΔΕΚΑ ΕΝ ΕΛΛΗΣΠΟΝΤΩι. Si diebus decem *post Caniculae ortum* ex Hellesponto non solverint. Ex observatione Metonis, cujus Enneadecaëteris cum haec syngrapha scriberetur, Athenis usurpabatur, ad diem duodecimum Kalendas Augusti κύων ἑῷος ἐπιτέλλει *Canicula oritur*. Demus ex Hellesponto solvisse Apollodorum die undecimo post ortum Caniculae, id est, Kalendis Augusti, antequam Athenas redeat, cum alio primum appellat, ut merces suas distrahat, & nonnisi viginti, postquam Athenas redierit, diebus sortem cum usuris accipere debeant Androcles & Naucrates, profecto elabentur dies quadraginta quatuor minimum, qui intercedunt a Kalendis Augusti ad decimum octavum Kalendas Octobreis, a quo die

1 De hujus loci interpretatione vide *Harpocrationem* in voce Σύλας, ubi legit σύλαι ὦσιν Ἀθηναίοις, & interpretatur σύλας id, quod vocamus *représailles*, quod & *H. Stephano* probatur in suo Thesauro. JAC. PALMER.

Ibid. Male Petitus. Σύλαι sive σύλαι ὦσιν omnia exemplaria, nec satis Atticum συλαῶσιν pro συλῶσιν. Errorem tetigit *Salmasius* Mod. Usur. p. 211. Cavent foeneratores, ne ibi merces exponantur, ubi civibus Atticis erant σύλαι, sive concessa publice potestas rerum alterius populi conprehendendarum, tum quod in amicis censeri non posset, tum quod justus esset metus, ne eodem ille jure in merces Atticas uteretur, ipsique adeo in periculum venirent pecuniae, quam crediderant, amittendae. Confer *Heraldum*, cujus mihi sententia prae Salmasiana placet, Animadv. ad Jus Attic. & Rom. p. 160. & *H. Vales.* in *Harpocrat.* p. 72.

2 Haec interpretatio vocis ἐφ' ἱερὸν prodit Petitum ἀγεωγράφητον. Illud enim ἐφ' ἱερὸν debet intelligi de reditu a Borysthene. *Si post Arcturum e Ponto navigantes appellant ad sacrum promuntorium.* Hujus promuntorii mentionem faciunt *Polybius* L. IV, 39. Ἀρχὴ δὲ τοῦ στόματος ἀπὸ μὲν τῆς Προποντίδος, τὸ κατὰ Χαλκηδόνα καὶ Βυζάντιον διάστημα, ὃ δεκατεσσάρων ἐστὶ σταδίων· ἀπὸ δὲ τοῦ Πόντου, τὸ καλούμενον ἱερὸν —— ὃ κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς Ἀσίας· ἀπέχει δὲ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ δώδεκα σταδίους. Et C. 50. de Prusia, Byzantinis bellum inferente, παρείλετο μὲν αὐτῶν τὸ καλούμενον ἐπὶ τοῦ στόματος ἱερόν· ὃ Βυζάντιοι μικροῖς ἀνώτερον χρόνοις μεγάλων ἀνηλωμάτων χρημάτων ἐξεπρίαντο διὰ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου. *Strabo* L. VII. p. 492. πρῶτον δὲ δίεχει καὶ τὸ ἱερὸν τὸ Βυζαντίων, καὶ τὸ ἱερὸν τὸ Χαλκηδονίων, ὅπερ ἐστὶ τὸ στόμα τοῦ Εὐξείνου τὸ στενότατον. Et L. XII. p. 812. δίεχει δὲ τὸ μὲν ἱερὸν Χαλκηδόνος, &c. Ex his locis apparet, quam parum feliciter intellexerit hunc locum Petitus. Adhuc sic vocabatur tempore *Procopii* statim initio L. I. de Aedif. Justiniani. Adde *Herodotum* L. IV, 87. JAC. PALMERIUS.

Ibid. Haec certo persuadent Palmerio deberi notas, quas suis locis exscripsi, qua de re non unum mihi subortum fuit dubium. Audi *Cl. Saravium* Epist. XIV. ad *Jac. Palmerium a Grentmesnilio.* „ Debentur tibi ἀριστεῖα, νικητήρια. Vicisti quippe inclitam victoriam. Ὄναιο τῆς τιμῆς. In loco Petiti de Demosthenica Androclis syngrapha vidit errorem *Salmasius*, non pervidit, quamvis proxime accesserit. Existimavit enim locum esse in Bosporo Thracio ἐφ' ἱερόν. & quod mireris, Auctores scilicet locupletes habet suae sententiae, an potius erroris? *Harpocrationem* & *Suidam.* Sed istis Glossographis non esse temere credendum jam pridem docti monuerunt. Neque etiam nomen istius loci intellexit *Scylacis Caryandensis* novissimus interpres, *Is. Vossius*, magni *Gerardi* F. Vertit enim ἐφ' ἱερὸν *ad fanum*, deinde ἀφ' ἱεροῦ *a fano*. De errore modeste monui & locos tuos addidi: ille vero nihil ad ista rescripsit. Sed qui potuisset? in sinu gaude. „ Hactenus *Saravius*, qui quidem cum amico suo plaudit *sacri* ejus *promuntorii* nomine, amori nimium indulsisse videtur. Revera enim ibi fanum, ἱερὸν fuit, ut vel *Polybii* verba, a *Palmerio* neglecta, L. IV, 39. patefaciunt: omnium vero clarissime *Mela* II, 19. cum de Bosporo Thracio: *Ipsis in faucibus oppidum, in ore templum est. Oppidi nomen Chalcedon, auctor Archias Megarensium princeps: templi numen Jupiter, conditor Jason.* Et *Dionysius Byzantius* in Anaplo apud *P. Gyllium* de Bosp. Thrac. L. III, 5. Variant quidem vetusti Scriptores de fani numine, quod Jason XII. Diis aras ibi dedicarit. De templo res certa. Vide Schol. in *Apollon. Rhod.* II, 535. & quae viri doctissimi *P. Gyllius* l. d. & *Is. Vossius* ad *Melam* commentantur.

die incerta navigatio est & discrimini propior, quia post Idus Septembris oritur Arcturus vehementissimum sidus. Ergo cum Androcli & Naucrati reddita non sit pecunia, nisi eo tempore, quo periculose maria tentantur, atque ita non possint pecuniam suam maritimis usuris mutuam iterum in continenti dare sive ingenti periculo, nolunt quicquam de fenore nautico remittere, quemadmodum remittebant, si ex Hellesponto post Arcturi occasum solvissent, sed stant iis, quae syngrapha caventur, nempe volunt sibi dari in mille drachmas diesque usuras maritimas, scilicet drachmas centum viginti quinque: atque id ita explicant: ΤΟΥΣ ΤΟΚΟΥΣ ΑΠΟΔΙΔΟΝΤΩΝ ΤΟΥΣ ΠΕΡΥΣΙ ΓΡΑΦΕΝΤΑΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΥΓΓΡΑΦΗΝ. Si post Arcturi occasum solvissent ex Hellesponto, cum alio atque alio appellerent mercatus causa, antequam Athenas redirent, & praeterea nonnisi viginti post reditum diebus teneantur suum ex-
409. pungere nomen: ΣΩΘΕΝΤΩΝ ΔΕ ΤΩΝ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΑΘΗΝΑΖΕ ΑΠΟΔΩΣΟΥΣΙΝ ΟΙ ΔΑΝΕΙΣΑΜΕΝΟΙ ΤΟΙΣ ΔΑΝΕΙΣΑΣΙ ΤΟ ΓΙΓΝΟΜΕΝΟΝ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΣΥΓΓΡΑΦΗΝ ΗΜΕΡΩΝ ΕΙΚΟΣΙΝ, ΑΦ' ΗΣ ΑΝ ΕΛΘΩΣΙΝ ΑΘΗΝΑΖΕ. Androcles atque Naucrates vix ante novum initum annum sortem suam cum usuris acciperent, nam citima Neomenia Hecatombaeonis cadit in diem quartum Kalendas Julias, remotissima vero Neomenia Hecatombaeonis in Enneadecaëteride Metonis adscribitur diei sexto Kalendas Augusti: Possemus certius pronunciare, si nobis constaret de anno, quo scripta est syngrapha, sed tamen, uti diximus, si post Arcturum solverunt ex Hellesponto, nonnisi anno sequenti ineunte debitum expunxerunt: vult autem Androcles cum Naucrate usuras accipere, perinde ac si eo, quo scripta erat syngrapha, anno reddidissent, quod accidisset, si ante Arcturi occasum solvissent ex Hellesponto, nempe ΕΠΙ ΕΚΑΤΟΝ ΕΙΚΟΣΙΠΕΝΤΕ ΤΑΣ ΧΙΛΙΑΣ. Pignori autem acceperunt in navi merces, videlicet ter mille cados vini Mendaci e Thracia. ΕΠΙ ΟΙΝΟΥ ΚΕΡΑΜΙΟΙΣ ΜΕΝΔΑΙΟΙΣ ΤΡΙΣΧΙΛΙΟΙΣ, ΟΣ ΠΛΕΥΣΕΙΤΑΙ ΕΚ ΜΕΝΔΗΣ Η ΣΚΙΟΝΗΣ ΕΝ ΤΗι ΕΙΚΟΣΟΡΩι ΗΝ ΥΒΛΗΣΙΟΣ ΝΑΥΚΛΗΡΕΙ. Hujus meminit Stephanus: *Μένδη, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Μένδης γυναικός. Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτὴν φησι. τὸ ἐθνικὸν, Μενδαῖος οἶνος.* Habes item apud Hippocratem *ἐν τῷ περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν*, ubi agit *περὶ τῆς τρίτης νούσου νεφρῶν. καὶ οἶνον πινέτω λευκὸν Μενδαῖον μελίχροον.* & paullo post. *περὶ τῆς τετάρτης νούσου νεφρῶν* scribens, *οἶνον δὲ πινέτω Μενδαῖον, λευκὸν, αὐστηρόν.*

Non multum abeunt in diversum Romani, ut constat exemplo syngraphae, quam e Scaevolae Lib. XXVIII. Digestorum *in Pandectas* retulit Trebonianus *l. 122. §. 1. D. de verborum obligationibus.* Scaevolae verba sunt. *Callimachus mutuam pecuniam nauticam accepit a Sticho servo Seji in provincia Suria, civitate Beruto usque Brentesium, idque creditum esse in omnes navigii dies ducentos sub pignoribus & hypothecis mercibus a Beruto comparatis, & Brentesium perferendis, & quas Brentesio empturus esset, & per navem Beruto invecturus; convenissetque inter eos, uti* CUM CALLIMACHUS BRENTESIUM PERVENISSET, INDE INTRA IDUS SEPTEMBRES, QUAE TUNC PROXIMAE FUTURAE ESSENT, ALIIS MERCIBUS EMPTIS, ET IN NAVEM MISSIS, IPSE IN SURIAM PER NAVIGIUM PROFICISCATUR: AUT SI INTRA DIEM SUPRASCRIPTAM NON REPARASSET MERCES, NEC NAVIGASSET DE EA CIVITATE REDDERET UNIVERSAM CONTINUO PECUNIAM QUASI PERFECTO NAVIGIO, ET PRAESTARET SUMPTUS OMNES PROSEQUENTIBUS EAM PECUNIAM, UT IN URBEM ROMAM EAM DEPORTARENT, EAQUE SIC RECTE DARI FIERI FIDE ROGANTI STICHO SERVO LUCII TITII PROMISIT CALLIMACHUS, *& cum ante Idus suprascriptas secundum conventionem mercibus in navem impositis, cum Herote conservo Stichi, quasi in provinciam Suriam perventurus enavigavit: quaesitum est nave submersa, cum secundum cautionem Callimachus merces [debito] perferendas in navem misisset eo tempore, quo jam*
410. *pecuniam Brentesio reddere Romae perferendam deberet, &c.* Sed quaedam hic sunt observanda, in quibus nobis non bene convenit cum viris magnis: Existimant

mant *creditorem*, quem initio nominavit *Sejum*, poſtea vocari Titium: quod nobis non poteſt probari: quanquam enim Juriſconſulti promiſcue his nominibus *Cajus Sejus*, *Lucius Titius*, utantur: τοῖς δὲ ὀνόμασι τούτοις, Plutarchus, ἄλλοις κέχρηνται κοινοῖς οὖσιν, ὥσπερ οἱ Νομικοὶ Καῖον Σήϊον, καὶ Λούκιον Τίτιον παραλαμβάνουσι, non tamen in eodem exemplo qui modo fuit *C. Sejus*, dicitur *L. Titius*. Quare τὸ LVCII TITII in ſyngrapha refero ad *Callimachum*, non autem ad *Stichum*: ὁ Λουκίου Τιτίου Καλλίμαχος. Venit Brunduſium Callimachus, *ante Idus Septembreis* ſecundum conventionem Brunduſio ſolvit: quod poſtea negare videtur Scaevola: nam ſcribit, eum ſolviſſe eo tempore, quo jam pecuniam Brunduſio reddere Romam perferendam deberet, quod eſt *poſt Idus Septembris*. Sed emendat vir ſummus, *in navem miſiſſet, ſed eo tempore, quo jam pecuniam*, &c. ut eſt in quibusdam libris hoc ſenſu: Solviſſe quidem navem Callimachum ante Idus, ſed eo tempore, quo jam pecuniam Eroti reddere deberet, id eſt, cum non longe abeſſent Idus, certumque eſſet jam intra Idus Berytum appellere eam non poſſe. Cum autem jam veniſſent Idus, necdum peregiſſet inſtitutam navigationem, poſt Idus naufragium fecit. Sed nihil eſt addendum, meo judicio, nihil mutandum, in his quidem, ſola quippe interpunctione adjuvandus eſt locus & exponendus. Ante Idus igitur Septembris merces in navem imponit, tanquam in Suriam *enavigat*; neque recta Berytum verſus navigat, ſed alio deflectit: inter haec naufragium facit poſtridie Idus Septembreis: colligo ex his, ſed ita diſtinguendis & interpungendis: *Quaeſitum eſt nave ſubmerſa (cum ſecundum cautionem Callimachus merces* [*debito*] *perferendas in navem miſiſſet.) eo tempore, quo jam pecuniam Brenteſio reddere Romae perferendam deberet.* Poſtridie Eidus Septembreis eſſe diximus, quia niſi intra Idus Septembreis, (id eſt, *ipſis Idibus*, quemadmodum *intra Kalendas etiam ipſae Kalendae ſunt. l. 1. §. 9. D. de ſucceſſorio edicto.*) non reparaſſet merces, nec navigaſſet de ea civitate, reddere debebat univerſam continuo pecuniam: quae peti non poterat niſi poſtridie Idus Septembris, nam *quod in diem debetur, ante ſolvi poteſt, peti non poteſt. l. 137. §. 2. D. de verbor. obligat.* Atque ex his diſcimus non neceſſe fuiſſe, ut intra Idus Septembreis Berytum perveniret, ſed ut Brunduſio ſolveret: & *omnes navigii dies ducenti* eſſe poterant: nam *creditum eſt Callimacho in omnes navigii dies ducentos* a civitate Beruto usque Brenteſium, rurſumque Brenteſio Berytum. Neque puto initum fuiſſe horum ducentorum dierum numerum ante ſextum Eiduum Martiarum, quo maria aperiuntur: itaque deſinunt hi ducenti dies ſexto Kalendas Octobreis: Non videbatur autem Callimachus Brunduſio ſolviſſe, quia *enavigaverat*, quod jam eſt expendendum: puto reſcribendum: *Cum ante Idus ſupraſcriptas ſecundum conventionem mercibus in navem impoſitis, cum Herote conſervo Stichi, quaſi in provinciam Suriam*, [1] *per Venetorum enavigavit.* Non ille in Suriam navigavit, ſed ad Venetorum littora, cumque in ea eſſet ora, naufragium fecit poſtridie Idus Septembris, eo ipſo tempore, quo Heroti pecuniam 411.
Brenteſio reddere Romae perſerendam debebat: Atqui non poterat cenſeri Brenteſio ſolviſſe, cum enim eſſet in Venetorum ora: omnino neceſſe habuit Brenteſium redire: facile autem mutavit *per Venetorum* in *perventurus*.

Sed nos revocant Athenienſes toculliones, qui referebant in ſua diaria ſive adverſaria & codices ea, quae faciebant nomina. Demoſthenes ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέους [p. 657.] οἱ γὰρ τραπεζῖται εἰώθασιν ὑπομνήματα γράφεσθαι ὧν τε διδόασι χρημάτων, καὶ εἰς ὅ, τι, καὶ ὧν ἄν τις τίθηται, ἵν᾽ ᾖ αὐτοῖς γνώριμα, τά τε ληφθέντα, καὶ τὰ τεθέντα πρὸς τοὺς λογισμούς. Atque horum ὑπομνημάτων in judiciis frequens uſus, ad faciendam debiti fidem. Demoſthenes *ibidem* [p. 662.] προσκαλεσάμενος δὲ τούτου πρὸς τὸν διαιτη-

1 Mitto inſolens dicendi genus *per Venetorum enavigavit*: Ecquis Brundiſio Berytum ſolvens Venetorum oras legerit? Idem fuerit, ac ſi Syracuſis Cretam petiturus Maſſiliam primo adires; quo quid abſurdius? Emendatio ſine cauſſa inſtituitur. Satis ipſa verba indicant, nautâm aliorſum deflexiſſe, quod & Interpretes apud *Gothofredum* declaraverunt abunde.

διαιτητῇ, καὶ κελεύοντος ἐνεγκεῖν τὰ γράμματα ἀπὸ τῆς τραπέζης, καὶ ἀντίγραφα αἰτοῦντος, πέμψαντος Φρασικλείδην ἐπὶ τὴν τράπεζαν· τοῦ δὲ Φρασικλείδη ἐξενέγκας, ἔδωκα ζητεῖν τὰ γράμματα, καὶ ἐκγράψεσθαι ἃ ὅσα ὤφειλε. & infra. πρὸς τοίνυν τὸν διαιτητὴν κομίσαντός μου τὰ γράμματα. Agri autem & possessiones omnes, ut & domicilia, quae aere alieno essent obstricta & oppignerata Danistis, ὅροις signari solebant a creditoribus. Qui ὅροι erant, ut plurimum, lapis, aut columna quaedam, indicans locum, in quo sita erat, signatum & creditori oppigneratum esse: ita *Lib. III. Cap.* 9. Pollux. ὅρους ἐφεστάναι χωρίων. λίθος δ' ἦν, ἡ στήλη τις δηλοῦσα, ὡς ἔστιν ὑπόχρεων τὸ χωρίον. ἐπὶ δὲ τούτου ἔλεγον καὶ τὸ ἐστίχθαι τὸ χωρίον, ὡς τὸ ἐναντίον ἄστικτον. [1] Harpocration & Suidas docent ὅρους tabellas esse, quae affixae designabant aedes, aut praedia, aut alias possessiones hypothecae subjectas. ἄστικτον χωρίον, τὸ μὴ ὑποκείμενον δανειστῇ· ὅταν γὰρ ὑπόκειται, εἰώθει ὁ δανείσας αὐτὸ, τοῦτο δηλοῦν διὰ γραμμάτων ἐπόντων τῷ χωρίῳ. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπ' οἰκίας γίνεται. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικόν. & rursum in ὅρος. ὅρος, οὕτως ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ τὰ ἐπόντα ταῖς ὑποκειμέναις οἰκίαις καὶ χωρίοις γράμματα δηλοῦντα ὅτι ὑπόκειται δανειστῇ. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Σπουδίαν, καὶ Μένανδρος Παρακαταθήκῃ. Auctor *Etymologici*. ἄστικτον, οὕτως ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ τὸ ἐλεύθερον χωρίον καὶ μὴ ὑποκείμενον χρέει. εἴρηται δὲ ὅτι τοῖς ὑποκειμένοις χρέεσι χωρίοις εἰώθασιν ἐγκαταπηγνύειν στήλην, ἣν ἐκάλουν ὅρον· ἐν ᾗ ἐκεχάρακτο τὸ χρέος, καὶ ὁ χρήστης· ἵνα μὴ πλανηθεὶς ἕτερος ὡς ἐπὶ καθαρῷ, αὐτῷ δανείσῃ. τὸ δὲ ἐλεύθερον ἄστικτον ἐκάλουν. Meminit Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Φαίνιππον [p. 598.] καὶ διεμαρτυράμην ἐναντίον Φαινίππου, ὅτι οὐδεὶς ὅρος ἔπεστιν ἐπὶ τῇ ἐσχατιᾷ. εἰ δέ φησιν, εἰπεῖν ἐκέλευον αὐτὸν ἤδη καὶ δεῖξαι, ὅπως μὴ ὕστερον ἐνταῦθα χρέος γενόμενον ἀναφανήσεται ἐπὶ τῷ χωρίῳ.

III. Lege autem cautum erat, ut in ea, quae quis oppigneravit, neque illi neque ejus haeredibus agere liceat.

Εἰς ἃ τις ἀπετίμησεν, μὴ εἶναι δίκας, οὔτ' αὐτοῖς, οὔτε κληρονόμοις.	*In rem oppigneratam neque ei qui oppigneravit, neque ejus haeredi actio esto.*

Meminit Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Σπουδίαν [p. 591.] καὶ περὶ τούτου τί ἂν ἔτι μεῖζον, ἢ ἰσχυρότερον ἔχων εἰς ὑμᾶς κατέστην, ἢ τὸν νόμον, ὃς οὐκ ἐᾷ διαῤῥήδην, εἰς ἃ τις ἀπετίμησεν, εἶναι δίκας, οὔτ' αὐτοῖς, οὔτε κληρονόμοις. & paullo post. λάβε δή μοι πρῶτον μὲν τὸν νόμον, ὃς οὐκ ἐᾷ τῶν ἀποτιμηθέντων ἔτι δίκην εἶναι πρὸς τοὺς ἔχοντας. Non enim illorum sunt, sed jure aliis cedunt.

IV. Neque tantum bona oppignerari, sed etiam sponsores sibi dari creditae pecuniae volebant Danistae. Sed Lex jubet, [2] ut sponsiones sint in annum tantum: exacto anno non tenetur sponsor praestare.

Τὰς

1 Ὅροι columellae, iisque adfixae tabellae erant, inscriptae ea pecuniae summa, qua aut fundus aut domus erat ὑπόχρεως atque alteri oppignorata. *Demosthenem* vide Orat. in Aristogit. I. p. 491. Onetor. II. p. 526. Spudiam p. 591. Timoth. p. 658. & *H. Vales.* ad *Harpocrat.* p. 127. atque *Heraldum* Animadv. in Jus Attic. & Rom. L. III, 6.

2 Oratio, unde deprompta Lex, non agit de sponsione pro credito, sed de satisdatione judicatum solvi: eodem ergo & Lex pertinet proprie; quia tamen simpliciter dicit τὰς ἐγγύας ἐπετείους εἶναι, fieri potuit, ut & eas sponsiones complecteretur, quae pro creditoris securitate in credito intercedebant. *Salmasium* vide Mod. Usur. p. 690. & seq.

Τὰς ἐγγύας ἐπετείους εἶναι. *Sponsiones in annum sunto.*

Habes apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς Ἀπατούριον [*p.* 537.] λάβε δή μοι καὶ τὸν νόμον, ὃς κελεύει τὰς ἐγγύας, ἐπετείους. καὶ οὐκ ἰσχυρίζομαι τῷ νόμῳ, ὡς οὐ δεῖ μοι δίκην δοῦναι, εἰ ἐνεγγυησάμην, ἀλλὰ μάρτυρά 412.
μοι φημὶ τὸν νόμον εἶναι τοῦ μὴ ἐγγυήσασθαι καὶ αὐτὸν τοῦτον· ἐδεδίκαστο γὰρ ἄν μοι τῆς ἐγγύης ἐν τῷ χρόνῳ, τῷ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένῳ.

V. Neque tantum sub pignoribus & hypothecis, aut alio fidejubente mutuam dabant pecuniam Danistae, sed etiam olim ante Solonem, oppigneratis debitorum corporibus, ut creditoribus addicerentur, si non solvissent. Plutarchus *in Solone* [*p.* 85. *B.*] οἱ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσιν ἦσαν, οἱ μὲν αὐτοῦ δουλεύοντες, οἱ δ' ἐπὶ τῇ ξένῃ πιπρασκόμενοι. Qui versuram corporis nexu faciebant, duci a creditoribus, velut addicti poterant, ut inde nexum inirent. Sed haec Lex a Solone est antiquata, & altera lata, qua cavebatur ne nexu corporis in servitutem abducendi pecuniam fenori collocarent.

Ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδένα δανείζειν. *Pecuniam sub corporis nexu mutuam ne danto.*

Plutarchus *in Solone* meminit his verbis [*p.* 86. *D.*] τοῦτο γὰρ ἐποιήσατο πρῶτον πολίτευμα, γράψας τὰ μὲν ὑπάρχοντα τῶν χρεῶν ἀνεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν, ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδένα δανείζειν. Prius Legis Kaput, quod σεισάχθεια dicitur, semel tantum auctoritatem habuit suam, quando condonato aere alieno, novas fieri jussit tabulas: itaque huic Legi non adscripsimus. Acceperat Solon ab Aegyptiis, referente Diodoro Siculo *Lib. I. Bibliothecae* [*p.* 50. *D.*] δοκεῖ δέ καὶ τοῦτον τὸν νόμον ὁ Σόλων εἰς τὰς Ἀθήνας μετενεγκεῖν, ὃν ὠνόμασε σεισάχθειαν, ἀπολύσας τοὺς πολίτας ἅπαντας τῶν ἐπὶ τοῖς σώμασι πεπιστευμένων δανείων. Altero vero Kapite in posterum cavit, ne liceret fenori pecuniam collocare sub nexu corporis: Laudat alibi idem Plutarchus: ἐν τῷ περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι [*p.* 826. *E.*] τί γὰρ ὤνησε Σόλων Ἀθηναίους ἀπαλλάξας τοῦ ἐπὶ τοῖς σώμασιν ὀφείλειν; Ratio haec est apud Diodorum Siculum *loco laudato.* ἡγούμενος δεῖν εἶναι τὰ σώματα τῶν πόλεων, ἵνα τὰς καθηκούσας λειτουργίας ἔχωσιν αἱ πόλεις καὶ κατὰ πόλεμον καὶ κατ' εἰρήνην. ἄτοπον γὰρ στρατιώτην εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος προϊόντα κίνδυνον, εἰ τύχοι, πρὸς δάνειον ὑπὸ τοῦ πιστεύσαντος ἀπάγεσθαι καὶ τῆς τῶν ἰδιωτῶν πλεονεξίας ἕνεκα κινδυνεύειν τὴν κοινὴν ἁπάντων σωτηρίαν. Fenus exigebatur extremo mense: Interpres Graecus Comici ad haec *e Nebulis* [*vs.* 17.]

ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας,
οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσιν.

ἐδίδοντο δὲ ἐν τῷ τέλει τῆς σελήνης οἱ τόκοι. Rursum *eodem dramate* [*vs.* 752.]

εἰ μηκέτ' ἀντέλλοι σελήνη μηδαμοῦ,
οὐκ ἂν γ' ἀποδοίην τοὺς τόκους. ΣΩ. τίη τί δή.
ΣΤ. ὅτιη κατὰ μῆνα γ' ἀργύριον δανείζεται.

τελουμένης γὰρ σελήνης οἱ τόκοι ἐδίδοντο. Petebant autem prius a debitoribus creditores sortem cum usura, aut usuram, quam in jus vocarent. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Ἀπατούριον. τῶν γὰρ τοιούτων ἐγκλημάτων, πρότερον

τὰς ἀπαιτήσεις ποιοῦνται ἅπαντες, ἢ δικάζονται. Quod si quis recusaret vel fenus, vel sortem ipsam reddere, creditor apud Judices profitebatur, Titium tot minas sibi debere: Scriba in codices referebat, & ita a debitore in jus vocato, ut e *Nebulis* Aristophanis liquet, repetebatur quod fenori acceperat. Scholia Comici *ad hoc drama* [*vs.* 756.] ἰστέον ὅτι ἐν τοῖς δικασταῖς οἱ δανεισταὶ ἐρχόμενοι ἔλεγον ὡς ὁ δεῖνα αὐτοῖς ὀφείλει, εἶτα ὁ τοῦ δικαστηρίου γραμματεὺς ἔγραφεν τοῦτο, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ὀφείλων καλούμενος ἀπῃ-
413. τεῖτο τὸ δάνειον. Deponebantur autem a litigantibus, ut *in superioribus* diximus τὰ πρυτανεῖα.

VI. Qui judicatum intra constitutum diem non solvissent, Lege licebat bona illorum invadere.

Εἴ τις ἐκπροθεσμήσειε καὶ καταβάλοι τὰς δίκας, ἐξεῖναι ἅπτεσθαι αὐτοῦ τῶν κτημάτων.

Qui judicatum definito die non solvit, in bona ejus invadunto.

Legis meminit Ulpianus ad haec e *Midiana* Demosthenis verba [*p.* 340.] λαβὼν δ' ὑπερήμερον, καὶ ἔχων, οὐδενὸς ἡψάμην πώποτε τοῦ τούτου. Ulpianus: ἰδοὺ γοῦν, τοῦ νόμου διδόντος, εἴ τις ἐκπροθεσμήσειε καὶ καταβάλοι τὰς δίκας, ἐξεῖναι ἅπτεσθαι αὐτοῦ τῶν κτημάτων. [1] & paullo post: καί τοι ἐκέλευον οἱ νόμοι τῶν ἐνεχύρων λαμβάνεσθαι.

VII. Quod si quis in possessionem bonorum hac Lege missus, de iis ab eo qui condemnatus fuerat vi dejiceretur, Legibus dabatur [2] ἐξούλης δίκη, actio *de vi*, adversus eum qui vi dejiceret: *Vim* autem, inquit Pomponius Libro VI. ex Plautio, *facit, qui non sinit possidentem, eo quod possidebit, uti arbitrio suo, sive in serendo, sive fodiendo, sive arando, sive quid aedificando, sive quid omnino faciendo, per quod liberam possessionem adversarii non relinquit. l.* 11. *D. de vi.* Multa, quae irrogabatur vim facienti, in publicum committebatur ex hac Lege:

Τὸ τῆς ἐξούλης δίκης τίμημα εἶναι δημόσιον.

Multa irrogata in judicio de vi in publicum committitor.

Laudat Demosthenes in *Midiana* [*p.* 329.] τί γὰρ δήποτε, ἄν τις ὄφλων δίκην μὴ ἐκτίσῃ, οὐκ ἔτ' ἐποίησεν ὁ νόμος τὴν ἐξούλης ἰδίαν, ἀλλὰ προστιμᾶν ἐπέταξε τῷ δημοσίῳ. Ulpianus: ἐξούλης δὲ ἦν, ὅτε ἐκινδύνευεν ἐκπεσεῖν κτήματός τινος, ἢ χωρίου, ἢ οἰκίας, διὰ τὸ μὴ ἐκτετικέναι τὴν καταδίκην κατὰ χρόνον τὸν ὡρισμένον, καὶ ἐγίνετο δημόσιον τὸ τίμημα. ἐπειδὴ γὰρ καὶ οἱ διαιτηταὶ νόμιμοί τινες ἦσαν δικασταί, τούτων δὲ παρήκουεν, ὡς μὴ κατὰ προθεσμίαν ἀποδιδοὺς τὸ κατεγνωσμένον, δημοσίᾳ ἐδίδου τὴν δίκην ἐξούλης, ὄνομα δίκης κατὰ τῶν μὴ στερξάντων οἷς ὥρισαν οἱ δικάζοντες. ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτος. ἐάν τις ἰδιωτικὴν νικήσῃ δίκην. λαμβάνει τὸν ἡττηθέντα ὑπεύθυνον. εἶτα ἂν μὴ εἴσω τῆς προθεσμίας ἐκτίσῃ ὃ κατεδικάσθη, ἀλλὰ γένηται ὑπερήμερος, ἔξεστι γράψασθαι καὶ ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ τῶν κτημάτων, ἕως πληρώσῃ τὸ ὀφλησθέν. εἰ δὲ κωλύοι τὸν ἁπτόμενον, καὶ ἀπελαύνοι, γράφεται αὐτὸν κατὰ τὴν ἐξούλην καὶ γίνεται μετὰ τοῦ ἰδιωτικοῦ, καὶ δημόσιον τὸ πρᾶγμα, (malim τίμημα) λοιπόν, ὅτι ἠπείθησε τοῖς δικασταῖς καὶ τοῖς νόμοις. Idem rursus *in eandem* [*p.* 340.] ἐξούλης

1 Inspice Viri Illustr. *Ez. Spanhemii* not. in *Aristoph.* Nub. vs. 37. & quae *Athen.* ex *Lysia* extremo L. XIII. habet.

2 De actione ἐξούλης praeclare *Des. Heraldus* Animadv. in Jus Att. & Rom. L. VII, 26.

ἐξούλης δὲ δίκη τίς ἦν, ἢ περὶ χωρίου, ἢ οὐσίας, ἧς ἔδει ἐκβληθῆναι τὸν ὄφλοντα τὰς χιλίας· ἔδει δὲ ἀξίαν εἶναι τὸ κτῆμα τῶν χιλίων δραχμῶν. ἦν δὲ διπλῆ τις ἡ τιμωρία τῆς ἐξούλης. καὶ γὰρ τὰς χιλίας ἐκόμιζε τὰς ἐξ ἀρχῆς ὁ νενικηκὼς, καὶ ἔξωθεν προσετιμᾶτο καὶ δικαστήριον τῷ ἡττωμένῳ, διότι τῶν νόμων καὶ τῶν διαιτητῶν παρήκουσε, καὶ δικασθὲν ὅτι οὐκ ἐξέτισε· τὸ δὲ ὕστερον ὑπὸ τῶν δικαστῶν προστιμηθὲν, τοῦτο ἐγίγνετο δημόσιον. Pollux *Libro VIII. Cap.* 6. ἡ δὲ τῆς ἐξούλης δίκης γίγνεται, ὅταν τις τὸν ἐκ δημοσίου πριάμενον μὴ ἐᾷ καρποῦσθαι ἃ ἐπρίατο, ἢ τὸν νικήσαντα, ἃ ἐνίκησεν, ἀλλ' ἢ ἔχοντα ἐκβάλλῃ ἢ σχεῖν κωλύσῃ, ἢ αὐτὸς ὁ ὄφλων, ἢ ἄλλος ὑπὲρ αὐτοῦ. καὶ μὴν, εἰ ὁ μὲν ὡς ἐωνημένος ἀμφισβητεῖ κτήματος, ὁ δὲ ὡς ὑποθήκην ἔχων, ἐξούλης ἡ δίκη. Harpocration: ἐξούλης, ὄνομα δίκης, ἣν ἐπάγουσιν οἱ φάσκοντες ἐξείργεσθαι τῶν ἰδίων κατὰ τῶν ἐξειργόντων. δικάζονται δὲ ἐξούλης κἀπὶ τοῖς ἐπιτιμίοις, οἱ μὴ ἀπολαμβάνοντες ἐν τῇ προσηκούσῃ προθεσμίᾳ ὑπερημέρων γιγνομένων τῶν δικασθέντων· οἱ δὲ ἁλόντες ἐξούλης, καὶ τῷ ἑλόντι ἐδίδοσαν ἃ ἀφῃροῦντο αὐτοῦ, καὶ τῷ δη- 414
μοσίῳ κατετίθεσαν τὰ τιμηθέντα. *Etymologici* Auctor: ἐξούλης. ὄνομα δίκης. οἱ δίκην νικήσαντες ὥστε ἀπολαβεῖν χώραν ἢ οἰκίαν, ἔπειτα ἐμβατεύειν κωλυόμενοι, μὴ ἐμβατεύσαντες, ἐξελαυνόμενοι, δίκην εἰσάγουσι πρὸς τοὺς ἐξελαύνοντας, ἢ οὐκ ἐῶντας ἐμβατεύειν. Suidas: ἐδικάζετο δὲ ἐξούλης καὶ ὁ χρήστης κατέχειν ἐπιχειρῶν κτῆμα τοῦ χρεωστοῦντος καὶ κωλυόμενος ὑπό τινος. καὶ ἀπεργασίας δὲ, εἴ τις εἴργοιτο δίδωσιν ὁ νόμος δικάζεσθαι πρὸς τὸν εἴργοντα ἐξούλης. καὶ περὶ ἀνδραπόδου δὲ καὶ παντὸς, οὗ φησί τις αὐτῷ μετεῖναι. [1] Qua in re ab Athenienſibus diverſi abeunt Romani, qui pronuntiant *hoc interdictum* de vi *ad res mobiles non pertinere, ſi quis uti frui prohibitus eſt re mobili, niſi ſi rei ſoli accedebant res mobiles. Si igitur ibi fuerunt, dicendum eſt, etiam ad eas referri hoc interdictum debere. l.* 1. §. 6. *l.* 3. §. 15. *D. de vi.* At vero apud Athenienſes, δίδωσιν ὁ νόμος δικάζεσθαι ἐξούλης, καὶ περὶ ἀνδραπόδου, καὶ παντὸς, οὗ φησί τις αὐτῷ μετεῖναι, inquit Suidas. Vi autem dejicit ἢ αὐτὸς ὁ ὄφλων, ἢ ἄλλος ὑπὲρ αὐτοῦ, ut optime obſervat Pollux: nam *dejeciſſe etiam is videtur, qui mandavit, vel juſſit, ut aliquis dejiceretur. parvi enim referre viſum eſt, ſuis manibus quis dejiciat, an vero per alium. Sed & ſi quod alius dejecit, ratum habuero, ſunt qui putent interdicto iſto teneri, meque videri dejeciſſe. & hoc verum eſt: rectius enim dicitur, in maleficio ratihabitionem mandato comparari. l.* 1. §. 12. & 14. *D. eod. l.* 152. §. 1. & 2. *D. de regulis juris.* Ei autem qui ἐξούλης egerat, non licebat ſuo arbitratu pignora capere, ſed poſt redditum judicium e judicum ſententia. Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 340.] οὐκ ἐξῆν τῷ λαχόντι ἐξούλης, οὐκ ἔτι καθ' ἑαυτὸν ἐπιλαμβάνεσθαι, πρὶν ἢ διαγνῶναι τὸ δικαστήριον. Atque de his ſatis: Bona autem debitorum ſuorum quae invaderent creditores, ſi non eſſent; in corpora eorum ſaeviebant: & quidem vel iis adimebant libertatem eundi quo vellent: locum enim circumſcribebant, unde illis fas non erat exire ante redditam pecuniam. Heſychius: περίγραφον. οἱ δανείζοντες τοῖς μὴ ἀποδιδοῦσι τὸ ἀργύριον περιέγραφον, καὶ οὐχ ὑπερέβαινον

ἕως

1 *Euſtathius* ad Il. v. vſ. 524. Σημειῶσαι δὲ ὅτι εἰλόμενος τὸ ἔνθεν καὶ ἡ ἐξούλης δίκη παράγεται παρ' Ἀττικοῖς. Deducit etymum ab εἴλλεσθαι. JAC. PALMER.

Ibid. Rectius idem *Euſtath.* in Odyſſ. p. 1769. ab ἐξίλλειν ſive ἐξείλλειν, quo *Demoſthenes* uſus eſt Or. in Pantaenet. p. 568., quodque idem ac ἐκβάλλειν, repetit. Adde *Harpocrat.* & *Apoſtolium* Cent. XVIII, 50.

ἕως * λύτευ. . Emendabat [1] Incomparabilis Casaubonus : οἱ δανείζοντες τοῖς μὴ ἀποδιδοῦσι τὸ ἀργύριον παρεγγραφον τόπον, καὶ οὐχ ὑπερέβαινον ἕως ἐχρεωλύτουν. Malim emendare οἱ δανείζοντες τοῖς μὴ ἀποδιδοῦσι τὸ ἀργύριον παρέγγραφον, καὶ οὐχ ὑπερέβαινον ἕως λεπτῶν. quod idem est atque istud Euangelii, ἕως ἂν ἀποδῶσι τὸν ἔσχατον κοδράντην. [2] Vel etiam in nervo habebant. Hesychius: ἐγχαλκοσκελεῖς, οἱ μὴ ἀποδιδόντες τὰ χρέα, ἐν κάλοις ἐδεσμεύοντο τοὺς πόδας. Et haec adversus debitores. Quod si Danistae eum, qui nihil deberet, in jus vocassent tanquam sibi debentem, multabantur: si vero multam non exsolverent intra constitutum diem, in quadruplum condemnabantur, aut si non haberent in aere, in nervo & in compedibus habebantur in carcere. Scholia Comici *ad Nubes*: τοῖς γὰρ γεγραμμένοις καὶ μὴ ἀποδείξασιν ἐπεβάλλετο χρηματικὴ ζημία. καὶ εἰ μὴ κατὰ τὸ ὡρισμένον ἐξέτισεν ὑπερήμερος γενόμενος ἐξέτισε τετραπλῆ. οἱ δὲ μὴ ἔχοντες τίσαι, κατείργνυντο εἰς τὸ δικαστήριον. Lege εἰς τὸ δεσμωτήριον.

VIII. Solon, cum σεισάχθειαν induceret, minam, quae antea erat septuaginta quinque drachmarum, Lege centum drachmarum constituit.

Ἑκατὸν δραχμῶν τὴν μνᾶν εἶναι. *Mina centum drachmarum esto.*

415. Qua ratione drachmae pondus solido quadrante imminuit. Plutarchus *in Solone* [*p.* 86. *D.*] καὶ τὴν ἅμα τούτῳ γενομένην τῶν τε μέτρων ἐπαύξησιν, καὶ τοῦ νομίσματος τιμήν. ἑκατὸν γὰρ ἐποίησε δραχμῶν τὴν μνᾶν, πρότερον ἑβδομήκοντα καὶ πέντε οὖσαν. Hac Lege & mensurarum modum auxit, & minae pretium : itaque Talentum constabat sexaginta novis minis, octoginta veteribus, id est, praecise sex millibus drachmarum.

IX. Adulterare autem monetam, capital Atheniensium, ut & aliarum plerarumque gentium, Lege fuit :

Ἐάν τις τὸ νόμισμα διαφθείρῃ, θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι. *Adulterasse monetam capital esto.*

Legem refert Demosthenes *extrema* κατὰ Τιμοκράτους *Oratione* [*p.* 481.] ὅτι νόμος ἐστὶν ἁπάσαις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ταῖς πόλεσιν, ἐάν τις τὸ νόμισμα διαφθείρῃ, θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι. Nummus adulter est, cujus species non est bona, ὑπόχαλκον vocat Pollux, quando ἀργύριον πρὸς χαλκὸν καὶ μόλυβδον κεκραμένον ἐστὶ, inquit Demosthenes *loco laudato:* Praeterea si non est moneta publica signatus, παράσημον, παρατετυπωμένον, παρακεχαραγμένον nominant. Denique si debiti ponderis non est. Legem Atheniensium esse idem testatur *in Leptinea* Demosthenes [*p.* 315.] θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι, θάνατος παρ' ὑμῖν ἐστὶν ἡ ζημία. Adulteratos nummos decussabant, id est, literam X, Chiorum odio imprimebant. Docent veteres auctores, & leges passim in Graecorum commentariis: duo tantum loca adferemus, ut emendemus. Hesychius : Χεῖ, * ἐπὶ τῶν χειλῶν δραχμῶν τοῦτο ἔδρατον. Rescribo: Χεῖ, ἐπὶ τῶν κιβδήλων δραχμῶν τοῦτο ἐχάρατον. Auctor *Etymologici :* εἰ γὰρ Ἀθηναῖοι τὸ πρὸς τοὺς Χίους μῖσος φερόμενοι, ἐν τοῖς ἀδοκίμοις ἑαυτῶν ὀνόμασι, (scribe νομίσμασι.)

1 Ad *Athen.* L. II, 23., sed ibi ἕως οὗ λύσωσι invenio.

2 Ante Solonis aetatem id quidem Athenis valuit; namque is lege sua debitores addici vetuit. Πρὸς τὸ λοιπὸν μηδένα ἐπὶ σώμασι δανείζειν diserte *Plutarchus* in Solon. p. 86. Huc pertinent, quae *Des. Heraldus* disputavit Animadv. in Jus Attic. & Rom. L. IV, 4.

μίσμασι.) τὸν τοῦ X. τύπον ἐγχαράττοντες, ἀπέῤῥιπτον βδελυσσόμενοι. E Romanorum Legibus, *ubi metalla sunt, adulteratores monetae gravius plectuntur. l. 16. §. 9. D. de poenis.*

X. Lege erat vetitum mercatoribus pecuniam credere, qui alibi quam Athenis negotiarentur: Qui secus fecisset, dabatur adversus illum φάσις, ejusque bona describebantur pari ratione, qua eorum bona, qui frumentum alio quam Athenas importarent. Neque illi adversus debitores datur actio ad exigendam, quam crediderit, pecuniam.

ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΔΕ ΜΗ ΕΞΕΙΝΑΙ ΕΚΔΟΥΝΑΙ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΜΕΤΟΙΚΩΝ ΤΩΝ ΑΘΗΝΗΣΙ ΜΕΤΟΙΚΟΥΝΤΩΝ, ΜΗΔΕΝΙ ΩΝ ΟΥΤΟΙ ΚΥΡΙΟΙ ΕΙΣΙΝ ΕΙΣ ΝΑΥΝ, ΗΤΙΣ ΑΝ ΜΗ ΜΕΛΛΗι ΑΞΕΙΝ ΣΙΤΟΝ ΑΘΗΝΑΖΕ, ΚΑΙ ΤΑΛΛΑ ΤΑ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ ΠΕΡΙ ΕΚΑΣΤΟΥ ΑΥΤΩΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΕΚΔΩι ΠΑΡΑ ΤΑΥΤΑ ΕΙΝΑΙ ΤΗΝ ΦΑΣΙΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΠΟΓΡΑΦΗΝ ΤΟΥ ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΠΙΜΕΛΗΤΑΣ, ΚΑΘΑ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΝΕΩΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΣΙΤΟΥ ΕΙΡΗΤΑΙ. ΚΑΤΑ ΤΑΥΤΑ ΚΑΙ ΔΙΚΗ ΑΥΤΩι ΜΗ ΕΣΤΩ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΡΓΥΡΙΟΥ, Ο ΑΝ ΕΚΔΩι ΑΛΛΟΣΕΠΗ Η ΑΘΗΝΑΖΕ. ΜΗΔΕ ΑΡΧΗ ΕΙΣΑΓΕΤΩ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΟΥ ΜΗΔΕΜΙΑ.

Atheniensium civium aut inquilinorum nullus, qui rerum suarum dominus sit, mutuam pecuniam nauticam dato, in nave, quae frumentum aliaque Legibus designata Athenas non importet. Si quis secus fecerit, defertor apud Curatores mercatus, & pecunia ejus de- 416.
scribitor, quemadmodum de nave & frumento cautum est Lege. Ad haec ei actio ne dator adversus debitorem, cui mutuam pecuniam nauticam dedit in alium quam Atheniensium mercatum: neque Magistratus ullus judices illi dato.

Legem αὐτολεξεὶ laudat Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Λάκριτον [*p.* 554.] ἴστε γὰρ δήπου, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὸν νόμον, ὡς χαλεπός ἐστι, ἐάν τις Ἀθηναίων χρήματα δανείσῃ, εἰς ἄλλό τι ἐμπόριον, ἢ τὸ Ἀθηναίων, οἷαι ζημίαι περὶ τούτων εἰσὶν, ὡς μεγάλαι καὶ δειναί. μᾶλλον δ᾽ αὐτὸν ἀνάγνωθι αὐτοῖς τὸν νόμον, ἵν᾽ ἀκριβέστερον μάθωσι. ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΔΕ ΜΗ ΕΞΕΙΝΑΙ ΕΚΔΟΥΝΑΙ, &c. Quae Lex non tantum Atheniensibus civibus scripta est, sed etiam inquilinis: ΩΝ ΟΥΤΟΙ ΚΥΡΙΟΙ ΕΙΣΙΝ, id est, qui rerum suarum domini sunt: Nam si, exempli gratia, tutor in hanc Legem commisisset, & pecuniam pupilli sui mutuam nauticam dedisset, in pupillum hac Lege non agebatur, ut qui rerum suarum per aetatem non esset dominus, sed in tutorem. Adversus eos igitur, qui pecuniam suam credidissent mercatoribus alibi, quam Athenis, negotiantibus, scribebatur φάσις, & pecunia, quam mutuam dederant, describebatur, ut in aerarium publicum inferretur, quod fieri solebat adversus illos, qui frumentum alio, quam Athenas, importabant: neque ulla competebat actio creditori adversus debitorem de exsolvendo debito. Scribebatur autem ἡ φάσις καὶ ἡ ἀπογραφὴ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΠΙΜΕΛΗΤΑΣ. ii sunt *Mercatus Curatores*, de quibus Grammatici: [1] Ἐπιμελητὴς ἐμπορίου. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου, Ἀριστοτέλης, ἐμπορίου δ᾽ Ἐπιμελητὰς δέκα κληροῦσιν, τούτοις δὲ προστέτακται τῶν τε ἐμπορίων ἐπιμέλειαν, καὶ τοῦ σίτου τοῦ καταπλέοντος εἰς τὸ Ἀττικὸν ἐμπόριον, τὰ δύο μέρη τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν.

XI. Lege tenebantur navicularii vectoresque in eum appellere mercatum, de quo inter eos illosque, qui pecuniam suam crediderant, convenisset: si secus facerent, severe in illos animadvertebatur.

Τοὺς

[1] Sorte legebantur οἱ δ᾽ ἐμπορίου ἐπιμεληταὶ, suosque sibi Scribas, qui acta conficerent, habebant. Docent id *Dinarchus* in Aristogiton. p. 106. & *Demosthen.* in Theocrin. p. 717. & 719.

Τοὺς ναυκλήρους καὶ τοὺς ἐπιβάτας πλεῖν εἰς ὅ, τι ἂν συνθῶνται ἐμπόριον· εἰ δὲ μὴ, ζημιοῦσθαι.

Navicularii vectoresque in illum appellunto mercatum, de quo pacti sunt: si secus faxint, multantor.

Legis meminit Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Διονυσοδώρου [p. 700.] οἱ νόμοι κελεύουσι τοὺς ναυκλήρους καὶ τοὺς ἐπιβάτας πλεῖν εἰς ὃ, τι ἂν συνθῶνται ἐμπόριον· εἰ δὲ μὴ, ταῖς μεγίσταις ζημίαις εἶναι ἐνόχους.

417. TITULUS QUINTUS.

De Rebus Athenis alio, aut aliunde Athenas importandis vel exportandis.

I. NON licebat Athenis alio exportare proventus terrae Atticae, qui vix, ac ne vix quidem essent satis agricolis.

Ἔλαιον μόνον ἐξάγειν, ἄλλα δὲ μή· καὶ κατὰ τῶν ἐξαγόντων ἀρὰς τὸν Ἄρχοντα ποιεῖσθαι, ἢ ἐκτίνειν αὐτὸν ἑκατὸν δραχμὰς εἰς τὸ δημόσιον.

Oleum Athenis exportato, ceteros proventus non item: qui exportarit, eum Archon diris devoveto, aut centum drachmis multator.

Legem hanc tulerat Solon, legebaturque in primo ejus Axone. Plutarchus *in Solone* [p. 91. E.] τῶν δὲ γινομένων διάθεσιν πρὸς ξένους ἐλαίου μόνον ἔδωκεν, ἄλλα δὲ ἐξάγειν ἐκώλυσεν· καὶ κατὰ τῶν ἐξαγόντων [1] ἀρὰς τὸν Ἄρχοντα ποιεῖσθαι προσέταξεν, ἢ ἐκτίνειν αὐτὸν ἑκατὸν δραχμὰς εἰς τὸ δημόσιον. καὶ πρῶτος Ἄξων ἐστὶν ὁ τοῦτον περιέχων τὸν νόμον. Verba tamen Legis de exportando olivo commode sunt intelligenda: Non enim cuivis, sed ei tantum, qui Panathenaea vicisset, licebat alio importare oleum, quod praemii vicem accepissent. Graecus Pindari Interpres ad haec *Odae X. Nemeonic.* carmina:

— γαίᾳ δὲ καυ-
θείσᾳ πυρὶ καρπὸς ἐλαίας
ἔμολεν Ἥρας τὸν εὐά-
νορα λαὸν, ἐν ἀγγέων
ἕρκεσιν παμποικίλοις.

οὐκ ἔστι δὲ ἐξαγωγὴ ἐλαίου ἐξ Ἀθηνῶν, εἰ μὴ τοῖς νικῶσι. φησὶν οὖν, τὴν ὑδρίαν πλήρη ἐλαίου κεκομικέναι ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Ἄργος τὸν Θειαῖον νικήσαντα. τοῖς γὰρ ἀθληταῖς τοῖς τὰ Παναθήναια νενικηκόσι, δίδοται ὑδρία ἐλαίου πλήρης.

II. Ex

1 Illustre devotionis hujusmodi exemplum durat in Dirarum formula, qua Teji eos defigere solebant, qui communi reipublicae suae incommodantes frumentum ne importaretur, impediebant, aut importatum aliorsum divertebant. Verba adscribo: Ὅστις ἐς γῆν τὴν Τηίην κωλύοι σῖτον ἐσάγεσθαι, ἢ τέχνῃ, ἢ μηχανῇ, ἢ κατὰ θάλασσαν, ἢ κατ' ἤπειρον, ἢ ἐσαχθέντα ἀνωθοίη, κεῖνον ἀπόλλυσθαι αὐτὸν, καὶ γένος τὸ κείνου. Antiq. Asiat. *Edm. Chishull.* p. 99.

II. Ex hac Lege argumentatur Plutarchus, non adeo absurdum esse, vetitum olim Athenis ficus exportare: οὐκ ἂν οὖν τις ἡγήσατο παντελῶς ἀπιθάνοις τοῖς λέγοντας, ὅτι καὶ σύκων ἐξαγωγὴ τὸ παλαιὸν ἀπείρητο.

Ἀθήνηθεν μὴ ἐξάγειν ἄλλοσέ ποι σῦκα. *Ficus Athenis alio ne importato.*

Meminerunt saepius Graeci hujus Legis in suis Commentariis. Interpres Comici *ad Plutum*, & alibi non semel: ἀπείρητο Ἀθήνησι μὴ ἐξάγειν ἐντεῦθεν ἄλλοσέ που σῦκα. [1] Ister quoque in Atticis idem prodidit: οὐδ᾽ ἐξάγεσθαι τῆς Ἀττικῆς τὰς ἀπ᾽ αὐτῆς γιγνομένας ἰσχάδας, ἵνα μόνοι ἀπολαύοιεν οἱ κατοικοῦντες. Non licebat igitur Athenis alio importare τὰ γινόμενα.

III. Contra Lege cogebantur Athenienses Naucleri atque mercatores frumentum non alio quam Athenas importare.

418 Ἐάν τις Ἀθηναίων ἐμπόρων ἢ ναυκλήρων ἄλλοθί που σιτηγήσῃ ἢ Ἀθήναζε, κατὰ τούτων φάσεις εἶναι.

Si quis Atheniensis mercator, aut nauclerus, alio, [2] *quam Athenas, frumentum importet, indicator.*

Meminit *in Timocratea* Demosthenes [*p.* 468.] καὶ οἱ περὶ τὸν σῖτον ἀδικεῖν δόξαντες, εἶτα τούτοις μὲν ἔδει κυρίοις τοὺς πάλαι κειμένους εἶναι νόμους, καὶ δεδωκέναι δίκην αὐτοὺς κατὰ τοὺς ὑπάρχοντας νόμους. Ulpianus *ibidem*: ἐξηγοῦνται περὶ ἐμπόρων τινῶν Ἀθηναίων ὅτι ἡλώσαν σιτηγοῦντες εἰς ἄλλον λιμένα παρὰ τὸν τῶν Ἀθηναίων νόμον. νόμος δὲ ἦν παρὰ Ἀθηναίοις τιμωρεῖσθαι τὸν Ἀθηναῖον ναύκληρον σιτηγοῦντα ἀλλαχοῦ, ἐπειδὴ λεπτόγεως ἦν ἡ Ἀττική. Auctor *Argumenti Orationis* Demosthenicae κατὰ Θεοκρίνου. κατὰ τῶν ἑτέρωσέ ποι καὶ μὴ Ἀθήναζε σεσιτηγηκότων ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων Ἀθηναίων, φάσεις ἦσαν δεδομέναι. Actio haec proprie φάσις, ut hic, dicebatur. Pollux *Libro VIII.* φάσις δὲ ἦν, τὸ φαίνειν τοὺς περὶ τὸ ἐμπόριον κακουργοῦντας.

IV. Ille qui φάσιν scribebat, & nomen naucleri sive mercatoris frumentum alio, quam Athenas, importantis deferebat, si damnaretur nauclerus sive mercator, bonorum indicatorum semissem ex Lege accipiebat:

Τὸν φαίνοντά τινα ἐμπόρων ἢ ναυκλήρων Ἀθηναίων, ὡς ἑτέρωσέ ποι καὶ μὴ Ἀθήναζε σεσιτηγηκότα, τὰ ἡμίσεα τῶν φανθέντων λαβεῖν.

Qui indicarit aliquem Atheniensium mercatorum sive nauclerorum, alio, quam Athenas, frumentum importantem, bonorum indicatorum semissem accipito.

Legem laudat Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνου [*p.* 717.] de Theocrine, qui Miconem ὡς ἑτέρωσέ ποι καὶ μὴ Ἀθήναζε σεσιτηγηκότα detulerat. τίς γὰρ ἂν παρεὶς τὸ, δικαίως πράττοντα λαβεῖν τὸ μέρος τῶν χρημάτων κατὰ τὸν νόμον· διαλυσάμενος ἐβουλήθη μικρὰ κερδᾶναι· καὶ τούτοις ἔνοχον αὐτὸν καταστῆσαι τοῖς νόμοις· ἐξὸν, (ὅπερ ἀρτίως εἶπον) τὰ ἡμίσεα

1 Videndus est *Athenaeus* L. III, 2. quaeque illi & *Theophrasto* Char. C. 23. magnus Animadversor adscripsit: debet enim illi Petitus plura.

2 Athenis ingens hominum, cum florerent, agebat numerus. Ager non admodum erat uber. Opus proinde frumento, aliunde advecto, quo praeter ceteros plurimo utebantur. Ἴσε γὰρ δήπου τοῦθ᾽, ὅτι πλείστῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα *Demosthenes* in Leptin. p. 283. inquit. Itaque mercatores & naucleri Attici tum poenis tum praemiis adigebantur, ut frumentum & cetera, quae victui sunt, copiose importarent. Utraque saepe spectant Poëtae. Vid. *Athen.* L. I, 22. & L. VIII, 6.

σεα τῶν φανθέντων λαβεῖν. Cetera vero naucleri ſive mercatoris in aerarium inferebantur publicum, ut ex Lege, quam proxime *praecedenti titulo* ultimam deſcripſimus, conſtat: *ἐὰν δέ τις ἐκδῷ παρὰ ταῦτα., εἶναι τὴν φάσιν καὶ τὴν ἀπογραφὴν τοῦ ἀργυρίου πρὸς Επιμελητὰς, καθὰ περὶ τῆς νέως καὶ τοῦ σίτου εἴρηται.* Videtur praeterea gravis (& forte capitis, ut Oratoris verba ſonant) poena ſancita in naucleros atque mercatores, qui Athenas frumentum non importarent. Lycurgus *ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους* [*p.* 151.] *καὶ περὶ τούτων οἱ ὑμέτεροι νόμοι τὰς ἐσχάτας τιμωρίας ὁρίζουσιν, ἐάν τις Αθηναίων ἄλλοσέ πη σιτηγήσῃ, ἢ ὡς ὑμᾶς.* Demoſthenes *ἐν τῷ πρὸς Φορμίωνα* [*p.* 544.] *τῶν δὲ νόμων τὰ ἔσχατα ἐπιτίμια προστεθεικότων, εἴ τις οἰκῶν Αθήνησιν ἀλλοθίπου σιτηγήσειν, ἢ εἰς τὸ Αττικὸν ἐμπόριον.* Quibus e verbis colliges, hanc Legem non tantum Athenienſibus civibus, ſed & inquilinis, ſcriptam eſſe. Idem Demoſthenes *ἐν τῷ πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν* [*p.* 553.] *ἴστε δήπου, ὦ ἄνδρες δικασαὶ, τὸν νόμον, ὡς χαλεπός ἐστιν, ἐάν τις Αθηναίων ἄλλοσέ πη σιτηγήσῃ ἢ Αθήναζε, οἷαι ζημίαι περὶ τούτων εἰσὶν, ὡς μεγάλαι καὶ δειναί.* Ut autem ſine ullo periculo mercatores frumentum ex Helleſponto importare poſſent Athenas, habebant illi naves ad Helleſpontum novem, quae onerariis praeſidio eſſent adverſus hoſtes, aut piratas. Xenophon *Libro I.* *Ελληνικῶν. καὶ αὐτοῦ τῶν νεῶν τρεῖς ἀπόλλυνται ἐν τῷ Ελλησπόντῳ ὑπὸ τῶν Αττικῶν ἐννέα νηῶν, αἳ ἀεὶ ἐνταῦθα τὰ πλοῖα διεφύλαττον.* Atque ita ſevere animadverſum eſt in mercatores, qui alio frumentum importabant, quia ut Athenas importarent, immunes erant belli *καὶ τῶν εἰσφορῶν*, ut adnotat ex Euphronio Graecus Ariſtophanis Interpres ad illum *Pluti verſum* [905.]

ΔΙ. *ἀλλ' ἔμπορος; ΣΥ. ναὶ σκήπτομαί γ' ὅταν τύχω.*

419. *τινὲς τῶν πολιτῶν ἡνίκα τῶν χρημάτων ἦν εἰσφορὰ πρὸς τὴν πόλιν, τὴν ἐμπορίαν ἐπροφασίζοντο, τὴν εἰσφορὰν βουλόμενοι φυγεῖν. ἀζήμιοι γὰρ οὗτοι διεφυλάττοντο, ὥς φησιν Εὐφρόνιος, ὡς τὴν πόλιν ὠφελοῦντες πλεῖστα, διὰ τῆς αὐτῶν ἐμπορίας. διὸ καὶ ὁ συκοφάντης λέγει, ὅτι ὅταν γένηταί τις καιρὸς πολέμου καὶ εἰσφορᾶς, ἔμπορον ἐμαυτὸν ἀποκαλῶ.* Frumenti autem illius, quod Athenas importaverant, duos trientes in urbem importabant: trientem vero, qui ſupererat, in Piraeeum. Colligo e verbis Ariſtotelis apud Harpocrationem: *ἐμπορίου δὲ Επιμελητὰς δέκα κληροῦσιν, τούτοις δὲ προστέτακται τῶν τε ἐμπορίων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τοῦ σίτου τοῦ καταπλέοντος εἰς τὸ Αττικὸν ἐμπόριον, τὰ δύο μέρη τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν.*

V. Quod ſi quis falſo inſimularet atque deferret nauclerum ſive mercatorem, *ὡς ἑτέρωσέ ποι καὶ μὴ Αθήναζε σεσιτηγηκότα*, accuſabatur, abducebatur, & in illum animadvertebatur ex hac Lege:

Μὴ φαίνειν, εἰ μὴ πιστεύει τις αὐτῷ δείξειν ἐν τοῖς δικασταῖς τὰ γεγενημένα, περὶ ὧν ποιεῖται τὴν φάσιν. ἐὰν δέ τις παρ' αὐτὰ ποιῇ τῶν συκοφαντούντων, ἔνδειξιν αὐτῶν εἶναι, καὶ ἀπαγωγήν.

Nemo, cui probationes deſunt, nauclerum ſive mercatorem deferto: Qui ſecus fecerit, accuſator & abducitor.

Legem refert Demoſthenes *ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνου* [*p.* 717.] *ὅτι δὲ οὐ ταῖς χιλίαις μόνον ἔνοχός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀπαγωγῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα κελεύει πάσχειν ὁ νόμος ουτοσὶ, συκοφαντοῦντα τοὺς ἐμπόρους καὶ τοὺς ναυκλη-*

ναυκλήρους ῥᾳδίως ἐξ αὐτοῦ τοῦ νόμου γνώσεσθε. βουλόμενος γὰρ ὁ τὸν νόμον τιθεὶς, μήτε τοὺς ἀδικοῦντας τῶν ἐμπόρων ἀθῴους εἶναι, μήτε τὴν ἄλλως πράγματ᾽ ἔχειν· ἁπλῶς ἀπεῖπε τοῖς τοιούτοις τῶν ἀνθρώπων, μὴ φαίνειν, εἰ μὴ πιστῶς τις αὐτῷ δείξειν ἐν ὑμῖν τὰ γεγενημένα περὶ ὧν ποιεῖται τὴν φάσιν. ἐὰν δὲ τις παρ᾽ αὐτὰ ποιῇ τῶν συκοφαντούντων· ἔνδειξιν αὐτῶν εἶναι, καὶ ἀπαγωγήν.

VI. Non licebat autem femel inftitutam publici judicii actionem mittere, qui fecus faxit, mille drachmis multatur: fi vero quintam punctorum partem non ferat, mille item drachmis multatur, nec poteft in pofterum actionem inftituere publici judicii.

Ἐάν τις τινὰ φήνας, ἢ γραψάμενος γραφὰς, μὴ ἐπεξίῃ, ἢ ἐπεξιὼν, μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἀποτίνειν, καὶ τὸ λοιπὸν, μὴ φαίνειν, μηδὲ γράφεσθαι, μηδ᾽ ἀπάγειν, μηδ᾽ ἐφηγεῖσθαι.

Si quis femel inftitutam publici judicii actionem mittat, aut quintam punctorum partem eam inftituens non ferat, mille drachmis multator, nec in pofterum actionem publici judicii inftituito.

Legem defcripfit Auctor *Argumenti Orationis* Demofthenicae *contra Theocrinem*: νόμος δὲ ἦν, ἐάν τις τινὰ φήνας, μὴ ἐπεξίῃ, ἢ ἐπεξιὼν, μὴ λάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἐκτίνειν τῷ δημοσίῳ. Ratio eft apud Demofthenem *hac Oratione*, ne quis quaeftum his faciat, certe aucupetur [*p.* 716.] ὁ νόμος ἐστὶν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοῖς προαιρουμένοις ἢ γράφεσθαι γραφὰς, ἢ φαίνειν, ἢ ἄλλό τι ποιεῖν τῶν ἐν τῷ νόμῳ τούτῳ γεγραμμένων, προλέγει διαῤῥήδην, ἐφ᾽ οἷς ἕκαστόν ἐστι τούτων ποιητέον. ἐστὶ δὲ ταῦτα, ὥσπερ ἠκούσατε ἐξ αὐτοῦ τοῦ νόμου, ἐὰν ἐπεξιών τις μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἀποτίνειν. κἂν μὴ ἐπεξίῃ, ὦ Θεοκρίνη, χιλίας ἑτέρας, ἵνα μήτε συκοφαντῇ μηδεὶς, μήτε ἄδειαν ἔχων ἐργολαβῇ καὶ καθυφείῃ τὰ τῆς πόλεως. Idem ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος β. [*p.* 496.] πάλιν τοίνυν ὅταν τις ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἐφ᾽ οἷς οἱ νόμοι κελεύουσι τὸ λοιπὸν μὴ γράφεσθαι, μηδ᾽ ἀπάγειν, μηδ᾽ ἐφηγεῖσθαι, quod erat, ignominiofum effe. Ulpianus *ad Midianam:* ὁ μὴ ἐλέγξας ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀτιμοῦται. fed haec prima & minima capitis mi- 420.
nutio. Meminit item alibi Legis Demofthenes, nempe *in Timocratea*: ἐν δὲ τούτῳ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων μὴ μεταλαβὼν, ὦφλε χιλίας. Excipio fi quis τῶν ἐπικλήρων partes tutaretur, nullum enim fibi creabat periculum. Demofthenes ἐν τῷ πρὸς Πανταίνετον de illis, qui partes harum dotalium virginum tutabantur [*p.* 570.] τῷ δ᾽ ἐπεξιόντι, μετ᾽ οὐδεμίας ζημίας ἡ βοήθεια. Ifaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [*p.* 42.] ἄλλως τε καὶ μόνων τούτων τῶν δικῶν ἀκινδύνων τοῖς διώκουσιν οὐσῶν, καὶ ἐξὸν τῷ βουλομένῳ βοηθεῖν ταῖς ἐπικλήροις; οὔτε γὰρ ἐπιτίμιον ταῖς πρὸς τὸν Ἄρχοντα εἰσαγγελίαις ἔνεστιν, οὐδ᾽ ἐὰν οὐδεμίαν τῶν ψήφων οἱ εἰσαγγείλαντες μεταλάβωσιν, οὔτε πρυτανεῖα, οὔτε παράστασις οὐδεμία τίθεται τῶν εἰσαγγελιῶν· ἀλλὰ τοῖς μὲν διώκουσιν ἀκινδύνως εἰσαγγέλλειν ἔξεστι τῷ βουλομένῳ.

VII. Ut autem obviam iretur dardanariorum avaritiae, Lege cautum eft ne coëmerent qui in urbe erant, frumenti plus quinquaginta phormis.

Μηδένα τῶν ἐν τῇ πόλει πλείω σῖτον πεντήκοντα φορμῶν συνωνεῖσθαι.

Nemo eorum qui Athenis degunt frumenti plus quinquaginta phormis coëmito.

Legem laudat Lysias ἐν τῷ κατὰ σιτοπωλῶν [C. 2.] ἀπόκριναι δή μοι· εἰ ὁμολογεῖς πλείω σῖτον συμπρίασθαι πεντήκοντα φορμῶν, ὧν ὁ νόμος ἐξεῖναι κελεύει. Lege, inquit, licet tibi emere quinquaginta frumenti phormos; sed fatere, an plus emeris, quod non licet. Corruptus locus, qui paullo post sequitur: ἡμεῖς γὰρ ὑμῖν παρεχόμεθα τὸν νόμον, ὃς ἀπαγορεύει μηδένα τῶν ἐν τῇ πόλει σῖτον πεντήκοντα φορμῶν συνωνεῖσθαι. Liquet emendandum esse, μηδένα τῶν ἐν τῇ πόλει πλείω σῖτον πεντήκοντα φορμῶν συνωνεῖσθαι. Sed quid sit, & quae mensura *phormus*, cum ignarissimis tantundem scio. Suspicari forte est, eandem esse, aut non ita diversam a cophino mensuram, nam, ut docent ex Herodoto Grammatici, φορμὸς πλέγμα ὡς κόφινος. Frumentariis itaque ex hac Lege non licebat frumentum πλείω πεντήκοντα φορμῶν coëmere. Qui secus fecisset morte multabatur. Lysias *eadem Oratione* [C. 1.] ἐφ' οἷς θάνατός ἐστιν ἡ ζημία. & paullo post: ἡγούμενοι, ἂν μὲν θάνατον αὐτῶν καταγνῶτε, κοσμιωτέρους ἔσεσθαι τοὺς λοιπούς. Atque huic curae praefecti erant *Sitophylaces*; Quanquam enim rebus venalibus praeficerentur *Agoranomi*, tamen suos habebant σιτοπῶλαι [1] *Sitophylaces*, qui si munus non administrarent suum, ut Legibus erat sanctum, morti addicebantur. Lysias *ibidem* [C. 5.] οὕτω δὲ πάλαι περὶ τῆς τούτων πανουργίας καὶ κακονοίας ἡ πόλις ἔγνωκεν, ὥστ' ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις ὠνίοις ἅπασι τοὺς Αγορανόμους φύλακας κατεστήσατε, ἐπὶ δὲ ταύτῃ μόνῃ τῇ τέχνῃ χωρὶς Σιτοφύλακας ἀποκληροῦτε. καὶ πολλάκις ἤδη παρ' ἐκείνων πολιτῶν ὄντων δίκην τὴν μεγίστην ἐλάβετε, ὅτι οὐχ οἷοί τ' ἦσαν τῆς τούτων πονηρίας ἐπικρατῆσαι. καίτοι τί χρὴ αὐτοὺς τοὺς ἀδικοῦντας ὑφ' ὑμῶν πάσχειν, ὁπότε καὶ τοὺς μὴ δυναμένους φυλάττειν ἀποκτείνατε, *Sitophylaces* hi erant quindecim numero, quinque scilicet in Piraeeo, decem vero in urbe. sed corruptus est Aristotelis locus apud Harpocrationem, ubi describit numerum, & munus eorum: Σιτοφύλακες, ἀρχή τις ἦν Ἀθήνησιν, ἥτις ἐπεμελεῖτο ὅπως ὁ σῖτος δικαίως πραθήσεται, καὶ τὰ ἄλφιτα, καὶ οἱ ἄρτοι· ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα ἐν ἄστει, πέντε δ' ἐν Πειραιεῖ, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Rescribo: ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα· ἐν ἄστει ι΄ πέντε δ' ἐν Πειραιεῖ.

Obviam itum est avaritiae eorum, qui annonam adtemptant & vexant, quod
421. maxime dardanarii solent, tam mandatis, quam constitutionibus Romanorum Principum. *l. 6. D. de extraordinariis criminibus*: item *propter falsum mensurarum modum*: *l. 37. D. de poenis.* Ne falso autem mensurarum modo uterentur, providebant *Metronomi* apud Athenienses, de quibus Grammatici. Μετρονόμοι, ἀρχή τις Ἀθήνησιν ἐστὶν ἡ τῶν Μετρονόμων, ὡς Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Καλλισθένους. ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα· εἰς μὲν τὸν Πειραιᾶ δέκα, πέντε δ' εἰς ἄστυ· εἶχον δὲ τὴν ἐπιμέλειαν ὅπως δίκαια εἴη τὰ μέτρα τῶν πωλούντων, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ δηλοῖ. Rescribo in eorum numero. εἰς μὲν τὸν Πειραιᾶ πέντε, δέκα δ' εἰς ἄστυ. Graeculi autem maxime omnium Romae παντοπωλεῖον instituerunt, ut constat e *Novella* Valentiniani. *Urbis Romae, quam merito caput nostri veneramur imperii, in tantum nos cura non deserit, ut quieti ejus atque abundantiae modis omnibus*

[1] Praeter alia modum frumenti, qui importabatur, in tabulas referebant. Testis *Demosthenes* in Leptin. p. 283. De Φορμῷ ejusque capacitate quaedam *Cl. Taylor* ad *Lysiae* eam Orat. p. 388. *Ed. Londin.*

omnibus consulamus. Graecos itaque negotiatores (quos Pantapolas *dicunt) in quibus manifestum est maximam inesse magnitudinem magnamque in emendis vendendisque mercibus diligentiam, ulterius non patimur Sacrae Urbis habitatione secludi, licet eos dissensio & maxime invidia tabernariorum, quam venerabilis Romae utilitas a negotiatione submoverit. Itaque hoc edicto singuli universique cognoscant* Pantapolis *ad urbem Romam redeundi negotiandique licentiam restitutam, ut cura pervigili ubertas populo ministretur. Dat. VI. Non. Mart. Romae, Valentiniano A. V. & Anatolio V. C. Coss.* Sed quid audio solos *Graecos* illo aevo fuisse *Pantapolas*? vix mihi persuadeo. Non ignoro corpora fuisse negotiatorum Romae e variis sive provinciis sive urbibus: en tibi *Malacitanorum* in veteri Inscriptione Romae. [*Thes.* Grut. *p. DCXLVII.* 1.]

D. M.
P. CLODIVS. ATHENIO
NEGOCIANS. SALSARIVS. Q. Q.
CORPORIS. NEGOCIANTIVM. MALA
CITANORVM.

Sed tamen non puto solos *Graecos* fuisse in *Pantapolis.* Sola itaque interpunctione restituendus est atque interpretandus locus hoc modo. *Urbis Romae, quam merito caput nostri veneramur Imperii, in tantum nos cura non deserit, ut quieti ejus atque abundantiae modis omnibus consulamus* [1] *Graecos. Itaque negotiatores (quos* Pantapolas *dicunt) in quibus, &c.* Dicit Valentinianus Augustus se ad quietem atque abundantiam Urbis *Graecos* consulere, in quorum urbibus erant *Pantapolae*, de quibus Pollux *Lib. VII. Cap.* 3. μᾶλλον δὲ οἱ τὰ πάντα πωλοῦντες, παντοπῶλαι. καὶ ὁ τόπος, παντοπωλεῖον. neque unius ob noxam *Pantapolae* omne *Pantapolarum* corpus excludebant.

VIII. Legibus quoque Atheniensium vetitum erat, Athenis alio importare ligna atque picem.

Μὴ ἐξάγειν ξύλα καὶ πίτταν. *Ligna & picem ne exportato.*

Alludit Aristophanes *Equitibus* [*vs.* 278.]

τουτονὶ τὸν ἄνδρ' ἐγὼ δείκνυμι, καὶ φήμ' ἐξάγειν,
ταῖσι Πελοποννησίων τριήρεσι ζωμεύματα.

Meminit Scholiastes *ad hunc locum*, quem optime interpretatur. ἐνδείκνυναι ἔλεγον τὸ καταγγέλλειν τινὰ κακουργοῦντα περὶ τὰ κοινά. ζωμεύματα, τὰ τῶν νεῶν χρειώδη. λέγεται δὲ καὶ ξύλα καὶ κηρὸς καὶ πίσσα. ἄλλως. τὰ λεγόμενα ὑποζώματα, εἶπεν ὡς πρὸς μάγειρον παίζων ζωμεύματα, 422.
ὡς ἀρτύσεως ἔμπειρον καὶ ζωμευμάτων. ἀπείρητο δὲ ἀπὸ Ἀθηναίων ἐξάγειν ξύλα καὶ πίτταν. Ratio erat, tum ut haberent ipsi unde naves, mitto onerarias & frumentarias, aedificarent & texerent: Lege enim oportebat Quingentorum Senatum quotannis ποιεῖσθαι τριήρεις καινὰς, & immensus praeterea erat τῶν λειτουργούντων sumptus: Maximum enim fuit apud Athenienses rei nauticae studium, vel in novis aedificandis, vel in veteribus reficiendis: cum etiam ne haberent hostes, unde illos imperio suo subjicerent; nihil enim revera aliud fuit Graecorum, sive Atheniensium, sive Lacedaemoniorum imperium, nisi θαλάττης ἐπικράτεια, maris imperium. Vetitum itaque est Athenis exportare πᾶσαν τὴν ναυπηγήσιμον ὕλην, ut sunt, abies, pinus, picea, cupressus, platanus, quia non fuit copia magna hujus materiae in agro Atheniensium. auctor Demosthenes *in Oratione de foedere cum Alexandro*: [2] Erant quoque

1 Latini Sermonis ingenium vix feret hunc verborum ordinem. Et cui bono emendatio?

2 Addi oportuerat quod in Philippum lege lata constitutum fuerat. *Libanius* T. 1. p. 472. D. Καὶ νόμον ὑμεῖς τεθείκατε, ἄν τις εἰς Φίλιππον ὅπλα ἄγων ἁλῷ, ἢ σκεύη τριηρητικά, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. Quod ex *Demosthene* sumpsit περὶ Παραπρ. p. 261. Vide praeterea *Ezech. Spanhem.* in Comici Ran. vs. 365. & *Is. Casaubonum* in *Theophrasti* Charact. C. 23., unde Petitus plura mutua accepit.

quoque τῶν ἀπορρήτων, & τὰ ἀσκώματα, folliculi nautici, λίνα, κηρὸς, καὶ πίττα. haec intelliguntur verbis ostentatoris apud Theophrastum. καὶ διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων.

IX. Lex actionem adversus mercatores atque naucleros dat in illis contractibus, qui vel Athenas aliunde, vel Athenis alio, referuntur, de quibus extent tabulae, si injuste fecisse videantur, in vinculis habeantur, donec multam irrogatam exsolverint. Si quis praeter haec litem intendat, dandam non esse ei actionem.

Τὰς δίκας εἶναι πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας τοῖς ναυκλήροις καὶ τοῖς ἐμπόροις τῶν Ἀθήναζε, καὶ τῶν Ἀθήνηθεν συμβολαίων, περὶ ὧν ἂν ὦσι συγγραφαί. Ἐὰν δέ τι ἀδικῶνται ἐν τῷ ἐμπορίῳ, ἐνθένδε ποι πλέοντες, ἢ ἑτέρωθεν δεῦρο, δεδέσθαι, ἕως ἂν ἐκτίσωσιν ὅ, τι ἂν αὐτῶν καταγνωσθῇ. ἂν δέ τις παρὰ ταῦτα δικάζηται, παραγράφεσθαι ἐξεῖναι.

Actiones dantor apud Thesmothetas naucleris & mercatoribus Athenis alio, aut aliunde Athenas navigantibus, secundum tabulas contractus: Si qui vero injuste fecisse videantur, in vinculis habentor, donec multam irrogatam exsolverint. Si quis praeter haec in jus vocet, exceptione utuntor.

Legem refert Anonymus *in Argumento Orationis* Demosthenicae πρὸς Ζηνόθεμιν. ὁ δὲ παραγράφεται μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην. νόμον παρεχόμενος τὸν διδόντα τοῖς ἐμπόροις τὰς δίκας εἶναι περὶ τῶν Ἀθήναζε καὶ τῶν Ἀθήνησι συμβολαίων. Demosthenes *hac ipsa Oratione* [*p.* 529.] οἱ νόμοι κελεύουσιν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὰς δίκας εἶναι τοῖς ναυκλήροις καὶ τοῖς ἐμπόροις τῶν Ἀθήναζε, καὶ τῶν Ἀθήνηθεν συμβολαίων, περὶ ὧν ἂν ὦσι συγγραφαί. ἂν δέ τις παρὰ ταῦτα δικάζηται, μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην. Idem ἐν τῷ πρὸς Ἀπατούριον [*p.* 533.] τοῖς μὲν ἐμπόροις, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τοῖς ναυκλήροις κελεύει ὁ νόμος εἶναι τὰς δίκας πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας, ἐάν τι ἀδικῶνται ἐν τῷ ἐμπορίῳ, ἢ ἐνθένδε ποι πλέοντες, ἢ ἑτέρωθεν δεῦρο, καὶ τοῖς ἀδικοῦσι δεσμὸν ἔταξε τοὐπιτίμιον, ἕως ἂν ἐκτίσωσιν ὅ, τι ἂν αὐτῶν καταγνωσθῇ, ἵνα μηδεὶς ἀδικῇ μηδένα τῶν ἐμπόρων εἰκῇ. τοῖς δὲ περὶ τῶν μὴ γενομένων συμβολαίων εἰς κρίσιν καθισταμένοις, ἐπὶ τὴν παραγραφὴν καταφεύγειν ἔδωκεν ὁ νόμος, ἵνα μὴ συκοφαντῶνται, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς τῇ ἀληθείᾳ ἀδικουμένοις τῶν ἐμπόρων καὶ τῶν ναυκλήρων αἱ δίκαι ὦσιν. Idem ἐν τῷ πρὸς Φορμίωνα [*p.* 544.] ὑπὲρ δὲ τοῦ τὴν δίκην εἰσαγώγιμον εἶναι ὁ νόμος αὐτὸς διαμαρτύρεται, κελεύων τὰς δίκας εἶναι τὰς ἐμπορικὰς τῶν συμβολαίων Ἀθήνησι, καὶ εἰς τὸ τῶν Ἀθηναίων ἐμπόριον, καὶ οὐ μόνον Ἀθήνησιν, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἂν γένηται ἕνεκα τοῦ πλοῦ Ἀθήναζε. & paullo post [*p.* 545.] οἱ μὲν νό-
423. μοι τῶν Ἀθήνησι συμβολαίων κελεύουσι τὰς δίκας εἶναι πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας. Hac ἐμπορικαὶ δίκαι scribebantur apud Thesmothetas, ut constat ex his Demosthenis verbis, & illis *Orationis* πρὸς Ἀπατούριον, quae modo laudavimus: testatur quoque Pollux *Lib. VIII. Cap.* 9. εἰσάγουσι δὲ οἱ Θεσμοθέται ἐμπορικὰς δίκας. Quanquam & id adscribit idem Pollux *eodem capite*, τοῖς Ἐπαγωγεῦσι, Ἐπαγωγεῖς, οἱ τὰς ἐμμήνους δίκας ἐπάγοντες, ἦσαν δὲ προικὸς, ἐρανικαὶ, ἐμπορικαί. Judicabant has causas *Nautodicae.* Hesychius: Ναυτοδίκαι, οἱ ἐπὶ τοῦ ἐμπορίου δικασταί. Suidas: Ναυτοδίκαι, Ἄρχοντες ἐπὶ τοῖς ναυκλήροις δικάζοντες, καὶ τοῖς περὶ τὸ ἐμπό-

ριον

εἰον ἐργαζομένοις. Lysias ἐν τῷ δημοσίων ἀδικημάτων [C. 2.] πέρυσι μὲν ἐν διέγραψάν μου τὰς δίκας, ἔμποροι φάσκοντες εἶναι· νυνὶ δὲ λαχόντες ἐν τῷ Γαμηλιῶνι μηνὶ οἱ Ναυτοδίκαι, οὐκ ἐξεδίκασαν. Dabantur hae actiones singulis mensibus a *Boëdromione* mense ad *Munychionem*, ut jus suum statim adepti navigarent. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Ἀπατούριον [p. 536.] αἱ δὲ λήξεις τῶν δικῶν τοῖς ἐμπόροις ἔμμηνοί εἰσιν ἀπὸ τοῦ Βοηδρομιῶνος μέχρι τοῦ Μουνυχιῶνος, ἵνα παραχρῆμα τῶν δικαίων τυχόντες ἀνάγωνται. [1] Intelligo autem a *Boëdromione* ad *Munychionem*, excluso utroque termino *Boëdromione* & *Munychione*: Nam *Boëdromione* mense adhuc navigabatur, quanquam non sine periculo: remotissima quippe Neomenia *Boëdromionis* in Enneadecaëteride Metonica, cadit in diem octavum Kalendas Octobreis. Ex die vero tertio Iduum Novembrium clauduntur maria. Ab *Elaphebolione* mense, qui *Munychionem* immediate praecedit, navigabatur: scribit enim Theophrastus τὴν θάλατταν ἐκ τῶν Διονυσίων, quae sunt hujus mensis, πλώϊμον εἶναι. citima autem *Elaphebolionis* Neomenia in Enneadecaëteride Metonis, cadit in diem quartum Nonas Martias: Dies vero sextus Iduum Martiarum est natalis navigationis, ab eoque aperiuntur maria. Quamdiu igitur non navigatur, id est, sex illis mensibus, qui a *Boëdromione* ad *Munychionem* intercedunt, judicia reddebantur mercatoribus & naviculariis. Itaque vides *Gamelione* mense, qui tertius est ante *Munychionem*, judicio expertum fuisse eum, cui *Orationem* δημοσίων ἀδικημάτων scripsit Lysias: πέρυσι μὲν ἐν διέγραψάν μου τὰς δίκας, φάσκοντες ἔμποροι εἶναι· νυνὶ δὲ λαχόντες ἐν τῷ Γαμηλιῶνι μηνὶ οἱ Ναυτοδίκαι, οὐκ ἐξεδίκασαν. Demosthenes ἐν τῷ περὶ Ἀλοννήσου, sive Hegesippus is est, scribit singulis mensibus has actiones dari [p. 49.] καὶ ἐμπορικαὶ δίκαι οὐκ ἦσαν ὥσπερ νῦν ἀκριβεῖς, αἱ κατὰ μῆνα. Quod est commode intelligendum de mensibus a *Boëdromione* ad *Munychionem*: Atque ita capiendi sunt Grammatici: Pollux *Lib. VIII. Cap. 6.* ἐμπορικαὶ δὲ, καὶ ἔμμηνοι, αἱ τῶν ἐμπόρων, ἡ τῶν περὶ ἐμπορίου. Harpocration, Suidas: ἔμμηνοι δίκαι, αἵ τε ἐμπορικαὶ, καὶ ἐρανικαί. Δημοσθένης καὶ Ὑπερίδης. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Πανταίνετον [p. 646.] ἐμμήνους δίκας eorum vocat, ἐν οἷς τὸ συμβόλαιον πρὸς ἀλλήλους ἐγίγνετο. Quod si secundum contractus tabulas, neque Athenis alio, neque aliunde Athenas, navigandum sit, Lex παραγραφεῖς finit, ut loca *in superioribus* laudata demonstrant, itemque ista. Anonymus *in Argumento Orationis* πρὸς Φορμίωνα. παραγραφὴν δὲ, φησὶν ὁ νόμος, δίδωσι περὶ τῶν μὴ γινομένων ὅλως Ἀθήνησι, μηδὲ εἰς Ἀθήνας συμβολαίων. Demosthenes *hac Oratione* [p. 539.] οἱ μὲν ἐν νόμοι, καθ' οὓς ἡμεῖς δικασταὶ κάθησθε, οὐχ οὕτω λέγουσιν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν μὴ γινομένων ὅλως συμβολαίων Ἀθήνησι, μηδ' εἰς τὸ Ἀθηναίων ἐμπόριον παραγράψασθαι δεδώκασιν. quod *in superioribus* pluribus explicavimus.

1 Non dissimilia *Cl. Salmasius* de Usurarum Modo C. 16. p. 691.

424. # TITULUS SEXTUS.

De Artibus.

I. Scripta fuit Athenis *lentitudinis* Lex:

Ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι.	*Lentitudinis dicam quivis impingito.*

Legem hanc ab Aegyptiis sancitam, & Athenas a Solone invectam fuisse auctor est Herodotus *Euterpe* [C. 177.] νόμον τε Αἰγυπτίοισι τὸν δὲ Ἄμασίς ἐστι ὁ καταστήσας· ἀποδεικνύναι ἔτεος ἑκάστου τῷ Νομάρχῃ πάντα τινὰ Αἰγυπτίων, ὅθεν βιοῦται· μηδὲ ποιεῦντα, μηδὲ ἀποφαίνοντα δικαίην ζόην, ἰθύνεσθαι θανάτῳ. Σόλων δὲ ὁ Ἀθηναῖος λαβὼν ἐξ Αἰγύπτου τοῦτον τὸν νόμον, Ἀθηναίοισι ἔθετο. τῷ ἐκεῖνοι ἐς αἰεὶ χρέωνται, ἐόντι ἀμώμῳ νόμῳ. Diodorus Siculus *Lib. I.* [*p.* 49.] προσέτακτο δὲ καὶ πᾶσι τοῖς Αἰγυπτίοις ἀπογράφεσθαι πρὸς τοὺς Ἄρχοντας, ἀπὸ τινῶν πόρων καὶ τρόπων ἕκαστος πορίζεται τὸν βίον. καὶ τὸν ἐν τούτοις ψευσάμενον, ἢ πόρον ἄδικον ἐπιτελοῦντα θανάτῳ περιπίπτειν ἦν ἀναγκαῖον. λέγεται δὲ τοῦτον τὸν νόμον ὑπὸ Σόλωνος παραβαλόντος εἰς Αἴγυπτον, εἰς τὰς Ἀθήνας μετενεχθῆναι. Sed a principe Solone non est lata, (quanquam ne ipse quidem Solon, sed Pisistratus tulit hanc Legem, si fides Theophrasto apud Plutarchum [*T.* 1. *p.* 96. *D.*] καὶ τὸν τῆς ἀργίας νόμον οὐ Σόλων ἔθηκεν, ἀλλὰ Πεισίστρατος, ᾧ τήν τε χώραν ἐνεργεστέραν καὶ τὴν πόλιν ἠρεμαιοτέραν ἐποίησεν.) Draco enim eam prius scripserat, ut testatur Lysias ἐν τῷ κατὰ Νικίου apud Diogenem Laërtium *in Solone* [§. 55.] καὶ ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι. Λυσίας δὲ ἐν τῷ κατὰ Νικίου, Δράκοντα φησὶ γεγραφέναι τὸν νόμον. Plutarchus *in Solone* [*p.* 87. *E.*] meminit τῆς χαλεπότητος καὶ τοῦ μεγέθους τῶν ἐπιτιμίων Legum Draconis, ὥστε, inquit, καὶ τοὺς ἀργίας ἁλόντας ἀποθνήσκειν. Poenam tantum hominum ἀργῶν lenivit Solon: Quanquam Draconem morte non multasse τοὺς ἀργοὺς, sed infamia, narrat Pollux *Lib. VIII. Cap.* 6. τῆς δὲ ἀργίας, ἐπὶ μὲν Δράκοντος, ἀτιμία ἦν τὸ τίμημα· ἐπὶ δὲ Σόλωνος, εἰ τρὶς τις ἁλῴη ἠτιμοῦτο. Videbat autem [1] Senatus Areopagiticus, ne quis iners desideret, & τὴν τῆς ἀργίας δίκην e Solonis Lege judicabat. Plutarchus *in Solone* [*p.* 90. *E.*] καὶ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκοπεῖν, ὅθεν ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάζειν. Legis hujus meminerunt Phanedemus & Philochorus apud Athenaeum *Lib. IV.* [C. 19. *p.* 168.] ex emendatione viri summi

1 Exemplum est in Cleanthe apud *Diog. Laërt.* L. VII, 169. Ab ἀργίας hac lege non longe discrepabat, quod Corinthi valuisse prodit *Diphilus* in Mercatore apud *Athenaeum* L. VI, 3. p. 227. F.

summi ὅτι δὲ τοὺς μὴ ἐκ περιουσίας ἀργῶς ζῶντας τὸ παλαιὸν ἀνεκαλοῦντο οἱ Ἀρεοπαγῖται καὶ ἐκόλαζον, ἱστόρησαν Φανόδημος καὶ Φιλόχορος, ἄλλοι τε πλείους. Μενέδημον γοῦν καὶ Ἀσκληπιάδην τοὺς Φιλοσόφους νέους ὄντας καὶ πενομένους, μεταπεμψάμενοι ἠρώτησαν, πῶς ὅλας τὰς ἡμέρας τοῖς Φιλοσόφοις συσχολάζοντες, κεκτημένοι δὲ μηδὲν, εὐεκτοῦσιν οὕτω τοῖς σώμασι· καὶ οἱ ἐκέλευσαν μεταπεμφθῆναί τινα τῶν μυλωθρῶν. ἐλθόντος δὲ ἐκείνου, καὶ εἰπόντος ὅτι νυκτὸς ἑκάστης καπιόντες εἰς τὸν μύλωνα, καὶ ἀλοῦντες, δύο δραχμὰς ἀμφότεροι λαμβάνουσι· θαυμάσαντες οἱ Ἀρεοπαγῖται, διακοσίαις δραχμαῖς ἐτίμησαν αὐτούς. Quivis autem poterat hanc *lentitudinis* dicam scribere, ut est in Lege apud Diogenem Laërtium. Quanquam olim ante Aristotelis aetatem Diophantus (praefuit is, ut puto, Reipublicae Archon anno secundo Olympiadis nonagesimae sextae.) volebat, quod tamen vel nunquam, vel non diu obtinuit, ut soli servi publici artes exer- 425.
cerent. Aristoteles *Lib. II. Politic. Cap.* 7. δημοσίους εἶναι τοὺς τὰ κοινὰ ἐργαζομένους Διόφαντός ποτε κατεσκεύαζεν Ἀθήνησι. quod tamen non probat summus doctor. φαίνεται γὰρ ἐκ τῆς νομοθεσίας κατασκευάζων τὴν πόλιν μικράν, εἴγ' οἱ τεχνῖται πάντες δημόσιοι ἔσονται, καὶ μὴ πλήρωμά τι παρέξονται τῆς πόλεως. Nam revera πολῖται non essent, sed tantum κοινωνοῖεν τῆς οἰκήσεως, ut inquit alibi idem maximus virorum. Quare etiam & in pretio habitae sunt artes Athenis: & hinc factum, ut non cogeretur filius parentem exhibere μὴ διδαξάμενον τέχνην. hinc nonnisi e Senatus Areopagitici sententia recipiebatur advena ad κοινωνίαν τῆς οἰκήσεως, ut testatur Sophocles *OEdipo* ἐπὶ Κολωνῷ [*vs.* 940.]

τοιοῦτον αὐτοῖς Ἄρεος εὔβουλον πάγον
ἐγὼ ξυνῄδειν χθόνιον ὄνθ', ὃς οὐκ ἐᾷ
τοιούσδ' ἀλήτας τῇδ' ὁμοῦ ναίειν πόλει.

ne quis scilicet commigraret temere, & nisi ἐπὶ τέχνῃ, aut rei alterius utilis ergo: Hinc Aristophanis illa *Pluto* [*vs.* 904.]

ΔΙ. καὶ μὴν ἐπερωτηθεὶς ἀπόκριναί μοι. ΣΥ. τὸ τί;
ΔΙ. γεωργὸς εἶ; ΣΥ. μελαγχολᾶν μ' οὕτως οἴει;
ΔΙ. ἀλλ' ἔμπορος; ΣΥ. ναὶ σκήπτομαί γ' ὅταν τύχω.
ΔΙ. τί δαί; τέχνην τιν' ἔμαθες; ΣΥ. οὐ μὰ τὸν Δία.
ΔΙ. πῶς οὖν διέζης, ἢ πόθεν μηδὲν ποιῶν;

Demum ipse Theseus, quanvis hanc suis Atheniensibus *lentitudinis* Legem non scripserit, pecuniam bove signavit, ut refert Plutarchus, πρὸς γεωργίαν τοὺς πολίτας παρακαλῶν. Addo & πρὸς τὰς τέχνας, ut haberent unde victum sibi compararent: Attica quippe τὰ πλεῖστα ἄγονα καὶ φαῦλα erant, unde necesse erat, ut plerisque opera vita esset. [1] Quin etiam non licebat ἀργὸν τρέφειν οἰκέτην, servum ociosum alere, qui artem aliquam non sciret.

II. Quanquam autem *lentitudo* puniretur, Lege tamen erat vetitum duas artes exercere.

Μὴ δύο τέχνας μετιέναι. *Duas artes ne exerceto.*

Legem hanc alludit *in Timocratea* Demosthenes [*p.* 465.] ὑμεῖς μὲν γε τὰ
ἐπὶ

1 Testis huic rei *Ulpianus* in Midian. p. 363.

ἐπὶ τῷ πλήθει νενομοθετημένα εἶναι, ἐάν τις ἢ διχόθεν μισθοφορῇ, ἢ ἄλλο τι ποιῇ, ὧν οἱ νόμοι ἀπαγορεύουσιν, οὐ λύετε. Ulpianus *ibidem*: ἐάν τις διχόθεν μισθοφορῇ, ἐκ δύο τεχνῶν. δύο τέχνας μετιέναι πάλιν κωλύει, διὰ τὸ μηδεμίαν κατορθοῦν ἐν τῷ τὴν γνώμην μερίζεσθαι. Eadem ratio apud Aristotelem *Politic. Lib. II. Cap.* 11. ἓν γὰρ ὑφ' ἑνὸς ἔργον ἄριστ' ἀποτελεῖται. δεῖ δ' ὅπως γίνηται τοῦτ' ὁρᾶν τὸν νομοθέτην· καὶ μὴ προστάττειν τὸν αὐτὸν αὐλεῖν καὶ σκυτοτομεῖν.

III. Lege caverat Solon, ne quis vir unguentariam faceret:

Τοὺς ἄνδρας μὴ μυροπωλεῖν.	*Ne quis vir unguentariam facito.*

Legem refert Athenaeus *Lib. XIII. extremo*: ἀνδρὸς δὲ καὶ τὴν τοιαύτην χρῆσιν τῶν μύρων ἀποδοκιμάσαντος Σόλωνος τοῦ νομοθέτου οὐδ' ἐπιτρέποντος ἀνδρὶ τοιαύτης προΐστασθαι τέχνης. & rursum *Lib. XV.* [*C.* 10. *p.* 687. *A.*] Σόλων τε ὁ σοφὸς διὰ τὸν νόμον κεκώλυκε τοὺς ἄνδρας μυροπωλεῖν.

IV. Peregrinis [1] non licebat in foro aliquid vendere, aut artem exercere.

Τοὺς ξένους ἐν τῇ ἀγορᾷ μὴ ἐργάζεσθαι.	*Peregrini in foro nihil vendunto, neque ullam artem exercento.*

Legem laudat Demosthenes ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει [*p.* 710.] ἡμεῖς
426. δὲ ὁμολογοῦμεν καὶ ταινίας πωλεῖν, καὶ ζῆν οὐχ ὅν τινα τρόπον βουλόμεθα. καὶ εἴ σοι ἐστὶ τοῦτο σημεῖον, ὦ Εὐβουλίδη, τοῦ μὴ Ἀθηναίους εἶναι ἡμᾶς, ἐγώ σοι τούτου ὅλως τοὐναντίον ἐπιδείξω, ὅτι οὐκ ἔξεσαι ξένῳ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐργάζεσθαι. Rursum paullo post: προσήκει τοίνυν ὑμῖν βοηθοῦσι τοῖς νόμοις, μὴ τοὺς ἐργαζομένους, ξένους νομίζειν. Denique paullo infra: νομίζω γὰρ ἔγωγε τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἡμᾶς ἐργάζεσθαι, μέγιστον εἶναι σημεῖον τοῦ ψευδεῖς ἡμῖν αἰτίας τοῦτον ἐπιφέρειν. ἣν γὰρ φησὶ ταινιόπωλιν εἶναι, καὶ φανερὰν πᾶσι, &c. In foro autem vendebant tenuiores tantum, ut vel ex his Oratoris verbis constat: nam is, cui hanc Orationem scripsit, fatetur matrem esse pauperem, & in foro taenias vendere: quod faciebant sub umbraculis: unde mulierum σκηνὰς καταλαμβανουσῶν jurgia inter se & ἀκροχειρισμοί, argumentum dramatis, cui titulum fecit Aristophanes σκηνὰς καταλαμβανούσαις, quod disces vel ex hoc fragmento apud Hesychium.

οὐδ' ἴσως αντέλεγες τούτῳ τῷ σκηνείῳ,
οὐ γὰρ ἀκάνθαι.

Convicium enim facit mulier alteri his verbis.

V. Non licebat autem Solonis Lege hanc in foro ἐργασίαν, cuiquam, sive mari, sive feminae exprobrare.

Ἐνόχους εἶναι τῇ κατηγορίᾳ τὸν τὴν ἐργασίαν τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἢ τῶν πολιτῶν, ἢ τῶν πολιτίδων ὀνειδίζοντά τινι.	*Qui civi sive mari sive feminae exprobrarit, quod in foro merces venales exponat, accusare eum jus esto.*

Habes apud Demosthenem ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει [*p.* 710.] καί-
τοι,

1 Imo vero licebat, modo vectigal, quod ξενικὸν vocabatur, penderent. Miror Petitum id non animadvertisse, cum eadem Or. in Eubulid. p. 710. id *Demosthenes* clarissime significet.

τοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐ μόνον παρὰ τὰ ψηφίσματα τὰ περὶ τὴν ἀγορὰν δίδαξεν ἡμᾶς Εὐβουλίδης, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοὺς νόμους, οἳ κελεύουσιν ἔνοχον εἶναι τῇ κατηγορίᾳ τὸν τὴν ἐργασίαν τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἢ τῶν πολιτίδων ὀνειδίζοντά τινι.

VI. Veteri Atheniensium Lege inter suos artifices qui peritior habebatur, publice in Prytaneio epulabatur, & primam in Theatris atque concionibus occupabat sedem.

Τὸν ἄριστον ὄντα τῶν ἑαυτοῦ συντεχνῶν σίτησιν ἐν Πρυτανείῳ λαμβάνειν, καὶ προεδρίαν.

Peritior in sua arte publice in Prytaneio epulator, primamque sedem occupato.

Alludit hanc Legem Aristophanes *Ranis* [*vs.* 775.] a quo praeterea docemur, non perpetuum fuisse aliquando hunc honorem: nam si quis alius, qui hunc ipsum arte superaret, reperiretur, ei suam σίτησιν, locumque cedebat.

—— νόμος τὶς ἐνθάδ᾽ ἐστὶ κείμενος,
ἀπὸ τῶν τεχνῶν, ὅσαι μεγάλαι καὶ δεξιαὶ,
τὸν ἄριστον ὄντα τῶν ἑαυτοῦ συντεχνῶν,
σίτησιν αὐτὸν ἐν Πρυτανείῳ λαμβάνειν,
θρόνον τε, τοῦ Πλούτωνος ἑξῆς. ΞΑΝ. μανθάνω.
ΑΙΑ. ἕως ἀφίκοιτο τὴν τέχνην τις σοφώτερος
ἕτερός τις αὐτοῦ. τότε δὲ παραχωρεῖν ἔδει.

Quanquam enim haec a Comico in inferis fieri dicantur, tamen ab Atheniensibus ex Lege usurpabantur. Nam quia ab Atheniensibus observata sunt, adscribuntur a Comico inferis, ut observant veteres ad haec verba Critici. ταῦτα μεταφέρει ἀπὸ τῶν ἐν Ἀττικῇ ἐθῶν εἰς τὰ καθ᾽ Ἅδου. An vero committebantur inter se uniuscujusque artis artifices, quo omnium peritissimus, qui esset, e re auctore haberetur, festo, quod Χαλκεῖα, sive Πάνδημον, quia ab omnibus artificibus tricesimo Pyanepsionis die agitabatur, dicitur? Atque hinc δείξεις, id est, commissiones, [1] de quibus dicere viri eruditissimi occuparunt.

VIII. Lege, si quis portitor, qui Athenis in Insulam Salamina transmittebat, naufragium fecisset, quanquam tempestate actus, non poterat amplius transfretare. 427.

Ἐάν τις τῶν πορθμέων τῶν εἰς Σαλαμῖνα πορθμευόντων ἄκων ἐν τῷ πόρῳ πλοῖον ἀνατρέψῃ, τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πάλιν πορθμεῖ γενέσθαι.

Si quis portitorum, qui in Salamina transmittunt, nolens in eo freto naufragium fecerit, neminem in posterum transmittito.

Legem retulit Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [*p.* 76.] ἐπὶ μὲν τοὺς πορθμέας τοὺς εἰς Σαλαμῖνα πορθμεύοντας νόμον ἔθεσθε, ἐάν τις αὐτῶν ἄκων ἐν τῷ πόρῳ πλοῖον ἀνατρέψῃ, τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πάλιν πορθμεῖ γενέσθαι. Ratio est, ne quis Graecorum capiti impune illudat: ἵνα μηδεὶς αὐτοσχεδιάζῃ εἰς τὰ τῶν Ἑλλήνων σώματα. praesertim in tam augusto freto. Nam Salamis insula erat ἐν κόλπῳ κειμένη, inquit Strabo *Lib. IX.* [*p.* 603.] ἐπὶ χερρονησοειδοῦς τόπου συνάπτοντος πρὸς τὴν Ἀττικὴν, e regione Eleusinis sita, κατὰ Ἐλευσῖνα, ut est apud Pausaniam *Atticis*, & testatur Strabo, qui addit fretum fuisse duorum stadiorum: postquam enim Eleusinem descripsit, sequitur. εἶτα τὸ Θριάσιον πεδίον, καὶ ὁμώνυμος αἰγιαλὸς καὶ δῆμος· εἶθ᾽ ἡ ἄκρα ἡ Ἀμφιάλη, καὶ τὸ ὑπερκείμενον λατόμιον, καὶ ὁ Σαλαμῖνα πορθμὸς, ὅσον διστάδιος.

1 Conf. *Is. Casaub.* in *Athen.* III, 28. VI, 11.

TITULUS SEPTIMUS.

De Collegiis & pollicitationibus.

I. NE collegia sive corpora illicita coïrent caverunt Legislatores & quicumque ad Rempublicam, ejus bono atque commodo, accesserunt, metus enim erat, ne hoc praetextu οἱ καχέκται, quos Aristoteles *Lib. II. Politic.* vocat τοῖς μὴ τῆς πολιτείας φίλοις, mutationem Reipublicae afferrent: Collegiis vero licitis potestatem faciebat Lex Solonis pactionem, quam vellent, sibi ferre, dum ne quid ex publica Lege corrumperent:

ΕΑΝ ΔΕ ΔΗΜΟΣ Η ΦΡΑΤΟΡΕΣ, Η ΙΕΡΩΝ ΟΡΓΙΩΝ, Η ΝΑΤΤΑΙ, Η ΣΤΣΣΙΤΟΙ, Η ΟΜΟΤΑΦΟΙ, Η ΘΙΑΣΩΤΑΙ, Η ΕΠΙ ΛΙΑΝ ΟΙΧΟΜΕΝΟΙ, Η ΕΙΣ ΕΜΠΟΡΙΑΝ Ο,ΤΙ ΑΝ ΤΟΤΤΩΝ ΔΙΑΘΩΝΤΑΙ ΠΡΟΣ ΑΛΛΗΛΟΤΣ ΚΤΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ. ΕΑΝ ΜΗ ΑΠΑΓΟΡΕΤΣΗι ΔΗΜΟΣΙΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ.	*Si populares, aut Phratores, aut e Sacerdotibus aut Orgeonibus sint, ii, aut coëpulones, aut eodem tumulo qui conduntur, aut thiasotae, aut ad frumentum coëmendum, aut alias merces profecti, quam velint, pactionem sibi ferunto, dum ne quid ex publica Lege corrumpant.*

Legem αὐτοῖς ὀνόμασι descripsit Lib. IV. ad Legem XII. Tabularum Gajus, cujus verba habentur *l.* 4. *D. de Collegiis:* ea autem haec sunt. *Sodales sunt, qui ejusdem collegii sunt: quam Graeci ἑταιρείαν vocant. His autem pote-*
428. *statem facit Lex, pactionem, quam velint, sibi ferre, dum ne quid ex publica Lege corrumpant. Sed haec Lex videtur ex Lege Solonis translata esse: nam illuc ita est.* ΕΑΝ ΔΕ ΔΗΜΟΣ Η ΦΡΑΤΟΡΕΣ Η, &c. Paullo aliter edidit Vir summus *in Observationum Libris e Basilicis*: ΕΑΝ ΔΕ ΔΗΜΟΣ, Η ΦΡΑΤΟΡΕΣ, Η ΙΕΡΩΝ ΟΡΓΙΩΝ ΜΗΝΤΤΑΙ, Η ΣΤΣΣΙΤΟΙ, Η ΟΜΟΤΑΦΟΙ, Η ΘΙΑΣΩΤΑΙ, Η ΕΠΙ ΛΕΙΑΝ ΕΡΧΟΜΕΝΟΙ, Η ΕΙΣ ΕΜΠΟΡΙΑΝ, ΟΤΙ ΑΝ ΤΟΤΤΩΝ ΔΙΑΘΩΝΤΑΙ ΠΡΟΣ ΑΛΛΗΛΟΤΣ ΚΤΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ, ΕΑΝ ΜΗ ΑΠΑΓΟΡΕΤΗι ΔΗΜΟΣΙΑ ΠΡΑΓΜΑΤΑ. Sed nos in alia imus, & quidem primo rescribendum putamus ad hunc modum: [1] ΕΑΝ ΔΕ ΔΗΜΟΣ, Η ΦΡΑΤΟΡΕΣ, Η ΙΕΡΩΝ, Η ΟΡΓΕΩΝΩΝ ΗΝ

1 Longum facerem, si omnia, quae post Petiti operam viri eruditi in hanc legem commentati sunt, conducerem. *Cl. Salmasii & Des. Heraldi* acerrimas contentiones praetereo, petendas ex hujus Observat. C. 42. & Animadv. ad Jus Att. & Rom. L. 11, 1. & seq., atque illius Libro de Usur. C. 3. & Observat. ad Jus Attic. &c. p. 102. Petiti correctionem sermonis ingenium & res ipsa jugulant. Puto cum *Salmasio* scriptum a Solone fuisse Η ΙΕΡΩΝ ΟΡΓΕΩΝΕΣ, quomodo & proxime receditur a scripturae veteris vestigiis & retinetur vocabulum, quod in Axonibus fuisse Grammatici docent. Ἱερῶν ὀργεῶνες illi erant, quibus communia Deorum Heroumque erant sacra. Οἱ κοινωνοῦντες αἱ ὀργεῶνες θεῶν καὶ ἡρώων ἐν ἱεροῖς καὶ κοινῇ θυσιάζοντες, ut est in veteri Lexico Biblioth. Coisl. p. 489. Tum Η ΓΕΝΝΗΤΑΙ, qui superioribus opportune adstruuntur, quippe arto sanguinis & sacrorum vinculo inter se apti & constricti. Σύστημα ἐκ τριάκοντα ἀνδρῶν συνεστὸς. οὗ οἱ μετέχοντες ἐκαλοῦντο ΓΕΝΝΗΤΑΙ, inquit *Etymologus*. aut, si id nimium putaveris, etsi non est, nam ΜΗΝΤΤΑΙ Basilicorum huc ducunt, ut bene *Heraldus*: sin tamen, maneant Η ΝΑΤΤΑΙ, quorum patrocinium professus est egregie Amplissimus *Corn. van Bynkershoek* Observ. Jur. Rom. L. 1, 16. Denique Η ΟΜΟΤΑΦΟΙ, pro quibus parum feliciter ὁμογάλακτας *Salmasius*, etsi retineri non incommode posse antea censuerat, & ὁμογαλάκτας *Georg. Arnaldus*, nobis & literis nuper immatura morte ereptus, L. II. Var. Conject. C. 2., ὁμοκάπνους *Des. Heraldus*, sed qui bene deinceps defendit: nam & eos inter societas coalescebat, ὡς ἔοικε ταυτί, sicuti docet *Demosthenes* extrema Or. in Eubulidem.

ΗΝ ΑΤΤΟΙ. Sodalitium ſive collegium celebrant *populares* ΔΗΜΟΣ, deinde ΦΡΑΤΟΡΕΣ. Sed veteri populi Athenienſium inſtituto tota Attica diſtributa erat in quatuor Tribus, ſingulae Tribus in tres φρατρίας. φρατρία in triginta γένη, unumquodque γένος in triginta hominum capita, inter quos Sacerdotia ſorte diſtribuebantur. Grammatici: γεννῆται, οὐχ οἱ ἐκ γένους καὶ ἀφ' αἵματος προσήκοντες, ἀλλ' οἱ ἐκ τῶν γενῶν τῶν συντεταγμένων εἰς τὰς φρατρίας. οὗτοι δέ εἰσι καθάπερ οἱ δημόται καὶ φράτορες νόμῳ τινὶ ἔχοντες κοινωνίαν. τὸ δὲ γένος εἶχεν ἄνδρας τριάκοντα. καὶ γὰρ διῄρητο κατὰ μέρη οἱ τῶν Ἀθηναίων πολῖται. καὶ τὰ μὲν μέγιστα μέρη, φυλαὶ ὠνομάζοντο. ἑκάστη δὲ φυλὴ πάλιν εἰς τρία διῄρητο, ὧν ἕκαστον μέρος, τριττὺς καὶ φρατρία ὠνομάζετο. πάλιν δὲ τῶν φρατριῶν ἑκάστη, εἰς γένη διῄρητο τριάκοντα. ἐξ ὧν αἱ ἱερωσύναι ἑκάστοις προσήκουσαι ἐκληροῦντο, καὶ γεννῆται οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ καὶ πρώτου γένους τῶν τριάκοντα γενῶν. Ad Sacerdotes proxime accedebant οἱ ὀργεῶνες dicti: nam ſunt οἱ ἐπὶ τιμῇ Θεῶν ἢ Ἡρώων συνιόντες, ut obſervant Grammaticorum filii, ſive οἱ τοῖς ἰδίᾳ ἀφιδρυμένοις θεοῖς ὀργιάζοντες κατὰ δήμους ἐν ταχταῖς ἡμέραις θύοντες θυσίας τινάς. Eorum nomen in hac Lege uſurpaſſe Solonem, non autem ΟΡΓΙΩΝ auctor nobis eſt Seleucus, qui ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σόλωνος Ἀξόνων ſcribit Ὀργεῶνας καλεῖσθαι, τοὺς συλλόγους ἔχοντας περὶ τινας Ἥρωας ἢ Θεούς. Ad hanc enim Legem omnino alludit Seleucus: Cum igitur οἱ Φράτορες non tantum coirent in φρατρίαν, ſed etiam eorum alii eſſent Ἱερεῖς, alii Ὀργεῶνες, poteſtatem etiam facit celebrandi collegium vel ἱερέων, vel Ὀργεώνων. itaque ſcripſit Solon, ΕΑΝ ΔΕ ΔΗΜΟΣ, Η ΦΡΑΤΟΡΕΣ, Η ΙΕΡΕΩΝ, Η ΟΡΓΕΩΝΩΝ ΗΝ ΑΤΤΟΙ. Neſcio tamen, an Solonis Lege idem conſtitutum fuerit, quod Divorum Fratrum Reſcriptis, necne. Nam *non licet amplius quam unum collegium licitum habere, ut eſt conſtitutum & a Divis Fratribus. & ſi quis in duobus fuerit, reſcriptum eſt eligere eum oportere, in quo magis eſſe velit. l. 1. §. 2. D. eod.* Quae paullo poſt ſequuntur, emendavimus: [1] Η ΕΠΙ ΛΕΙΟΝ ΟΙΧΟΜΕΝΟΙ Η ΕΙΣ ΕΜΠΟΡΙΑΝ. Quod in Pandectis Florentinis ſcribitur ΕΠΙ ΑΙΑΝ. mendoſum eſt proculdubio: Quod vero reponunt viri ſummi *e Baſilicis* ΕΠΙ ΛΕΙΑΝ quaſi ad *praedandum* coïrent, nobis non poteſt probari: nam *ſi maleficii ſocietas coïta ſit, conſtat, nullam eſſe ſocietatem: generaliter enim traditur rerum inboneſtarum nullam eſſe ſocietatem. l. 57. D. Pro ſocio.* Quare non coït ſocietas ad *praedandum*, & nihil hic eſt praedae praedatoribus. At vero *ſocietates contrahuntur negotiationis alicujus. l. 5. D. eod.* ut hic, nempe ΕΠΙ ΛΕΙΟΝ, aut *ad frumentum coëmendum:* Η ΕΙΣ ΕΜΠΟΡΙΑΝ, *aut alias merces.* ΛΕΙΟΝ *frumentum* ſignificare auctor eſt Heſychius: λεῖον, ὁ σῖτος. An vero, quemadmodum apud Romanos, *arcam* 429.
com-

1 Satis arridet Petiti emendatio. Tamen non poſſum damnare ΕΠΙ ΛΕΙΑΝ. Nam leges, quas citat Petitus, non obſtant: ſunt enim Romanae: praeterea piraticam exercere apud Priſcos Graecos non fuiſſe inhoneſtum, teſtis *Thucydides* principio L. II. Adde ΛΕΙΑΝ hic opponi τῇ ἐμπορίᾳ, quae utique frumenti eſſe potuit. JAC. PALMER.

Ibid. Damnavit ipſe Petitus conjecturam L. II. Obſerv. C. 2. „ Legendum jam puto, inquiens, Η ΕΠΙ ΑΕΙ ΑΝ ΟΙΧΟΜΕΝΟΙ „ Η ΕΙΣ ΕΜΠΟΡΙΑΝ. Societates contra„ huntur vel ad tempus aliquod, ut εἰς ἐμπο„ ρίαν negotiationis alicujus cauſſa, vel in tan„ tum, quantum vitae ſupererit tempus; id „ εὐφημίας ergo, ſed non ſine ὑποκρίσεως, „ dixit eleganter admodum & verecunde So„ lon ΕΠΙ ΑΕΙ ΑΝ, id eſt, in ſempiter„ num tempus, ſi quid ſempiternum eſſe poſ„ ſit, atque ita expreſſit, quod volebat, *quam„ diu vita ſuppetet.* „ Ego vero mallem & hanc miſſam feciſſet: ſi enim verum amamus, abſurda eſt. Ecquis unquam ἐπὶ ἀεὶ ἂν οἰχομένους dixit aut dici poſſe, praeter Petitum, putavit de illis, qui ſocietatem in mortem uſque coëunt? ΕΠΙ ΛΕΙΑΝ juſtiſſimum eſt, defenſumque erudite a *Palmerio*, *Heraldo*, *Bynkersboeckio* & *Ever. Ottone* Praefat. T. II. Theſ. Jur., quos conſuluiſſe operae erit pretium.

communem haberent, qui collegium celebrabant aut societatem contrahebant Athenis; certo pronunciare non possum. Scio quidem *mandatis principalibus permitti* apud Romanos, ut loquitur Marcianus Libro III. Institutionum, *tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coëant. l. 1. D. de Collegiis.* cum hac *stipe* conferunt nonnulli τὸν ἔρανον Atheniensium, quia in veteri Glossario legitur: Ἔρανος, *Stipes sodalium:* atqui *sodales* hic non intelliguntur, qui collegium sive sodalitium celebrant, aut societatem contrahunt, *sive universorum bonorum, sive negotiationis alicujus, sive vectigalis, sive etiam rei unius. l. 5. D. Pro socio.* sed *aequales* intelliguntur & *amici:* quemadmodum apud Terentium in *Phormione* [*Act. IV*, 4, 22.]

Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt;
Inde iste reddet.

Rursum *Actu V. Scena VII*, 2.

Summa eludendi occasio est mihi nunc senes,
Ne cuiquam suorum aequalium supplex siet.

Philemon Comicus:

ἀλλ' ἑταῖροι καὶ φίλοι σοὶ, καὶ συνήθεις νὴ Δία,
ἔρανον οἴσουσιν. εὔχου μὴ λαβεῖν πεῖραν φίλων.
εἰ δὲ μὴ, γνώσῃ σεαυτὸν ἄλλο μηδὲν, πλὴν σκιάν.

E quibus vides eum, cui ἐράνῳ opus erat, factum fuisse supplicem suis aequalibus & amicis:

Ne cuiquam suorum aequalium supplex siet.

Nam adibantur *amici*, & ab iis ἔρανος petebatur. Theophrastus περὶ αὐθαδείας. καὶ φίλῳ δὲ ἔρανον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν, εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν δοίη, ὕστερον ἥκειν φέρων, καὶ λέγειν ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον. quod ab illo dictum est valde contumaciter: nam repetebantur atque reddebantur ἔρανοι ab illis, qui hujusmodi collatione fuerant sublevati. Idem Theophrastus περὶ μεμψιμοιρίας. καὶ ἐράνου εἰσενεχθέντος παρὰ τῶν φίλων, καὶ φήσαντός τινος. ἱλαρὸς ἴσθι καὶ πῶς, εἰπεῖν, ὅτε δεῖ τὸ ἀργύριον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ, καὶ χωρὶς τούτων, χάριν ὀφείλειν ὡς εὐηργετημένον; Debebatque restitui collata haec pecunia intra mensem, ex quo collata fuerat. Ita interpretor Grammaticorum verba ista: ἐρανιστὴς μὲν τοι κυρίως ἐστὶν, ὁ τοῦ ἐράνου μετέχων, καὶ τὴν φορὰν, ἣν καθ' ἕκαστον μῆνα ἔδει καταβάλλειν, εἰσφέρων. τὸ δὲ ὄνομα παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ πρὸς Ἀριστοκράτην περὶ ἐγγύης ἐράνου, εἰ γνήσιος. [1] Verba ista, ἣν καθ' ἕκαστον μῆνα ἔδει καταβάλλειν, referenda sunt ad eum, in quem collatus est ἔρανος, non autem ad eum, qui contulit: non enim stipem hanc menstruam sive quot mensibus semel conferebat, sed quotiescumque exigebat & flagitabat res amicorum adversa: amici vero, in quos collata fuerat haec stipes, debebant eam καθ' ἕκαστον μῆνα καταβάλλειν, singulis mensibus exsolvere: erat enim quasi credita pecunia,

1 Male explicat *Harpocrationem*, cujus verba neminem designant nisi illum, qui ἔρανον confert. Hoc amplius, confundit hac disputatione ἔρανον, quem sublevandae amici inopiae congerebant, & ἔρανον, qui debebatur ἐρανιστῶν collegio. De eo *Harpocration*, non de priore. Quem quidem Petiti errorem recte perstrinxerunt *Cl. Salmas.* de Usur. C. 3. & *Kuhnius* ad *Pollucem* L. VIII, 37. Cetera quae ἔρανον, ἐρανιστῶν societatem & ἐράνου πληρωτὴν illustrare possunt omitto prudens, sicuti & rixas, quas *Cl. Salmasio* Observ. in Jus Attic. & Rom. C. 1. & seq. & de Usur. C. 3., & *Des. Heraldo* Observat. C. 43. & Animadv. in Jus Attic. &c. L. VI, 4. moverunt. Pacatius neque indiligenter tamen de iisdem *H. Valesius* ad *Harpocrat.* in not. *Maussaci* p. 126.

nia, quae singulis mensibus exigitur a creditoribus, unde Harpocration, Suidas, Pollux: *ἔμμηνοι δίκαι, αἵ τε ἐμπορικαὶ καὶ ἐρανικαί.* [1] Quia scilicet extremo mense reddenda ea est stipes, sicut & credita pecunia: Nam etiam qui hanc stipem conferebant, aliquando a sponsore aliquo sibi caveri volebant: Docet id nos titulus *Orationis* Lysianae, si auctorem non mentitur: *τὸ δ' ὄνομα παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ πρὸς Ἀριστοκράτην περὶ ἐγγύης ἐράνου.* Aristocrates scilicet fidejusserat *ἔρανον* iri redditum ei, qui contulerat. Ad hanc collatitiam 430.
Athenienſium stipem proxime accedit Romanis usurpatus mos in sublevandis rebus amicorum adversis, sed sine ulla restitutionis spe aut fiducia. Martialis [*Lib. III*, 52.]

Empta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis:
Abstulit hanc nimium casus in Urbe frequens.
Collatum est decies: rogo non potes ipse videri
Incendisse tuam, Tongiliane, domum?

Juvenalis *Satyra III.* [*vs.* 212.]

Si magna Asturici cecidit domus, horrida mater,
Pullati proceres, differt vadimonia Praetor.
Tunc geminus casus Urbis, tunc odimus ignem.
Ardet adhuc, & jam accurrit qui marmora donet,
Conferat impensas. Hic nuda & candida signa,
Hic aliquid praeclarum Euphranoris, & Polycleti,
Haec Asianorum vetera ornamenta Deorum,
Hic libros dabit, & forulos, mediamque Minervam,
Hic modium argenti: meliora, & plura reponit
Persicus orborum lautissimus: & merito jam
Suspectus, tanquam ipse suas incenderit aedes.

sed *penultimo versu* malim,

—— ut merito jam
Suspectus, tanquam ipse suas incenderit aedes.

Ad menstruam illam stipem, quae in sodalitiis & collegiis conferebatur tenuioribus apud Romanos accedunt *Erani* Amisenorum, de quibus Trajanus in Rescripto ad Plinium Secundum [*Lib. X. Ep.* 94.] *Amisenos, quorum libellum epistolae tuae junxeras, si legibus istorum quibus de officio federis utuntur, concessum est Eranos habere, possumus quominus habeant non impedire, eo facilius, si tali collatione non ad turbas & illicitos coetus, sed ad sustinendam tenuiorum inopiam utuntur.*

II. Adeo autem sibi metuerunt Athenienses, ne aliquo praetextu male affecti cives in Rempublicam invaderent, ut Lege caverint eum, qui Reipublicae aliquid pollicitus fuerit, nec praestiterit, capite plecti.

Ἐάν τις ὑποσχόμενός τι, τὸν δῆμον ἐξαπατήσῃ, εἰσαγγελίαν εἶναι περὶ αὐτοῦ· κἂν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦν.

Si quis quicquam Reipublicae pollicitus fuerit, nec praestiterit, publica adversus eum judicia instituuntor: convictus capite luito.

Addit Demosthenes etiam Senatum Quingentorum & Judices.

III. Itaque Lex integra haec fuit:

Ἐάν τις ὑποσχόμενός τι, τὸν δῆμον, ἢ βουλὴν, ἢ δικαστήριον ἐξαπατήσῃ, εἰσαγγελίαν εἶναι περὶ αὐτοῦ· κἂν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦν.

Si quis quicquam Reipublicae, aut Senatui, aut judicibus pollicitus fuerit, nec praestiterit, publica adversus eum judicia instituuntor, convictus capite luito.

Memi-

1 Vide potius *Salmas.* Observat. ad Jus Att. & Rom. p. 52. & *Kuhnium* ad *Pollux.* L. VIII, 37.

Meminit Demosthenes *in Leptinea* [p. 298.] ἔστι δέ που νόμος ὑμῖν, ἐάν τις ὑποσχόμενός τι, τὸν δῆμον ἢ βουλὴν, ἢ δικαστήριον ἐξαπατήσῃ, τὰ
ἔσχατα πάσχειν. Ulpianus: ἀλλ' εἰσὶ νόμοι, οἱ τοὺς ἀπατῶντας κολάζοντες.
431. *In eadem Oratione* rursum [p. 307.] ἔστιν ὑμῖν νόμος ἀρχαῖος, τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν, ἐάν τις ὑποσχόμενός τι, τὸν δῆμον ἐξαπατήσῃ, κρίνειν κἂν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦν. Ulpianus: ὅτι τὸν ἀπατῶντα τὸν δῆμον κολάζετε, ἐὰν ὑποσχόμενός τι, μὴ ποιήσῃ. Idem Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέους [p. 665.] ὃς οὖν οὐδ' ὑμᾶς ᾐσχύνθη ἐξαπατῆσαι ὑποσχόμενος, νόμων ὄντων, ἐάν τις τὸν δῆμον ὑποσχόμενος ἐξαπατήσῃ, εἰσαγγελίαν εἶναι περὶ αὐτοῦ. Cavet hac Lege auctor, ne quis populum vana spe lactet, & deludat hiantem, ut inde popularem statum evertat. Nulla enim est tam beata civitas, in cujus forma omnes ex aequo acquiescant, vel novarum tabularum, quas σεισάχθειαν appellabant Athenienses, vel ἀναδασμοῦ, ac novae divisionis agrorum cupiditate, vel denique novarum rerum, mutationisque status spe. Quo consilio usus est Theseus, ut omnes Atticae totius cultores in unam urbem Athenas cogeret: & post illum Solon: nam Phanias Lesbius auctor est, τὸ Σόλωνα χρησάμενον ἀπάτῃ πρὸς ἀμφοτέρους ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πόλεως, ὑποσχέσθαι κρύφα, τοῖς μὲν ἀπόροις τὴν νέμησιν, τοῖς δὲ χρηματικοῖς, βεβαίωσιν τῶν συμβολαίων. Atque σοφίσματα praecipua quinque enumerat Aristoteles *Polit. Libro IV. Cap.* 13. quibus σοφίζονται πρὸς τὸν δῆμον, qui statum Reipublicae volunt immutatum, περὶ ἐκκλησίαν, περὶ τὰς ἀρχὰς, περὶ δικαστήρια, περὶ ὅπλισιν, περὶ γυμνασίαν, adde περὶ ἀναδασμὸν, περὶ σεισάχθειαν, & si qua sunt hujusmodi. Quare idem Philosophus *Polit. Libro V. Cap.* 5. vere pronunciat: αἱ μὲν οὖν δημοκρατίαι μάλιστα μεταβάλλουσι διὰ τὴν τῶν δημαγωγῶν ἀσέλγειαν. ὅτε μὲν γὰρ, ἵνα χαρίζωνται ἀδικοῦντες τοὺς γνωρίμους συνιστᾶσιν· ἢ τὰς οὐσίας ἀναδάστους ποιοῦντες, ἢ τὰς προσόδους ταῖς λειτουργίαις. Quod unice cavebant Athenienses: unde in jurejurando Heliastarum legitur: ΟΥΔΕ ΤΩΝ ΧΡΕΩΝ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΠΟΚΟΠΑΣ, ΟΥΔΕ ΓΗΣ ΑΝΑΔΑΣΜΟΝ ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ, ΟΥΔ' ΟΙΚΙΩΝ ΚΑΤΑΞΩ. Negant enim se unquam permissuros, ut novae fiant tabulae, aut agrorum divisiones. Ulpianus: οὐδὲ νομοθετήσω περὶ τῶν ἰδιωτικῶν χρημάτων, ὥστε μὴ ἀπολαμβάνειν τοὺς ἰδιώτας τὰ χρέα, ἅπερ ἐδάνεισαν. ἀναδασμὸς δὲ εἴωθε γίνεσθαι ἐν ταῖς ἀτακτούσαις δημοκρατίαις· οἱ γὰρ πένητες πολλάκις καθ' ἑαυτοὺς γινόμενοι στασιάζουσι πρὸς πλουσίους, λέγοντες ὡς οὐ δίκαιόν ἐστι τούτους μὲν ἔχειν γῆν πολλὴν, αὐτοὺς δὲ μὴ, ἀλλὰ δίκαιον εἶναι καὶ αὐτοῖς ἐξ ἴσου μερίσασθαι τὴν γῆν κατ' οἰκίας. quae postrema verba *in superioribus* expendimus. Si quis hanc Legem violasset, in jus erat rapiendus πρὸς τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον, nam id est, εἰσαγγελίαν εἶναι περὶ αὐτοῦ. Convicto poena irrogabatur capitis. Accusator, etsi falso insimulasset, nullum, eo non convicto, periculo sibi creabat, si, aut ex Atheniensibus sex mille, qui concioni intererant, mille ducenti, aut e Quingentis Senatoribus, centum secundum se pronunciassent: alioqui mille drachmis multabatur.

IV. Neque certe mirum videri cuiquam debet, si voluerint Athenienses eos, qui aliquid Reipublicae polliciti sunt, obligari ad praestandum, cum etiam Lege sanxerint, cum injuste fecisse, qui, cum fassus aliquid sit coram civibus, fidem fefellerit.

Εάν τις ἐναντίον τῶν πολιτῶν ὁμολογή-	*Si quis coram civibus aliquid fassus*

σας

σας τὶ παραβῇ, τοῦτον ἔνοχον εἶναι τῷ ἀδικεῖν.

insuper habeat, injuste fecisse pronunciator.

Legem laudat Dinarchus ἐν τῷ κατὰ Φιλοκλέους [*p.* 108.] καὶ ὁ μὲν κοινὸς τῆς πόλεως νόμος, ἐάν τις ἐναντίον τῶν πολιτῶν ὁμολογήσας τί παραβῇ, τοῦτον ἔνοχον εἶναι κελεύει τῷ ἀδικεῖν. Etenim si adversariorum pactiones coram testibus conventae, sunt ratae, quanto magis jus & aequum erit, ut rata 432.
sint, quae civibus testibus aliquis fassus est?

V. At vero si quis dona dederat, aut acceperat ad nocendum populo, vel civi, ignominiosus erat, & liberi ejus, & quicquid ejus erat.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΛΑΜΒΑΝΗι ΠΑΡΑ ΤΙΝΟΣ, Η ΑΥΤΟΣ ΔΙΔΩι ΕΤΕΡΩι, Η ΔΙΑΦΘΕΙΡΗι ΤΙΝΑΣ ΕΠΑΓΓΕΛΛΟΜΕΝΟΣ ΕΠΙ ΒΛΑΒΗι ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ, ΚΑΙ ΤΙΝΟΣ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΤΡΟΠΩι, Η ΜΗΧΑΝΗι, ΗιΤΙΝΙΟΥΝ ΑΤΙΜΟΣ ΕΣΤΩ, ΚΑΙ ΠΑΙΔΕΣ, ΚΑΙ ΤΑ ΕΚΕΙΝΟΥ.

Si quis Atheniensium ab alio munera accipiat, aut ipse det alteri, aut pollicitationibus corrumpat alios in perniciem populi, aut alicujus civis, aut quocumque alio modo & arte, ignominiosus esto cum liberis & bonis suis.

Refert hanc Legem αὐτολεξεὶ *in Midiana* [*p.* 351.] Demosthenes: τὸν δὲ νόμον μοι λέγε ἐφεξῆς, ὥσπερ ἠρξάμην, λέγε· ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΛΑΜΒΑΝΗι ΠΑΡΑ ΤΙΝΟΣ, &c. Idem ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας. ὁ μὲν τοι τὸν νόμον τιθεὶς οὐ διώρισε τοῦτο, ἀλλ' ἁπλῶς εἶπε, μηδαμῶς δῶρα λαμβάνειν. Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 349.] ὁ μὲν νόμος οὗτός ἐστι μὴ ἐξεῖναι δῶρα διδόναι, μήτε λαμβάνειν ἐπὶ διαφθορᾷ. Atque idem Ulpianus *ibidem* scribit capite in eos sanctum fuisse, ἐκοῦν πρὸς ἀμφότερα χρήσιμος ἡ ἀνάγνωσις τοῦ νόμου. διότι θανάτου τῆς ζημίας ὡρισμένης κατὰ τῶν διαφθειρόντων. quod tamen falsum esse ex ipsius inspectione Legis fit liquido. nam poena haec est, ΑΤΙΜΟΣ ΕΣΤΩ ΚΑΙ ΠΑΙΔΕΣ, ΚΑΙ ΤΑ ΕΚΕΙΝΟΥ, quanquam revera ipsa morte gravior est, in suis quidem sunt bonis, sed cum ὁλόκληροι ἄτιμοι sint, τῷ μηδενὸς τῶν κοινῶν μετέχειν ἐγγὺς τῶν τεθνηκότων εἰσὶν, ut cum Ulpiano dicam. Atque haec quidem sancita sunt in quemvis Atheniensium civium.

VI. Prima autem Lege cavebatur, ut quicumque eorum, qui ad Rempublicam accederent, munera acceperint ad corruptelam, vel capite luant, vel illius, quod acceperunt, muneris decuplum pendant.

Τοὺς δωροδοκοῦντας, ἢ θανάτῳ ζημιοῦσθαι, ἢ δεκαπλοῦν τοῦ ἐξ ἀρχῆς λήμματος ἐκτίνειν.

Si quis eorum qui ad Rempublicam gerunt, dona acceperit, capite luito, aut ejus, quod accepit, muneris decuplum pendito.

Describit hanc Legem Dinarchus ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους [*p.* 97.] ἀλλ' οἱ νόμοι περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀδικημάτων εἰς ἀργυρίου λόγον ἀνηκόντων διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν κελεύουσι· περὶ δὲ τῶν δωροδοκούντων δύο μόνον τιμήματα πεποιήκασιν, ἢ θάνατον, ἵνα ταύτης τυχὼν τῆς ζημίας ὁ λαβὼν, παράδειγμα γένηται τοῖς ἄλλοις· ἢ δεκαπλοῦν τοῦ ἐξ ἀρχῆς λήμματος τὸ τίμημα τῶν δώρων· ἵνα μὴ λυσιτελὲς ᾖ τοῖς τοῦτο τολμῶσι ποιεῖν. Meminit idem ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος [*p.* 107.] & docet veteri Lege, de qua suo loco diximus, diris pro concione devotos fuisse, qui munera ad corruptelam acciperent: πῶς οὖν Νομοθέται περὶ τῶν δωροδοκούντων ἐνομοθέτησαν; πρῶτον μὲν καθ' ἑκάστην δημοσίᾳ ἀρὰς ποιούμενοι κατὰ τῶν πονηρῶν εἴ τις δῶρα λαμβάνων, μετὰ ταῦτα λέγῃ καὶ γινώσκῃ περὶ τῶν πραγμάτων,

των, ἐξώλη τοῦτον εἶναι. ὧν ἀπὸ νῦν ἐστιν Ἀριστογείτων ἔπειτ' ἐν βωμοῖς δώρων γραφὰς ποιήσαντες, καὶ κατὰ μόνου τούτου τῶν ἀδικημάτων δεκαπλασίαν ἐπιτιθέντες τοῦ τιμήματος τὴν ἔκτισιν.
433. Dica haec scribebatur apud Thesmothetas. Grammatici: γίγνονται πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας γραφαὶ δώρων. [1] Notabantur autem infamia, & maxima capitis minutione. Andocides ἐν τῷ περὶ μυστηρίων [p. 10.] ἕτερος δὲ, ὧν τὰ μὲν σώματα ἄτιμα ἦν, τὴν δ' οὐσίαν ἔσχον, καὶ ἐκέκτηντο· οὗτοι δ' ἂν ἦσαν ὁπόσοι δώρων ὄφλοιεν· τούτοις ἔδει καὶ αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἐκ τούτων ἀτίμοις εἶναι. Meminit Harpocration, e quo hoc amplius disces, accusatorem, qui quintam suffragiorum partem non tulisset, non tantum mille drachmis multatum fuisse, sed etiam prima capitis minutione: δώρων γραφὴ, ὁπότε τις αἰτίαν ἔχει τῶν πολιτευομένων δῶρα λαβεῖν, τὸ ἔγκλημα τὸ κατ' αὐτοῦ διχῶς ἐλέγετο, δωροδοκία τε καὶ δώρων γραφή. ἰστέον ὅτι ἐάν τις γραψάμενος μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ὀφλισκάνει χιλίας, καὶ πρόσεστιν ἀτιμία τις. nempe, puto, illi non licebat in posterum quenquam publico postulare judicio, οὐκ ἦν αὐτῷ γράψασθαι, ut Andocides loquitur.

[1] Infamiae notam illis fuisse inustam, qui dona ἐπὶ τῷ τῆς πόλεως κακῷ acciperent, docetur luculenter in extrema Apolog. Ἀνδοκίδ. Lysiae.

LIBER

LIBER SEXTUS. 434

TITULUS PRIMUS.

De Connubiis.

I. LIcenter admodum soluteque vixisse veteres Athenienses, Graecorum literis est proditum, quorum princeps volgivagam Venerem Cecrops hinc διφυὴς dictus, Lege compescuit, & sanxit, ne quis binas nuptias eodem tempore constitutas haberet:

Ενα ἄνδρα μιᾶς γυναικὸς τυχεῖν.	*Unam tantum uxorem ducito.*

Athenaeus *Libro XIII.* [C. 1.] hanc Legem laudat: ἐν Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν. Scholiastes Comici *ad Plutum*: τῶν ἀνδρῶν ὡς ἔτυχε μισγομένων ταῖς γυναιξὶ, καὶ ἐκ τούτου μὴ γινωσκομένου ἢ τοῦ πατρὸς παρὰ τοῦ παιδὸς, ἢ τοῦ παιδὸς παρὰ τοῦ πατρὸς, Κέκροψ νόμους θέμενος ὥστε φανερῶς συγγίνεσθαι αὐταῖς, καὶ μιᾶς τυχεῖν, καὶ σχεδὸν εὑρὼν τὰς δύο φύσεις τοῦ τε πατρὸς, καὶ τῆς μητρὸς τούτου χάριν διφυὴς ἐκλήθη.

— οὐδὲ γὰρ καλὸν
δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἕν' ἡνίας ἔχειν.
ἀλλ' εἰς μίαν βλέποντος εὐναίαν Κύπριν
στέργουσιν, ὅς τις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει.

inquit Euripides *Andromacha.* Quare etiam vox γάμος originationem accepit, παρὰ τὸ δύο ἅμα εἶναι. Huic Legi circa Socratis tempora videtur derogatum fuisse psephismate, quod descripsit Hieronymus Rhodius: refert enim βουληθέντας Ἀθηναίους, διὰ τὸ λειπανδρεῖν, συναυξῆσαι τὸ πλῆθος, ψηφίσασθαι, γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παιδοποιεῖσθαι δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας. Meminit hujus plebisciti Athenaeus *Libro XIII.* [C. 1.] ubi docet ex Aristotele *Libro* περὶ εὐγενείας, si titulus auctorem non mentitur, Callisthene, Demetrio Phalereo, Satyro Peripatetico, & Aristoxene Musico, Socratem habuisse duas γαμετὰς γυναῖκας, ὅτι συγκεχωρημένον ἦν κατὰ ψήφισμα τοῦτο ἐγένετο τότε διὰ σπάνιν ἀνθρώπων, ὥστ' ἐξεῖναι καὶ δύο ἔχειν γυναῖκας τὸν βουλόμενον. Quanquam duas uxores eodem tempore Socratem habuisse negat Panaetius Rhodius, qui, ut [1] Plutarchus ait *in Pericle*, ἱκανῶς πρὸς

τούτους

[1] Confer cum in Aristide p. 335. & *Casaubon.* ad *Diogen.* L. II, 26. Ceterum uti Romae olim νόμος ἠνάγκαζε τ' ἐν ἡλικίᾳ γαμεῖν apud *Dionysium* Antiq. Rom. L. IX. p. 580., ita Athenis uxorem ducere liberorum quaerendorum caussa debebant. *Plutarchus* propterea νόμους ἀγάμου καὶ ὀψιγάμου Athenienſibus contribuit Libro de Amor. Prol. T. II. p. 493. E., quod Petitum neglexisse miror.

τούτοις ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους ἀντείρηκε. Verum una tantum erat uxor: concedebatur tantum hoc psephismate διὰ τὸ λειπανδρεῖν e peregrina & pellice domi, sive nuptiis uxoris loco retenta, παιδοποιεῖσθαι, liberos tollere.

II. *Uxorem legitimam imitatur concubina*, inquit Julianus Antecessor, sed uxor legitima non est: neque ejus liberi γνήσιοι & cives e Lege: facti tamen
435. sunt illis temporibus e nothis & naturalibus liberis, hujus privilegii rogatione, διὰ σπάνιν ἀνθρώπων, cum revera *cives* esse non possent, ut qui matre *cive* nati non essent: sola quippe *civis* erat *uxor legitima* e veteri illa Lege, quae legitur illo plebiscito, quod retulit Hieronymus.

Γαμεῖν ἀστὴν μίαν. *Unam uxorem legitimam, eamque civem, ducito.*

Hac Lege enuptio extra civitatem vetita est, & improbatae cum peregrinis nuptiae: unde Terentianus Simo in palliata Menandri *Andria Actu III. Sc. I*, 10. non sine stomacho dicebat:

—— Quid hoc:
Adeon' est demens ex peregrina?

Ad quae verba Donatus: *Mulieres enim peregrinae, inhonestae, ac meretrices habebantur.* Inter cives peculiari Lege *Pallenaei* excipiebant *Agnusios*: nam hi duo populi nuptias inter se non contrahebant. Plutarchus *in Theseo*: ἐν τούτῳ φασὶ τῷ Παλληνέων δήμῳ πρὸς τὸν Ἀγνουσίων ἐπιγαμίαν μὴ εἶναι. Vetus illud jus de ducendis in uxores solis civibus collapsum restituit Pericles, quod tamen pessimo ejus exemplo paullo post obsolevit, donec tandem Aristophon Eucl.de Praetore Athenis, scripta Lege solos cives Athenienses esse sanxit, qui utroque parente cive nati essent: nam ad ea tempora civis censebatur, qui parentum alterutro cive natus esset. Demosthenes ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει. τοῖς χρόνοις τοίνυν οὕτω φαίνεται γεγονώς, ὥστε εἰ καὶ κατὰ θάτερα ἀστὸς ἦν, εἶναι πολίτην προσήκειν αὐτόν. γέγονε γὰρ πρὸ Εὐκλείδου. Ad haec tempora, quae [1] Praeturam Euclidis praecesserunt, referendum est argumentum fabulae palliatae Plautinae *Epidici*: nam in eo dramate Periphanes uxorem duxerat, quae civis non erat: qua in re miror eruditissimorum virorum acumen & diligentiam fugisse ista, quae leguntur *Actu V. Scena I*, 29.

E Philippa matre natam, ac Thebis *Epidauri satam,*
Videon' ego Telestidem te, Periphani filiam?

Haec tamen ἀσύστατα sunt, *ac* Thebis *Epidauri satam*; Nam si *Thebis* sata atque nata est, non igitur *Epidauri*. Atqui *in Epidauro* nata est; habes *Actu IV. Scena I*, 13.

PE. *Certe ea est, quam in* Epidauro *pauperculum memini comprimere.*
MV. *Plane hic ille est, qui mihi in* Epidauro *primus pudicitiam Pepulit.*

Non

1 Hinc emergit alia difficultas: nam si ante praeturam Euclidis ponas Argumentum Epidici, quo tempore Athenis licebat sororem ex patre ducere uxorem, ut ex iis patet, quae p. 440. disputantur, quomodo in Epidico Stratippocles adolescens, qui ignorans sororem, quam deperibat, a Danista emebat, postquam suam sororem ex patre esse agnovit, dicit Act. V, 1, 45.

Perdidisti & reperisti me, soror.

nam *perdidisti* inquit, quod sibi non licebat eam ducere & cum ea concumbere, quod ex eo patet, quod subjicit Epidicus

—— —— —— stultus tace
Tibi quidem, quod ames, domi praesto est fidicina opera mea.

Quae quidem non concordant cum lege ἐξεῖναι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφάς. Credendum igitur, prohibitas eas nuptias fuisse ante haec tempora. Quod autem ad *Plutarchi* locum attinet, puto Elpinicen fuisse ὁμομητρίαν ἀδελφὴν Cimonis, aut certe eo tempore tales cum sororibus nuptias jam fuisse prohibitas: aliter enim non taxatus fuisset eo nomine a Comicis, sicuti notat idem *Plutarchus* in Cimonis vita. JAC. PALMER.

Non igitur *Thebis Epidauri* sata erat Telestis: Adde quod nullae sunt *Thebae Epidauri.* Rescribendum itaque puto:

> *E Philippa matre natam, ac te Bois Epidauri satam,*
> *Videon' ego Telestidem te; Periphani filiam?*

Boae sive *Boea* urbs Laconicae, cujus meminit Strabo *Libro VIII.* in descriptione Laconicae: εἶτα Βοῖα πόλις, εἶτα Μαλεαί. meminit quoque Stephanus: Ab ea non longe absuit *Epidaurus*, ἡ Λιμηρὰ Ἐπίδαυρος Straboni dicta, Laconica urbs in Argolico sinu. Vide Ptolemaeum *Libro III. Cap.* 16. Ex his autem Plauti verbis colligere est [1] *Boeam* urbem fuisse in agro hoc Epidaurensi: unde dixit, *ac te Bois Epidauri satam.* Plinius *Libro IV.* [C. 5.] in descriptione Argolici sinus. *Oppida*, Boea, Epidaurus *Limera cognomine.* At- 436.
que haec quidem παρέργως dicta sunto: addemus & alterum ejusdem generis. Nuptiarum celebrandarum legitimum tempus videtur fuisse *bruma.* Aristoteles *Politic. Libro VII. Cap.* 16. τοῖς δὲ περὶ τὴν ὥραν χρόνοις, δεῖ χρῆσθαι, ὡς οἱ πολλοὶ χρῶνται καλῶς καὶ νῦν, ὁρίσαντες χειμῶνος τὴν συναυλίαν ποιεῖσθαι ταύτην. Hinc apud Terentium in palliata Apollodori fabula *Phormione* [*Act. IV*, 4, 28.] quam, ut videtur, Apollodorus docuit Dionysiis τοῖς κατ' ἀγρούς, mense Posideone, ubi de Phormionis cum Phanio nuptiis agitur, spatium apparandis nuptiis sibi concedi postulat, denique ante *brumam* nuptias celebraturum se negat:

> *Aruspex vetuit ante* brumam *autem quid novi*
> *Negocii incipere. quae causa 'st justissima.*

Objicit scilicet Atheniensium religionem, qui nuptias non celebrabant ex instituto, ut credit Eustathius mox laudandus, Cecropis, nisi mense Gamelione, (unde nomen invenit,) id est, diebus *brumalibus.* Gamelion enim est primus hybernus mensis. Olympiodorus *ad Meteora* Aristotelis: Γαμηλιὼν δὲ ἐλέγετο μὴν παρ' Ἀθηναίοις, διὰ τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν γάμοις ἐπιτελεῖσθαι. εὔλογον γὰρ ᾤοντο τότε σπείρειν, ὅτε καὶ ἡ γῆ δέχεται· ἐπιτήδειος γὰρ ὁ καιρὸς πρὸς καρπῶν γένεσιν. Eusthatius *ad Iliad.* Σ. οὗ παρώνυμον ὥσπερ ὁ γαμήλιος λόγος, οὕτω καὶ μὴν Ἀττικὸς ὁ Γαμηλιών, γάμοις ἀφωρισμένος. Aetas vero hominis, qua nuptiis videtur alligandus, (cum etiam horum non minimam habere debeat curam Legislator, ut est apud Philosophum.) est, e Solonis sententia annus tricesimus quintus. nam fecit Solon humanae vitae terminos hebdomadas decem: *in harum autem hebdomadum quinta*, ut refert ex ejus Elegiis Censorinus *de Die Natali*, *Cap.* 14. *maturitatem ad stirpem relinquendam homini inesse* dicebat, quae fere sententia Aristotelis fuit *Politic. Libro VII. Cap.* 16. annum enim tricesimum septimum definivit.

III. Certe *uxor dignitatis nomen est, non voluptatis*, quae liberûm quaerendorum voto ducitur: definiuntur enim nuptiae hac Lege.

[2] ΕΠ' ΑΡΟΤΡΩι ΠΑΙΔΩΝ. *Liberûm quaerendûm.*

Refert vir sanctissimus Isidorus Pelusiota *Libro III. Epistola* 243. τὴν γὰρ παρθέ-

[1] At pugnat *Pausanias* in Laconic. C. 21. & 22., manifesto ditionem Boeorum ab Epidaurensium agro distinguens. JAC. PALMER.

Ibid. Optime *Palmerius.* Pugnant & alia, quae Petiti conjecturae obmovit ad eum *Plauti* locum eruditissimus *Jo. Fr. Gronovius.*

[2] Legendum est ΕΠ' ΑΡΟΤΩι. Sic enim honesta & verecunda oratione rem veneream describebant. *Plato* in Cratylo p. 406. ἢ ἄρρενα ἢ ἐν γυναικί, *Oppian.* Halieut. IV, 26. δίνναιες ἀρότες, & patrem τέκνων ἀροτῆρα *Euripides* Troas. vs. 135. adpellantes simili translatione defunguntur. Sed vide *Rittershusium* ad *Oppiani* illum versum, praeterque ceteros *Th. Gatakerum* de N. T. Styl. C. 11. & *T. Hemsterhusium* ad *Luciani* Timon. C. 17., vitium, quod *Isidori* Epistolam occupaverat, erudita opera corrigentes.

παρθένον ὁ ἀνὴρ συναπτόμενος, γυναῖκα, τουτέστι, γόνιμον ποιεῖ. διὸ καὶ παρ᾽ Ἀθηναίοις ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον, ΕΠ' ΑΡΟΤΡΩι ΠΑΙΔΩΝ, ἐλέγετο γίνεσθαι.

IV. Non tamen cujusvis uxoris civis liberi legitimi erant, sed illius tantum, quae legitime desponsata esset ex hac Lege:

ΗΝ ΑΝ ΕΓΓΥΗΣΗι ΕΠΙ ΔΙΚΑΙΟΙΣ ΔΑΜΑΡΤΑ ΕΙΝΑΙ, Η ΠΑΤΗΡ, Η ΑΔΕΛΦΟΣ ΟΜΟΠΑΤΩΡ, Η ΠΑΠΠΟΣ Ο ΠΡΟΣ ΠΑΤΡΟΣ ΕΚ ΤΑΥΤΗΣ ΕΙΝΑΙ ΠΑΙΔΑΣ ΓΝΗΣΙΟΥΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗΔΕΙΣ Ηι ΤΟΥΤΩΝ, ΕΑΝ ΜΕΝ ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ ΤΙΣ Ηι ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΧΕΙΝ, ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ Ηι, ΟΤΩι ΑΝ ΕΠΙΤΡΕΨΗι ΤΟΥΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ.

Ex ea, quam in legitimam uxorem desponsarit pater, aut germanus frater, aut avus paternus, legitimos liberos tollunto: si nullus horum supersit: & virgo orba sit, nubito ei, qui judicio obtinuerit; si orba non sit, tutor eam desponsato.

437. Legem recitavit αὐτοῖς ὀνόμασι Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β. [*p.* 636.] Jubet autem Legislator, ut desponsata ducatur uxor. *Sponsalia sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum. l.* 1. *D. de Sponsalibus.* nam *moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi uxores futuras. l.* 2. *D. eod.* Desponsare autem patris erat puellae, aut germani fratris, aut avi paterni, ΗΝ ΑΝ ΕΓΓΥΗΣΗι ΕΠΙ ΔΙΚΑΙΟΙΣ ΔΑΜΑΡΤΑ ΕΙΝΑΙ, Η ΠΑΤΗΡ, Η ΑΔΕΛΦΟΣ ΟΜΟΠΑΤΩΡ, Η ΠΑΠΠΟΣ Ο ΠΡΟΣ ΠΑΤΡΟΣ. *In sponsalibus etiam consensus eorum exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. intelligi tamen semper filiae patrem consentire, nisi evidenter dissentiat, Julianus scribit. l.* 7. §. 1. *D. eod.* in nuptiis autem consensus desideratur, non tantum eorum qui coëunt, sed etiam *quorum in potestate sunt. l.* 2. *D. de ritu nuptiarum.* Pater igitur filiae eam despondebat, despondebat quoque frater germanus, si pater non esset, neutro horum superstite, avus paternus: hunc enim observandum esse ordinem docet verborum series in Lege. Quanquam nullus dubito, si pater peregre abesset, & filia nubilis esset, sedere eam non oportuisse domi tam grandem, dum pater, qui desponderet, qui daret, hinc illinc veniret expectantem: sed in potestate fuit fratris germani despondere: exemplum habes *in Trinummo* Plauti [*Act. V,* 2, 32.] nam Lesbonicus despondet Lysiteli suam sororem, Charmide patre absente jamdiu: qui cum peregre rediret, ratum id habebat, ut ex hoc dramate constat.

CH. *Filiam meam tibi desponsatam esse audio.* LY. *nisi tu ne vis.*
CH. *Imo haud nolo.* LY. *sponden' ergo tuam gnatam uxorem mihi?*
CH. *Spondeo: & mille auri Philippum dotis.*
LY. *Istac lege filiam tuam sponden' mihi uxorem dari.*
CH. *Spondeo.*

Absentiae tempus triennio definiverunt Romani Jurisconsulti: nam *si ita pater absit, ut ignoretur, ubi sit, & an sit quid faciendum est, merito dubitatur? Et si triennium effluxerit, postquam apertissime fuerit pater ignotus, ubi degit, & an superstes sit, non prohibentur liberi ejus, utriusque sexus, matrimonium vel legitimas nuptias contrahere. l.* 10. *D. de ritu nuptiarum.* imo etiam & ante triennium, si vero sit simile patrem illam conditionem repudiaturum non fuisse. *Si filius ejus, qui apud hostes est, vel absit, ante triennium captivitatis, vel absentiae patris, uxorem duxit: vel si filia nupserit: puto, recte matrimonium vel nuptias contrahi: dummodo eam filius ducat uxorem, vel filia tali nubat, cujus conditionem, certum sit patrem non repudiaturum. l.* 11. *D. eod.* Quibus e verbis colligimus, exacto triennio absentiae patris, recte matrimonium vel nuptias contrahere potuisse, etiamsi forte pater conditionem illam repudiaturus fuisset. quanquam *semper in conjunctionibus non solum, quid liceat, considerandum est, sed & quid honestum sit. l.* 42. *D. eod.* Sed ad Atheniensium Legem redeamus. Si pater, si germanus frater, si avus paternus non supersint, quid faciendum est. [1] ΕΑΝ ΔΕ

1 Haec Petitus vertebat: *Si nullus horum supersit, & virgo orba sit, nubito ei, qui judicio obtinuerit*: parum feliciter. Neque enim agitur in lege de virgine orba, sed de muliere nupta omnium bonorum herede, doceturque, quem ea κύριον habere debeat, sive cujus in potestate futura sit, defunctis, quos habitura fuisset, si viverent, aut patre, aut fratre germano,

ΔΕ ΜΗΔΕΙΣ Ηι ΤΟΥΤΩΝ, ΕΑΝ ΜΕΝ ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ ΤΙΣ Ηι ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΧΕΙΝ, ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ Ηι ΟΤΩι ΑΝ ΕΠΙΤΡΕΨΗι, ΤΟΥΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ. Virginum aliae sunt ΕΠΙΚΛΗΡΟΙ. aliae sunt ΕΠΙΠΡΟΙΚΟΙ. Eas ἐπικλήρους, quae fratres non habent: *Orbas* cum veteribus Latinis, dicimus. ἐπίπροικοι sunt, quae fratres habent, & dotem certam e bonis paternis auferunt. Grammatici: ἐπίπροικος, ἡ ἐπὶ μέρει τινὶ τοῦ κλήρου, ὥστε προῖκα ἔχειν ἀδελφῶν αὐτῇ ὄντων. At vero [1] ΕΠΙΠΡΟΙΚΟΙ 438.
duum sunt generum: nam aliae sunt, quae θητικὸν τελοῦσιν, ut est in Lege, quam infra suo loco, Deo dante, describemus, egenae, & quibus proximi si nollent eas ducere, dotem dicebant, dabant, αἱ κλῆροι οὐκ ἔχουσαι πατρῷον. aliae vero sunt dotales virgines, quae totam haereditatem in dotem adferunt. Grammatici: ἐπίκληρος, ἡ ἐπὶ παντὶ τῷ κλήρῳ ὀρφανὴ καταλελειμμένη, μὴ ὄντος αὐτῇ ἀδελφοῦ. De *Epicleris* istis virginibus statuit Legislator: ΕΑΝ ΜΕΝ ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ ΤΙΣ Ηι ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΧΕΙΝ. Quorum verborum sensus est, eam nubere ei, qui judicio expertus fuerit, & secundum eum pronunciatum fuerit, nam Lex jubebat ἐπιδικασίαν εἶναι τῶν ἐπικλήρων ἁπασῶν. atque haec quidem de dotalibus virginibus: Egenas quoque qui judicum sententia damnatus fuerat, aut ducebat ipse, aut alteri elocabat, dote dicta data. id proculdubio significant Legis verba: ΕΑΝ ΜΕΝ ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ ΤΙΣ Ηι ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΧΕΙΝ. Quod ad ceteras vero virgines attinet, quas ΕΠΙΠΡΟΙΚΟΥΣ appellari diximus, ita cavit Legislator. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ Ηι ΟΥΤΩι ΑΝ ΕΠΙΤΡΕΨΗι ΤΟΥΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ. *Tutor* eam desponsare jubetur: At vero si sit ΕΠΙΠΡΟΙΚΟΣ, ut esse diximus, ergo fratrem saltem habet: Id certe verum est, sed non ea aetate, ut ad negotia mitti posset; itaque ipse est non minus sub tutorum cura. Apud Romanos *tutores soli non possunt sponsalia constituere. l. 6. D. de sponsalibus.* Hanc ita legitime desponsatam ait Legislator ΕΠΙ ΔΙΚΑΙΟΙΣ ΔΑΜΑΡΤΑ ΕΙΝΑΙ. Nuptiae namque sunt, *consortium omnis vitae, divini, & humani juris communicatio. l. 1. D. de ritu nuptiarum.* itaque addit: ΕΚ ΤΑΥΤΗΣ ΕΙΝΑΙ ΠΑΙΔΑΣ ΓΝΗΣΙΟΥΣ. ex hac tolluntur liberi, qui germani sint Athenienses cives. Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Λεώχαρην [*p.* 619.] τὸ μὲν γὰρ γνήσιόν ἐστι, ὅταν ἡ γόνῳ γεγονώς. καὶ ὁ νόμος ταῦτα μαρτυρεῖ λέγων. ΗΝ ΑΝ ΕΓΓΥΗΣΗι ΠΑΤΗΡ Η ΑΔΕΛΦΟΣ Η ΠΑΠΠΟΣ ΕΚ ΤΑΥΤΗΣ ΕΙΝΑΙ ΠΑΙΔΑΣ ΓΝΗΣΙΟΥΣ. Verum simpliciter dictum est de quovis fratre, aut avo, sed fratre germano, avo paterno. Η ΑΔΕΛΦΟΣ ΟΜΟΠΑΤΩΡ Η ΠΑΠΠΟΣ Ο ΠΡΟΣ ΠΑΤΡΟΣ. Praeterea, ut exemplis constat, maritus moriens alteri poterat uxorem elocare: ita Demosthenes Oratoris pater uxorem suam Aphobo elocavit. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀφόβου α. [*p.* 500.] Δημοφῶντι μὲν τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, καὶ δύο τάλαντα εὐθὺς ἐδίδου ἔχειν· αὐτῷ δὲ τούτῳ τὴν μητέρα, καὶ προῖκα ὀγδοήκοντα μνᾶς, καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ σκεύεσι χρῆσθαι τοῖς ἐμοῖς. Phormioni nubit Pasionis uxor, ut supremis Pasionis tabulis cavebatur. Demosthenes ἐν τῇ παραγραφῇ ὑπὲρ Φορ-

mano, aut avo paterno. Priora legis verba maritum respiciunt, sed leviter vitiata & voce una defecta. Lege cum *Cl. Salmasio* ἐὰν δὲ μηδεὶς ᾖ τούτων, ἐὰν μὲν ἐπικληρῖτις ᾖ, τὸν ἄνδρα κύριον ἔχειν. *Si eorum superstes sit nemo, & mulier universorum sit heres, maritum habeat* κύριον. Subjungitur ἐὰν δὲ μὴ ᾖ, ὅτῳ ἂν ἐπιτρέψῃ, τοῦτον κύριον εἶναι. quae Latina facta erant: *Si orba non sit, tutor eam desponsato*: male iterum. Nulla enim in his significatio tutoris. Sententia est. Vir si non sit fatoque concesserit, tum feminae κύριον esse oportere ὅτῳ ἂν ἐπιτρέψῃ. cui maritus moriens eam reliquerit. Sequebatur in lege, quam partem Petitus hinc distraxit, καὶ ἐὰν ἐξ ἐπικλήρου τις γένηται, καὶ ἅμα ἡβήσῃ ἐπὶ διετὲς, κρατεῖν τῶν χρημάτων καὶ τὸν σῖτον μετρεῖν τῇ μητρί. i. e. si quis filius sit ex ἐπικλήρῳ muliere, eum statim atque ad vigesimum aetatis annum pervenerit, dominium bonorum matris habiturum, illique frumentum admensurum. Haec fere *Salmasius* de Usur. modo. C. 4. p. 167. seqq., quem vide sis.

1 Scribere voluit ΕΠΙΚΛΗΡΟΙ.

Φορμίων [p. 556.] ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Πασίων ἐτελεύτησε ταῦτα διαθέμενος, Φορμίων οὑτοσὶ, τὴν μὲν γυναῖκα λαμβάνει κατὰ τὴν διαθήκην. Sed & pater moriens filiam desponsare poterat, en tibi exemplum a Demosthene patre. Δημοφῶντι δὲ τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, καὶ δύο τάλαντα εὐθὺς ἔδωκεν ἔχειν.

V. Severe autem animadvertebatur in eos, qui peregrinam pro cive elocarent, ex hac Lege:

ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΕΚΔΙΔΩι ΞΕΝΗΝ ΓΥ-
ΝΑΙΚΑ ΑΝΔΡΙ ΑΘΗΝΑΙΩι ΩΣ ΕΑΥ-
ΤΩι ΠΡΟΣΗΚΟΥΣΑΝ ΑΤΙΜΟΣ ΕΣΤΩ,
439. ΚΑΙ Η ΟΥΣΙΑ ΑΥΤΟΥ ΔΗΜΟΣΙΑ ΕΣΤΩ
ΚΑΙ ΤΟΥ ΕΛΟΝΤΟΣ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ
ΜΕΡΟΣ, ΓΡΑΦΕΣΘΩ ΔΕ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ
ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΣ, ΟΙΣ ΕΞΕΣΤΙ ΚΑΘΑ-
ΠΕΡ ΤΗΣ ΞΕΝΙΑΣ.

Si quis peregrinam tanquam sibi proximam elocarit Atheniensi civi, ignominiosus esto, ejusque bona publicantor: triens accusatori cedito: Accusanto, queis fas est, apud Thesmothetas, quemadmodum peregrinitatis.

Descripsit hanc Demosthenes Legem ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [p. 734.] γράφεται ὁ Φράστωρ Στέφανον τουτονὶ γραφὴν πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας, Ἀθηναῖον ὄντα ξένης θυγατέρα αὐτῷ ἐγγυῆσαι ὡς αὑτῷ προσήκουσαν, κατὰ τὸν νόμον τουτονί. καί μοι ἀνάγνωθι αὐτὸν νόμον. ΝΟΜΟΣ ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΕΚΔΙΔΩι ΞΕΝΗΝ ΓΥΝΑΙΚΑ ΑΝΔΡΙ ΑΘΗΝΑΙΩι, &c. Si quis, inquit, pro sua, aut sibi cognatione proxima peregrinam, vel e peregrina susceptam, elocarit: non elocabantur quippe susceptae filiae, nisi ἐκ τῶν νομίμων γάμων. Demosthenes *hac ipsa Oratione.* ἀλλ' ἡ θυγάτηρ ἀνδρὶ Ἀθηναίῳ ἐκδοθεῖσα, περιφανῶς αὐτὴν ἀποφαίνει γυναῖκα ἔχοντα. Poena sequitur. ΑΤΙΜΟΣ ΕΣΤΩ ΚΑΙ Η ΟΥΣΙΑ ΑΥΤΟΥ, ΔΗΜΟΣΙΑ ΕΣΤΩ. ignominiosus erat, & bona ejus publicabantur, quod dixit Orator ἐσχάτην ζημίαν *in sequentibus.* γνοὺς δὲ ὅτι κινδυνεύσει ἐξελεγχθεὶς ξένης θυγατέρα ἐγγεγυηκέναι, καὶ ταῖς ἐσχάταις ζημίαις περιπεσεῖν. Sed triens bonorum accusatori cedebat. ΚΑΙ ΤΟΥ ΕΛΟΝΤΟΣ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΜΕΡΟΣ. Quemadmodum autem ἡ ξενίας δίκη, ita & haec apud Thesmothetas scribebatur.

VI. Severius quoque animadvertebantur peregrini, qui civem ducerent, aut civi nuberent: in eos quippe haec scripta Lex est.

ΕΑΝ ΔΕ ΞΕΝΟΣ ΑΣΤΗι ΣΥΝΟΙΚΗι ΤΕΧΝΗι, Η ΜΗΧΑΝΗι, ΗιΤΙΝΙΟΥΝ ΓΡΑΦΕΣΘΩ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ, Ο ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ ΟΙΣ ΕΞΕΣΤΙΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΑΛΩι ΠΕΠΡΑΣΘΩ ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ ΚΑΙ Η ΟΥΣΙΑ ΑΥΤΟΥ, ΚΑΙ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΜΕΡΟΣ ΕΣΤΩ ΤΟΥ ΕΛΟΝΤΟΣ. ΩΣΑΥΤΩΣ ΔΕ ΚΑΙ ΕΑΝ Η ΞΕΝΗ ΤΩι ΑΣΤΩι ΣΥΝΟΙΚΗι ΚΑΤΑ ΤΑΥΤΑ ΚΑΙ Ο ΣΥΝΟΙΚΩΝ ΤΗι ΞΕΝΗι ΑΛΟΥΣΗι, ΟΦΕΙΛΕΤΩ ΧΙΛΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ.

Si quis peregrinus civem ducat, quocumque modo aut arte, accusato Atheniensium cuicumque libuerit, & licuerit apud Thesmothetas: si convictus fuerit, ipse venditor, & bona ejus, eorum triens accusatori cedito. Sireмps Lex dicta esto peregrinae, quae civi nupserit: & si quis postbac rem habeat cum ea, quae peregrinitatis damnata est, mille drachmis multator.

Legem recitat Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [p. 728.] πρῶτον οὖν τὸν νόμον ὑμῖν ἀναγνώσεται, καθ' ὃν τήν τε γραφὴν ταυτηνὶ Θεόμνηστος ἐγράψατο, καὶ ὁ ἀγὼν οὗτος εἰσέρχεται εἰς ὑμᾶς. ΝΟΜΟΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΞΕΝΟΣ ΑΣΤΗι ΣΥΝΟΙΚΗι, &c. τοῦ μὲν νόμου ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὃς οὐκ ἐᾷ τὴν ξένην τῷ ἀστῷ συνοικεῖν, οὐδὲ τὴν ἀστὴν τῷ ξένῳ,

οὐδὲ

οὐδὲ παιδοποιεῖσθαι τέχνῃ, οὐδὲ μηχανῇ οὐδεμιᾷ. ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιῇ, γραφὴν πεποίηκε κατ' αὐτοῦ εἶναι πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας, κατά τε τοῦ ξένου καὶ τῆς ξένης. κἂν ἁλῷ, πεπρᾶσθαι κελεύει. Tria sunt autem hujus Legis Kapita, primo cavetur de peregrino, qui civem duxerit, quocumque tandem id sit factum modo: ei dica scribebatur apud Thesmothetas: convictus vendebatur, atque ejus fortunae publicabantur: idem altero Kapite sancitum est in peregrinam, quae civi nupserit, ut etiam alibi legitur: νόμος κελεύει, ἐὰν ἀνδρὶ Ἀθηναίῳ ξένη συνοικῇ, πεπρᾶσθαι ταύτην. At si quis cum ea, quae peregrinitatis damnata est, rem habuerit, extremo hujus Legis Kapite, 440.
mille drachmis multabatur: tam averso scilicet a peregrinarum nuptiis erant animo.

VII. Quare etiam Lege vetitum erat, ne qua civis peregre nuberet.

Ἐπὶ ξένης μὴ ἐκδίδοσθαι ἀστὴν οὖσαν. *Civis peregre ne nubito.*

Laudat Ulpianus *in Timocrateam*, cujus verba paullo post reddemus. Negat haec Lex licere civi Atheniensi ἐπὶ ξένης peregre nubere: atque hinc est gravis illa Demosthenis expostulatio adversus Timocratem [*p.* 479.] ἀλλὰ νὴ Δία τὴν ἀδελφὴν καλῶς διῴκηκεν. ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο ἠδίκει, κατὰ τοῦτο ἄξιός ἐστιν ἀπολωλέναι. πέπρακε γὰρ αὐτήν, καὶ οὐκ ἐκδέδωκε. τῶν γὰρ ὑμετέρων ἐχθρῶν ἑνὶ Κερκυραίων τινὶ τῶν νῦν ἐχόντων τὴν πόλιν, καταλύοντι παρ' αὐτῷ, ὅτε δεῦρο πρεσβεύοι, καὶ βουληθέντι λαβεῖν αὐτήν, ἐξ οὗ δὲ τρόπου παραλείψω, λαβὼν ἀργύριον ἔδωκε, καὶ νῦν ἐστιν ἐν Κερκύρᾳ. ὃς οὖν τὴν μὲν ἀδελφὴν ἐπ' ἐξαγωγῇ φησὶ μὲν ἐκδοῦναι, πέπρακε δὲ τῷ ἔργῳ. Ulpianus ad haec verba: ὥσπερ σχετλιάζοντος, διότι ἐπὶ ξένης ἐκδέδοται ἀστὴ οὖσα, τοῦ νόμου τοῦτο ἀπείργοντος. Itaque Aristogitonis neptem viro maturam Atheniensis populus e Lemno insula evocavit, ne peregre nuberet. Refert Plutarchus *in Aristide* extremo. καὶ οὐδέν ἐστι θαυμαστὸν οὕτω φροντίσαι τῶν ἐν ἄστει τὸν δῆμον, ὅπου θυγατριδῆν Ἀριστογείτονος ἐν Λήμνῳ πυθόμενοι ταπεινὰ πράττειν, ἀνδρὸς ἀποροῦσαν διὰ πενίαν, κατήγαγον Ἀθήναζε, καὶ συνοικίσαντες ἀνδρὶ τῶν εὖ γεγονότων, τὸ Ποταμοῖ χωρίον εἰς φερνὴν ἐπέδωκαν.

VIII. Nuptiae autem non tantum inter cives constitutae sunt, sed etiam licuit Solonis Lege eodem patre natas uxores ducere.

Ἐξεῖναι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφάς.	*Sororem germanam in matrimonio habere jus esto.*

Laudant hanc Legem Graeci Latinique scriptores. [1] Cornelius Nepos *in proëmio*: *Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio, quippe cum cives ejus eodem uterentur instituto.* & in *Cimone* [C. 1.] *Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpinicen, non magis amore, quam more, ductus. Nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere.* Minutius Felix *in Octavio* [C. 31.] *Athenis cum sororibus legitima conjugia.* Philo Judaeus περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων [*p.* 779.] ὁ μὲν οὖν Ἀθηναῖος Σόλων ὁμοπατρίους ἐφιεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίας ἐκώλυσεν. Licebat sororem eodem patre natam, non autem eadem matre, in matrimonio habere. Unde Aristophanes *Nebulis* [*vs.* 1374.] ad excitandum majus odium adversus Euripidem, in cujus Aeolo τὰς ἀδελφὰς γαμοῦσιν ἀδελφοί, addit de suo τὰς ὁμομητρίας.

ὁ δ'

1 Confer *Jani Rutgersii* Var. Lect. L. 1, 9. p. 39., & videbis unde areolas suas Petitus irrigaverit.

ὁ δ' εὐθὺς ἦτ' ἐξ Εὐριπίδου ῥῆσίν τιν' ὡς ἐκίνει
ἀδελφὸς, ὦ 'λεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν.

Scholia: γέγραπται δὲ δρᾶμα Εὐριπίδου Αἴολος λεγόμενον. ἐν ᾧ παρήγαγε Μακαρέα τὸν παῖδα Αἰόλου φθείροντα Κανάκην τὴν ἀδελφήν. ἐπειδὴ δὲ παρ' Ἀθηναίοις ἔξεστι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφὰς, εἰς αὔξησιν τοῦ ἀδικήματος προσέθηκε τὴν ὁμομητρίαν. Quare Archeptolis Themistoclis filius Mnesiptolemam germanam sororem duxit. Plutarchus *in Themistocle* [*p.* 128. *B.*] θυγατέρας δὲ πλείους ἔσχεν, ὧν Μνησιπτολέμαν μὲν ἐκ τῆς ἐπιγαμηθείσης γενομένην Ἀρχέπτολις ὁ ἀδελφὸς οὐκ ὢν ὁμομήτριος ἔγημεν. Atque haec quidem Lex est; neque tamen sine nota Cimon, qui Elpinicem sororem uxorem duxit. Tzetzem, Suidam, alios minorum gentium mitto: Plutarthum habes *in Cimonis vita* [*p.* 481. *B.*] ἔτι δὲ νέος
441. ὢν αἰτίαν ἔσχε πλησιάζειν τῇ ἀδελφῇ. Sed hanc Cimonis cum Elpinice sorore damnatam & improbatam consuetudinem distinguit, idque optime, Plutarchus a legitimis illis cum sorore contractis nuptiis, liquet *e sequentibus.* εἰσὶ δ' οἳ τὴν Ἐλπινίκην, οὐ κρύφα τῷ Κίμωνι, φανερῶς δὲ γημαμένην συνοικῆσαι λέγουσιν, ἀξίου τῆς εὐγενείας νυμφίου διὰ τὴν πενίαν ἀποροῦσαν. Athenaeus *Lib. XIII.* [*p.* 589. *F.*] καὶ Κίμωνος δὲ Ἐλπινίκῃ ἀδελφῇ παρανόμως συνόντος, εἶθ' ὕστερον ἐκδοθείσης Καλλίᾳ, καὶ φυγαδευθέντος, μισθὸν ἔλαβε τῆς καθόδου αὐτοῦ ὁ Περικλῆς τὸ τῇ Ἐλπινίκῃ μιχθῆναι. Sed corruptus est hic locus; nam ut interpungitur, [1] Elpinice Calliae elocata non est, nisi postquam ab exilio rediit Cimo, quod falsum est: nam antequam ad Rempublicam accederet Cimo, huic Calliae Elpinicem suam elocavit sororem. Colliges ex his Plutarchi [*p.* 481. *B.*] ἐπεὶ δὲ Καλλίας τῶν εὐπόρων τις Ἀθήνησιν ἐρασθεὶς προσῆλθε, τὴν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς καταδίκην ἐκτίνειν ἕτοιμος ὢν πρὸς τὸ δημόσιον, αὐτήν τε πεισθῆναι, καὶ τὸν Κίμωνα τῷ Καλλίᾳ συνοικίσαι τὴν Ἐλπινίκην. Quare omnino interpungendum est apud Athenaeum. καὶ Κίμωνος δὲ Ἐλπινίκῃ ἀδελφῇ παρανόμως συνόντος; εἶθ' ὕστερον, ἐκδοθείσῃ Καλλίᾳ, &c. Distinguit optime tempora, duo, quibus consuevit Cimo cum sorore: priori tempore, cum in uxorem eam haberet, quod per Leges licebat, non erat quod improbaretur Cimonis cum Elpinice consuetudo, ut quae esset legitima: posteriori vero tempore, id est, postquam Calliae eam locavit, consuetudinem non potuit nisi illigitimam habere: atque haec posterior consuetudo illi vitio vertebatur, & recte id quidem: nam adulterium committebat. Quanquam non ea de causa in exilium pulsus est, ut ut illud asserat Andocides ἐν τῷ Ἀλκιβιάδου [*p.* 33.] Dicuntur ista, non ex vero, utiliter tamen a Rhetore ex artis legibus, quia scilicet Cimo, qui in exilium missus, consueverat cum sorore, quae Calliae erat uxor, quanquam non ob hanc consuetudinem exulavit, nam ostracismus non erat poena scelerum, sed quaedam invidiosae virtutis velut imminutio: unde Plato Comicus de Hyperbolo homine omnium bipedum vilissimo & nequissimo.

καίτοι πέπραχε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια,
οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ' ὄστραχ' εὑρέθη.

IX. Praecipue inter gentiles constitutae sunt nuptiae: quinimo Ἐπίκληρος virgo

[1] Id vero difficulter, servata, quae in editis & optima est, distinctione, extundes. Εἶθ' ὕστερον eo loco, quo Petitus jubet, vereor, ut haberi queat. Vid. *Plut.* in Pericle p. 157.

virgo solis gentilibus & cognatis nuptum erat danda. Quae sit Ἐπίκληρος, *in superioribus* diximus: hoc tantum addam Ἐπικλήρους dictas fuisse filias, etiamsi plures fuissent, dummodo nulli essent virilis sexus liberi. Scholiastes Comici ad hunc e *Vespis* versum [*vs.* 581.]

κἂν ἀποθνήσκων ὁ πατὴρ τῷ δῷ καταλιπὼν παῖδ' Ἐπίκληρον.

Καλοῦνται δὲ Ἐπίκληροι, κἂν δύο ὦσι θυγατέρες, κἂν πλείους. Eam puellam sive mulierem, extra cognationem enubere non sinit Solonis Lex ista.

Μὴ ἐξεῖναι ταῖς Ἐπικλήροις ἔξω τῆς ἀγχιστείας γαμεῖν, ἀλλὰ προσῆκον εἶναι αὐταῖς μετὰ τῶν χρημάτων [2] τῷ ἐγγυτάτω γένους συνοικεῖν.	*Virgo* [1] *dotalis extra cognationem ne enubito: sed agnato proximo nubito, & omnia sua bona in dotem adferto.*

Meminit Isaeus ἐν τῷ πρὸς Ξεναίνετον περὶ τοῦ κλήρου τοῦ Ἀριστάρχου [*p.* 80.] τούτου δὲ παιδὸς ἀποθανόντος, καὶ τῆς ἑτέρας ἀδελφῆς, ἡ μήτηρ ἡ ἐμὴ ἐν παντὶ τῷ οἴκῳ Ἐπίκληρος ἐγένετο. καὶ οὕτω μὲν ἐξ ἀρχῆς 442.
ἅπαντα τῆς ἐμῆς μητρὸς ἐγένετο. προσῆκον δ' αὐτῇ μετὰ τῶν χρημάτων τῷ ἐγγυτάτω γένους συνοικεῖν. Pollux *Lib. III. Cap.* 3. ὁ δὲ κατὰ τὴν Ἐπικλήρῳ προσήκων κατὰ γένος ἀγχιστεύς. Diodorus Siculus *Bibliothecae Lib. XII.* [*p.* 298.] τρίτος δὲ νόμος διωρθώθη ὁ περὶ τῶν Ἐπικλήρων, ὁ καὶ παρὰ Σόλωνι κείμενος. ἐκέλευε γὰρ τῇ Ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἔγγιστα γένους, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν Ἐπίκληρον ἐπιδικάζεσθαι τῷ ἀγχιστεῖ. ᾧ ἦν ἀνάγκη συνοικεῖν, ἢ πεντακοσίας ἐκτίσαι δραχμὰς εἰς προικὸς λόγον τῇ πενιχρᾷ Ἐπικλήρῳ. Sed haec verba, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν Ἐπίκληρον ἐπιδικάζεσθαι τῷ ἀγχιστεῖ, & quae sequuntur, spectant τὰς ἐπικλήρους θηπικὸν τελούσας, non autem *dotales*, de quibus Lex haec est, easque ambiebant cognati, & sibi vindicabant tanquam jure civili desponsatas sibi. Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [*p.* 45.]. δῆλον μὲν γὰρ ὅτι Ἐπίκληρον μὲν καταλιπὼν, ἀκριβῶς ἂν ᾔδει ὅτι δυοῖν θάτερον ἔμελλεν ὑπάρχειν αὐτῇ. ἢ γὰρ ἡμῶν τινα τῶν ἐγγύτατα γένους ἐπιδικασάμενον ἕξειν γυναῖκα, ἢ, εἰ μηδεὶς ἡμῶν ἐβούλετο λαμβάνειν, τῶν θείων τινὰ τούτων μαρτυρούντων εἰ δὲ μὴ, τῶν ἄλλων τινὰ συγγενῶν τὸν αὐτὸν τρόπον περὶ πάσης τῆς οὐσίας ἐπιδικασάμενον, κατὰ τοὺς νόμους ἕξειν ταύτην γυναῖκα. Quare etiam

1 *Dotalis* non exhaurit significationem τοῦ ἐπικλήρου. Ea est enim cui universa obtigit hereditas, sive ea nupta, seu innupta sit. Glossae Ἐπίκληρος *orba*. Vulgo *unicas* atque *hereditarias* ἐπικλήρους appellari ostendit *Salmasius*, Petiti versionem improbans, de Mod. Usur. C. 4. p. 167.

2 Ad hunc locum facit Terentianum Adelph. IV, 5, 16.

——— ——— *Haec virgo orba est patre*
Hic meus amicus illi genere est proximus:
Huic leges cogunt nubere hanc. ———

Et paullo post,

Quid ipsae? quid ajunt? M. Quid illas censes? nihil enim.
Commenta mater est, esse ex alio viro
Nescio quo puerum natum: neque eum nominat:
Priorem esse illum, non oportere huic dari.

Et in Phormione Act. I, 2, 75.,

Lex est, ut orbae, qui sunt genere proximi
Iis nubant, & illos ducere eadem haec lex jubet.

Ubi *Donatus*: *Orba proximo nubat. Orbam proximus ducat. Atticum jus est.* Jac. Palmerius.

Ibid. Videtur & huc referendum, etsi scena alibi instruatur, ex *Aeschyli* Supplic. vs. 392.

Εἴ τοι κρατοῦσι παῖδες Αἰγύπτου σέθεν,
Νόμῳ πόλεως φάσκοντες ΕΓΓΥΤΑΤΑ ΓΕΝΟΥΣ
ΕΙΝΑΙ, τίς ἂν τοῖσδ' ἀντιωθῆναι θέλοι;
Δεῖ τοί σε φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν,
Ὡς οὐκ ἔχουσι κῦρος οὐδὲν ἀμφὶ σοῦ.

Sunt enim ad Atheniensium forum & morem plane composita. Vide *Des. Heraldum* Animadv. ad Jus Att. & Rom. L. III, 15.

etiam *dotales* hae feminae ἐπίδικοι dicebantur, quarum nuptias petebant plures, ut jure civili ad ſe delatas. Pollux: ἐπίδικος δὲ ἡ Ἐπίκληρος λέγεται ὑπὲρ ἧς ἀμφισβητοῦσί τινες ἀλλήλοις, ὡς μᾶλλον εἰς αὐτοὺς τῆς ἀγχιστείας καθηκούσης. Harpocration: ἐπίδικος δὲ ἡ ἀμφισβητουμένη Ἐπίκληρος, ὅτῳ χρὴ αὐτὴν γαμηθῆναι.'

X. Omnes autem oportebat Ἐπικλήρους ſibi apud Praetorem vindicare, & judicio experiri, quanquam nullus controverſiam faceret: id enim hac cautum eſt Solonis Lege.

ΚΛΗΡΟΥΝ ΔΕ ΤΟΝ ΚΛΗΡΟΝ ΚΑΙ ΕΠΙΚΛΗΡΟΝ, ΟΣΟΙ ΕΙΣΙ ΜΗΝΕΣ ΠΛΗΝ ΤΟΥ ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝΟΣ, ΕΠΙΔΙΚΟΝ ΔΕ ΚΛΗΡΟΝ ΜΗ ΕΧΕΙΝ.

Haereditatem, dotalemque virginem in jure tibi vindicato: judicia redduntor ſingulis menſibus, excepto Scirrhophorione: nullus hereditatem poſſideto, aut dotalem virginem in matrimonio habeto niſi judicio expertus.

Legem deſcripſimus, ut mendoſe legitur apud Demoſthenem ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β. [*p.* 636.] ſed vertimus, ut legendam putamus hoc modo. ΚΛΗΡΟΥΝ ΔΕ ΤΟΝ ΚΛΗΡΟΝ ΚΑΙ ΕΠΙΚΛΗΡΟΝ, ΟΣΟΙ ΕΙΣΙ ΜΗΝΕΣ ΠΛΗΝ ΤΟΥ ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝΟΣ, ΑΝΕΠΙΔΙΚΟΝ ΔΕ ΚΛΗΡΟΝ, ΚΑΙ ΕΠΙΚΛΗΡΟΝ ΜΗ ΕΧΕΙΝ. Emendationis fundus eſt ipſe Demoſthenes, cujus haec praecedunt: τὸν τοίνυν νόμον ἐπὶ τούτοις ἀνάγνωθι, ὃς κελεύει ἐπιδικασίαν εἶναι τῶν Ἐπικλήρων ἁπασῶν, καὶ ξένων καὶ ἀστῶν. καὶ ἀνεπίδικον μὴ ἐξεῖναι ἔχειν, μήτε κλῆρον, μήτε Ἐπίκληρον.' Itaque Soſitheus apud Demoſthenem ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον dicit ſe judicio fuiſſe expertum apud Praetorem de Philomaches nuptiis, etſi nullus ei negocium exhiberet, & de Philomache contenderet [*p.* 602.] οὐδεὶς αὐτῶν οὔτ' ἠμφισβήτησεν, οὔτε τοῦ κλήρου τοῦ Ἀγνίου, οὔτε τῆς γυναικὸς τῆς Ἐπικλήρου, ἣν ἐγὼ ἔχω ἐπιδικασάμενος. & paullo ante, καὶ ἐγὼ ταῦτ' ὑπηρέτησ' αὐτῷ, ὁ τὴν Εὐβουλίδου θυγατέρα ἔχων ἐπιδικασάμενος ὡς γένει ὢν ἐγγυτάτω. Haec ἐπιδικασία fiebat ſingulis anni menſibus, Scirrhophorione excepto: ΟΣΟΙ ΕΙΣΙ ΜΗΝΕΣ ΠΛΗΝ ΤΟΥ ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝΟΣ. Ratio eſt, quia menſis Scirrhophorion eſt ultimus anni, eoque abeunt plerique Ma-
443. giſtratu, aut in referendis rationibus ſunt occupati. Fiebat ἐπιδικασία apud Praetorem, qui ſignabat Faſtos, ſi feminae illae Ἐπίκληροι eſſent cives: ſin inquilinae apud Polemarchum. Demoſthenes *ea*, ex qua Legem hanc deſcripſimus, *Oratione* [*p.* 636.] νόμος κελεύει ἐπιδικασίαν εἶναι τῶν ἐπικλήρων ἁπασῶν, καὶ ξένων, καὶ ἀστῶν. καὶ περὶ μὲν τῶν πολιτῶν, τὸν Ἄρχοντα εἰσάγειν, καὶ ἐπιμελεῖσθαι, περὶ δὲ τῶν μετοίκων τὸν Πολέμαρχον. Hinc Pollux *Libro VIII. Cap.* 9. πρὸς Ἄρχοντα λαγχάνονται κλήρων καὶ Ἐπικλήρων ἐπιδικασίαι. de Polemarcho Ariſtoteles. Πολέμαρχος εἰσάγει δικαστὰς (γρ. δίκας τὰς) τε τῶν κλήρων καὶ Ἐπικλήρων τοῖς μετοίκοις. Debebat itaque e Lege, qui ad ſe delatas jure credebat *dotalis* virginis nuptias, ceteros in jus vocare, ut ſciret, an vellent controverſiam ei facere de *dotali* femina, alioquin jure ipſo nulla erat haec ἐπιδικασία.

XI. Neque tamen adhuc ἀνεπίδικος erat ἡ Ἐπίκληρος, quanquam μετὰ τῶν νόμων καὶ τῆς ψήφου in mariti, qui eam ſibi aſſeruerat, manum conveniſſet: poterat enim qui ſibi factam credebat injuriam, in jus vocare illum, qui τὴν Ἐπίκληρον uxorem habebat judicio evictam & quaeſitam.

EAN

ΕΑΝ ΔΕ ΕΠΙΔΕΔΙΚΑΣΜΕΝΟΥ ΑΜΦΙΣΒΗΤΗι ΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ Η ΤΗΣ ΕΠΙΚΛΗΡΟΥ ΠΡΟΚΑΛΕΙΣΘΩ ΤΟΝ ΕΠΙΔΕΔΙΚΑΣΜΕΝΟΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ, ΚΑΘΑΠΕΡ ΕΠΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΔΙΚΩΝ. ΠΑΡΑΚΑΤΑΒΟΛΑΣ Δ' ΕΙΝΑΙ ΤΩι ΑΜΦΙΣΒΗΤΟΥΝΤΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΠΡΟΚΑΛΕΣΑΜΕΝΟΣ ΕΠΙΔΙΚΑΣΗΤΑΙ, ΑΤΕΛΗΣ ΕΣΤΑΙ Η ΕΠΙΔΙΚΑΣΙΑ ΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΖΗι Ο ΕΠΙΔΙΚΑΣΑΜΕΝΟΣ ΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ ΠΡΟΣΚΑΛΕΙΣΘΩ ΚΑΤΑ ΤΑΥΤΑ Ωι Η ΠΡΟΘΕΣΜΙΑ ΜΗΠΩ ΕΞΗΚΕΙ. ΤΗΝ Δ' ΑΜΦΙΣΒΗΤΗΣΙΝ ΕΙΝΑΙ ΤΩι ΑΡΧΟΝΤΙ, ΚΑΘΟΤΙ ΕΠΕΔΙΚΑΣΑΤΟ ΟΥ ΑΝ ΕΧΗι ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ.

Si quis de haereditate, aut dotali puella judicio evicta controversiam faciat, provocato eum, qui evicit judicio, apud Praetorem, ut in aliis caussis, cum sponsione. Si is qui judicio evicit, alios non provocarit, nulla esto evictio illa hereditatis. Si superstes jam non sit is, qui evicit hereditatem, provocato si nondum definitum tempus abiit. Controvertito apud Praetorem, quemadmodum qui hereditatem judicio evicit.

Lex habetur apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον [p. 603.] cujus ista: ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΖΗι Ο ΕΠΙΔΙΚΑΣΑΜΕΝΟΣ ΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ. *ad finem usque*, feminas *dotales* non spectant, itaque suo loco infra, Deo dante, a nobis expendentur. Poterat igitur controversia fieri de *dotali* femina ei, qui jam in jure sibi eam asseruerat: citabatur autem apud Praetorem: isque qui cum eo agebat, sacramentum deponebat, quod παρακαταβολὴν dicunt, nempe decimam eorum partem bonorum, quae *dotalis* femina secum ferebat. ΠΑΡΑΚΑΤΑΒΟΛΑΣ Δ' ΕΙΝΑΙ ΤΩι ΑΜΦΙΣΒΗΤΟΥΝΤΙ. Sed haec ἀμφισβήτησις intra definitum aliquod tempus fieri debebat, intra quinque annos puto: nam hic est προθεσμίας νόμος, ut e Demosthene docet Harpocration: certe in bonorum petitione id est definitum tempus. Isaeus: ἐν τῷ ὑπὲρ Πύῤῥου κλήρου [p. 43.] ὁ γὰρ νόμος πέντε ἐτῶν κελεύει δικάσασθαι τοῦ κλήρου, ἐπειδὰν τελευτήσῃ ὁ κληρονόμος.

XII. Nec potior erat eorum conditio, qui *dotales* has virgines a patribus desponsatas, etiam supremis tabulis, uxores duxerant, poterant enim in jus vocari ex hac Lege:

Τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατρώων ἐκδοθείσας καὶ συνοικούσας ἀνδράσι γυναῖκας, ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν τελευτήσας, μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφοὺς, τοῖς ἐγγύτατα γένους ἐπιδίκους εἶναι.

Feminas a patribus elocatas, & a maritis domum deductas, si pater obeat nullis superstitibus liberis legitimis masculis, proximiores cognatione jure sibi vindicanto. 444.

Legem descripsimus, ut vulgo editur apud Isaeum ἐν τῷ ὑπὲρ Πύῤῥου κλήρου [p. 44.] τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατρώων ἐκδοθείσας καὶ συνοικούσας ἀνδράσι γυναῖκας (περὶ ὧν τίς ἂν ἄμεινον ἢ ὁ πατὴρ βουλεύσαιτο;) καὶ τὰς οὕτω δοθείσας, ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν τελευτήσας, μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφοὺς, τοῖς ἐγγύτατα γένους ἐπιδίκους ὁ νόμος εἶναι κελεύει· καὶ πολλοὶ συνοικοῦντες ἤδη ἀφῄρηνται τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας. εἶτα τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατρώων ἐκδοθείσας διὰ τὸν νόμον ἐξ ἀνάγκης ἐπιδίκους εἶναι προσήκει. Sed rescribendum est ubique [1] ὑπὸ τῶν πατέρων in locum horum ὑπὸ τῶν πατρώων. arguunt Isaei ista, περὶ ὧν τίς ἂν ἄμεινον ἢ ὁ πατὴρ βουλεύσαιτο; De desponsatis supremis patrum tabulis Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β. [p. 636.] ἀκοῦω αὐτὸν, εἴπερ ἐβούλετο ὀρθῶς

1 Emendatio certissimae est fidei, ab *Heraldo* quoque instituta Animad. ad Jus Rom. & Att. L. III. p. 251.

θῶς διαπράτ͞ϊεσθαι, λαχεῖν ἔδει τ͂ Επικλήρυ, εἴτε κατὰ δόσιν αὐτῷ προσήκει, εἴτε κατὰ γένος· εἰ μὲν ὡς ὑπὲρ ἀςῆς, πρὸς τὸν Αρχοντα. εἰ δὲ ὑπὲρ ξένης, πρὸς τὸν Πολέμαρχον. Hinc intelligendus Ariſtophanes *Veſpis* [*vſ.* 581.]

> κἂν ἀποθνήσκων ὁ πατὴρ τῷ δῷ καταλιπὼν παῖδ' Επίκληρον,
> κλαίειν ἡμεῖς μακρὰ τὴν κεφαλὴν εἰπόντες τῇ διαθήκῃ,
> καὶ τῇ κόγχῃ τῇ πάνυ σεμνῶς τοῖς σημείοισιν ἐπούσῃ,
> ἔδομεν ταύτην ὅς τις ἂν ἡμᾶς ἀντιβολήσας ἀναπείσῃ.

XIII. Quod ſi quis τ͂ Επικλήρου bonis inhians, eam Lege ſibi vindicarit, neque tamen mariti res agat, vel quia frigidus, vel quia alio amore irretitus eſt, Solonis Lege conceditur ταῖς Επικλήροις, maritorum adgnatos ſectari, qui illarum fundum incultum non deſerant.

Τὴν Επίκληρον, ἂν ὁ κρατῶν καὶ κύριος γεγονὼς κτ̃ τὸν νόμον, αὐτὸς μὴ δυνατὸς ᾖ πλησιάζειν, ὑπὸ τῶν ἔγγιστα τοῦ ἀνδρὸς ὀπυίεσθαι.

Dotalis femina, ſi maritus, qui eam ſibi jure vindicavit, coire non poſſit, [1] *cum mariti adgnatis concombito.*

Legem deſcripſit Plutarchus *in Solone* [*p.* 89. *B.*] νόμος τῇ Επικλήρῳ δίδωσι, ἂν ὁ κρατῶν καὶ κύριος γεγονὼς κατὰ τὸν νόμον, αὐτὸς μὴ δυνατὸς ᾖ πλησιάζειν, ὑπὸ τῶν ἔγγιστα τοῦ ἀνδρὸς ὀπυίεσθαι. Hac Lege obviam iviſſe Solonem ſcribit Plutarchus avaritiae: aut enim nuptias illius non expetent, aut certe ſi periit de rebus frons & pudor, non ſine nota conſtitutas habebunt: bene tamen eſt, quod non quemvis admittit, ſed illum tantum inter mariti adgnatos, quem voluerit, ὅπως οἰκεῖον ᾖ καὶ μετέχον τοῦ γένους τὸ τικτόμενον.

XIV. Quemadmodum autem infanti conſultum voluit hac Lege Solon: ita & ſequenti τ͂ Επικλήρυ pudori atque honori: ita enim ſanxit.

Τρὶς ἑκάστου μηνὸς ἐντυγχάνειν πάντως τῇ Επικλήρῳ τὸν λαβόντα.

Maritus dotalis feminae ter ſingulis menſibus cum ea pernoctato.

Habet Plutarchus *ibidem*, [2] qui hanc illius rationem explicat [*p.* 89. C.] καὶ γὰρ εἰ μὴ γίγνοιντο παῖδες, ἀλλὰ τιμή τις ἀνδρὸς αὕτη πρὸς σώφρονα γυναῖκα καὶ φιλοφροσύνη, πολλὰ τῶν συλλεγομένων ἑκάστοτε δυσχερῶν ἀφαιροῦσα, καὶ ταῖς διαφοραῖς οὐκ ἐῶσα παντάπασιν ἀποστραφῆναι. Quod ſi maritus τὴν Επίκληρον male tractaret, vel ipſa ἡ Επίκληρος, vel quicumque vellet
445. ejus partes tutari, Lege agebat malae tractationis adverſus maritum. Grammatici: κακώσεως, δίκης ὄνομά ἐστι ταῖς Επικλήροις κατὰ τῶν γεγαμηκότων.

1 *Nollem virum doctiſſimum*, Salmaſii verba ſunt de Uſur. Modo C. 4. p. 170., *ad Leges Atticas vertiſſe*, cum mariti agnatis concumbito. *Mirum, ſi cum omnibus agnatis viri illa debuit concumbere. Legendum in verbis Legis, non* ὑπὸ τ̃, *ſed* ὑπὸ ὃ. *Praeterea* ὀπυίεσθαι *antiqua Attica lingua proprie eſt* γαμεῖσθαι *&* *nubere*, *&* ὀπυίειν *uxorem ducere, non coire.* Vertendum ergo: *proximo mariti agnato nubito.* Quorum quidem prius ferri fortaſſe poterat, verſio nullo modo. Inſpexiſſet *Plutarchum* & nullam Petito dicam impegiſſet. Pauca adſcribam. Dicit multis eam legem viſam eſſe ἄτοπον καὶ γελοῖον. Cur tandem? an quod feminae nubendi proximo mariti agnato facultatem dabat? Id vero, ſi ab imbelli ſene diverteret, non adeo abſurdum haberi debebat. Ridiculum, quod ea in lege reperiſſe ſibi viſi erant, illud erat, quod mulieri permitteretur ᾧ βούλεται συνεῖναι, ſive cum eo mariti agnatorum conſueſcere, qui cum vellet. Ὁρῶντες γὰρ ᾧ βούλεται τὴν Επίκληρον συνεῖναι, ὃ προσήκοντι τὸ γάμου, ἡ μετ' αἰσχύνης καθεῖσθαι & ſequentia, quae Petiti verſionem abunde ſtabiliunt.

2 Meminit & in Erotico p. 769. A., refertque ad omnes omnino Atticas feminas, non ſolam ἐπικλήρους.

λόγων. ὅτι δὲ ἐξῆν παντὶ τῷ βουλομένῳ ταῖς Ἐπικλήροις βοηθεῖν, δηλοῦται ἔν τε τῷ ὑπὲρ τοῦ Πυρράνδρου κλήρου λόγῳ Ὑπερίδου, καὶ ἐν τῷ Λυσίου κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, εἰ γνήσιος. ἣν δὲ καὶ ἄνευ ὕδατος. Postrema ista verba *in superioribus* sumus interpretati: Dica haec scribebatur apud Praetorem. Pollux *Libro VIII. Cap.* 8. δίκαι δὲ πρὸς τὸν Ἄρχοντα λαγχάνονται κακώσεως. Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [*p.* 42.] καὶ οὐκ ἂν εἰσήγγελλες πρὸς τὸν Ἄρχοντα, κακοῦσθαι τὴν Ἐπίκληρον. Licebat, cui lubebat, hanc dicam scribere: ἐξῆν καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ ταῖς Ἐπικλήροις βοηθεῖν. idque sine ullo suo periculo, etsi causa caderet. Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [*p.* 42.] ἄλλως τε καὶ μόνων τούτων τῶν δικῶν ἀκινδύνων τοῖς διώκουσιν οὐσῶν, καὶ ἐξὸν τῷ βουλομένῳ βοηθεῖν ταῖς ἐπικλήροις. οὔτε γὰρ ἐπιτίμιον ταῖς πρὸς τὸν Ἄρχοντα εἰσαγγελίαις ἔνεστιν, οὐδ' ἐὰν οὐδεμίαν τῶν ψήφων οἱ εἰσαγγείλαντες μεταλάβωσιν, οὔτε πρυτανεῖα, οὔτε παράστασις οὐδεμία τίθεται τῶν εἰσαγγελιῶν· ἀλλὰ τοῖς μὲν διώκουσιν ἀκινδύνως ἔξεστιν τῷ βουλομένῳ. Hanc dicam εἰσαγγελίαν vocat Isaeus, & paria faciunt Grammatici: ἑτέρα δὲ εἰσαγγελία λέγεται, ἐπὶ ταῖς κακώσεσιν· αὗται δὲ εἰσὶ πρὸς τὸν Ἄρχοντα, καὶ τῷ Ἄρχοντι ἀζήμιοι, κἂν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων. Atque in his totum versabatur argumentum dramatis Cratini, cui titulus est τῇ Πιτύνῃ, quod lucem praeferet his, quae jam diximus. Interpres Comici *ad Equites* [*vs.* 399.] τὴν Κωμῳδίαν ὁ Κρατῖνος ἐπλάσατο αὐτοῦ εἶναι γυναῖκα, καὶ ἀφίστασθαι τοῦ συνοικεσίου τοῦ σὺν αὐτοῦ θέλειν, καὶ Κακώσεως αὐτοῦ δίκην λαγχάνειν. φίλους δὲ παρατυχόντας τοῦ Κρατίνου δεῖσθαι μηδὲν προπετὲς περιποιῆσαι, καὶ τὰς ἔχθρας ἀνερωτᾷν τὴν αἰτίαν. τὴν δὲ μέμφεσθαι αὐτῷ ὅτι μὴ κωμῳδοῖ, ἢ μηκέτι σχολάζοι τῇ μέθῃ. Effectus actionis Κακώσεως ταῖς ἐπικλήροις concessae is est, ut possint a viris divertere, ἀφίστασθαι τοῦ συνοικεσίου τοῦ σὺν ἀνδράσι, ut est *in laudatis* Scholiastae *verbis*. Inter ceteras autem causas, cur Κακώσεως δίκη marito scriberetur, haec praecipua videtur fuisse, [1] si ad alias applicasset animum mulieres, & si ubi ad uxorem ventum esset, ut loquitur apud Terentium dotalis Nausistrata, tum fieret senex. Diogenes Laërtius *in Polemone* [*Segm.* 17.] ex Antigono Carystio ἐν τοῖς βίοις. φυγεῖν δὲ τὸν Πολέμωνα καὶ δίκην Κακώσεως ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ὡς μειρακίοις συνόντα. Huc spectant Cratini *e dramate laudato* versus, quibus Cratini amicis causam aperit Comoedia, cur illi malae tractationis dicam impegerit.

[2] ἀλλ' ἐπαναστρέψαι βούλομαι εἰς τὸν λόγον
πρότερον. ἐκεῖνος πρὸς ἑτέραν γυναῖκα ἔχων
τὸν νοῦν, κακὰς εἴπει πρὸς ἑτέραν, ἀλλ' ἅμα μὲν

τὸ γῆ-

1 Fuit e praecipuis caussis. Quare Rhetorica in figurato eo judicio, Luciani uxor, eum accusat, quod Dialogum, legitima uxore relicta, complectatur tanquam παιδικά. Sic ea inter alia in Bis Accus. C. 29. Πῶς ἂν οὐκ ἔνοχος εἴη οὗτος, καὶ ἔνοχος τοῖς περὶ ΚΑΚΩΣΕΩΣ νόμοις; ὃς τὴν μὲν νόμῳ γαμετὴν —— οὕτως ἀτίμως ἀπολείπει; &c. Quae lepidissimus Scriptor fortasse effinxit ad exemplum dramatis Cratini, de quo Petitus modo. Hinc & *Aelianus* Hist. Animal. L. 1, 13. de pisce Aetnaeo, qui praeter sociam, cui junctus fuerat, [illegible], eleganter οὐδὲ μὴν δέδοικε, inquit, ΚΑΚΩΣΕΩΣ δίκην, οὐδὲ αἰδεῖται Σόλωνα. Actionem autem κακώσεως feminae nomine instituere pater aut ex agnatis alius poterat. Vid. *Alciphronem* L. 1. Ep. 6., ubi *Berglerus* non oblitus est Luciani.

2 Leguntur haec in Schol. ad Comici Equit. vs. 399., sed flagitiose corrupta, ut nec pes nec caput appareat.

τὸ γῆρας. ἅμα δέ μοι δοκεῖ ἐδέ ποτ' αὐτῶ πρότερον.

XV. Multaverat Solon eum qui virginem deflorasset, drachmis centum:

Ἐὰν ἁρπάσῃ τις ἐλευθέραν γυναῖκα, καὶ βιάσηται, ζημίαν ἑκατὸν δραχμὰς διδόναι.	*Qui virgini ingenuae vim intulerit, drachmis centum multator.*

Refert Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *A.*] etsi autem multa jocularior, quam par fuit, videatur, tamen μὴ πολυίζοντος τότε τοῦ νομίσματος ἐν τῇ πόλει, μεγάλας ἐποίει τὰς ἀργυρικὰς ζημίας τὸ δυσπόριστον, ut inquit *ibidem* Plutarchus.
446. Virginem imminuere dixerat Solon βινεῖν. Hesychius, βινεῖν, παρὰ Σόλωνι τὸ βίᾳ μίγνυσθαι. τὸ δὲ κατὰ νόμον ὀπυίειν.

XVI. Sed id postea mutavit, cautumque est, ut is qui virginem imminueret, mille penderet drachmas.

Τὸν βιασάμενον κόρην χιλίας διδόναι.	*Raptor virginis mille drachmis multator.*

Laudat Marcellinus in Hermogenem: νόμος τὸν βιασάμενον κόρην Ἀθήνησι χιλίας διδόναι. Hinc intelligendus Syrianus in eundem Hermogenem: νόμος τὸν ἐξιόντα Στρατηγὸν εἰς πόλεμον, εἰ ἔχοι θυγατέρα, παρατίθεσθαι τῷ συστρατηγῷ τὴν θυγατέρα. λαβὼν ἐκεῖνος ἐβιάσατο. ἐπανελθὼν ὁ Στρατηγὸς, κρίνει αὐτὸν ὡς δημοσίων ἀδικημάτων. ὁ δὲ ὡς βιασάμενος, τὰς χιλίας διδόναι.

XVII. Sed neque satis severe animadverti raptores virginum, visum est iis qui secuti sunt. Quare Lege sancitum est, ut is qui virginem imminuerat, eam in uxorem duceret.

Τὸν βιασάμενον κόρην, αὐτὴν γαμεῖν.	*Raptor virginem, quam vitiavit, ducito.*

Laudant Syrianus & Marcellinus in Hermogenem. Plautus *Aulularia* [*Act. IV*, 10, 62.]

> *Si quid ego erga te imprudens peccavi, aut gnatam tuam,*
> *Ut mihi ignoscas*, eamque uxorem mihi des, *ut Leges jubent.*

Terentius *in Adelphis Act. IV. Sc.* 7. [*vs.* 6.]

> D. *O stulte, tu de psaltria me somnias*
> *Agere, hoc peccatum in* virginem *est* civem *M. Scio.*
> D. *Oho, scis, & patere? M. Quidni patiar? D. Dic mihi,*
> *Non clamas? non insanis? M. Non. D. Malim quidem.*
> *Puer natus est. M. DI bene vortant. D. Virgo nihil habet.*
> M. *Audivi. D. Et ducenda indotata est? M. Scilicet.*

Quibus e verbis colligere est, non ἁπλῶς ducendam esse ab eo virginem, qui ei vitium obtulerit: sed si virgo *civis* sit: itaque in Lege scribendum est, τὸν βιασάμενον κόρην ἀστὴν, αὐτὴν γαμεῖν. Quod autem addunt Rhetores ἄπροικον *indotatam*, non colliges e Terentii verbis *indotatam* esse ducendam, quamvis pater possit ei dotem dicere dare: sed tantum virginem civem, sive ea nihil habeat, ac proinde indotata sit, sive in re lauta sit, ducendam esse ab eo, qui vim illi intulit: Leges enim id jubent: unde Donatus ad hunc Terentii locum. *Ducenda scilicet, nisi damnandus sit Aeschinus. & hoc verbum necessitatis vim habet.* Ut autem duceret, qui rapuerat, exorare necesse habebat patrem virginis, ut sibi despondederet daretque: hinc apud Plautum Lyconides adolescens de nuptiis Phaedriae Euclionem illius patrem appellat, verbis, quae iterum adscribemus:

Si

Si quid ego erga te imprudens peccavi, aut gnatam tuam,
Ut mihi ignoscas, eamque uxorem mihi des, *ut Leges jubent.*

Exorandus quoque a raptore pater, qui nuptiis auctor esset. Quare Micio ex hoc more apud Terentium, ne Aeschinum metu amittendae puellae excruciet diutius, non appellatus ab eo de nuptiis, ultro exoratum se ostendit [*Adelph. IV*, 5, 51.]

In qua civitate tandem te arbitrare vivere?
Virginem vitiasti, quam te jus non fuerat tangere. 447.
At postquam id evenit, cedo,
Numquid circumspexti? aut numquid tute prospexti tibi
Quid fieret? si te ipsum mihi puduit dicere.
Bono animo es, duces uxorem hanc.

Verum si pretium accepisset sive virgo, sive mater illius, ab adolescente, qui compresserat, Leges non cogebant eam in uxorem ducere. Colligo ex his Terentianae Sostratae verbis, [1] *Eunucho*:

Pejore res loco non potis est esse, quam in hoc, quo nunc sita est,
Primum indotata est: tum praeter ea, quae secunda ei dos erat,
Periit: pro virgine dari nuptum non potest. hoc relliquom est,
Si inficias ibit, testis mecum est annulus, quem amiserat.
Postremo, quando ego conscia mi sum, a me culpam hanc procul esse, nec
Precium, neque rem ullam intercesse illa aut me indignam: experiar Geta.

XVIII. Lege Solonis non licebat *tutori* in uxorem ducere matrem pupillorum suorum.

Τὸν ἐπίτροπον τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικεῖν.	*Tutor pupillorum suorum matrem in uxorem ne ducito.*

Legem refert Diogenes Laërtius *in Solonis vita* [§. 56.] *κάλλιστον δὲ κἀκεῖνο, τὸν ἐπίτροπον τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικεῖν.* Qua Lege voluit pupillorum bonis consulere, ne qua fraus illis ob matris nuptias fieret. Sed videtur, aut antiquata fuisse haec Solonis Lex, aut concessum fuisse *tutoribus*, qui testamento dabantur, matres pupillorum suorum in uxores ducere, siquidem moriens pater supremis testamenti sui tabulis id cavisset. En tibi exemplum a Demosthene, ubi de parentibus suis, patrisque tabulis supremis agit ἐν τῷ κατ' Ἀφόβου ψευδομαρτυριῶν α'. Δημοσθένης γὰρ ὁ ἐμὸς πατὴρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, κατέλιπεν οὐσίαν μὲν σχεδὸν, τεττάρων τε καὶ δέκα ταλάντων. ἐμὲ δὲ ἑπτὰ ἐτῶν ὄντα, καὶ τὴν ἀδελφὴν πέντε. ἔτι δὲ τὴν ἡμετέραν μητέρα, πεντήκοντα μνᾶς εἰς τὸν οἶκον εἰσενηνεγμένην. βουλευσάμενος δὲ περὶ ἡμῶν, ὅτ' ἔμελλε τελευτᾶν, ἅπαντα ταῦτα ἐνεχείρησεν Ἀφόβῳ τε τούτῳ, καὶ Δημοφῶντι τῷ Δήμωνος υἱεῖ. Δημοφῶντι δὲ τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, καὶ δύο τάλαντα εὐθὺς ἔδωκεν ἔχειν· αὐτῷ δὲ τούτῳ τὴν μητέρα, καὶ προῖκα ὀγδοήκοντα μνᾶς, καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ σκεύεσι χρῆσθαι τοῖς ἐμοῖς. Ita Pasio uxorem suam nuptum dat Phormioni, eumque *tutorem* dicit Pasiclis filii sui natu minoris testamento. Demosthenes ἐν τῇ ὑπὲρ Φορμίωνος παραγραφῇ. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Πασίων ἐτετελευτήκει ταῦτα διαθέμενος, Φορμίων οὑτοσὶ, τὴν μὲν γυναῖκα λαμβάνει κατὰ τὴν διαθήκην, τὸν δὲ παῖδα ἐπετρόπευεν. Apud Romanos *tutor factam pupillam suam*, ut scribit Modestinus, *nec ipse uxorem ducere, nec filio suo in matrimonio adjungere potest. l.* 15. *D. de sponsalibus.* quinetiam *Senatusconsulto*, inquit Paulus, *quo cautum est, ne tutor pupillam vel filio suo, vel sibi nuptum collocet, etiam* nepos *signifi-*

1 Sunt in Adelphis Act. III, 2, 47. &c.

significatur. l. 59. D. de ritu nuptiarum: itemque *haeres extraneus. l. 64. D. eod.* Prohibentur autem hujusmodi nuptiae, *ne pupillae in re familiari circumscribantur ab his, qui rationes eis gestae tutelae reddere compelluntur. d. l. 64. D. eod.* Tres tamen sunt exceptiones: Prima est, si id beneficium a Principe impetratum sit, ut habes *l. 7. C. de interdicto matrimonio.*

448. *Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Paragonio.*

Si tutor vel curator pupillam vel adultam quondam suam sibi, vel filio suo, nullo divino *impetrato* beneficio, *in matrimonio collocaverit, manet infamia contra eum.* Ergo si *divinum* impetrasset *beneficium*, nulla eum manebat infamia. Altera exceptio est; si post vicesimum sextum annum aetatis puellae nuptiae contractae sunt: nam anno vicesimo quinto aetatis puellae finitur tutela, superest praeterea annus utilis ad agendum cum tutore actione tutelae. Colliges ex his Pauli verbis Libro II. Sententiarum: *Non est matrimonium, si tutor, vel curator pupillam suam intra vicesimum & sextum annum non desponsam a patre, nec testamento destinatam, ducat uxorem, vel eam filio suo jungat. l. 66. D. de ritu nuptiarum.* itemque e Rescripto Imperatorum Valeriani & Gallieni AA. ad Lucium: *Si patris tui pupillam nondum reddita tutelae ratione, vel post redditam, nondum exacto quinto & vicesimo anno, nec non utili anno, uxorem duxisti, nec matrimonium cum ea habuisse, nec filium ex hujusmodi conjunctione procreasse videri potes. l. 6. C. de interdicto matrimonio.* Si igitur puellam, post annum aetatis ejus vicesimum quintum exactum, itemque utilem annum, id est, post exactos viginti sex ejus aetatis annos, uxorem duxisset, erat matrimonium. Tertia denique exceptio indicatur his verbis, *non desponsam a patre, nec testamento destinatam, ducat uxorem, l. d. 66. D. de ritu nuptiarum*, quam etiam habes in laudato Valeriani & Gallieni AA. Rescripto ad Lucium: *Sane si hoc pater puella, cum decederet, postulavit, & nuptiae rite contractae, & filius videtur jure susceptus.* Paulus Libro V. Quaestionum: *Tutor vel curator adultam uxorem ducere non potest, nisi a patre desponsa, destinatave, testamentove nominata condicione nuptiis, secuta fuerit. l. 36. D. de ritu nuptiarum.* Vir summus *in Observationibus.* quidam forte legeret: *Tutor vel curator adultam uxorem ducere non potest, nisi a patre desponsa, destinatave testamento, nominata condicione, nuptias secuta fuerit.* nominata condicione, id est, viro nominato, cui filiam destinat pater, demonstrata persona viri, cui filiam nubere cupit post mortem suam. At potius legendum ex *l. qui pupillam 7. D. ad leg. Jul. de adult. Nisi a patre desponsa destinatave testamentove nominata condicionem nuptiarum secuta fuerit.* In *l. pater 101. D. de cond. & dem. testamento designata.* Verum ego nihil hic mutandum censeo, sed sola interpunctione & interpretatione opus est: *Nisi a patre desponsa, destinatave, testamentove nominata condicione nuptiis*, [1] *secutus fuerit.* Pater antequam decederet poterat filiam suam *desponsare* tutori ejusdem, vel etiam si non desponderet, eum sibi *destinare* generum expressis verbis, vel etiam, adscripta testamento condicione nuptiis, designare, nempe hoc modo, *Cajae filiae meae ducenta lego, si L. Titio nupserit.* Designatur enim his verbis, adscripta testamento condicione hac, *Lucius Titius*, cui Cajus Sejus velit filiam suam nubere. ita intelligo verba Papiniani e Libro VIII. Responsorum: *Pater Severianam Proculam Aelio Philippo cognato nuptiis testamento designavit.* eidem filiae praedium, si Aelio Philippo nupsisset, *verbis fideicommissi reliquit, quod* si non nupsisset, *idem praedium Philippo dari voluit. l. 101. D. de condicionibus & demonstrationibus.* Aelius Philippus designatur nuptiis Severianae Proculae ab ejus patre, hac testamenti condicione, *Severianae Proculae filiae meae praedium do lego, si Aelio Philippo*
449. *nupserit.* Nemo enim dubitare potest in hac testamenti hujus condicione, patrem Severianae Proculae voluisse eam nuptum dari Aelio Philippo, cumque daturum fuisse, si superfuisset. Ergo quando pater filiam suam tutori vel ejus filio desponderat, aut destinaverat, aut adscripta testamento condicione nuptiis designaverat, & filia patris voluntatem sequeretur, nuptiae rite erant contractae: alioquin adulterium erat, non matrimonium. Marcianus Libro X. Institutionum:

1 Hoc si reliquit, mutat profecto. *Secuta est* libri editi, interpunctione eadem, quam Petitus amplectitur. Sed vide *Cujacium* Observ. L. XVI, 33.

tutionum: *Qui pupillam suam duxit uxorem contra Senatusconsultum, nec matrimonium est hoc, & potest adulterii accusari qui tutor & curator fuit, & infra vicesimum sextum annum duxit uxorem, non a patre desponsam, vel destinatam, vel testamento denominatam. l. 7. D. ad Legem Juliam de adulteriis.*

XIX. Inter Servos autem proprie non erant Nuptiae, sed *συνουσίαι*, neque illae, quibuscum consaeverunt, *Uxores*, sed potius *conjunctae conservae, e quibus habeant filios*, ut eleganter vocat M. Varro *de RR. Libro I. Cap.* 17. Earum vero usum Servis concessit Solon hac [1] Lege:

> Χρῆσθαι δὲ δούλοις συνουσίαις γυναικῶν. *Servi feminis utuntor.*

Legem laudat Plutarchus *in Amatorio* [*p.* 751. *B.*] ὡς καὶ Σόλων κατέβαλε, δούλοις μὲν ἐρᾶν ἀῤῥένων παίδων ἀπεῖπε· χρῆσθαι δὲ συνουσίαις γυναικῶν οὐκ ἐκώλυσεν. Sed, ut dixi, hae συνουσίαι non possunt dici *Nuptiae*: Quare is, cui Orationem scripsit Demosthenes κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν, ut probet nutricem suam liberam esse, non servam, hoc argumento utitur, quod nuptias cum viro constituerit. Verba ejus sunt: ἐμοὶ δὲ οὔτε φύσει προσήκει ἡ ἄνθρωπος οὐδέν, εἰ μὴ ὅσον τιτθὴ γενομένη, οὐδ' αὖ θεράπαινά γε· ἀφεῖτο γὰρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ ἐλευθέρα· καὶ χωρὶς ᾤκει, καὶ ἄνδρα ἔσχε.

XX. Solonis Lege Sponsae, cum ad nuptias irent, jubebantur phrygetrum ferre, quo possent agnosci:

> Τὰς Νύμφας ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον, φρύγετρον φέρειν σημεῖον. *Sponsae, cum domum mariti deducuntur*, phrygetrum *in signum ferunto.*

Laudat Legem Pollux *Libro I. Cap.* 12. Σόλων δὲ, καὶ τὰς Νύμφας ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον, ἐκέλευσε φρύγετρον φέρειν σημεῖον. Quid sit φρύγετρον varie [2] exponunt. Pollux quidem dicit esse, ᾧ τὰς κάχρυς ἔφρυγον. Hesychius vero interpretatur ξυλήφιον, ᾧ κινοῦσι τὰς πεφρυγμένας κριθάς. Eo autem officii sui admonebantur Sponsae, nempe curae sibi esse debere rem familiarem.

XXI. Lege quoque caverat Solon, ut sponsa in thalamum mariti deducta, cydonium malum gustaret.

> Τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκαθείργνυσθαι μήλου κυδωνίου συγκατατραγοῦσαν. *Sponsa in thalamum deducta, malum cydonium gustato.*

Habet Plutarchus *in Solone* [*p.* 89. C.] εἰς τοῦτο δὲ συντελεῖ καὶ τὸ τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκαθείργνυσθαι μήλου κυδωνίου, συγκατατραγοῦσαν. Idem ἐν τοῖς γαμικοῖς παραγγέλμασι [*p.* 138. *D.*] hujus rei causam aperit: ὁ Σόλων ἐκέλευε τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκατακλίνεσθαι μήλου κυδωνίου κατατραγοῦσαν, αἰνιττόμενος (ὡς ἔοικεν) ὅτι δεῖ τὴν ἀπὸ στόματος καὶ φωνῆς χάριν διάρμοσον εἶναι πρώτην καὶ ἡδεῖαν.

1 Auctoris est commentum, non lex Solonis. Cui enim bono lex hujuscemodi? Verba *Plutarchi*, unde ea effecta, illa de re legem ullam fuisse non docent.

2 Vide *Kuhnium* ad *Pollluc.* 1, 246. Feminis olim imposita erat ἀνάγκη [illegible] ἐν δόμοις, uti loquitur *Euripides*. Hanc Solon spectavit: Romani aliud, quorum virgines nubentes comitabatur colus compta & fusus cum stamine apud *Plinium* L. VIII, 48.

450 # TITULUS SECUNDUS.

De Dotibus.

I. UXorem *Dotis* datio dictio a concubinis fecernebat, ut in palliato Plauti *Trinummo* [*Act. III*, 2, 63.]

> —— *Sed ut inops,*
> *Infamis ne sim, ne mihi hanc famam differant, me*
> *Germanam meam fororem in* concubinatum *tibi*
> *Sic* fine dote *dediffe magis, quam in* matrimonium.

Nuptiarum enim legitimarum certiffimum argumentum erat *Dos*, cum *dotatas effe feminas ad fubolem procreandam, replendamque liberis civitatem, maxime fit neceffarium*, inquit Pomponius, [*l.* 1. *D. Solut. matrim.*] Quare eleganter Artemidorus filiam cum creditore comparat, quae grandis *dotem* pofcit : δανειστὴς καὶ θυγάτηρ τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον· ἐπειδήπερ καὶ ἡ θυγάτηρ μετ' ἀνάγκης ἀπαιτεῖ, καὶ ὅταν μετὰ πολλῶν ἀνατραφῇ φροντίδων, ἀπαλλάσσεται λαβοῦσα προῖκα ὡς δανειστής. Itaque legitimam fuiffe Pyrrhi uxorem, Nicodemi fororem negat Ifaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [*p.* 40.] quia forori Nicodemus *dotem* non dixit, non dedit : unde quaerit ἐὰν τινα ποτὲ προῖκα φησὶν ἐπιδοὺς ἐκδοῦναι τὴν ἀδελφὴν Νικόδημος. quafi dotem nullus dixerit, nullus dederit. Quare etiam qui ἄπροικον uxorem ducebat, προικῴοις, id eft, inftrumentis dotalibus acceptam tamen dotem ferebat, & cavebat, ut ex *eadem Oratione* liquet. Neque tamen concubinae & pellices omnino ἄπροικοι erant : legitimas enim uxores imitantur : unde *in hac* Ifaei *Oratione* [*p.* 41.] ἐπεὶ καὶ οἱ ἐπὶ παλλακίδι διδόντες τὰ ἑαυτῶν, πάντες πρότερον διομολογοῦνται περὶ τῶν δοθησομένων ταῖς παλλακαῖς. ita αἱ νόθαι θυγατέρες, quae legitimae uxores Athenienfium civium effe non poterant, fed concubinae tantum, τὰ νοθεῖα, mille illas drachmas, quas e bonis paternis auferebant, ad eum, cui jungebantur, virum adferebant; hinc Ifacanae illi Philae, quam Xenocli Cyprio elocavit Endius, dedit in *quafi dotem* χιλίας δραχμάς. De *Dote* autem Leges aliquot fcripfit Solon, & hanc quidem primo:

Ἱμάτια τρία, καὶ σκεύη μικροῦ νομίσματος ἄξια, ἕτερον δὲ μηδὲν ἐπιφέρεσθαι τὴν γαμουμένην [1] τὰς φερνάς.

Tres tantum veftes, & vafa aliquot non magno conftantia fponfa ad maritum deferto in dotem.

Refert hanc Legem Plutarchus *in Solone* [*p.* 89. *D.*] τῶν δὲ ἄλλων γάμων ἀφεῖλε τὰς φερνὰς, ἱμάτια τρία, καὶ σκεύη μικροῦ νομίσματος ἄξια κελεύσας, ἕτερον δὲ μηδὲν ἐπιφέρεσθαι τὴν γαμουμένην. Opponit Solon virginibus *dotalibus*, quae totam haereditatem in *dotem* adferunt, ceteras omnes, five ἐπιπροικοι, five θῆσσαι fint, quas tres tantum veftes, & quaedam

1 De fuo haec admenfus eft vir doctiffimus. *Plutarchus* non habet, nec tolerari poffunt.

dam modici pretii vasa non elaboratae artis, secum ad maritum deferre matrimonii ergo jussit: οὐ γὰρ ἐβούλετο μισθοφόρον οὐδ' ὤνιον εἶναι τὸν γάμον, 451.
ἀλλ' ἐπὶ τεκνώσει, καὶ χάριτι, καὶ φιλότητι γίνεσθαι τὸν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνοικισμόν. Fit enim, ut plurimum, ut dote imperium vendatur: unde Euripides *in Phaëthonte* apud Eustathium *ad* Ὀδυσσείας N.

> Ἐλεύθερος δ' ὢν, δοῦλός ἐστι τοῦ λέχους,
> πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.

Verum an intelligit Solon, nullam aliam marito dotem detulisse sponsam matrimonii ergo, praeter has tres vestes, & vasa parvi pretii? Ita quidem nobis non videtur. Sed distinguuntur [1] dos, & hae tres vestes atque vasa, ut videre est in Graecorum Commentariis de solenni illa pompa, qua postridie nuptiarum delata sunt, ad sponsam vestes & vasa, quae erant mundi muliebris, ad sponsum vero dos: καλεῖται δ' [2] ἐπαύλια, καὶ τὰ μετὰ τὴν ἐχομένην ἡμέραν τῶν γάμων παρὰ τοῦ τῆς νύμφης πατρὸς δῶρα φερόμενα τῷ νυμφίῳ καὶ τῇ νύμφῃ ἐν πομπῆς σχήματι. παῖς γὰρ ἡγεῖται χλανίδα λευκὴν ἔχων καὶ λαμπάδα καιομένην. ἔπειτα μετὰ τοῦτον κανηφόρος. εἶθ' αἱ λοιπαὶ ἀκολουθοῦσιν ἐφεξῆς φέρουσαι χρυσίου λεκανίδας, σμήγματα, φορεῖα, κτένας, κοίτας, ἀλαβάστρους, σανδάλια, θήκας μυραλοιφῶν. ἐνίοτε δὲ, καὶ τὴν προῖκα ἅμα τῷ νυμφίῳ φέρουσιν. Itaque hac Lege Solon obviam ivit excrescenti suorum luxui, cavitque ne tribus vestibus plures deferrentur, neve haec ἐπαύλια mundi muliebris aut constantia essent magno, aut elaboratae artis, quae *in dotem* cedebant: nam *in dotem* dabantur: appellat enim Solon τῶν φερνῶν nomine. Quemadmodum etiam *in dotem* cedebant ea dona, quae sponsae, sive Ἐπίκληρος, sive ἐπίπροικος fuerit, a marito ejusque cognatis & sodalibus dabantur, quae ἀνακαλυπτήρια Graecis, Alexandrinis θεώρετρα dicuntur, δῶρα διδόμενα ταῖς νύμφαις παρά τε τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τῶν οἰκείων, καὶ φίλων, ὅταν τὸ πρῶτον ἀνακαλύπτωνται ὥστε ὁραθῆναι τοῖς ἀνδράσι. Erant autem uxoris haec ἀνακαλυπτήρια, & ejus *doti* accedebant, quasi aliquod ὑπόβολον & dotalitium. Quare quaerit Lysias *in Oratione*, quae περὶ τῶν ἀνακαλυπτηρίων inscribebatur, utrum ἀνακαλυπτήρια data mulieri per vim nubenti ad eam pertinere debeant. testis est Theo Sophista *Progymnasmatum Cap.* 2. ὡς ὅ, τε περὶ τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἐπιγραφόμενος Λυσίου, καὶ ὁ περὶ τῆς ἀμβλώσεως, ἐν μὲν γὰρ θατέρῳ ζητεῖται, εἰ τὰ δοθέντα ἀνακαλυπτήρια γυναικὶ γαμουμένῃ βιαίως, ἔχειν αὐτὴν δεῖ. Quod vero ad *dotem* attinet, modum illius non praescripsit ταῖς ἐπικλήροις, totam quippe hereditatem in dotem adferunt: neque etiam ταῖς ἐπιπροίκοις, quae τὴν προῖκα ἔχουσιν ἐπὶ μέρει τινὶ τοῦ κλήρου. Dicebatur quippe dabaturque pro uniuscujusque censu, & fortunarum modulo: unde apud Terentium *in Heautontimorumeno* [*Act. V*, 1, 64.]

> MEN. *Quid dotis dicam te dixisse filio?*
> CHRE. *Duo talenta pro re nostra ego esse decrevi satis.*

atque *in Andria* Chremes [*Act. V*, 4, 48.]

— *Dos*,

1 Vetat *Plutarchus*, Solonem e nuptiis sustulisse τὰς φερνὰς diserte testatus, caussa addita, μὴ βουλόμενον μισθοφόρον οὐδ' ὤνιον εἶναι τὸν γάμον. A qua tamen lege cito discessum est, admissis in nuptias & dotibus & donis, quae ἐπαύλια vocabant.

2 Dicta videntur διὰ τὸ τὴν γαμετὴν ἤδη ἐπαυλίσασθαι τῷ ἀνδρί. Fuit, quando putabam, ἐπαύλεια appellanda, διὰ τὸ ἐπὶ τὴν αὔλειαν κομίζεσθαι. JAC. PALMERIUS.

Ibid. Rectum esse ἐπαύλια Grammatici testantur. Vide *Eustathium* in Iliad. Ω. p. 1337. ubi eadem fere, quae Etymologus, ex *Pausaniae* Lexico adferuntur.

— *Dos, Pamphile, est*
Decem talenta. —

Verum ita, ut decima [1] saltem bonorum paternorum pars filiae in dotem cederet: id colligere licet ex Isaci *Oratione* ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου [*p.* 43.] δοκεῖ δ' ἂν τις ὑμῖν οὕτως ἀναιδὴς ἢ τολμηρὸς εἰσποιητὸς γενέσθαι, ὥστε μηδὲ τὸ δέκατον μέρος ἐπιδοὺς ἐκδοῦναι τῇ γνησίᾳ θυγατρὶ τῶν πατρῴων; γενομένων δὲ τούτων, δοκεῖ ἂν ὑμῖν ὁ θεῖος ἐπιτρέψαι ὁ ἐγγυῆσαι
452. μεμαρτυρηκὼς αὐτῆς τὴν μητέρα. Nam hinc liquet, decimam saltem τῶν πατρῴων partem dandam sorori fuisse a fratre in dotem. Quare corrigendus est qui *ibidem* legitur locus [*p.* 42.] αὐτὸς μὲν τριτάλαντον οἶκον ἔχειν ἠξίου ὡς προσῆκον αὐτῷ, τῇ δὲ γνησίᾳ οὔσῃ τρισχιλίας δραχμὰς προῖκα ἐπιδοὺς, ἐκδοῦναι, ἠξίωσεν ἄλλῳ. Scribit Orator, ut hodie editur, dedisse Endium sorori τρισχιλίας δραχμὰς in dotem: sed error est in τρισχιλίαις δραχμαῖς. Nam negat Isaeus ex Endii persona dedisse se Philae in dotem τὸ δέκατον μέρος τῶν πατρῴων, quia soror scilicet legitima non erat, sed notha. Quare ei in dotem dedisse non potest drachmas ter mille: Habebat enim Endius in bonis tria tantum talenta, τὸν τριτάλαντον οἶκον, at tria talenta sunt minae centum octoginta, sive octodecim millia drachmarum: ergo decima pars τοῦ τριταλάντου οἴκου, non sunt drachmae ter mille, multo minus dos Philae dicta. Praeterea desponsatam ab Endio Philam docet, tanquam sororem notham e pellice susceptam a Pyrrho, idque probari & demonstrari contendit e dote, quam Philae dixit dedit Endius [*p.* 43.] ὁ μὲν τοίνυν Ἔνδιος ὡς ἐξ ἑταίρας οὖσαν ἐνεγγύησεν, ἣν φησὶν ἀδελφιδῆν Νικόδημος εἶναι αὐτῷ. Ἐπεὶ δὲ οὔτε περὶ Ἐνδίῳ τοῦ Πύρρου κλήρου ἀμφισβητῆσαι ἠξίωσεν, οὔτ' ἐγγυήσαντα τὴν ἀδελφιδῆν οὖσαν ἐξ ἑταίρας εἰσαγγεῖλαι πρὸς τὸν Ἄρχοντα ἠξίωσεν, οὔτ' ἐπὶ τῇ δοθείσῃ προικὶ αὐτῇ ἠγανάκτησεν οὐδέν. Itaque reponendum existimo, χιλίας δραχμὰς ἐπιδοὺς προῖκα. Tot enim drachmas dotem dixit dedit, quot nothis solvebantur e bonis paternis, mille nempe drachmae: νοθεῖα τὸ τοῖς νόθοις διδόμενα ἐκ τῶν πατρῴων οὕτω καλεῖται. ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. Minima autem *dos* videtur illa fuisse, quam praecepit dandam ταῖς Θήσσαις Solon a Zygitis, [2] tres sesquiminae, sive centum quinquaginta drachmae. Argumento est Lex περὶ τῆς δίκης τῆς προικὸς σίτου εἰς ᾠδεῖον. Definit enim Solon foenus, quod mulieri pendit dos, quam repetitam non accepit, ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς τοκοφορεῖν. Fenus singulis mensibus pendebatur: & quanquam esset maxima fenerandi licentia approbata veteri Solonis Lege, tamen usitatissimus usurae modus erat *centesimae.* Cavetur autem Solonis Lege, ut vel minimae dotis fenus mulieri penderetur ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς. Hinc liquet vel minimam dotem fuisse sesquiminas tres, sive centum quinquaginta drachmas: nam una mina, sive drachmae centum pariunt drachmam unam, sive sex obolos: Ergo centum quinquaginta drachmae parient mensibus singulis obolos novem.

II. Definivit vero Solon dotem, quae ταῖς Θήσσαις dicenda danda erat ab iis,

1 Confer *Jac. Perizonium* Dissert. 11. p. 124.

2 Scribere sesquiminam voluit. Male vero colligit confundens τόκον ἐπὶ δραχμῇ & ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς. Illae *centesimae usurae* Latinis, hae *centesimae semisses.* Mina τόκῳ ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς vertente anno reddebat drachmas decem & octo, ergo sesquimina viginti & septem praeterea: quae proportio in quavis dote, quam sibi maritus retinebat, majore, media, minima observabatur semper. Vide *Cl. Salmasium* de Modo Usur. C. 4. p. 152.

iis, qui proxima cognatione conjuncti erant: eas enim aut ducere tenebantur, aut elocare, dote dicta a Pentacosiomedimnis quidem quinque minarum, ab Equitibus vero trium minarum, a Zygitis denique centum quinquaginta drachmarum. Lex haec est:

ΤΩΝ ΕΠΙΚΛΗΡΩΝ ΟΣΑΙ ΘΗΤΙΚΟΝ ΤΕΛΟΥΣΙΝ, ΕΑΝ ΜΗ ΒΟΥΛΗΤΑΙ ΕΧΕΙΝ Ο ΕΓΓΥΤΑΤΑ ΓΕΝΟΥΣ ΕΚΔΙΔΟΤΩ ΕΠΙΔΟΥΣ, Ο ΜΕΝ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΟΜΕΔΙΜΝΟΣ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ, Ο Δ' ΙΠΠΕΥΣ ΤΡΙΑΚΟΣΙΑΣ, Ο ΔΕ ΖΥΓΙΤΗΣ ΕΚΑΤΟΝ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ [1] ΠΡΟΣ ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΠΛΕΙΟΥΣ ΩΣΙΝ ΕΝ ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ ΓΕΝΕΙ ΤΗΙ ΕΠΙΚΛΗΡΩΙ ΠΡΟΣ ΜΕΡΟΣ ΕΠΙΔΙΔΟΝΑΙ ΕΚΑΣΤΟΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΑΙ ΓΥΝΑΙΚΕΣ ΠΛΕΙΟΥΣ ΩΣΙ ΜΗ ΕΠΑΝΑΓΚΕΣ ΕΙΝΑΙ ΠΛΕΟΝ Η ΜΙΑΝ ΕΚΔΟΥΝΑΙ ΤΩΙ ΕΝ ΓΕΝΕΙ, ΑΛΛΑ ΤΟΝ ΕΓΓΥΤΑΤΑ ΔΕΙ ΕΚΔΙΔΟΝΑΙ Η ΑΥΤΟΝ ΕΧΕΙΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΕΧΗΙ Ο ΕΓΓΥΤΑΤΩΙ ΓΕΝΟΥΣ Η ΜΗ ΕΚΔΩ Ο ΑΡΧΩΝ ΕΠΑΝΑΓΚΑΖΕΤΩ Η ΑΥΤΟΝ ΕΧΕΙΝ Η ΕΚΔΟΥΝΑΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΕΠΑΝΑΓΚΑΣΗΙ Ο ΑΡΧΩΝ ΟΦΕΙΛΕΤΩ ΧΙΛΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ ΙΕΡΑΣ ΤΗΙ ΗΡΑΙ, ΑΠΟΓΡΑΦΕΤΩ ΔΕ ΤΟΝ ΜΗ ΠΟΙΟΥΝΤΑ ΤΑΥΤΑ Ο ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ.

Orbae, qui sint genere proximi, eis nubunto: aut ii orbis dotem danto dicunto: Pentacosiomedimni quidem drachmarum quingentarum. Equites vero trecentarum: Zygitae denique centum quinquaginta. Si plures sint proximi uni 453. *orbae pro rata singuli conferunto: sin plures sint orbae, singuli singulas elocanto, aut ducunto. Si vero proximi neque ducant ipsi, neque elocent, Archon eum cogito aut ducere, aut elocare: ni coëgerit mille drachmis Junoni sacris multator. Ejus nomen qui hanc Legem violarit, apud Archontem quivis deferto.*

Legem hanc αὐτολεξεὶ descripsit Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον. [*p.* 607.] Duo autem sunt illius Kapita, quorum unum est de ducenda in uxorem [2] *Orba*, Θῆσσαν proprie dixerunt: alterum est de elocanda ea a proximis, si non ducant, id est, dote dicenda danda. Quod ad prius Kaput attinet, meminit Terentius *in Phormione* [*Act. I. Sc. II,* 75.]

Lex est ut orbae, qui sint genere proximi,
Eis nubant; & illos ducere eadem haec Lex jubet.

Laudat quoque Diodorus Siculus *Lib. XIII.* [*p.* 298.] cujus verba hic non repetemus: *in superioribus* namque a nobis sunt descripta. Alterum Kaput habes apud eundem Terentium *eodem dramate, Actu II. Scena III,* 63.

Etsi mihi facta injuria 'st, verum tamen
Potius quam lites secter, aut quam te audiam:
Itidem ut cognata si sit, id quod Lex jubet,
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque *accipe.*

De utroque Kapite Pollux *Lib. III. Cap.* 3. ἡ μὲν τοι κλῆρον οὐκ ἔχουσα πατρῷον, Θῆσσα καλεῖται, ἣν ὁ ἀγχιστεὺς ἐκδίδωσιν, ἂν ἑτέρῳ συνοικῇ, ἢ πάντως γαμεῖ. Laudant quoque hanc Legem Fortunatianus Rhetor, & Commentator Terentii Eugraphius *ad Phormionem.* illius verba sunt: *Orba proximo nubat, vel si eam noluerit in matrimonium ducere, det decem millia.* hujus haec est nota. *In Lege scriptum est, Orbam proximus ducat, aut decem millia dotis det, ut accepta dote discedat.* Adludunt autem Latini Scriptores in referenda

1 In *Demosthene* πρὸς εἰς αὐτὴν aut πρὸς τῆς αὐτῆς legitur: quorum posterius videtur potius, nisi si προῖκα αὐτῇ malueris.

2 Non dicitur Θῆσσα ea quae *orba* est propterea quod sit *orba*. Sed ea quae nihil habet in bonis. Nam orba quoque ἐπίκληρος. Jac. Palmerius.

Ibid. Vide *Jo. Meursium*, qui in his facem Petito praetulit, Lect. Attic. L. v, 1. & praeter ceteros *Des. Heraldum* Animadv. in Jus Att. & Rom. L. III, 16. p. 256.

renda Lege Attica ad mores Romanos, & dicis causa summa haec *decem millia* ab illis adjecta est:

—— Ritu decies centena dabuntur
Antiquo. ——

De elocanda orba Auctor *Etymologici*: Θῆσσα ἐπίκληρος οὐκ ἔχουσα φερνὴν πενιχρὰ καταλειφθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὑπὸ τῶν ἀγχιστέων προικιζομένη κατὰ νόμον. E Dinarcho ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, διαμαρτυρία περὶ τοῦ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὴν Ἀριστοφῶντος θυγατέρα, Harpocration. δείκνυται καὶ ὅτι τὰς ἀπορουμένας κόρας ἐξεδίδοσαν οἱ ἄγχιστα γένους, πέντε μνᾶς ἐπιδιδόντες. Idem in Θῆττες e Demosthene ἐν τῷ περὶ Ἁγνίου κλήρου πρὸς Μακάρτατον & Posidippo Comico: ἐπάναγκες δ' ἦν τοῖς ἔγγιστα
454. γένους τὰς Θήσσας, ἢ λαμβάνειν πρὸς γάμον, ἢ πέντε μνᾶς διδόναι. Suidas in Θῆσσα. Ἐπίκληρος οὐκ ἔχουσα φερνὴν πενιχρὰ καταλειφθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὑπὸ δὲ τῶν ἀγχιστέων προικιζομένη κατὰ τὸν νόμον, τῶν πεντακοσίων δραχμῶν. Verum quod ad Pentacosiomedimnos attinet, mutavit postea, atque illos in *orbarum* dotem *decem minas* conferre placuit, ut docet Aristophanes Grammaticus apud Eustathium *ad Iliados* Φ. [*p.* 1246.] Θῆσσα μέν τοι παρ' Ἀριστοφάνει Γραμματικῷ, καινότερον ἄλλο τι δηλοῖ. Θῆσσα γὰρ, φησὶ, ἣν πατὴρ καταλέλοιπε πένης ὤν. αὕτη δὲ, φησὶν, ἐπὶ τὸν πλησίον τοῦ γένους πορεύεται κατὰ νόμον ἠναγκάζοντα τοῦτο, καὶ ὁ μὴ αἱρούμενος γῆμαι, πέντε μνᾶς ἀποτίνει, ὡς ἔταξε Σόλων, ἐν δὲ τοῖς ἐπικαινισθεῖσι νόμοις, μετέδοξε τοῦτο ὡς μικρὸν, καὶ ἐγένοντο δέκα μναῖ. Sed haec mutatio facta est post aetatem Demosthenis, qui legem, ut a Solone scripta est, refert; itemque post Apollodorum Comicum, e quo Terentius *in Phormione*:

—— Id quod Lex jubet
Dotem dare, abduce hanc: minas quinque *accipe.*

Sequitur in Lege, licuisse cuivis proximum, qui nuptias recusaret, aut dotem, apud Praetorem deferre, nullumque accusatori periculum creabatur: καὶ μόνων τούτων τῶν δικῶν ἀκινδύνων τοῖς διώκουσιν οὐσῶν, καὶ ἐξὸν τῷ βουλομένῳ βοηθεῖν ταῖς Ἐπικλήροις, inquit Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου [*p.* 42.] Si Praetor muneri suo deesset, mille drachmis Junoni sacris multabatur. Mutationem factam esse in assignanda a Pentacosiomedimnis dote, quae *orbis* dabatur, factam, inquam, esse a Demetrio Phalereo, cum Rempublicam ordinaret, suspicio nostra est, nam, ut e Plutarcho constat *in Aristidis vita*, ea quae dabantur bene meritis praemia in majus auxit, mutavitque triobolum drachma. Cum autem mulieri nubenti dotem dabant, solebant a viro quoddam quasi pignus petere propter dotem, veluti domum, aut praedia: ille autem qui pignus illud tradebat, vir scilicet, ἀποτιμᾶν, qui vero accipiebat, ut ii qui dotem dabant dicebant, aut ipsa uxor, ἀποτιμᾶσθαι dicebatur: denique quae tradere cogitur, vir pignora in dotis illius certitudinem ἀποτιμήματα nuncupabantur. Harpocration. εἰώθεσαν δὲ καὶ οἱ τότε, εἰ γυναικὶ γαμουμένῃ προῖκα διδοῖεν οἱ προσήκοντες, αἰτεῖν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, ὥσπερ ἐνέχυρόν τι τῆς προικὸς ἄξιον, οἷον οἰκίαν, ἢ χωρίον. ἐλέγετο δὲ ὁ μὲν δοὺς τὸ ἀποτίμημα, ἐνεργητικῶς ἀποτιμᾶν. ὁ δὲ λαβὼν, ἀποτιμᾶσθαι. Suidas: καὶ οἱ προῖκα γαμουμένῃ γυναικὶ δόντες, ᾔτουν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὑπὲρ τῆς προικὸς ἐνέχυρον οἰκίαν, ἢ χωρίον ταύτης ἄξιον. Pollux *Libro III. Cap.* 3. αἱ δὲ πρὸς τὴν προῖκα ὑποθῆκαι ἀποτιμήματα ἐκαλοῦντο. & *Lib. VIII. Cap.*

Cap. 12. ἐντιμήσασθαί ἐστιν, ὅταν τις προῖκα διδοὺς, τιμήσηταί τι, ὁπόσου δεῖ. ἀποτίμημα δ' ἐστὶν, οἷον ὑποθήκη, κυρίως μὲν πρὸς τὴν προῖκα. Hesychius: ἀποτιμήματα, αἱ πρὸς τὰς φερνὰς ὑποθῆκαι. Hinc intelligenda illa Demosthenis ἐν τῷ κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν [*p.* 645.] τὰ δ' ἐκ τῆς ἄλλης οἰκίας ἐξέφερεν σκεύη, απαγορευούσης τῆς γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι αὐτῶν, καὶ λεγούσης, ὅτι αὐτῆς εἴη ἐν τῇ προικὶ τετιμημένα. Idem ἐν τῷ κατ' Ὀνήτορος [*p.* 522.] ἀποδείξω γὰρ αὐτὸν τὴν προῖκα οὐ δεδωκότα, ἧς φησι νῦν ἀποτιμήσασθαι τὸ χωρίον. Quare e publicatis mariti bonis *dos* ab uxore eximebatur, & repetebatur ante alios omnes quotquot erant creditores. Auctor *Etymologici*: Καταδικασθέντων τινῶν δημοσιεύεσθαι τὰς οὐσίας, εἰ λέγοιεν τινὲς ὡς εἶησαν δανεισαὶ τῶν δημευομένων, ἀπογράφεσθαι τούτοις ἐκέλευον, πότε καὶ πόσον ἐδάνεισαν ἀργύριον· ὅπερ ἔλεγον, ἐνεπίσκημμα, καὶ ἐνεπισκήψασθαι· εἰ μὲν τοι γε παρεστῶν 455. ἐγγυητὰς τοῦ μὴ διαψεύσασθαι περὶ τοῦ δανείσματος οἱ δανείσαντες. τοῦτο ἐγγύης καταβολὴν ἔλεγον. ἐξῆν δὲ τῇ γυναικὶ πρῶτον τὴν ὀφειλομένην προῖκα ζητεῖν· καὶ οἱ δανεῖσαι τὸ ὄφλημα ἀποδεικνύντες ὃ ἔλεγον, ἀπελάμβανον τὰ ὀφειλόμενα. Hinc factum, ut [1] advocarentur testes, & signarentur tabulae, τὰ προικῷα, quibus cavebat, & acceptam dotem ferebat maritus, unde argumentatur Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [*p.* 40.] dotem sorori, quam Pyrrho elocabat, non dixisse non dedisse Nicodemum, quia Pyrrhus μηδεμίαν προῖκα διωμολογήσατο ἔξειν ἐπ' αὐτῇ. Quin etiam idem observatum in *Concubinarum quasi dotibus*, ut legitur *ibidem* [*p.* 41.] ἐπεὶ καὶ οἱ ἐπὶ παλλακίᾳ διδόντες τὰ ἑαυτῶν, πάντες πρότερον διομολογοῦνται περὶ τῶν δοθησομένων ταῖς παλλακαῖς. Nam *Reipublicae interest*, inquit Paulus Lib. LX. ad Edictum, *mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possunt. l.* 2. *D. de Jure dotium.* quare *res in dotem datae*, verba sunt Gaji Lib. XI. ad Edictum Provinciale, *quae pondere, numero, mensura constant, mariti periculo sunt. l.* 42. *D. eod.* Unde etiam fiebat jure quoque Romano, ut docemur Juliani verbis e Lib. XVIII. Digestorum, ut *si marito publico judicio damnato, pars aliqua bonorum ejus publicetur, fiscus creditoribus ejus satisfacere necesse habeat, inter quos uxor quoque est. l.* 31. *D. Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.*

Cum autem *dirimatur matrimonium divortio vel morte. l.* 1. *D. de divortiis.* constat omnino *soluto matrimonio, solvi mulieri dotem debere. l.* 2. *D. Soluto matrimonio dos quemadm. petatur.* Mantitheus de matre sua apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν [*p.* 582.] Καὶ μετὰ ταῦτα τοῦ ἀνδρὸς αὐτῇ τελευτήσαντος, ἀπολιποῦσα τὸν οἶκον, καὶ κομισαμένη τὴν προῖκα. Tenebatur autem profiteri apud Archontem, non futuram se amplius in aedibus mariti sive mortui, sive ab eo divorterit, id patet ex Isaei verbis *extrema Oratione* ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [*p.* 45.] ἔπειτα πρὸς ὁποῖον Ἄρχοντα ἡ ἐγγυητὴ γυνὴ ἀπέλιπε τὸν ἄνδρα, ἢ τὸν οἶκον τὸν αὐτοῦ. itemque *eadem Oratione primore* [*p.* 38.] εἶτα πότερον ἡ ἐγγυητὴ γυνὴ ἀπέλιπε τὸν ἄνδρα ζῶντα, ἢ τελευτήσαντος τὸν οἶκον αὐτοῦ. Quemadmodum enim Solonis Lege tenebatur mulier τὰ τῆς ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ Ἄρχοντι θέσθαι, ita etiam pro-

1 Non solere dotem ἀμαρτύρως dari, docent haec *Demosthenis* Orat. 1. in Onetor. p. 521. ἀλλὰ τῶν πάντων ἕνεκα, καὶ γάμους ποιοῦμεν, καὶ τοὺς ἀναγκαιοτάτους παρακαλοῦμεν, ὅτι οὐ πάρεργον, ἀλλ' ἀδελφῶν καὶ θυγατέρων βίους ἐγχειρίζομεν, ὑπὲρ ὧν τὰς ἀσφαλείας μάλιστα σκοποῦμεν. Idem juris erat, cum facto divortio dos feminae aut τῷ κυρίῳ redderetur, ut ibidem Orator disputat.

profiteri apud eundem, relicturam se demortui aedes mariti: Hac re defuncta, dotem repetebat: unde legitur *ibidem* καὶ παρ' ὅτου ἐκομίσατο τὴν τῆς ἀδελφῆς προῖκα ἐστί. Quae proprie erant partes illius, qui mulierem elocaverat atque desponsaverat, aut qui ei tutor datus fuerat, sine cujus auctoritate nihil de dote constituere poterat: Horum autem erat, si dotem, quam repetebant, non accepissent, dicam τῆς προικὸς σίτου scribere: unde sequitur apud Isaeum [*p.* 38.] ἢ, εἰ μὴ ἐκομίζετο, ὁποίαν δίκην σίτου ἢ τῆς προικὸς αὐτῆς ἐν εἴκοσιν ἔτεσι τῷ ἔχοντι τὸν κλῆρον δικάσασθαι ἠξίωσαν. & expressum est in Lege, quam suo loco exponimus: Καὶ σίτου εἰς Ὠδεῖον εἶναι δικάσασθαι ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τῷ κυρίῳ. Κύριος is est, qui mulierem elocavit, aut ei tutor datus est. Si vero repetitam dotem non acciperet, novem oboli singulis mensibus ei pendebantur: si dotem, inquit *ibidem* Isaeus, non reddiderit ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς τοκοφορεῖν. quod intelligendum est de minima dote, quae erat centum quinquaginta drachmarum, nam luculentiores dotes majus etiam pariebant fenus prorata.

III. Verum si cum liberis domi manebat, nec alteri nubebat viro, dos illius penes liberos erat ex hac Lege.

456. [1] *Μενούσης τῆς μητρὸς ἐν τῷ οἴκῳ, καὶ ζώσης, καὶ προῖκα ἐπενεγκαμένης, οὐκ ἀπογράφειν τὴν προῖκα χρέος αὐτῇ, ἀλλὰ μετέχειν τῶν παίδων τὴν μητέρα.*

Manente domi cum liberis matre, dote non repetita, liberi propter dotem fenus ne penduntο, sed mater bona illorum participato.

Meminit Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Φαίνιππον [*p.* 598.] αὕτη ἐστίν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἡ Ἀριστονόη, ἡ τοῦ Φιλοστράτου θυγάτηρ, μήτηρ δὲ τουτουί. ταύτῃ χρέος φησὶν ὀφείλεσθαι Φαίνιππος τὴν προῖκα· ἧς οἱ νόμοι κύριον τοῦτον ποιοῦσι, ψευδόμενος καὶ οὐ δικαίᾳ χρώμενος τῇ ἀποφάνσει. διὰ τί γὰρ ἐγώ, Φαίνιππε, μενούσης μοι τῆς μητρὸς ἐν τῷ οἴκῳ, καὶ ζώσης, καὶ προῖκα ἐπενεγκαμένης, οὐκ ἀπογράφω τὴν προῖκα χρέος αὐτῇ, οὐδὲ παρακρούομαι δικαστάς, ἀλλ' ἐῶ μετέχειν τῶν ἐμαυτοῦ τὴν μητέρα, ἄν τε Φαινίππου, ἄν τε τὴν ἐμαυτοῦ ἔχω οὐσίαν; ὅτι οἱ νόμοι ταῦτα κελεύουσιν. Idem ἐν τῷ κατ' Ἀφόβου [*p.* 501.] οὐδὲ γὰρ διδόντος τούτου σῖτον τῇ μητρί, τὴν δὲ προῖκα ἔχοντος, οὐδὲ τὸν οἶκον μισθοῦν ἐθέλοντος, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιτρόπων διαχειρίζειν ἀξιοῦντος, ἐποιήσατο λόγους περὶ τούτων ὁ Δημοχάρης. Idem ταύτην τὴν προῖκα οὔτε αὐτήν, οὔτε τὸν σῖτον ἀπέδωκε. Matrem igitur alere cogebantur hac Lege liberi, penes quos matris dos manebat.

IV. Sed & τῶν Ἐπικλήρων feminarum bona facultatesque penes earum liberos adultos, & in viros transcriptos, erant, si modo, quae victui essent necessaria, subministrarent.

[2] *Καὶ ἐὰν δὲ ἐξ Ἐπικλήρου τις γένηται, καὶ ἅμα*

Dotali matre natus, & in

ἐβδόμη

1 Multa hic admittuntur & in Graecis & Latinis. Προῖκα ἐπενεγκαμένη est quae dotem attulit mulier. Ἀπογράφειν τὴν προῖκα χρέος αὐτῇ non est *foenus pendere propter dotem*, sed in descriptione bonorum suorum dotem, quae matri debetur, inter aes alienum recensere. Tum μετέχειν τῶν παίδων τὴν μητέρα matrem liberorum participem esse significat, nec quidquam aliud. Aberrat ergo a mente *Demosthenis*, quam recte assecutus est, non intactis Petiti peccatis, *Cl. Salmasius* de Usur. Modo C. 4. p. 171.

2 Pars ejus legis est, quam superius p. 437. explicuit, consilio non bono inde avulsa.

ἡβήσῃ ἐπὶ διετὲς, κρατεῖν τῶν χρημάτων· τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μητρί.

viros transcriptus, jus in matris bona habeto, eamque exhibeto.

Laudat Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β. [p. 636.] additque οὐκοῦν ὁ μὲν νόμος κελεύει τοὺς παῖδας ἡβήσαντας, κυρίους τῆς μητρὸς εἶναι. τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μητρί. meminit Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου [p. 72.] cujus verba, quia mendo non carent, referemus. εἰ γὰρ ἔζη μὲν ἡ ἐμὴ μήτηρ, θυγάτηρ δὲ Κίρωνος, μηδὲν δὲ ἐκεῖνος διαθέμενος ἐτελεύτησεν, ἦν δὲ ἀδελφὸς οὗτος αὐτῷ, μὴ ἀδελφιδοῦς, συνοικῆσαι μὲν ἂν τῇ γυναικὶ κύριος ἦν, τῶν δὲ χρημάτων οὐκ ἄν, ἀλλ' οἱ γενόμενοι παῖδες ἐκ τούτου καὶ ἐξ ἐκείνης, ὁπότε ἐπὶ διετὲς ἐβίωσαν. οὕτω γὰρ οἱ νόμοι κελεύουσιν. εἰ τοίνυν καὶ ζώσης κύριος αὐτὸς μὴ ἐγένετο τῶν τῆς γυναικὸς, ἀλλ' οἱ παῖδες, &c. male editur, ὁπότε ἐπὶ διετὲς ἐβίωσαν [1] Emenda, ὁπότε ἐπὶ διετὲς ἥβησαν. Idem ἐν τῷ πρὸς Ξεναίνετον [p. 80.] νόμος οὐκ ἐᾷ τὸν τῆς Ἐπικλήρου κύριον εἶναι, ἀλλ' ἢ τοὺς παῖδας ἐπὶ διετὲς ἡβήσαντας κρατεῖν τῶν χρημάτων. Meminerat Hyperides ἐν τῷ πρὸς Χάρητα ἐπιτροπικῷ, verba paullo post ex Harpocratione describemus. Verba Legis, ἐπὶ διετὲς ἡβῆσαι varie exponuntur a veteribus: alii enim, inter quos est Didymus, annum secundum post pubertatem, hoc est, sextumdecimum agere interpretantur: alii biennium illud exponunt, quo erant Ephebi custodes publice ἐν τοῖς περιπόλοις, & annum vicesimum, quo Lexiarchico inscribebantur, intelligunt. Auctor *Etymologici*, & Suidas. ἐπὶ διετὲς ἡβῆσαι. τουτέστιν ἐτῶν ἑκκαίδεκα γενέσθαι· τὸ γὰρ ἡβῆσαι μέχρι δεκατεσσάρων ἐστίν. ἄλλοι Ἔφηβοι παρὰ Ἀθηναίοις ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν γινόμενοι ἐλέγοντο, καὶ ἔμενον μὲν ἐν τοῖς Ἐφήβοις ἔτη δύο. ἔπειτα εἰς τὸ Ληξιαρχικὸν ἐγράφοντο γραμματεῖον. Harpocration: ἐπὶ διετὲς ἡβῆσαι. Δίδυμος φησὶν ἀντὶ τοῦ, ἐὰν ἑκκαίδεκα ἐτῶν γένωνται. τὸ γὰρ ἡβῆσαι μέχρι τεσσαρεσκαίδεκά ἐστιν. ἀλλ' οἱ (γρ. ἄλλοι) Ἔφηβοι παρ' Ἀθηναίοις ὀκτωκαιδεκαετεῖς γίνονται, καὶ μένουσιν ἐν τοῖς Ἐφήβοις ἔτη δύο, ἔπειτα τῷ Ληξιαρχικῷ ἐγγράφονται γραμματείῳ, καθά φησιν Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Χάρητα ἐπιτροπικῷ. ἐπειδὴ δὲ ἐνεγράφην ἐγὼ, καὶ ὁ νόμος ἀποδέδωκε τὴν κο- 457.
μιδὴν τῶν καταλειφθέντων τῇ μητρὶ, ὃς κελεύει κυρίους εἶναι τῆς Ἐπικλήρου, καὶ τῆς οὐσίας ἁπάσης τοὺς ἄπαιδας, ἐπειδὰν ἐπὶ διετὲς ἡβῶσιν. Postrema verba corrigo, [2] καὶ τῆς οὐσίας ἁπάσης τοὺς παῖδας. ita enim habes in Lege: Atque haec posterior sententia potior videtur: nam antequam in viros transcriptus esset Ephebus, sui juris non erat: sed postquam Lexiarchico inscriptus erat, ad negotia mitti poterat. εἰκοσῷ δὲ ἔτει ἀνεγράφοντο τῷ Ληξιαρχικῷ γραμματείῳ. ὁ δὲ εἰς τὸ Ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφεὶς, ἤδη τὰ πατρῷα παρελάμβανεν.

V. Lege *Dos* mulieris, quae ἄπαις moriebatur, redibat ad illum, qui desponsaverat, & *dotem* dixerat:

Τὴν

1 *Palmerius* malle se ὁπότ' ἐπὶ διετὲς ἡβῶσιν adscripserat. *Salmasius* praefert ἡβήσωσιν. *Jo. Meursium* Lect. Att. L. III, 24. Petitus sequitur. Ego si in partes sit eundum, *Palmerio* accessero ob *Harpocrationem*, qui ita in Ἐπιδιετές. Adde *Isaeum* Or. de Aristarchi Hered. p. 80.

2 Conjectura certa, quam in contextum admisit Cl. *Jac. Gronovius*, sed occupata a *Jo. Meursio* Lect. Attic. L. IV, 24., non improbante *H. Valesio*.

Τὴν ὁμολογηθεῖσαν προῖκα γίνεσθαι εἰς τὸν ἐγγυήσαντα, εἴ τι ἔπαθεν ἡ γυνὴ πρὶν γενέσθαι παῖδας αὐτῇ.

Dos, quam accepisse cavit maritus, si femina orba decesserit, ad illum redito, qui dotem dixerat dederat.

Legem apud Isaeum ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [p. 41.] Καὶ ταῦτα, εἰδὼς τὸν ἅπαντα χρόνον ἄτοκον οὖσαν αὐτὴν, καὶ τῆς ὁμολογηθείσης προικὸς, ἐκ τῶν νόμων γινομένης εἰς αὐτὸν, εἴ τι ἔπαθεν ἡ γυνὴ πρὶν γενέσθαι παῖδας αὐτῇ. & paullo post, ἐπειδὴ τοίνυν τῷ ἡμετέρῳ θείῳ ἄπροικον τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ μεμαρτύρηκεν ἐγγυῆσαι. καὶ ταῦτα τῆς προικὸς εἰς αὐτὸν γινομένης, εἴ τι ἔπαθεν ἡ γυνὴ, πρὶν γενέσθαι παῖδας αὐτῇ. Cur redeat *dos* ad illum, qui *dotem* dixerat, ratio est, quia Lege cavetur, ne qua femina testamento det leget, πέρα μεδίμνου κριθῶν. Hereditas itaque mulieris, quae sine liberis decesserat, τῆς ἀγχιστείας jure illi cedebat, qui elocaverat, proximior enim erat, aut eo mortuo, illis qui propiori cognatione contingebant. *Dotis* autem illa tantum redibant ad eum, qui elocaverat, aut proximiorem, quae maritus tabulis τοῖς προικῴοις accepisse cavebat, non illa quae ἄνευ ὁμολογίας acceperat.

VI. Si quis autem uxorem dimiserat, *dotem* reddere Lege tenebatur, nisi redderet, usuram menstruam novem obolos pendat, & tutori mulieris pro ea de victu ad Odeum detur actio. Lex haec est.

ΕΑΝ ΑΠΟΠΕΜΠΗι ΤΗΝ ΓΥΝΑΙΚΑ ΑΠΟΔΙΔΟΝΑΙ ΤΗΝ ΠΡΟΙΚΑ· ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΕΠ' ΕΝΝΕ' ΟΒΟΛΟΙΣ ΤΟΚΟΦΟΡΕΙΝ ΚΑΙ ΣΙΤΟΥ ΕΙΣ ΩιΔΕΙΟΝ ΕΙΝΑΙ ΔΙΚΑΣΑΣΘΑΙ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΤΩι ΚΥΡΙΩι.

Si uxorem dimiserit, dotem reddito: ni reddat, in novem obolos menstruos fenus pendito: adversus eum in Odeo de victu uxoris illius tutori actio dator.

Extat apud Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [p. 733.] λαχόντος δὲ τοῦ Στεφάνου αὐτῷ δίκην σίτου εἰς ᾠδεῖον τῆς προικὸς κατὰ τὸν νόμον, ὃς κελεύει, ΕΑΝ ΑΠΟΠΕΜΠΗι ΤΗΝ ΓΥΝΑΙΚΑ, ΑΠΟΔΙΔΟΝΑΙ ΤΗΝ ΠΡΟΙΚΑ, ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΕΠ' ΕΝΝΕ' ΟΒΟΛΟΙΣ ΤΟΚΟΦΟΡΕΙΝ ΚΑΙ ΣΙΤΟΥ ΕΙΣ ΩιΔΕΙΟΝ ΕΙΝΑΙ ΔΙΚΑΣΑΣΘΑΙ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΤΩι ΚΥΡΙΩι. Demosthenis verba, quae Legem praecedunt, ita transponenda, & conjunctim sine copula legenda videtur: δίκην τῆς προικὸς σίτου εἰς ᾠδεῖον κατὰ τὸν νόμον. [1] Nam primum, ut liquet ex Lege, dica scribebatur, ut maritus, qui uxorem dimittebat, *dotem* redderet; nisi *dotem* redderet, ut mulieri ab illo victus suppeditaretur, unde paullo post: καὶ ἀφίσταται τῆς προικὸς, καὶ τὴν δίκην τοῦ σίτου ἀνείλετο. quo etiam ordine legitur apud Pollucem
458. *Lib. III. Cap.* 3. δίκη προικὸς, σίτου. Qui *dotem* mulieris nomine repetebat, aut de victu dicam scribebat, Κύριος dicitur, is est, qui mulierem elocaverat, desponsaveratque, vel is qui ei tutor datus fuerat, sive cujus auctoritate de *dote* nihil constituere poterat.

VI. *Dotem* igitur repetebat mulieris, a qua divertisset maritus, nomine ὁ κύριος, sed *dotem* illam tantum, quam προικῴοις acceptam ferebat maritus, & dato pignore firmaverat: idque Lege cautum ista:

Ἐὰν

1 Diversae ergo actiones erant, prior τῆς προικὸς, tum τοῦ σίτου. Si enim dos non redderetur, actio marito intendebatur περὶ προικός. dein sequebatur περὶ σίτου, qua usuras poscebat ex retenta dote, ut inde vitam sustentaret. Rectius proin cum *Salmasio* inducta προικὸς voce scribetur in *Demosthene*, λαχόντος δὲ τοῦ Στεφάνου αὐτῷ δίκην σίτου εἰς Ὠδεῖον κατὰ τὸν νόμον. Id firmant ipsa legis, quae succedunt, verba, &, quae p. 734. repetuntur καὶ λαχόντος αὐτῷ Στεφάνου εἰς Ὠδεῖον σίτου. Non ergo de dote actionem illam Stephanus movit, sed de usuris dotis. Vide C *Salmasium* de Usur. Modo C. 4. p. 162.

Ἐὰν ἀπολίπῃ ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα, ἢ ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἐκπέμψῃ τὴν γυναῖκα, μὴ ἐξεῖναι πράξασθαι τῷ δόντι ὃ μὴ προικὶ τιμήσας ἔδωκεν.

Si uxor a viro, aut vir ab uxore diverterit, qui mulierem elocavit ne exigito plura, quam maritus in dotem accepisse hypotheca data cavit.

Legis hujus meminit Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [*p.* 41.] ὅπου γὰρ ἐάν τις τι ἀτίμητον δῷ ἕνεκα τοῦ νόμου, ἐὰν ἀπολίπῃ ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα, ἢ ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἐκπέμψῃ τὴν γυναῖκα, οὐκ ἔξεστι πράξασθαι τῷ δόντι ὃ μὴ προικὶ τιμήσας ἔδωκεν. Si *dotem* non reddebat, de victu mulieri suppeditando adversus eum dabatur actio, quae σίτου nomine intelligitur, ut docet Harpocration e Solonis Legibus, & Aristotele de Atheniensium Republica. σῖτος καλεῖται ἡ διδομένη πρόσοδος εἰς τροφὴν ταῖς γυναιξί. De hac dica Suidas: σίτου τροφῆς, καὶ σίτου δίκη. ὅταν γυνὴ ἀπόλειψιν ποιησαμένη πρὸς τὸν ἄνδρα διὰ τοῦ Ἄρχοντος, ἢ καὶ ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐκπεμφθεῖσα, μὴ ἀπολαμβάνῃ τὴν προῖκα, καὶ διαγίνηται χρόνος, καὶ δίκην εἰσάγῃ πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀπαιτῇ προῖκα καὶ τροφὰς ἀφ᾽ ἧς ἀπηλλάγη ἡμέρας, αὕτη καλεῖται δίκη σίτου. Victus sive σῖτος novem obolis menstruis definitur. Si *dotem*, inquit, non reddiderit, ΕΠ᾽ ΕΝΝΕ᾽ ΟΒΟΛΟΙΣ ΤΟΚΟΦΟΡΕΙΝ. Quod intelligendum est de minima *dote*, quae erat centum quinquaginta drachmarum, quantam praecipit dandam ταῖς θήσσαις a Zygitis Solon: nam luculentiores *dotes* majus etiam pro rata fenus pariebant. Cautum autem est hac Solonis Lege, ut *dotis*, vel minimae, cujus rationem praecipue habuit Legislator, non enim solis ἀπόροις, sed etiam τοῖς τὸ θητικὸν τελοῦσι scriptae sunt Leges, *dotis*, inquam, minimae fenus mulieri penderetur ἐπ᾽ ἐννέα ὀβολοῖς. E quibus liquet, *dotem* vel minimam fuisse tres sesquiminas, sive centum quinquaginta drachmas: Nam una mina, sive drachmae centum, pariunt drachmam unam, id est, sex obolos: Ergo centum quinquaginta drachmae parient singulis mensibus novem obolos. Meminit hujus Legis Demosthenes ἐν τῷ κατ᾽ Ἀφόβου α. [*p.* 502.] μὴ γήμαντος δ᾽ αὐτοῦ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν, ὁ μὲν νόμος κελεύει τὴν προῖκα ὀφείλειν ἐπ᾽ ἐννέα ὀβολοῖς. ἐγὼ δ᾽ ἐπὶ δραχμῇ μόνον τίθημι. [1] Demosthenes de suo jure decedens, has centum quinquaginta drachmas nonnisi unam drachmam menstruam vult parere. Quod sequitur, γίγνεται δὲ, ἄν τις συνθῇ, τό, τε ἀρχαῖον, καὶ τὸ τῶν δώδεκα ἐτῶν, μάλιστα τρία τάλαντα. verum non est de fenore & sorte octoginta minarum, tot enim minarum *dos* erat, quoquo te vertas modo: itaque & his domus suae obvencionem, quam locare tenebatur Aphobus tutor Demostheni testamento datus, adjungere necesse est, ut sua his constet Oratoris verbis veritas. Actio haec τῆς προικὸς σίτου dabatur apud Praetorem in Odeo. Nam παρὰ τοῦ Ἄρχοντος dixit Suidas *laudatis verbis*: ΕΙΣ ΩιΔΕΙΟΝ. dixit Legislator, quod idem est: nam in Odeo jus dicebat Archon. Suidas: ἔστι δὲ ἐν τῷ Ὠδείῳ δικαστήριον τοῦ Ἄρχοντος. apud quem dabatur haec actio προικὸς σίτου, quemadmodum oportebat quoque τὰ τῆς ἀποπομπῆς ἢ τῆς ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ Ἄρχοντι θεῖναι. Judicabantur igitur in Odeo hac controversiae. Pollux *Lib. VIII.*

1 Solens aberrat. Centum & quinquaginta drachmae usura ἐπὶ δραχμῇ pariunt drachmam cum dimidia menstruam, sive decem atque octo annuas. At usura ἐπὶ ἐννέα ὀβολοῖς ex sorte centum & quinquaginta drachmarum dat viginti septem annuas. Quo usurarum genere confuso, descendit doctissimus Petitus ad *Demosthenem* corrigendum, qui ea opera non indiget, sicuti operose probare ingreditur *Salmasius* de Modo Usur. C. 4. p. 154., quem haec examinantem, si videtur, adi.

459. *VIII. Cap. 6.* τὰς δὲ ἐπὶ τῷ σίτῳ δίκας ἐν Ὠδείῳ ἐδίκαζον. Has dicas ἐπάγουσι, qui inde Ἐπαγωγεῖς dicti sunt. Pollux *Lib. VIII.* Ἐπαγωγεῖς, οἱ τὰς ἐμμήνους δίκας ἐπάγοντες, ἦσαν δὲ πεντήκοντα. atque erant, ut hinc constat, ἔμμηνοι.

TITULUS TERTIUS.

De Divortiis.

APud Athenienses tam vir, quam mulier, poterat alter alteri dicere, ut res suas sibi haberet, quin nomina illius rei propria jure Attico prodita erant, ut si vir discederet ab uxore, hoc diceretur ἀποπομπὴ, si uxor discederet a viro, ἀπόλειψις. Pollux *Lib. III. Cap.* 3. καὶ τὸ ἀποπέμψασθαι γυναῖκα, καὶ τὸ πρᾶγμα, ἀποπομπὴ, καὶ ἀπόπεμψις. καὶ ἀποπομπῆς δίκη. καὶ τοὐναντίον, ἀπόλειψις, καὶ δίκη παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀπολείψεως. Cur uxor non dicatur ἀποπέμπειν τὸν ἄνδρα, ratio est, quod uxor nupta deducitur domum mariti, neque potest ἀποπέμπειν, id est, ejicere virum ex illis aedibus, quarum ea domina non est: at potest eum relinquere, & ab illius aedibus recedere. Libellus *divortii* scribebatur apud Archontem a viro ipso, sive uxore, non autem per alium, ex hac Solonis Lege.

Τὴν γυναῖκα τὴν ἀπολείπουσαν τὰ τῆς ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ Ἄρχοντι θέσθαι, μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλ' αὐτὴν παροῦσαν.

Uxor, quae a viro divertit, libellum divortii ipsa, non per alterum, Archonti praesens offerto.

Ratio est, ut hoc modo, si fieri posset, coram sarciretur odium, & utriusque iniretur gratia: Legem laudat, ejusque hanc aperit causam Plutarchus *in Alcibiade* [*p.* 195. C.] ἄτακτος δ' οὖσα καὶ φίλανδρος Ἱππαρέτη, λυπουμένη δ' ὑπὸ αὐτοῦ περὶ τὸν γάμον ἑταίραις ξέναις καὶ ἀσταῖς συνόντος, ἐκ τῆς οἰκίας ἀπιοῦσα, πρὸς τὸν ἀδελφὸν ᾤχετο. τοῦ δ' Ἀλκιβιάδου μὴ φροντίζοντος, ἀλλὰ τρυφῶντος, ἐδεῖτο τῆς ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ Ἄρχοντι θέσθαι, μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλ' αὐτὴν παροῦσαν. ὡς οὖν παρῆν τοῦτο πράξουσα κατὰ τὸν νόμον, ἐπεξελθὼν ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ συναρπάσας αὐτὴν ἀπῆλθεν δι' ἀγορᾶς οἴκαδε κομίζων. αὕτη μὲν οὖν οὐ παντελῶς ἔδοξεν ἡ βία παράνομος οὐδὲ ἀπάνθρωπος εἶναι. καὶ γὰρ ὁ νόμος δοκεῖ διὰ τοῦτο προάγειν τὴν ἀπολείπουσαν εἰς τὸ δημόσιον αὐτὴν, ὅπως ἐγγένηται τῷ ἀνδρὶ συμβῆναι καὶ κατασχεῖν. Andocides de hac ipsa Alcibiadis Hipparete ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου [*p.* 30.] ὥστε ἠνάγκασε τὴν γυναῖκα σωφρονεστάτην οὖσαν ἀπολιπεῖν, ἐλθοῦσαν πρὸς τὸν Ἄρχοντα κατὰ τὸν νόμον. Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου [*p.* 45.] ἔπειτα πρὸς ὁποῖον Ἄρχοντα ἡ ἐγγυητὴ γυνὴ ἀπέλιπε τὸν ἄνδρα. [1] Erat autem Archontis sortiri Judices,

1 Addi opportune potuerat locus ex *Demosthenis* Or. 1. in Onetor. p. 523. & 524.

Judices, apud quos hac de re disceptabatur, an legitima esset, necne, τ̃ ἀποπομπῆς, ἢ ἀπολείψεως, causa ulla: atque Judicibus illis dicentibus solvebatur matrimonium; hinc apud Pollucem, δίκη ἀποπομπῆς, καὶ δίκη παρὰ τ̃ ἀνδρος ἀπολείψεως.

TITULUS QUARTUS. 460.

De Adulteriis.

CApital erat Athenis in adulterio deprehendi, idque primum a Dracone, cum Reipublicae praeesset, Lege cautum est, Hyetti exemplo. Pausanias *Boeoticis* [C. 36.] πρῶτος δὲ ὧν ὁ Ὑηττος δίκην μοιχίας λαβὼν δῆλός ἐστι, καὶ χρόνῳ ὕστερον, Δράκοντος Ἀθηναίοις θεσμοθετήσαντος, ἐν τῷ ἐκείνου κατέστη νόμων, οὓς ἔγραφεν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ἄλλων τε ὁπόσων ἄδειαν εἶναι χρὴ, καὶ δὴ καὶ τιμωρίας μοιχοῦ. Hyetti meminit Hesiodus, aut quisquis est, qui τὰς μεγάλας Ἠοίας scripsit,

Ὑηττος δὲ Μόλυρον Ἀρίσβαντος φίλον υἱὸν
κτείνας ἐν μεγάροις οἴκου. ἕνεχ᾽ ἧς ἀλόχοιο
οἶκον ἀποπρολιπὼν φεῦγ᾽ Ἄργεος ἱπποβότοιο.

Sed quia ultro se offert occasio, age, pauca de hoc Libro, cui titulus fuit ταῖς Ἠοίαις, dicamus. Scripsit Hesiodus Libros, quos Καταλόγους inscripsit: erant autem hi περὶ τῶν γυναικῶν, de illustribus & Heroïdibus feminis, numero quinque. Suidas in Ἡσίοδος. ποιήματα δὲ αὐτοῦ ταῦτα. γυναικῶν Ἡρωΐνων κατάλογος ἐν βιβλίοις πέντε. Constatque numerus si rationem Librorum ineamus. Primus itaque venit in hunc censum is, qui ἐς γυναῖκας inscribebatur Liber, sive γυναικῶν κατάλογος, qui Theogoniam excipiebat, ut constat ex his postremis Theogoniae versibus:

νῦν δὲ γυναικῶν φῦλον ἀείσατε ἡδυέπειαι
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Nam falluntur viri eruditi, qui hunc locum ταῖς Ἠοίαις dant, quartum enim tantum in Illustrium feminarum Catalogis obtinent, ut mox videbimus: primum vero occupabat, qui proprie γυναικῶν κατάλογος indicatur, quo recensebantur illustres & heroïnae feminae, earumque praecipua acta, genus, & liberi referebantur. Dio Chrysostomus *Orat. de Regno II.* [*p.* 21. *A.*] αὐτὸς Hesiodus ἐποίησε γυναικῶν κατάλογον, καὶ τῷ ὄντι τὴν γυναικωνῖτιν ὑμνῆσε, παραχωρήσας Ὁμήρῳ τοὺς ἄνδρας ἐπαινέσαι. Distinguebatur autem iste γυναικῶν κατάλογος in tres Libros sive καταλόγους. Nam ecce nominatim tertium laudat Harpocration in voce μακροκέφαλοι. ἔθνος ἐστιν οὕτω καλούμενον, οὗ καὶ Ἡσίοδος ἐν τρίτῳ γυναικῶν καταλόγῳ μέμνηται. Meminit primi, sed praeterito γυναικῶν nomine, Apollonii Interpres *Lib. III.* [*vs.* 1085.] item tertii *Lib. II.* [*vs.* 182.] ubi distinguit ab *Eoeis*: πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα

Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν μεγάλαις Ἠοίαις, ὅτι Φρίξῳ τὴν ὁδὸν ἐμήνυσεν· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ καταλόγῳ, ἐπειδὴ τὸν μακρὸν χρόνον, τῆς ὄψεως περιέχειν. Quanquam autem *Eoeae* diſtinguantur ab eo Libro, cui titulus γυναικῶν κατάλογος, eſt tamen ejusdem πραγματείας, & in Catalogis, qui ſunt περὶ γυναικῶν, numeratur. Heſychius, Ἠοῖαι, ὁ κατάλογος Ἡσιόδου. Nomen autem accepit hic Catalogus a vocibus ἢ οἵη, a quibus incipiebant carmina, in quibus ſingularum illuſtrium atque heroïnarum feminarum exempla proponebat Heſiodus, ut videre eſt in Fragmentis, quae hodie ſuperſunt
461. ἐκ τῶν Ἠοίων apud Strabonem & Pindari Scholiaſtem, ubi ſingula exempla incipiunt, ἢ οἵη, ſed maxime e verſibus illis primis Libelli illius, qui inſcribitur Ἀσπὶς Ἡρακλέους.

ἢ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν,
ἤλυθεν ἐς Θήβας μετ' Ἀρήϊον Ἀμφιτρύωνα
Ἀλκμήνη θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.

de quo poſtea. Hoc autem Libro Heroïnarum & illuſtrium feminarum pertexebatur Catalogus, atque cum iis amicam ſuam contendebat; unde factum ut ad ſingulas, quae recenſebantur, voces iſtas apponeret, ἢ οἵη. nimirum amicam ſuam cum illarum ſingulis comparabat Heſiodus, nihiloque inferiorem illis eſſe, aut forte ſuperiorem demonſtrabat: Huc faciunt Hermeſianactis Colophonii verſus apud Athenaeum *Libro XIII.* [*p.* 597.]

φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν ἀποπρολιπόντα μέλαθρον,
Ἡσίοδον πάσης ἤρανον ἱστορίης
Ἀσκραῖον ἐσικέσθαι, ἔχοντ' Ἑλικωνίδα κώμην·
ἔνθεν ὅ γ' Ἠοίην μνώμενος Ἀσκραϊκὴν
πόλλ' ἔπαθεν, πάσας δὲ λόγων ἀνεγράψατο βίβλους
ὕμνων, ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχόμενος.

Corrupta horum verborum ſcriptura Incomparabiles viros Guilielmum Canterum, & Iſaacum Caſaubonum τοὺς μακαρίτας in errorem induxit, ut exiſtimarent Hermeſianactem crediſſe quandam Aſcraeam feminam nomine *Eoeam* ab Heſiodo fuiſſe adamatam. Sed non tam fungus fuit Hermeſianax, aut tam hoſpes in lectione Heſiodeï carminis, cum & ipſe hoc ſenſu ea voce utatur *primore iſta Elegia:*

οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο
Ἀγριόπην Θρῇσσαν στειλάμενος κιθάρῃ.

ut crediderit, aut aliis perſuaſum voluerit, *Eoeam* dictam fuiſſe Heſiodi amicam, neque iſta ſcripſit Hermeſianax: nos ita legendum putamus:

ἔνθεον ὅ γ' Ἠοίων μνώμενος Ἀσκραϊκὴν
πόλλ' ἔπαθεν, πάσας δὲ λέγων, ἀνεγράψατο βίβλους
ὕμνων, ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχόμενος.

Dicit Heſiodum multa paſſum eſſe, cum virginem quandam Aſcraeam procaret, [1] quam

[1] Speciẽ defecta haec non ſunt. Pro *Cantero* tamen & *Caſaubono* obmoveri poterit, non videri Hermeſianactem Heſiodi eam amicam vero nomine Ἠοίην appellaſſe, ſed ex illo ἢ οἵη, quo in ea celebranda Poëta fuerat uſus. Praeterea ἔνθεον Ἠοίων non eſſe *honoratiorem & praeſtantiorem illis feminis*, quibuscum conferebatur eo carmine, cujus index Ἠοῖαι: neque fuiſſe Heſiodum ea animi inſolentia, ut de virgine Aſcraea id praedicaret. Denique ἔνθεν ὅ γ' Ἠοίην aptiſſime ceteris cohaereſcere: articulum certe quidem in Petiti correctione nulli uſui eſſe. Sed vide *Canterum* Nov. Lect. L. IV, 3. & *Caſaubon.* ad Athen. L. XIII, 8.

quam ἔνθεον, id est, ἔνδοξον, ἔντιμον, ut interpretatur Hesychius, honoratiorem & praestantiorem esse scribit Ἠοίων, id est, feminis, quibuscum conferebatur in hoc carmine, cujus index Ἠοῖαι. Addit, quae faciunt ad argumentum hujus Libri, illustrium omnium feminarum catalogum, praelata illis amica sua, instituisse, & celebrasse, deducto initio a prima puellarum Pandora. In his igitur *Eoeis* instituitur comparatio singularum Heroïnarum & illustrium feminarum cum Hesiodi amica; unde initium hujus carminis ἢ οἵη, quod in singulis uniuscujusque feminarum, quae cum illa comparabantur, exemplis praeponebatur, & respondet voci τοίη, aut simili, quae, ubi Heroïnam celebraverat, dicebatur de amica, qua cum comparatio instituebatur. Hujus Libri insigne Fragmentum legitur in libello, cui titulus Ἀσπὶς Ἡρακλέους: Comparationem enim unam earum, quibus opus totum constabat quamplurimis, continet, Alcmenae nempe, quod arguit perpetuus hujus Libri in singulis uniuscujusque feminae exemplis atque comparationibus praepositus a capite character, ἢ οἵη. 462.
Quod autem totum hunc libellum Ἀσπίδα partem facit & Fragmentum ἐκ τῶν Ἠοίων vir summus, longe fallitur, meo judicio. cujus assertionis meae auctorem dabo Argumentum illud antiquum, quod etiamnum huic Libro praefigitur, cujus verba sunt: τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ τετάρτῳ καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ ϛ'. E quibus verbis duo, quae ad nostrum institutum faciant, colligimus: Prius est τὰς Ἠοίας *in ordine Catalogorum* Hesiodi περὶ γυναικῶν quartas fuisse: Est enim hujus Libri initium ἐκ τῶν Ἠοίων, quod dicitur esse ἐν τῷ τετάρτῳ Καταλόγῳ. Ergo Ἠοῖαι sunt ὁ τέταρτος κατάλογος. Alterum est, non integrum libellum esse ἀπόσπασμα τῶν Ἠοίων, sed exiguam tantum illius partem, & quae nihil faciat ad Herculis Ἀσπίδα. Dicit quippe τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσπίδος ἐν τῷ τετάρτῳ Καταλόγῳ φέρεσθαι. Non igitur totus Liber erit ἐκ τῶν Ἠοίων, sed illius principium tantum, illudque non admodum longum, sed quod quinquaginta & sex versibus constaret: addit enim: ἐν τῷ τετάρτῳ καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ ϛ'. ita enim hunc numerum rescribimus: & certe totidem versus sunt *a principio Libelli ad hunc usque versum*,

ὃς καὶ Κύκνον ἔπεφνεν Ἀρητιάδην μεγάθυμον.

a quo incipit narratio congressus Herculis cum Cygno, descriptio Ἀσπίδος Ἡρακλέους καὶ Κύκνου ἀφόπλισις, quae omnia nihil faciunt ad *Eoeas* Hesiodi, certe ad laudes proprias Alcmenae, de qua comparationem instituerat cum amica sua Hesiodus: Res enim Herculis gestas, & pugnam cum Cygno exequitur, eaque occasione clypeum describit. Quare pars ista non est τοῦ πατρὸς Ἡσιόδου παιδίον, quod quidem locum habeat in *Eoeis*: Quanquam non defuerunt e veteribus Criticis, inter quos Aristarchus, qui omnino negarent partem istam esse Hesiodi: & videtur scripta esse aemulatione τῆς ἀσπίδος Homericae, quae *Iliados* Σ pars est ultima, ab alio quopiam, qui cum Hesiodi nomine vellet venditare, neque commodiorem ullum inveniret locum, huc intrusit, ubi Alcmena a Jove compressa ob formae elegantiam Herculem peperisse dicitur: non enim Hesiodus περὶ τῶν Ἡρώων ἐποίησε, παραχωρήσας Ὁμήρῳ τοὺς ἄνδρας ἐπαινέσαι, inquit Alexander apud Chrysostomum *loco jam laudato*; nisi forte objicias Ἡρωογονίαν, sive Ἡρωϊκὴν γενεαλογίαν, de qua nunc est nobis dicendum. Sed Ἡρωογονία Heroum gesta non describebat, sed natales, parentibus feminis illustribus: Quare erat τῆς πραγματείας περὶ τῶν γυναικῶν, cujus argumentum describit Maximus Tyrius *Dissertatione* 16. καθάπερ ὁ

περ ὁ Ἡσίοδος, χωρὶς μὲν, τῶν Ἡρώων, ἀπὸ γυναικῶν ἀρχόμενος, καταλέγων τὰ γένη, ὅσας ἐξ ἧς ἔφυ. E quibus liquet, ſcriptam eſſe Ἡρωογονίαν poſt illud opus, quod dicebatur γυναικῶν κατάλογος. Primo itaque omnium illuſtrium feminarum & heroinarum nomina laudesque celebrabat Libro, cui titulus γυναικῶν κατάλογος, in tres Libros ſive Catalogos diſtributo & diſtincto. Sequebatur deinde earundem inſtituta ab Heſiodo comparatio cum amica ſua ἐν Ἠοίαις, quas Catalogum quartum dixerunt. Demum ἐν Ἡρωογονίᾳ illas recenſebat, quae Heroas peperiſſent, earumque partus referebat: atque hic πέμπτος κατάλογος erat hujus περὶ τῶν γυναικῶν πραγματείας. & ita conſtat numerus Librorum, quos fuiſſe numero quinque Suidas
463. aſſerebat. Sed de his ſatis: ad Draconis Legem redeamus, qua *Adulterium* capital fuiſſe diximus: Ex ea intelligenda ſunt iſta Xenarchi Πεντάθλῳ [in Athen. *L. XIII. p.* 569. *D.*]

— πῶς ποτ', ὦ δέσποινα ποτνία Κύπρις,
βινεῖν δύνανται, τῶν Δρακοντείων νόμων
ὁπόταν ἀναμνησθῶσι προσκυνούμενοι.

Quae Draconis Lex, altera confirmatur, quam [1] *Areopagiticam* dixit Lyſias, & nos, Deo dante, ſuo loco referemus. Solonis Lege arbitrium erat penes eum, qui *adulterum* deprehendiſſet, ſtatuendi de adultero quicquid libuiſſet: Legis verba iſta ſunt:

ΕΑΝ ΤΙΣ ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΗι Ο, ΤΙ ΑΝ ΒΟΥΛΗΤΑΙ ΧΡΗΣΘΑΙ.	*Si quis adulterum deprehenderit, de eo quod libuerit ſtatuito.*

Legem laudat Lyſias ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου ἀπολογίᾳ extrema. οἱ νόμοι κελεύουσιν, ΕΑΝ ΤΙΣ ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΗι Ο, ΤΙ ΑΝ ΒΟΥΛΗΤΑΙ ΧΡΗΣΘΑΙ. *Haec Lex*, ut Sexti Caecilii verba uſurpem, quae referuntur ab Ulpiano Libro II. de Adulteriis, *ad omnia matrimonia pertinet: nec enim ſoli Atridae uxores ſuas amant.*

οὐ μόνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι.

l. 13. *D. ad Legem Juliam de adulteriis.* nam etiam de *concubinis* accipienda Lex eſt, ut ex alia Lege conſtat. Poterat igitur, qui adulterum in uxore deprehenderat, eum, ſi luberet, occidere: itaque Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *A.*] ſcribit Solonis Lege jus & fas fuiſſe adulterum deprehendenti eum occidere; μοιχὸν μὲν γὰρ ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκεν. Quare apud Lyſiam, *loco laudato*, Eratoſthenem is, qui in uxore eum deprehenderat, occiſurus dixit [C. 9.] οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος. Sed oportebat μοιχὸν ἐπὶ δάμαρτι λαβεῖν, adulterum in uxore deprehendere: hoc eſt, quod Solo & Draco dixerunt, [2] ΕΝ ΕΡΓΩι. ut refert Ulpianus Libro I. de Adulteriis, ſive ΑΡΘΡΑ ΕΝ ΑΡΘΡΟΙΣ ΕΧΟΝΤΑ, ut eſt apud Lucianum *Eunucho* [C. 10.] εἰ γὰρ μὴ ψεύδονται οἱ ἀεὶ αὐτοῦ λέγοντες, καὶ μοιχὸς ἑάλω ποτὲ, ὡς ὁ ἄξων φησὶν, ΑΡΘΡΑ ΕΝ ΑΡΘΡΟΙΣ ΕΧΩΝ.

II. Unde ſuſpicor Legem Solonis, mutilam apud Lyſiam, ita ſupplendam eſſe ex Ulpiano & Luciano:

ΕΑΝ

1 Confer L. VII. Tit. 1. Lex, de qua *Lyſias* Or. de Caed. Eratoſth. C. 10., ſic habet. ΤΟΥΤΟΝ ΜΗ ΚΑΤΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ ΦΟΝΟΥ ΟΣ ΑΝ ΕΠΙ ΔΑΜΑΡΤΙ ΤΗι ΕΑΥΤΟΥ ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΩΝ ΤΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΤΙΜΩΡΙΑΝ ΠΟΙΗΣΗΤΑΙ. Quae quidem negligi heic non debuerat, eodem de facinore agens, & maritum qui adulterum in turpitudine deprehenſum occiderat, caedis inſontem praeſtans. Idem ſentit Clariſſim. *Taylor* Lect. Lyſiac. C. 11. p. 709.

2 *In facinore* L. 96. D. *de Verb. Obligat.* & L. 23. D. *ad Leg. Jul. de Adult.* Plura dabit *Briſſonius* Lib. Singul. de Adulteriis C. 3.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΗι ΕΝ ΕΡΓΩι ΑΡΘΡΑ ΕΝ ΑΡΘΡΟΙΣ ΕΧΟΝΤΑ, Ο, ΤΙ ΑΝ ΒΟΥΛΗΤΑΙ ΧΡΗΣΘΑΙ.

Si quis adulterum in ipsa turpitudine deprehenderit, de eo, quod libuerit, statuito.

Quod autem ait Lex, ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΗι ΕΝ ΕΡΓΩι ΑΡΘΡΑ ΕΝ ΑΡΘΡΟΙΣ ΕΧΟΝΤΑ, ociosum non est: Nam non aliter de adultero, quod libuerit, statuere licet, nisi in ipsa turpitudine, sive, ut Pomponius loquitur, in ipsis rebus Venereïs deprehensus fuerit. Sed hic commodum *Eunuchi* Lucianeï mentio nobis in memoriam revocat quaestionem illam, quae legitur apud Sopatrum in Hermogenem 93. & 223. an Eunuchus, si cum muliere rem habeat, adulteriumne committat, necne: *πῶς γὰρ ἂν Εὐνοῦχος μοιχεύσειεν ὁ μὴ χρῆσθαι δυνάμενος, μηδὲ τὸ γένος ἀμφίβολον τῇ συνουσίᾳ ποιῶν.* Etsi enim ΑΡΘΡΑ ΕΝ ΑΡΘΡΟΙΣ ΕΧΟΝΤΑ, certum est *εἰς τὴν γυναῖκα ἐξαμαρτάνειν*, is tamen non *ἐξαμαρτάνει εἰς τοὺς παῖδας*, quod praecipue est animadvertendum: Nam proprie *adulterium* dicitur, *propter partum ex altero conceptum composito nomine*: *l. 6. D. eod.* Respondet tamen Sopater *ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐλέγχεσθαι* cum moecho, nam *μηδὲν διαφέρει πρὸς τὸ εἶναι αὐτὸν μοιχὸν, εἴτε δυνατὸς χρῆσθαι, εἴτε μή. τὴν γὰρ προαίρεσιν ἐξετάζειν δεῖ.* Non semper tamen occisi sunt adulteri in ipsa turpitudine deprehensi: sed id pro mariti arbitrio, ut jam diximus: unde Eratosthenes in adulterio deprehensus [apud Lysiam C. 9.] *ἠντεβόλει καὶ ἱκέτευε μὴ αὐτὸν κτεῖναι, ἀλλ᾽ ἀργύριον πράξασθαι.* Frequentissima haec & usitatissima poena fuit. Deprehensos in adulterio moechos quadrupedes constituebant, & eis nates depilabant cinere calido, deinde etiam raphanos praegrandes in podicem immittebant: hanc poenam vocabant *παρατιλμὸν καὶ ῥαφανίδωσιν.* [1] Sed pauperiorum fuit: divites enim pecunia redimebant. Aristophanes *Pluto* dicebat ipsi Pluto [*vs.* 168.] 464

ὁ δ᾽ ἁλοὺς γε μοιχὸς διὰ σέ που παρατίλλεται.

Scholia: *ἔθος ἦν τὸν ἁλόντα μοιχείας παρατίλλεσθαι, ἵνα διὰ τοῦ ἀργύριον ποινῆς λυθῇ. παρατίλλεται οὖν, δασύνεται, τὰς τρίχας τοῦ πρωκτοῦ τίλλεται. αὕτη γὰρ ὥριστο δίκη τοῖς μοιχοῖς πένησιν, ἀποραφανίδωσις καὶ παρατιλμός. οἱ γὰρ πλούσιοι χρήματα παρέχοντες ἀπελύοντο. παρατίλλεται οὖν φησὶ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι χρήμασι λυτροῦσθαι τὴν πυγήν. δημοσίᾳ γὰρ ταῦτα ἔπασχον.* Et alibi idem Interpres *ad Nubes* [*vs.* 1079.] *οὕτω γὰρ τοὺς ἁλόντας μοιχοὺς ᾐκίζοντο. ῥαφανίδας λαμβάνοντες καθίεσαν εἰς τοὺς πρωκτοὺς τούτων. καὶ παρατίλλοντες αὐτοὺς, τέφραν θερμὴν ἐπέπασσον βασάνους ἱκανὰς ἐργαζόμενοι.* Aliquando etiam vicem raphanorum mugiles per posticum impingebantur. Catullus:

Quem attractis pedibus, patente porta,
Percurrent raphanique, mugilesque.

Juvenalis *Satyra X.* [*vs.* 315.]

—— Necat hic ferro, secat ille cruentis
Verberibus, quosdam moechos & mugilis intrat.

Abdomen aliquando adimebant, & testes caudamque salacem demetebant ferro. Quod si de deprehenso in uxore visum esset ad Magistratum judicium & quaestionem referre, scribebatur dica apud Thesmothetas. Pollux *Libro VIII. Cap.* 9. *γίγνοι-*

1 *Is. Vossium* vide in *Catullum* p. 41. *Alciphron* Petiti sententiam illustrat L. III. Ep. 62. *ὁ μοιχὸς δὲ [illegible] ῥαφανῖσι [illegible] ἰδεῖν [illegible], ὁ μακρὸς δὲ γυνὴ τίνει τὴν ἀξίαν τῆς ἀσελγείας δίκην, εἰ μὴ Παλαίστρ[illegible] τοῦ [illegible] τοιαῦτα Λυσικλῆς. Ἐκεῖνος γὰρ λύτρα [illegible] τῶν μοιχῶν ἐπὶ τῇ [illegible] [illegible] τὴν [illegible] ὤφειλε.*

γίγνονται δὲ πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας γραφαὶ μοιχίας : Poena autem, an e judicum ſententia mors erit? nequaquam : Lyſiae enim iſta ἐν τῷ κατὰ Ἀγοράτου [C. 17.] γυναῖκας τοίνυν τῶν πολιτῶν τοιοῦτος ὢν μοιχεύειν καὶ διαφθείρειν ἐλευθέρας ἐπεχείρησε, καὶ ἐλήφθη μοιχός· καὶ τούτου θάνατος ἡ ζημία ἐστίν. Intelligenda ſunt de jure illius, qui deprehenſum in uxore adulterum poterat occidere.

III. Verum habitus in privata cuſtodia apud illum, qui μοιχίας accuſabat, ſi in jus rapiebatur, & falſo μοιχίας eſſet inſimulatus, ſive noxa dimittebatur: convictus vero, ab eo, qui in uxore eum deprehenderat, pro arbitrio judicum, ſi mortem excipias, plectebatur: Qua de re Lex haec extat:

465. ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΔΙΚΩΣ ΕΙΡΞΗι ΩΣ ΜΟΙΧΟΝ ΓΡΑΦΕΣΘΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΣ ΑΔΙΚΩΣ ΕΙΡΧΘΗΝΑΙ, ΚΑιΝ ΜΕΝ ΕΛΗι ΤΟΝ ΕΙΡΞΑΝΤΑ ΚΑΙ ΔΟΞΗι ΑΔΙΚΩΣ ΕΠΙΒΕΒΟΥΛΕΥΣΘΑΙ, ΑΘΩΟΝ ΕΙΝΑΙ ΑΥΤΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΓΓΥΗΤΑΣ ΑΠΗΛΛΑΧΘΑΙ ΤΗΣ ΕΓΓΥΗΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΔΟΞΗι ΜΟΙΧΟΣ ΕΙΝΑΙ ΠΑΡΑΔΟΥΝΑΙ ΑΥΤΟΝ ΤΟΥΣ ΕΓΓΥΗΤΑΣ ΤΩι ΕΛΟΝΤΙ. ΕΠΙ ΔΕ ΤΟΥ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΥ ΑΝΕΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΥ ΧΡΗΣΘΑΙ, Ο, ΤΙ ΑΝ ΒΟΥΛΗΘΗι ΩΣ ΜΟΙΧΩι ΟΝΤΙ.

Si quis tanquam adulter in cuſtodia habeatur, libellum ſupplicem Theſmothetis offerto, quod injuſte in cuſtodia habeatur. Si apud Judices probaverit injuſte vinctum fuiſſe, innoxius dimittitor, & vades ejus ſponſione liberantor: Si vero adulterii damnatus fuerit, vades dato ei, qui in uxore deprehenderit, [1] judices, excepta capitis poena, pro arbitrio in eum animadvertunto.

Legitur haec Lex apud Demoſthenem ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [*p.* 736.] Vades autem dare dabatur convictus adulterii apud Theſmothetas, ut caveretur ei qui deprehenderat illum in turpitudine, mulctam, quam irrogaturi erant judices, ſolutum iri: Judices enim morte non multabant, nam ſi is, qui in rebus ipſis Venereis adulterum deprehenderat, adulterum, ira adverſus eum ſumpta, in continenti non occidit, quod Lege tamen illi concedebatur, Judices aequum non eſt eundem morti addicere.

IV. Atque haec conſtituta ſunt in illos, qui non vi, ſed illecebris, pudicitiam feminarum expugnaſſent: Judicabat enim ſapientiſſime Legislator, eos uxorum erga maritos amicitiae corruptores eſſe: Quare illis gravior poena irrogabatur, quam *Raptoribus*: His enim multa tantum pecuniaria irrogatur ex hac Lege:

ΕΑΝ ΤΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑ ΑΙΣΧΥΝΗι ΒΙΑι [2] ΔΙΠΛΟΥΝ ΤΗΝ ΒΛΑΒΗΝ ΟΦΕΙΛΕΙΝ.

Si quis per vim vitium feminae intulerit, duplo multator.

Lex extat apud Lyſiam ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου ἀπολογίᾳ, [C. *XI.*] rationemque addit οὕτως, ὦ ἄνδρες, τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι ἢ τοὺς πείθοντας. τῶν μὲν γὰρ θάνατον κατέγνω, τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην· ἡγούμενος, τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ, ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι· τοὺς δὲ πείσαντας, οὕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν, ὥς τ' οἰκειοτέρας αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλο-

1 Graeca aliud ſonare videntur, quam Latine quod reddidit Petitus. Sic verto. *Actori vero ſine gladio liceat coram Judicum conſeſſu uti eo, ut volet, utpote moecho.* JAC. PALMER.

2 ΔΙΠΛΗΝ legendum cum Clariſſimo *Taylor* ob ea, quae apud Oratorem ſtatim ſuccedunt. Lex ita concipitur. ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ Η ΠΑΙΔΑ ΑΙΣΧΥΝΗι ΒΙΑι ΔΙΠΛΗΝ ΤΗΝ ΒΛΑΒΗΝ ΟΦΕΙΛΕΙΝ ΕΑΝ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΕΦ ΑΙΣΠΕΡ ΑΠΟΚΤΕΙΝΕΙΝ ΕΞΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. Quam cur Petitus diſtraxerit, exputare non poſſum. Utique conſultius fuiſſet, eam integram ex *Lyſia* de Caed. Eratoſth. C. 11. repraeſentare.

ἀλλοτρίας γυναῖκας, ἢ τοῖς ἀνδράσι, καὶ πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις τὴν οἰκίαν γεγονέναι· καὶ τοὺς παῖδας ἀδήλοις εἶναι ὁποτέρων τυγχάνουσιν ὄντες, τῶν ἀνδρῶν, ἢ τῶν μοιχῶν ἀνθ' ὧν ὁ τὸν νόμον τιθεὶς, θάνατον αὐτοῖς ἐποίησε τὴν ζημίαν. Licebat igitur marito eum, quem in uxore illecebris expugnata deprehenderat, occidere in continenti: non vero eum, qui vi compressisset: sed duplo multabatur: cum Legislatore paria facit Xenophon *in Hierone* [*p.* 717.] οὐ μὲν δὴ λέληθεν οὐδὲ τὰς πόλεις, ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἀγαθὸν καὶ ἥδιστον ἀνθρώποις ἐστί. μόνους γοῦν τοὺς μοιχοὺς νομίζουσι πολλαὶ τῶν πόλεων νηποινεὶ ἀποκτείνειν, δηλονότι διὰ ταῦτα ὅτι λυμαντῆρας αὐτοὺς νομίζουσι τῆς τῶν γυναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἶναι. ἐπεὶ ὅταν γε ἀφροδισιασθῇ κατὰ συμφοράν τινα γυνὴ, οὐδὲν ἧττον τούτου ἕνεκεν τιμῶσιν αὐτὰς οἱ ἄνδρες, ἐάνπερ ἡ φιλία δοκῇ αὐτοῖς ἀκήρατος διαμένειν.

V. Quod ad *adulteram*, ejusque maritum attinet, non licebat post illa marito 466
συνοικεῖν adulterae, sin minus ab ea sibi temperaret, notabatur infamia: neque poterat *adultera* illa ingredi fana, quae publicis sumptibus & impensis instruebantur, alioqui poenas dabat impune cuivis ex hac Lege:

[1] ΕΠΕΙΔΑΝ ΔΕ ΕΛΟΙ ΤΟΝ ΜΟΙΧΟΝ ΜΗ ΕΞΕCΤΩ ΤΩΙ ΕΛΟΝΤΙ CΥΝΟΙΚΕΙΝ ΤΗΙ ΓΥΝΑΙΚΙ· ΕΑΝ ΔΕ CΥΝΟΙΚΗΙ, ΑΤΙΜΟC ΕCΤΩ, ΜΗΔΕ ΤΗΙ ΓΥΝΑΙΚΙ ΕΞΕCΤΩ ΕΙCΙΕΝΑΙ ΕΙC ΤΑ ΙΕΡΑ ΤΑ ΔΗΜΟΤΕΛΗ, ΕΦ' ΗΙ ΑΝ ΜΟΙΧΟC ΑΛΩ· ΕΑΝ ΔΕ ΕΙCΙΗΙ ΝΗΠΟΙΝΕΙ ΠΑCΧΕΤΩ Ο, ΤΙ ΑΝ ΠΑCΧΗΙ, ΠΛΗΝ ΘΑΝΑΤΟΥ.

Postquam adulterum maritus adulterii damnaverit, ab uxore adultera divortito: nisi divorterit, ignominiosus esto: Adulterae templa publica ingredi fas non esto: si ingressa fuerit, impune poenas cuivis dato, morte excepta.

Lex extat apud Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [*p.* 739.] Multo inferior est, ex hac Lege, *adulterarum* sors illa servorum & peregrinorum, qui etsi jus civitatis non habeant, possunt tamen in illa ἱερὰ δημοτελῆ, εἰς ἃ θύματα δίδωσιν ἡ πόλις, ingredi, quod *adulteris* non licebat: poenas autem, si huic Legi non parerent, & Templa ista δημοτελῆ intrarent, dabant impune cuivis, & id ita explicat ipse Demosthenes: καὶ ἔδωκεν ὁ νόμος τὴν τιμωρίαν ὑπὲρ αὐτῶν τῷ ἐντυχόντι. Neque enim ullum praesidium in Deorum aris & Templis, aut in mariti domo & benevolentia habebant: pellebantur enim & ex aedibus mariti, & e Deorum Templis: ἅμα ἔκ τε τῆς οἰκίας τοῦ ἀνδρὸς ἐκβεβλημένη ἔσται ἡ γυνὴ, ἐφ' ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῷ, καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν τῶν τῆς πόλεως. Hujus Legis meminit quoque Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [*p.* 26.]

VI. Sed & alteram nobis repraesentat, qua cavebatur, ne qua femina, in qua adulter deprehensus fuisset, ornata prodiret in publicum, si secus fecisset, licebat cuivis feminae illius stolam & vestes discindere, mundum auferre, eamque pulsare, modo ne occideretur, aut aliquo membro caperetur.

Τὴν γυναῖκα, ΕΦ' ΗΙ ΑΝ ΑΛΩ ΜΟΙΧΟC, μὴ ἐξεῖναι κοσμεῖσθαι· ἐὰν δὲ κοσμῆται, τὸν ἐντυχόντα καταρρηγνύναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὸν κόσμον ἀφαιρεῖσθαι, καὶ τύπτειν, εἰργόμενον θανάτου, καὶ τοῦ ἀνάπηρον ποιῆσαι.

Adultera in publicum ornata ne prodito: si secus faxit, quivis ejus vestes discindito: ejusque mundum auferto, atque eam pulsato, si libuerit, dummodo ne occidat, aut membro aliquo captam reddat.

Solo-

1 Atticae hoc legis caput probasse Romanos, docet egregie *Barn. Brissonius* ad Leg. Jul. de Adulter. C. 19.

Solonis Lex ista est, ut habes apud Aeschinem *loco laudato*: ὁ δὲ Σόλων ὁ τῶν νομοθετῶν ἐνδοξότατος γέγραφεν ἀρχαίως καὶ σεμνῶς περὶ τῆς τῶν γυναικῶν εὐκοσμίας. τὴν γὰρ γυναῖκα, ἐφ᾽ ᾗ ἂν ἁλῷ μοιχὸς, οὐκ ἐᾷ κοσμεῖσθαι, οὐδὲ εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσιέναι· ἵνα μὴ τὰς ἀναμαρτήτους τῶν γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθείρῃ. ἐὰν δ᾽ εἰσίῃ, ἢ κοσμῆται, τὸν ἐντυχόντα κελεύει καταῤῥηγνύναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὸν κόσμον ἀφαιρεῖσθαι, καὶ τύπτειν, εἰργόμενον θανάτου, καὶ τοῦ ἀνάπηρον ποιῆσαι· ἀτιμῶν τὴν τοιαύτην γυναῖκα, καὶ τὸν βίον ἀβίωτον αὐτῇ παρασκευάζων.

VII. At contra, honestas feminas inornatius in publicum prodeuntes mille multabant drachmis ex hac Philippidis Lege:

467. *Χιλίας ζημιοῦσθαι τὰς κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοσμούσας γυναῖκας.*	*Feminae inornatius in publicum prodeuntes mille drachmis multantor.*

Legis auctorem Philippidem facit Crobylus Comicus, ejusque meminit Hyperides apud Harpocrationem: ὅτι χιλίας ἐζημιοῦντο αἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Ἀρισταγόρου δευτέρῳ εἴρηκεν. Κρώβυλος δὲ ὁ Κωμικὸς φησὶ τοῦ Φιλιππίδου τὸν νόμον εἶναι τὸν περὶ τούτων κείμενον. Titulum Orationis hujus Hyperides emendat [1] Vir Clar. Meursius, & reponit feminae nomen, κατὰ Ἀρισταγόρας, quod verissimum puto. Multae, quae feminis infligebantur ob indecorum, apud platanum, quae in Ceramico erat, scriptae exponebantur. Hesychius: πλάτανος, δένδρον, πρὸς ὃ οἱ Γυναικονόμοι τὰς ζημίας ἐν λευκώματι ἐξετίθεσαν, Pollux *Libro VIII. Cap.* 9. Γυναικοκόσμοι δὲ ἀρχοὶ, ἐπὶ τοῦ κόσμου τῶν γυναικῶν. τὰς δὲ ἀκοσμούσας ἐζημίουν, καὶ τὰς ζημίας αὐτῶν γράφοντες, ἐξετίθεσαν ἐπὶ τῆς πλατάνου τῆς ἐν Κεραμεικῷ. Atque huic curae, ut Lex religiose observaretur, praeficiebantur Γυναικονόμοι, sive Γυναικοκόσμοι, ut est apud Hesychium & Pollucem: Erant autem hi Γυναικονόμοι de maritatis. Eustathius ad *Iliad. K.* οἱ Νομοθέται Γυναικονόμοις ἐν ταῖς πόλεσι ὥρισαν, οὐ τοῖς ἀγάμοις, ἀλλ᾽ ἤδη γάμου πεπειραμένοις. ἵνα οἷς αὐτοὶ ἔχουσι συμπαθοῦντες, ἐπιμελῶνται καὶ τῶν ἐπιτετραμμένων αὐτοῖς. Verum horum Gynaeconomorum institutum in Republica non probat maximus Doctor *Politic. Libro IV. Cap.* 15. est enim Aristocraticum: verba illius sunt: Γυναικονόμος δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος Ἄρχων κύριός ἐστι τοιαύτης ἐπιμελείας, ἀριστοκρατικόν. δημοκρατικὸν δ᾽ οὔ· πῶς γὰρ οἷόν τε κωλύειν ἐξιέναι τὰς τῶν ἀπόρων; οὐδ᾽ ὀλιγαρχικόν· τρυφῶσι γὰρ αἱ τῶν ὀλιγαρχούντων.

VIII. Ante Philippidem Lege caverat Solon, ne qua foras proficiscens femina, tres amplius stolas haberet, neque plus cibi aut potus secum efferret, quam obolo emtum: neque calathum cubitali majorem: Quod si de nocte iter facere necesse esset, curru vehi ad lucernam jussit.

Τὴν γυναῖκα ἐξιέναι μὴ ἱματίων τριῶν μὴ πλέον ἔχουσαν, μηδὲ βρωτὸν ἢ ποτὸν πλέονος ἢ ὀβολοῦ φερομένην, μηδὲ κάνητα πηχυαίου μείζονα· μηδὲ νύκτωρ πορεύεσθαι πλὴν ἁμάξῃ κομιζομένην λύχνου προφαίνοντος.	*Femina foras proficiscens tribus stolis plures ne habeto: neque plus cibi aut potus, quam obolo emtum secum efferto; neque calathum cubitali majorem. De nocte iter ne facito, nisi curru vecta ad lucernam.*

Legem

1 Vide *Jo. Meursii* Lect. Attic. L. III, 8., qui de Γυναικοκόσμοις & hac Philippidae constitutione plura L. II. Lect. Attic. C. 5.

Legem laudat Plutarchus *in Solone* [*p.* 90. *B.*] ἐπέστησε δὲ καὶ ταῖς ἐξόδοις τῶν γυναικῶν νόμον, ἀπείργοντα τὸ ἄτακτον καὶ ἀκόλαστον· ἐξιέναι μὲν ἱματίων τριῶν μὴ πλέον ἔχουσαν κελεύσας, μηδὲ βρωτὸν ἢ ποτὸν πλείονος ἢ ὀβολοῦ φερομένην, μηδὲ κάνητα πηχυαίου μείζονα· μηδὲ νύκτωρ πορεύεσθαι πλὴν ἁμάξῃ κομιζομένην, λύχνου προφαίνοντος.

TITULUS QUINTUS. 468.

De Puerorum amoribus, & productione, & scortis.

I. CUm liberale esse censeret Solo παιδεραστεῖν· καλὸν γὰρ ἡ φιλία καὶ ἀστεῖον, noluit id licere servis, eaque de re Legem hanc dixit, & sanxit:

ΔΟΥΛΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΥ ΠΑΙΔΟΣ ΜΗ ΕΡΑΝ, ΜΗΤ' ΕΠΑΚΟΛΟΥΘΕΙΝ, Η ΤΥΠΤΕΣΘΑΙ ΤΗι ΔΗΜΟΣΙΑι ΜΑΣΤΙΓΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΠΛΗΓΑΣ.	*Servus ingenuum puerum ne amato, neve assectator: qui secus faxit, publice quinquaginta plagarum ictus illi infliguntor.*

Legem hanc αὐτοῖς ὀνόμασι laudat Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [*p.* 19.] πάλιν ὁ αὐτὸς οὗτος εἶπεν νομοθέτης· ΔΟΥΛΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΥ ΠΑΙΔΟΣ ΜΗ ΕΡΑΝ ΜΗΤ' ΕΠΑΚΟΛΟΥΘΕΙΝ, Η ΤΥΠΤΕΣΘΑΙ ΤΗι ΔΗΜΟΣΙΑι ΜΑΣΤΙΓΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΠΛΗΓΑΣ.

Legis meminit Plutarchus *in Solone* [79. *A.*] καὶ νόμον ἔγραψε διαγορεύοντα δοῦλον μὴ παιδεραστεῖν. Idem in Ἐρωτικῷ [*p.* 751. *B.*] ὡς καὶ Σόλων κατέβαλε, δούλοις μὲν ἐρᾶν ἀῤῥένων παίδων ἀπεῖπε. Quod autem servis denegarat Solo, concessisse liberis atque ingenuis hominibus concludit Aeschines *loco laudato* [*p.* 19.] οἱ πατέρες ἡμῶν ὅτε ὑπὲρ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ἐκ φύσεως ἀναγκαίων κακῶν καὶ ἀγαθῶν ἐνομοθέτουν ἃ τοῖς ἐλευθέροις ἡγοῦντο εἶναι πρακτέα, ταῦτα τοῖς δούλοις ἀπεῖπον μὴ ποιεῖν. Non intelligitur autem foeda illa & praepostera in mares libido. [1] DI certe ne sirint, ut tam inexpiabile ἄγος sanctissimo viro Soloni affingamus unquam, οὐ γὰρ συνουσίας, inquit *loco proxime laudato* Plutarchus, οὗτος ὁ ἔρως, καθάπερ τῶν γυναικῶν. & sancta illa ὕβρεως Lex, de qua jam dicemus, plane contrarium arguit: sed amor hic honestus, & qui ad virtutem formaret.

II. Lege

[1] Alia omnia de Solone, quod & *Menagium* monuisse animadverto ad *Diogen. Laert.* L. I, 55., opinatus est *Jo. Chrysostomus* Homil. IV. in Epist. ad Roman. p. 456. E. Tom. IX. & Homil. V. in Ep. ad Tit. p. 762. A. Tom. XI. Ego tamen cum Petito sentio. Solon foedum illud scelus, ut optimus quisque, improbavit. Praeclare ad impudicos & ὑβριστὰς *Dius* apud *Stob.* Serm. LXIII. p. 408. Ὑμεῖς δὲ οἱ ἐρίζοντες σωματικὰς ἡδονὰς, τέλος ποιούμενοι, καθάπερ κνώδαλα, ἢ χοῖροι τῷ πλαδασμῷ, οὐχ ὅτι χάριτος οὐ τιμῆς, ἀλλὰ καὶ μέμψεως καὶ κολάσεως δικαίως ἐστὲ ἄξιοι τυγχάνειν, διὰ τῆς αὐτῶν ἀκολασίας ἐμβαλλόμενοι ῥύπον ἐν ζωῇ ἀνεξαλείπτου παίδων. Uberius vero atque ad Divini Legislatoris mentem *Philo Jud.* de Leg. Special. p. 782., quem non exscribo. Id tamen haud injuria dubites, sit ne legum vinculis & poenis flagitium Athenis ita constrictum, ut, si observarentur illae, civitatis ambitu arceri potuerit. Multa certe in Oratoribus & Poëtis reperias, quae aliud suadent. Vide *Aeschinem* in Timarch. p. 16. & p. 27. & *D. Heinsium* ad *Maximum Tyr.* Dissert. VIII. p. 52. Neque enim his immorari placet.

II. Lege namque actio dabatur adversus eum, qui puerum prostituerit, sive is pater, sive frater, sive patruus, sive tutor, sive quis tandem cumque alius fuerit, cujus fidei creditus & commissus sit puer: dat quoque adversus eum, qui conduxerit: neque tamen dat adversus puerum, qui prostitutus & conductus fuerit, cui gratiam facit, ubi adoleverit, patrem, qui eum prostituerit, alendi, aut in aedes admittendi: defunctum tamen sepelire jubet, ceteraque justa facere, & illi parentare, ut moris erat:

469. Ἐὰν τινα ἐκμισθώσῃ ἑταιρεῖν πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ θεῖος, ἢ ἐπίτροπος, ἢ ὅλως τῶν κυρίων τις· κατ' αὐτοῦ μὲν τοῦ παιδὸς γραφὴν ἑταιρήσεως οὐκ εἶναι, κατὰ δὲ τοῦ μισθώσαντος καὶ τοῦ μισθωμένου· τοῦ μὲν, ὅτι ἐξεμίσθωσε, τοῦ δὲ, ὅτι ἐμισθώσατο. καὶ ἴσα τὰ ἐπιτίμια ἑκατέρῳ εἶναι· καὶ μὴ ἐπάναγκες εἶναι τῷ παιδὶ ἡβήσαντι τρέφειν τὸν πατέρα, μηδὲ οἴκησιν παρέχειν, ὃς ἂν ἐκμισθωθῇ ἑταιρεῖν. ἀποθανόντα δὲ θαπτέτω, καὶ τἄλλα ποιείτω τὰ νομιζόμενα.

Si quis alium prostituerit, sive pater is sit, sive filius, sive patruus, sive tutor, sive quis alius, in cujus potestate sit: adversus puerum impudicitiae actio ne esto, sed adversus illum qui prostituerit, & qui conduxerit: & uterque eandem poenam incurrunto. Puer, prostitutus ubi adoleverit, patrem exhibere, aut in aedes suas recipere ne cogitor: mortuum tamen eum sepelito, eidemque justa facito.

Legem laudat Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [p. 2.] διαῤῥήδην γοῦν λέγει ὁ νόμος. Ἐάν τινα ἐκμισθώσῃ ἑταιρεῖν πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ θεῖος, ἢ ἐπίτροπος, ἢ ὅλως τῶν κυρίων τις κατ' αὐτοῦ μὲν τοῦ παιδὸς οὐκ ἐᾷ γραφὴν ἑταιρήσεως εἶναι, κατὰ δὲ τοῦ μισθώσαντος, καὶ τοῦ μισθωσαμένου· τοῦ μὲν, ὅτι ἐξεμίσθωσε, τοῦ δὲ, (φησὶν) ὅτι ἐμισθώσατο. καὶ ἴσα τὰ ἐπιτίμια ἑκατέρῳ πεποίηκε· καὶ μὴ ἐπάναγκες εἶναι τῷ παιδὶ ἡβήσαντι τρέφειν τὸν πατέρα, μηδὲ οἴκησιν παρέχειν, ὃς ἂν ἐκμισθωθῇ ἑταιρεῖν. ἀποθανόντα δὲ θαπτέτω, καὶ τἄλλα ποιείτω τὰ νομιζόμενα. Poena, ut plurimum, mors erat constituta: unde Aeschines *hac ipsa Oratione* [p. 10.] οὐ γὰρ οἶμαι ἔγωγε ὑμᾶς οὕτως ἐπιλήσμονας εἶναι, ὥστε ἀμνημονεῖν, ὀλίγῳ πρότερον ἀκούσαντας ἀναγινωσκομένων τῶν νόμων, ἐν οἷς γέγραπται, ἐάν τις μισθώσηται τινὰ Ἀθηναίων ἐπὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν, ἢ ἐάν τις αὐτὸν μισθώσῃ, ἔνοχον εἶναι τοῖς μεγίστοις καὶ τοῖς ἴσοις ἐπιτιμίοις. & paullo post: προκειμένης ἑκατέρῳ ζημίας, ἐκ τοῦ νόμου, θανάτου· ὥσπερ ἐνθάδε, ἄν τις μισθώσηται τινὰ Ἀθηναίων ἐφ' ὕβρει, καὶ πάλιν, ἐάν τις Ἀθηναίων ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος αἰσχύνῃ ἑκὼν μισθαρνῇ. Quanquam τιμητὸν εἶναι τὸν ἀγῶνα, id est, ἐφ' ᾧ τὸ τίμημα ὡρισμένως ἐκ τῶν νόμων οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τοὺς δικαστὰς ἔδει τιμᾶσθαι ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι, facile mihi persuadeo e comparatione actionis ὕβρεως, qui etiam erat τιμητὸς ἀγών. Praeterea liquet ex hac ipsa Lege: Nam filio, qui adoleverit, gratiam facit patrem μισθώσαντα exhibendi: Ergo mortem patris μισθώσαντος Lex non sancivit: Sapienter autem istud institutum est, ne filius patrem μισθώσαντα exhibere cogeretur. Nam parenti, qui filio jus civitatis hac sua μισθώσει ademerit, denegat filiorum officia & pietatem, nisi defuncto: jam enim in manes saevire non vult. Aeschines [p. 3.] σκέψασθε δὴ ὡς καλῶς, ὦ Ἀθηναῖοι, ζῶντος μὲν αὐτοῦ ἀφαιρεῖται τὴν ὄνησιν τῆς παιδοποιίας, ὥσπερ ἐκεῖνος τοῦ παιδὸς τὴν παῤῥησίαν. τελευτήσαντα δὲ αὐτὸν, ἡνίκα ὁ μὲν εὐεργετούμενος οὐκ ἔτι αἰσθάνεται ὧν εὖ πάσχει, τιμᾶται δὲ ὁ νόμος

καὶ

καὶ τὸ θεῖον, θάπτειν ἤδη κελεύει, καὶ τἆλλα ποιεῖν τὰ νομιζόμενα. Adversus puerum actio non datur, quia sui juris nondum est, sed in patris potestate, vel sub aliorum cura & tutela.

III. Lege quoque agebatur adversus alios quoscumque productores ingenuorum atque liberorum puerorum, aut feminarum:

ΕΑΝ ΤΙΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΠΑΙΔΑ Η ΓΥΝΑΙΚΑ ΠΡΟΑΓΩΓΕΥΣΗι τὸν προαγωγὸν γράφεσθαι, κἂν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

Si quis liberum atque ingenuum puerum, aut feminam produxerit, dica ei scribitor: convictus morte multator.

Legem laudat Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [*p.* 3.] Καὶ ἵνα ἕτερόν τινα νόμον ἔθηκε φύλακα τῶν ὑμετέρων παίδων, τὸν τῆς προαγωγείας· τὰ μέγιστα ἐπιτίμια ἐπιγράψας, ΕΑΝ ΤΙΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΠΑΙΔΑ Η ΓΥ- 470.
ΝΑΙΚΑ ΠΡΟΑΓΩΓΕΥΣΗι. Primo Solon productores viginti drachmis multaverat. Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *A.*] Κἂν τις προαγωγεύῃ ζημίαν εἴκοσι δραχμὰς ἔταξε. Id postea mutavit, & capite sanctum est in lenones & productores ingenuorum. Aeschines *eadem Oratione*, qui id Soloni adscribit [*p.* 26.] καὶ τοὺς προαγωγοὺς γράφεσθαι κελεύει κἂν ἁλῶσι, θανάτῳ ζημιοῦν.

IV. Qui flagitium commiserat in mulierem, aut liberos, aut servos, postulabatur ὕβρεως, apud Thesmothetas: Thesmothetae sortiebantur judices ex Heliastis, intra triginta a scripta dica dies, nisi res prolatae sint, & intercedat Reipublicae commodum, vel cum primum poterunt: Heliastarum erat sententiam ferre in reum, quem si primis sententiis damnassent, secundis poenae addicebant sive capitis, sive pecuniariae: si morti addixissent, Undecimviris capitalibus eo ipso poenas dabat die: si multa pecuniaria fuisset irrogata: intra undecim dies expungere multae debitum jubebatur, interea in vinculis habebatur: Quod si feminae, aut puerorum, aut servorum κύριοι, id est, hi, in quorum potestate sunt ὑβρισθέντες, vel institutam actionem mitteret, vel quintam suffragiorum partem non ferret, mille drachmas aerario pendebat: qua de re haec Lex legitur: [1]

ΕΑΝ ΤΙΣ ΥΒΡΙΖΗι ΤΙΝΑ Η ΠΑΙΔΑ, Η ΓΥΝΑΙΚΑ, Η ΑΝΔΡΑ ΤΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΩΝ, Η ΤΩΝ ΔΟΥΛΩΝ, Η ΠΑΡΑΝΟΜΟΝ ΤΙ ΠΟΙΗΣΗι ΕΙΣ ΤΟΥΤΩΝ ΤΙΝΑ ΓΡΑΦΕΣΘΩ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΣ Ο ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΟΙΣ ΕΞΕΣΤΙΝ. ΟΙ ΔΕ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ ΕΙΣΑΓΟΝΤΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΗΛΙΑΙΑΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΗΜΕΡΩΝ, ΑΦ' ΗΣ ΑΝ ΓΡΑΦΗι, ΕΑΝ ΜΗ ΤΙ ΔΗΜΟΣΙΟΝ ΚΩΛΥΗι. ΕΙ

Si quis puerum, aut feminam, aut hominem, sive ingenuum, sive servum, corruperit, aut opprobrium contra Leges fecerit, dicam ei Atheniensium quivis, cui fas est, scribito: Thesmothetae judices ex Heliastis sortiuntor intra dies a scripta dica triginta: aut, si justitium Res indicant publicae,

1 Miscet hic Petitus duas leges περὶ τῆς ὕβρεως, sed diversi prorsus argumenti. Prior ex *Demosthenis* Midiana eam injuriae speciem complectitur, qua quis aut verberatus fuerit, aut pulsatus, aut si quid aliud factum contumeliae caussa: οἷον λοιδορηθῆναι, ἢ πληγῆναι, ἐμπτυσθῆναι, ἂν τὰ χαλεπώτατα πάθῃ, ut ait *Musonius*, ὕβρεως γραφὴν exponens, apud *Stob.* Serm. xix. p. 169. Crimen erat publicum, & poterat civium quivis, modo legibus non prohiberetur, de eo agere, ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων, οἷς ἔξεστιν lex ait. Poena erat pecuniaria, quamquam aliquando etiam in corpus infligebatur, pro ratione injuriae. Ostendit hoc contra Petitum erudite *Des. Heraldus* Animadv. in Jus Att. & Rom. L. II. C. 10. Altera ex *Aeschine* in Timarchum περὶ τῆς ὕβρεως de contumelia sive flagitio agit, perpetrato in puero non sui juris, blanditiis, promissis, donis, aut alio modo corrupto: datque potestatem omni, in cujus manu puer, sive is pater, seu tutor sit, corruptorem accusandi & publico judicio persequendi, libello Thesmothetis dato. Poena erat capitalis, nonnunquam pecuniaria. Cavet praeterea lex postrema sui parte pudicitiae servorum. Ex ea vero duarum legum permixtione id ortum est incommodi, quo ad posterius ὕβρεως genus ea sint translata omnia, quae priorem injuriarum actionem spectabant unice.

ΕΙ ΔΕ ΜΗ, ΟΤΑΝ Ηι ΠΡΩΤΟΝ ΟΙΟΝ
ΤΕ ΟΤΟΥ Δ' ΑΝ ΚΑΤΑΓΝΩΣΘΗι Η
ΗΛΙΑΙΑ ΤΙΜΑΤΩ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ ΠΑ-
ΡΑΧΡΗΜΑ, ΟΤΟΥ ΑΝ ΔΟΞΗι ΑΞΙΟΣ
ΕΙΝΑΙ ΠΑΘΕΙΝ Η ΑΠΟΤΙΣΑΙ. *ἐὰν δὲ*
θανάτου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, ΠΑΡΑΔΟΘΕΙΣ
ΤΟΙΣ ΕΝΔΕΚΑ ΤΕΘΝΑΤΩ ΑΥΘΗΜΕ-
ΡΟΝ, ΟΣΟΙ Δ' ΑΝ ΓΡΑΦΩΝΤΑΙ ΓΡΑ-
ΦΑΣ ΙΔΙΑΣ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ. ΕΑΝ
ΤΙΣ ΜΗ ΕΠΕΞΕΛΘΗι Η ΕΠΕΞΙΩΝ ΜΗ
ΜΕΤΑΛΑΒΗι ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ ΜΕΡΟΣ
ΤΩΝ ΨΗΦΩΝ ΑΠΟΤΙΣΑΤΩ ΧΙΛΙΑΣ
ΔΡΑΧΜΑΣ ΤΩι ΔΗΜΟΣΙΩι. ΕΑΝ ΔΕ
ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΤΙΜΗΘΗι ΤΗΣ ΥΒΡΕΩΣ Α-
ΠΟΤΙΣΑΤΩ ΕΝ ΕΝΔΕΚΑ ΗΜΕΡΑΙΣ
ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΔΙΚΗΝ. ΕΑΝ ΜΗ ΠΑΡΑ-
ΧΡΗΜΑ ΔΥΝΗΤΑΙ ΑΠΟΤΙΝΕΙΝ, ΔΕ-
471. ΔΕΣΘΩ *δὲ*, ΕΑΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΥΒΡΙ-
ΣΗι, ΜΕΧΡΙΣ ΑΝ ΕΚΤΙΣΗι.

cae, ubi primum licebit: Heliastae primis sententiis damnatum poenae addicunto in continenti, quam meritus est, sive in corpore, sive in aere: mortis sententiam passus eo ipso die ab Undecimviris capitalibus animadvertitor. Si is, qui dicam scripsit, in sua habeat potestate servum, sive liberum hominem corruptum, & vel actionem institutam mittat, vel quintam suffragiorum partem non ferat, mille drachmas aerario pendito. Cui pecuniaria multa est irrogata, is multam intra undecim dies solvito, & interea dum solverit, siquidem in liberum corpus peccaverit, in vinculis habetor.

Legem hanc partim e Demosthene descripsimus, partim ex Aeschine supplevimus: & Demosthenis quidem ista sunt *in Midiana* [*p.* 330.] *ἀνάγνωθι δ' αὐτόν μοι λαβὼν τὸν τῆς ὕβρεως νόμον.* ΕΑΝ ΤΙΣ ΥΒΡΙΖΗι ΤΙΝΑ Η ΠΑΙΔΑ, Η ΓΥΝΑΙΚΑ, Η ΑΝΔΡΑ ΤΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΩΝ, Η ΤΩΝ ΔΟΥΛΩΝ, Η ΠΑΡΑΝΟΜΟΝ ΤΙ ΠΟΙΗΣΗι ΕΙΣ ΤΟΥΤΩΝ ΤΙΝΑ, ΓΡΑΦΕΣΘΩ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΣ Ο ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΟΙΣ ΕΞΕΣΤΙΝ. ΟΙ ΔΕ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ ΕΙΣΑΓΟΝΤΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΗΛΙΑΙΑΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΗΜΕΡΩΝ, ΑΦ' ΗΣ ΑΝ ΓΡΑΦΗι, ΕΑΝ ΜΗ ΤΙ ΔΗΜΟΣΙΟΝ ΚΩΛΥΗι. ΕΙ ΔΕ ΜΗ, ΟΤΑΝ Ηι ΠΡΩΤΟΝ ΟΙΟΝ ΤΕ ΟΤΟΥ Δ' ΑΝ ΚΑΤΑΓΝΩΣΘΗι Η ΗΛΙΑΙΑ ΤΙΜΑΤΩ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ ΠΑΡΑΧΡΗΜΑ, ΟΤΟΥ ΑΝ ΔΟΞΗι ΑΞΙΟΣ ΕΙΝΑΙ ΠΑΘΕΙΝ Η ΑΠΟΤΙΣΑΙ. ΟΣΟΙ Δ' ΑΝ ΓΡΑΦΩΝΤΑΙ ΓΡΑΦΑΣ ΙΔΙΑΣ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ. ΕΑΝ ΤΙΣ ΜΗ ΕΠΕΞΕΛΘΗι, Η ΕΠΕΞΙΩΝ ΜΗ ΜΕΤΑΛΑΒΗι ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ ΜΕΡΟΣ ΤΩΝ ΨΗΦΩΝ ΑΠΟΤΙΣΑΤΩ ΧΙΛΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ ΤΩι ΔΗΜΟΣΙΩι. ΕΑΝ ΔΕ ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΤΙΜΗΘΗι ΤΗΣ ΥΒΡΕΩΣ ΔΕΔΕΣΘΩ, ΕΑΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΥΒΡΙΣΗι, ΜΕΧΡΙΣ ΑΝ ΕΚΤΙΣΗι. Aeschines vero ita habet *ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου* [*p.* 3.] *Καὶ ποῖον ἄλλον; τὸν τῆς ὕβρεως, ὃς ἑνὶ κεφαλαίῳ πάντα τὰ τοιαῦτα συλλαβὼν ἔχει· ἐν ᾧ διαρρήδην γέγραπται,* ΕΑΝ ΤΙΣ ΥΒΡΙΖΗι *εἰς* ΠΑΙΔΑ (*ὑβρίζει δὲ που ὁ μισθούμενος*) Η ΑΝΔΡΑ, Η ΓΥΝΑΙΚΑ, *ἢ* ΤΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΩΝ ΤΙΝΑ Η ΤΩΝ ΔΟΥΛΩΝ, Η *ἐὰν* ΠΑΡΑΝΟΜΟΝ ΤΙ *ποιῇ* ΕΙΣ ΤΟΥΤΩΝ ΤΙΝΑ, *γραφὰς ὕβρεως εἶναι πεποίηκεν· καὶ τίμημα ἐπέθηκεν, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι. λέγε τὸν νόμον. ἄν τις Ἀθηναίων ἐλεύθερον παῖδα ὑβρίσῃ, γραφέσθω ὁ κύριος τοῦ παιδὸς πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας, τίμημα ἐπιγραψάμενος ᾧ ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφισθῇ.* ΠΑΡΑΔΟΘΕΙΣ ΤΟΙΣ ΕΝΔΕΚΑ ΤΕΘΝΑΤΩ ΑΥΘΗΜΕΡΟΝ. *ἐὰν δὲ εἰς ἀργύριον καταψηφισθῇ*, ΑΠΟΤΙΣΑΤΩ ΕΝ ΕΝΔΕΚΑ ΗΜΕΡΑΙΣ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΔΙΚΗΝ, ΕΑΝ ΜΗ ΠΑΡΑΧΡΗΜΑ ΔΥΝΗΤΑΙ ΑΠΟΤΙΝΕΙΝ. *ἕως δὲ τοῦ ἀποτίσαι εἱρχθήτω. ἔνοχοι δὲ ἔστωσαν ταῖσδε ταῖς αἰτίαις καὶ οἱ εἰς τὰ οἰκετικὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες.* Non tantum corruptorem *τῆς ὕβρεως* apud Thesmothetas postulabat corrupti pater, vel frater, vel patruus, vel *ἐπίτροπος*, vel maritus, vel dominus, uno, ut absolvam verbo, *ὁ κύριος*, quod

habet

habet Aeschines, γραφέσθω ὁ κύριος τοῦ παιδὸς, sed etiam Atheniensium ἐπιτιμίων quivis: Lex ipsa docet, ΓΡΑΦΕΣΘΩ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΣ Ο ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΟΙΣ ΕΞΕΣΤΙΝ. & scribit Demosthenes ad hanc Legem [*p.* 330.] διόπερ καὶ τῆς ὕβρεως αὐτῆς τὰς μὲν γραφὰς ἔδωκεν ἅπαντι τῷ βουλομένῳ. Nam πᾶσα ὕβρις, δημόσιόν ἐστι, καὶ κοινὸν ἁπάντων ἔγκλημα, inquit *ibidem* Ulpianus, καὶ ὁ βιασθεὶς, δημοσίας δεῖται βοηθείας, ut loquitur Demosthenes: & Isocrates ἐν τῷ κατὰ τοῦ Λοχίτου [*p.* 586.] περὶ δὲ τῆς ὕβρεως, ὡς κοινοῦ τοῦ πράγματος ὄντος, ἔξεστι τῷ βουλομένῳ τῶν πολιτῶν γραψαμένῳ πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας, εἰσελθεῖν εἰς ὑμᾶς. Dica apud Thesmothetas scribebatur, ut in his habes, itemque apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς Πανταίνετον [*p.* 568.] αἱ δὲ τῆς ὕβρεως δίκαι πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας. Scribit Aeschines de accusatore, τίμημα ἐπιγραψάμενος ὧ ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφισθῇ. E more litem aestimabat accusator, & multam irrogabat, quam non definivit Legislator, quia aestimabat pro arbitrio accusator: Sed ista corrupta sunt, ὧ ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφισθῇ. Varie emendant docti: Alii enim reponunt, οὗ ἂν τὸ δικαστήριον, alii emendant, ὃ ἂν τὸ δικαστήριον. [1] Ego vero nullus dubito aliquid deesse: itaque e sequentibus rescribendum suspicor: γραφέσθω ὁ κύριος τοῦ παιδὸς πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας, τίμημα ἐπιγραψάμενος· θανάτου δ' ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφισθῇ. ΠΑΡΑΔΟΘΕΙΣ ΤΟΙΣ ΕΝΔΕΚΑ ΤΕΘΝΑΤΩ ΑΥΘΗΜΕΡΟΝ. Atque ista referuntur ad judices Heliastas, penes quos arbitrium est aut morti addicendi, aut multandi corruptores: est quippe τιμητὸς ἀγὼν, & illustre legitur exemplum apud Aristotelem *in Rhetoricis Lib. I. Cap.* 14. Σοφοκλῆς ὑπὲρ Εὐκτήμονος συνηγορῶν, ἐπεὶ ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν ὑβρισθεὶς, οὐ τιμήσειν ἔφη ἐλάττονος, ἢ οὗ ὁ παθὼν ἐτίμησεν ἑαυτόν. Cur autem τιμητὸς sit ἀγὼν, ratio forte est, quia τὸ ὑβρίζειν humanae naturae vitium est: Aristoteles *in Pr blematis*, *Sectione XXIX.* διὰ τί μὲν κλοπῇ, θάνατος ἡ ζημία· ἐπὶ δὲ ὕβρει, μείζονι οὔσῃ ἀδικίᾳ, τιμῶσι τί χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι, ἢ διότι τὸ μὲν ὑβρίζειν, ἀνθρώπινόν ἐστι πάθος, καὶ πάντες πλέον ἢ ἔλαττον αὐτοῦ μετέχουσι. Itaque aliquando factum, ut πολλοὺς παραβάντας τὸν νόμον τοῦτον ἐζημιώκασι θανάτῳ, inquit Demosthenes [*p.* 331.] & scribit Lysias ἐν τῷ περὶ αἰκίας πρὸς Ισοκράτην. τοὺς δὲ ὑβρίζειν δόξαντας, ἔξεστιν ὑμῖν θανάτῳ ζημιοῦν. Erat, cum tantum multam illis facerent: atque multa aerario pendebatur, si accusator esset τῶν ἔξω τοῦ πράγματος ὄντων, si vero esset ὁ κύριος, illi cedebat. Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 330.] εἰ μὲν αὐτὸς ὁ παθὼν κατηγόρει τῆς ὕβρεως, αὐτὸς ἐλάμβανε τὸ τίμημα. εἰ δὲ ἕτερος ἦν ὁ κατηγορήσας δημόσιον ἐγίγνετο τῆς καταδίκης. Hinc commode intelligenda sunt Demosthenis verba *hac Oratione*: διόπερ καὶ τῆς ὕβρεως αὐτῆς τὸ τίμημα ἐποίησεν ὅλον δημόσιον. & Pollucis *Lib. VIII. Cap.* 5. καὶ τῆς μὲν ὕβρεως τὸ τίμημα, οὐχ ἦν τοῦ παθόντος, ἀλλὰ δημόσιον. 472.

Apud Romanos *Edicto Praetoris de filio, filiave familias corruptis locus non est*, sed *utilis competit actio, officio judicis aestimanda: quoniam interest nostra, animum*

1 Non male Petitus. Vide tamen *Des. Heraldum* Animadv. in Jus Att. & Rom. L. v, 18. ubi & sequentem περὶ τῶν ἡταιρηκότων legem studiose explanat.

mum liberorum nostrorum, inquit Paulus Lib. XIX. ad Edictum, *non corrumpi. l. 13. §. 1. D. de servo corrupto.* Vide tamen exemplum Marcelli apud Plutarchum *in ejus vita*: itemque Marii.

V. Qui autem corpus prostituerant suum, eoque quaestum fecerant, maxima capitis minutione notabantur, id est, omnibus civitatis juribus sacris pariter & profanis exciderant cum liberis, posterisque, quod si quis τῶν ἡταιρηκότων poenam hanc insuper haberet, capite luebat ex hac Lege:

ΑΝ ΤΙΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΤΑΙΡΗΣΗι, ΜΗ ΕΞΕΣΤΩ ΑΥΤΩι ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΓΕΝΕΣΘΑΙ ΜΗΔ' ΙΕΡΩΣΥΝΗΝ ΙΕΡΑΣΑΣΘΑΙ, ΜΗΔΕ ΣΥΝΔΙΚΗ-
473. ΣΑΙ ΤΩι ΔΗΜΩι, ΜΗΔΕ ΑΡΧΗΝ ΑΡΧΕΤΩ ΜΗΔΕΜΙΑΝ, ΜΗΤΕ ΕΝΔΗΜΟΝ, ΜΗΤΕ ΥΠΕΡΟΡΙΟΝ, ΜΗΤΗ ΚΛΗΡΩΤΗΝ, ΜΗΤΕ ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΤΗΝ, ΜΗΔ' ΕΠΙ ΚΗΡΥΚΕΙΑΝ ΑΠΟΣΤΕΛΛΕΣΘΩ, ΜΗΔΕ ΓΝΩΜΗΝ ΛΕΓΕΤΩ, ΜΗΔ' ΕΙΣ ΤΑ ΔΗΜΟΤΕΛΗ ΙΕΡΑ ΕΙΣΙΤΩ, ΜΗΔ' ΕΝ ΤΑΙΣ ΚΟΙΝΑΙΣ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΙΑΙΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣΘΩ, ΜΗΔ' ΕΝΤΟΣ ΤΩΝ ΤΗΣ ΑΓΟΡΑΣ ΠΕΡΙΡΡΑΝΤΗΡΙΩΝ ΠΟΡΕΥΕΣΘΩ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΤΑΥΤΑ ΠΟΙΗι ΚΑΤΑΓΝΩΣΘΕΝΤΟΣ ΑΥΤΟΥ ΕΤΑΙΡΕΙΝ ΘΑΝΑΤΩι ΖΗΜΙΟΥΣΘΩ.

Si quis Atheniensium corpus prostituerit, inter Novem Archontas ne sorte capitor: Sacerdotium ne gerito: Syndicum creari fas non esto: Magistratum nullum, sive intra, sive extra fines Atticae gerito, vel sorte captus, vel suffragiis creatus: Praeco nullum in locum mittitor: sententiam ne dicito: in templa publica ne intrato: neque cum ceteris in pompis coronator: neque intra fori cancellos ingreditor: Si quis autem impudicitiae damnatus Legem hanc praeterhabuerit, capite luito.

Describit hanc Legem αὐτολεξεὶ Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [p. 3.] Καὶ πῶς λέγει; ἄν τις Ἀθηναίων (φησὶν) ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα Ἀρχόντων γενέσθαι. (ὅτι οἶμαι στεφανηφόρος ἡ ἀρχή) μηδ' ἱερωσύνην ἱερώσασθαι, ὡς οὐδὲ καθαρεύοντι τῷ σώματι. μηδὲ συνδικησάτω (φησὶ) τῷ δημοσίῳ. μηδὲ ἀρξάτω ἀρχὴν μηδεμίαν μηδέποτε, μήτ' ἔνδημον, μήτε ὑπερόριον· μήτε κληρωτὴν, μήτε χειροτονητήν. μηδὲ κηρυκευσάτω, μηδὲ τοὺς πρεσβεύσοντας κρινέτω, μηδὲ συκοφαντείτω μισθωθείς· μηδὲ γνώμην εἰπάτω μηδέποτε, μήτε ἐν τῷ δήμῳ, μήτε ἐν τῇ βουλῇ. μηδ' ἂν δεινότατος ᾖ λέγειν Ἀθηναίων· ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα πράττῃ, γραφὰς ἑταιρήσεως πεποίηκε, καὶ τὰ μέγιστα ἐπιτίμια ἐπέθηκε. λέγε αὐτοῖς καὶ τοῦτον τὸν νόμον. ΑΝ ΤΙΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΤΑΙΡΗΣΗι, ΜΗ ΕΞΕΣΤΩ ΑΥΤΩι ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΓΕΝΕΣΘΑΙ ΜΗΔ', &c. Legis meminit Anonymus *in Argumento Orationis* περὶ τῆς παραπρεσβείας. νόμος γὰρ ἦν τὸν ἡταιρηκότα μὴ πολιτεύεσθαι. & *in Argumento Androtianae*: τρίτος νόμος, τὸν ἡταιρηκότα μὴ πολιτεύεσθαι. Demosthenes *in Androtiana* [p. 390.] πολλαχόθεν μὲν οὖν ἄν τις ἴδοι τοῦτο, οὐχ ἥκιστα δ' ἐκ τούτου τοῦ νόμου, μήτε λέγειν, μήτε γράφειν ἐξεῖναι τοῖς ἡταιρηκόσιν. Rursum *eadem Oratione* [p. 399.] καὶ οὐ τὸ σῶμα ἡταιρηκότος οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι εἰς τὰ ἱερὰ εἰσιέναι, scilicet τὰ δημοτελῆ; quae verba repetit in *Timocratea* [p. 475.] Neque tam severe in hos tantum, qui sui jam essent juris est animadversum, sed etiam in illos, qui patre prostituente passi essent, antequam in viros essent transcripti. Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου. σκέψασθε δὴ ὡς καλῶς, ὦ Ἀθηναῖοι, ζῶντος μὲν αὐτοῦ ἀφαιρεῖται τὴν ὄνησιν τῆς παιδοποιίας, ὥσπερ ἐκεῖνος τοῦ παιδὸς τὴν παῤῥησίαν.

VI. Nar-

VI. Narrat [1] Nicanor Colophonius *Lib.* Κολοφωνιακῶν *III.* Solonem Veneris Πανδήμου extruxisse templum, & adolescentibus, alioquin ἁμαρτάνουσι εἰς ὃ μὴ προσῆκον ἦν, ἔστησαι ἐπὶ οἰκημάτων γυναῖκα πριάμενον, ut haberent illi sive noxa ubi aevum genialiter transigerent: Cavit enim Lege Solo, neminem posse pro moecho prehendi in domo meretricia: nam prostibula haec impudica etiam servorum patere debent injuriae:

Μὴ ἐπὶ ταύταις μοιχὸν λαβεῖν, ὁπόσαι ἂν ἐπ' ἐργαστηρίου κάθωνται, ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι ἀποπεφασμένως. ΟΣΑΙ ΔΕ ΠΕΦΑΣΜΕΝΩΣ ΠΩΛΟΥΝΤΑΙ ΚΑΙ ΟΙΚΗΟΣ ΚΑΙ ΒΛΑΒΗΣ ΤΗΝ ΔΟΥΛΗΝ ΕΙΝΑΙ ΟΦΕΙΛΕΙΝ.

Ne quis pro moecho prehenditor in meretrice, [2] quae vel in lupanari, vel publice prostat. Quae publice prostant, etiam servorum injuriae obnoxiae sunto.

Legem hanc descripsimus partim e Demosthene ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας 474 [*p.* 736.] partim e Lysia ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου α. [C. 6.] & Demosthenes quidem ista habet: νόμος οὐκ ἐᾷ ἐπὶ ταύταις μοιχὸν λαβεῖν, ὁπόσαι ἂν ἐπ' ἐργαστηρίου κάθωνται, ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι ἀποπεφασμένως. Lysiae ista sunt: ἐπανάγνωθι τουτὶ τοῦ νόμου τὸ τελευταῖον ΟΣΑΙ (ita scribendum est cum ex ipso Legis sensu, tum e Plutarcho.) ΔΕ ΠΕΦΑΣΜΕΝΩΣ ΠΩΛΟΥΝΤΑΙ ΚΑΙ ΟΙΚΗΟΣ ΚΑΙ ΒΛΑΒΗΣ ΤΗΝ ΔΟΥΛΗΝ ΕΙΝΑΙ ΟΦΕΙΛΕΙΝ. Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *A.*] postquam egit de multa irroganda ei, qui ἁρπάσῃ ἐλευθέραν γυναῖκα καὶ βιάσηται, scribit de iis, qui lenocinium faciunt: ἐὰν τις προαγωγεύῃ ζημίαν εἴκοσι δραχμὰς ἔταξε, πλὴν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται· λέγω δὴ τὰς ἑταίρας. Ad hanc Legem alludit Terentius in palliata fabula *Eunucho* [*Act. V*, 4, 37.]

Quis homo pro moecho unquam vidit in domo meretricia
Prehendi quenquam.

per lupanaria namque *atque ancillulas libido permittitur*, ut scribit noster Hieronymus *in Epitaphio Fabiolae.* Meretrices enim erant plurimum, aut peregrinae, aut servae: atque has, quas primum ἐπὶ οἰκημάτων prostare jussit Solon, aere emit, ut est apud Nicandrum *loco laudato.* Quare in Comoediis, in quibus Poëtae:

Omnes res gestas esse Athenis autumant,

meretrices, quae prostant, aut peregrinae sunt, & Athenas aliunde venerunt, aut pecunia emptae. Donatus ad haec Terentii verba ex *Andria* [*Act. III*, 1, 11.]

—— *Quid hoc?*
Adeon' est demens ex peregrina?

Mulieres peregrinae inhonestae ac meretrices habebantur. Quare Epaenetus Andrius, qui cum Phanone se concubuisse fatetur, negat apud illam potuisse pro moecho

1 Calami error est, ut sequentia docent. Vero nomine *Nicander* fuit, e cujus Colophon. L. III. ea excerpsit *Athenaeus* L. XIII. p. 569.

2 Reprehendit hanc Petiti versionem *Salmasius* Obs. ad Jus Att. & Rom. p. 353. vertitque ipse *Moechum cum illis comprehendi non licere, quae tabernam exerceant, aut quae in foro aliquid venale habeant aperte ac publice.* Ob quae tamen poenas dedit *Des. Heraldo* Animadv. in Jus Att. & Rom. Lib. V, 8., legem erudite explicanti. Monet is opportune ἐργαστήριον esse lupanar, dicique meretrices καθίζεσθαι ἐπ' ἐργαστηρίου, quae prostant. Dein πωλῶσί τι apud *Demosthenem* vitiosum videri, natum ex πωλῶνται, quod in lege fuisse & *Lysias* & *Plutarchus* liquidissime testantur: mendam esse antiquam & *Harpocrationis* aetate priorem; corrigendam tamen. Porro verba ΚΑΙ ΟΙΚΗΟΣ ΚΑΙ ΒΛΑΒΗΣ ΤΗΝ ΔΟΥΛΗΝ ΕΙΝΑΙ ΟΦΕΙΛΕΙΝ ex alia esse lege & omnino depravata: cui adsentio. Nullo certe modo ea inde sententia extundi poterit, quam Petitus expressit Latine. Explicat *Lysias* antiquata legum Solonis vocabula: quem in finem varia legum capita in medium adfert, inter quae τὸ πωλῶνται πεφασμένως & οἰκῆος. πεφασμένως ait esse φανερῶς, πωλεῖσθαι, βαδίζειν, οἰκῆος, θεράπων. Ita apta inter se fuerunt legum diversarum capita. Videndus est praestantissimus *Jo. Taylor* ad *Lysiam* p. 179. *Ed. Londin.*

moecho prehendi, cum peregrina, non autem civis Stephani filia sit. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [*p.* 736.] Καὶ ὡμολόγει μὲν χρῆσθαι τῇ ἀνθρώπῳ, οὐ μέντοι μοιχὸς εἶναι· οὔτε γὰρ Στεφάνου, qui civis esset, θυγατέρα αὐτὴν εἶναι, ἀλλὰ Νεαίρας, quae peregrina erat. De his Philemon Comicus Delphis [apud Athen. *XIII*, 3. *p.* 569.]

Καὶ μοι λέγειν τοῦτ' ἐστὶν ἁρμοστὸν Σόλων;
μεστὴν. ὁρῶντι τὴν πόλιν νεωτέρων,
τούτοις τ' ἔχοντας τὴν ἀναγκαίαν φύσιν,
ἁμαρτάνοντας τ' εἰς ὃ μὴ προσῆκον ἦν,
στῆσαι πριάμενόν τι γυναῖκας κατὰ τόπους
κοινὰς ἅπασι καὶ κατεσκευασμένας.
ἑστᾶσι γυμναὶ μὴ 'ξαπατηθῇς πάνθ' ὅρα,
οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων. ἔχεις
πῶς ἡ θύρα ἔσται ἀνεῳγμένη,
εἷς ὀβολός, εἰσπήδησον, οὐκ ἔστ' οὐδὲ εἷς
ἀκκισμὸς, οὐδὲ λῆρος, οὐδ' ὑφήρπασεν·
ἀλλ' εὐθὺς ὡς βούλει συχνὸν βούλει τρόπον,
ἐξῆλθες, οἰμώζειν λέγ', ἀλλοτρία τί σοι.

In his multa habes de meretricum inspectione, precio, conductione, aliaque, quae attingere partes nostrae non sunt, qui ἐγκαλυψάμενοι ista percurrimus:
475. hoc tantum addemus, his verbis lucem dare, & hinc mutuam accipere ea, quae leguntur apud Senecam *Controversiarum Lib. I. Controversia* 2. *Deducta es in lupanar, accepisti locum, precium constitutum est, titulus inscriptus est.* & paullo post: *Nuda in littore stetit ad fastidium emtoris, omnes partes corporis & inspectae, & contrectatae sunt.* paullo infra: *Meretrix vocata es, in communi loco stetisti, superpositus est cellae tuae titulus, venientes recepisti.* paullo post: *Nomen tuum pependit in fronte, pretia stupri accepisti, & manus, quae Diis datura erat sacra, capturas tulit.* Sed e diverticulo in viam. Nemo igitur poterat prehendi pro moecho in meretricibus, quae vel in lupanaribus, vel publice prostabant, ὁπόσαι ἂν ἐπ' ἐργαστηρίου καθῶνται, in lupanaribus ἐπὶ οἰκήματος, ubi meretricum copia fiebat, quemadmodum de Aspasia Socratica refertur: ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι ἀποπεφασμένως. aut publice prostant: ita verborum horum sensum, de quo constat, expressimus: non enim intelliguntur eae, quae aliquid in foro vendunt, quod solis erat concessum civibus: etsi non nescio quam liberae harum rerum fuerint, vel ex paucis illis, quae supersunt, fragmentis Aristophaneï dramatis, cui titulus est σκηνὰς καταλαμβάνουσαι, sed propudia illa, quae copiam sui faciebant in celebribus maxime urbis partibus. Sed de vocis πωλῶσι sive πωλοῦνται interpretatione non convenit inter veteres, quanquam omnes fateantur illas meretrices designari prostituti pudoris, quae palam ἑστᾶσι κοιναὶ ἅπασι καὶ κατεσκευασμέναι ἐν τῇ ἀγορᾷ. Itaque Didymus apud Harpocrationem exponit, quae palam corpore quaestum faciunt: Δίδυμός φησιν ἀντὶ τοῦ, πορνεύουσι φανερῶς. πωλεῖν γὰρ τὸ παρέχειν ἑαυτὴν τοῖς βουλομένοις, ὅθεν καὶ τὸ πορνεύειν, ὅπερ ἐστὶ περνάναι. praeterea πῶλοι meretrices dicuntur. Hesychius: πῶλος, ἑταῖρα. πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷον Ἀφροδίτης πώλους. Lysias vero aliam adfert interpretationem, quae tamen in idem recidit: vult enim πωλῶσι nihil aliud significare, quam βαδίζειν, ut sensus sit, aut quae palam eunt ad eos qui mercedem dant. Lysiae verba sunt *loco jam laudato.* ἐπαναγνῶθι τοῦτο τοῦ νόμου τὸ τελευταῖον. ΟΣΑΙ ΔΕ ΠΕΦΑΣΜΕΝΟΣ ΠΩΛΟΥΝΤΑΙ ΚΑΙ ΟΙΚΗΟΣ
ΚΑΙ

ΚΑΙ ΒΛΑΒΗΣ ΤΗΝ ΔΟΥΛΗΝ ΕΙΝΑΙ ΟΦΕΙΛΕΙΝ προσέχετε τὸν νοῦν. τὸ μὲν ΠΕΦΑΣΜΕΝΩΣ, ἐστὶ φανερῶς. ΠΩΛΕΙΣΘΑΙ δὲ βαδίζειν, τὸ δὲ ΟΙΚΗΟΣ, θεράποντος. cum Lysia paria facit Plutarchus *in Solone*: πλὴν ΟΣΑΙ ΠΕΦΑΣΜΕΝΩΣ ΠΩΛΟΥΝΤΑΙ, λέγω δὲ τὰς ἑταίρας· αὗται γὰρ ἐμφανῶς φοιτῶσι πρὸς τοὺς διδόντας. atque hujusmodi prostibula debent vel servis etiam ipsis ad hanc patere injuriam: neque enim ingenuae videntur, neque pudicae sunt. Solenne autem fuit bonis istis mercibus, ut prostarent, & quotidianos haberent concursus ad illustria civitatis loca, Ceramicum, Scirum, & τὴν ἀγοράν. de Ceramico jamdiu monuerunt alii: quod ad Scirum attinet, elegans est Demosthenis locus, sed corruptus, ἐν τῷ περὶ στεφάνου [*p.* 160.] de Aeschinis matre: ἢ ὡς ἡ μήτηρ σου τοῖς μεθημερινοῖς γάμοις ἐν τῷ κλισίῳ πρὸς τῷ Καλαμίτῃ Ηρωϊ χρωμένη, neque quidquam, qui laudant, juvant Hesychius & Suidas, quin contra factum, ut alterum insuper mendum occuparet, ἠλισίῳ quippe legunt lapsu facili, ἀντὶ τοῦ, κλησίῳ, quod est geminum. Hesychius: Καλαμίτης, Ηρως τῷ ἠλισίῳ πλήσιον. Suidas: Καλαμίτης. κύριον ὄνομα· καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου. ἐν τῷ ἠλισίῳ τῷ πρὸς Καλαμίτῃ Ηρωϊ. [1] Nos legendum conjicimus, ἐν τῷ κλησίῳ τῷ πρὸς τῷ Κυαμίτῃ Ηρωϊ. Intelligit Orator τὸ κλήσιον, ut puto, Lycomidarum, (familia erat Athenis Λυκομίδαι, γένος ἰθαγενῶν, inquit Hesychius.) cujus meminit Pausanias *in Messeniacis* [C. 1.] Hoc κλήσιον non puto longe abfuisse a templo Cereris Eleusiniae, cujus sacris 476. gens illa dedita; unde Orphei sive Onomacriti ὕμνος εἰς Δήμητρα Λυκομίδαις ποιηθεὶς, inquit Pausanias: Quare etiam colloco juxta aediculam Κυαμίτου Ηρωος, *Cyamites* hic Heros erat, non Bacchus, & a Baccho distinguit Pausanias *Atticis* [C. 37.] scribitque fuisse hanc aediculam ἐν τῷ χωρίῳ Σκίρα, quod erat inter urbem & Eleusinem. [2] Atqui ἐν τῷ Σκίρῳ, ut legitur apud Stephanum, αἱ πόρναι ἐκαθέζοντο. Praeterea inter lenonias personas recensetur Λυκομίδης a Polluce *Lib. IV. Cap.* 19. quia scilicet ad hoc τῶν Λυκομιδῶν κλήσιον prostabant hae publicae libidinis victimae: etsi forte vox κλίσιον retinenda, quam Hesychius interpretatur πανδοχεῖον, & Eustathius ad *Iliad. A.* [p. 78.] δουλικὸν εὐτελὲς οἴκημα. ita enim Apollonius ἐν τῇ εἰς Αἰσχίνην ἐξηγήσει. μητρὸς δὲ ἦν ὁ Αἰσχίνης Γλαυκοθέας, ἢ ὥς ἔνιοι, Γλαυκίδος, ἥν φασι τὴν πρώτην ἡλικίαν ἡταιρηκέναι, καθεζομένην ἐν οἰκήματι πρὸς τῷ τοῦ Καλαμίτου Ηρώῳ. Sed hic quoque legendum est, πρὸς τῷ τοῦ Κυαμίτου Ηρώῳ. Concursus quoque habebant suos ad τὴν ἀγορὰν, vetus, inquam, illud forum, quod est ἰόντων Ἀθήνησιν εἰς τὴν Ακρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου, ut notat Pausanias *in Atticis*: Nam *Pandemi* Veneris aedes erat ad illud forum vetus, ut docet Apollodorus *Lib.* περὶ Θεῶν. Πάνδημον, inquit, Ἀφροδίτην Ἀθήνησι κληθῆναι, τὴν ἀφιδρυθεῖσαν περὶ τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν, eratque in illa, qua itur ad Acropolim e Theatro, via, ut jam diximus e Pausania. Atqui ad hanc Veneris aedem prostabant meretrices

1 Incerta, ut lenissime dicam, conjectura est, quamque *Hesychius*, *Suidas* & *Apollonius* jugulant. *Kusterus* ad *Suidam* eadem est opinione.

2 Idem facile conficias ex *Alciphrone* L. III. Ep. 8. & Ep. 25. Recte vero Petitus κλίσιον retinendum censet. Tabernam sive οἴκημα, ut explicat *Apollonius*, notat, estque apud *Lysiam*, sed alia in re, Orat. adv. Eratosth. C. 5. Vide *Eustathium* in Hom. Od. Ω. p. 1957.

retrices e Solonis instituto, ut refert Nicander *Colophoniacon Lib. III.* Copiam quoque sui faciebant ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ περὶ τὸν λιμένα in Piraeeo, quae est in ejus τῇ στοᾷ τῇ μακρᾷ. Nam illius partes recenset Pollux. δεῖγμα, ἐμπόριον· ἐμπορίου δὲ μέρη, καπηλεῖα καὶ πορνεῖα. Pendebant autem quotannis Reipublicae vectigal meretrices, & ii qui corpore merebant: quod locabat Quingentorum Senatus. Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [*p.* 16.] ἀποθαυμάζει γὰρ εἰ μὴ πάντες μέμνησθ' ὅτι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἡ βουλὴ πωλεῖ τὸ πορνικὸν τέλος. καὶ τοὺς πριαμένους τὸ τέλος τοῦτο οὐκ εἰκάζειν, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδέναι τοὺς ταύτῃ χρωμένους τῇ ἐργασίᾳ.

VII. Quae meretriciam artem profitebantur, floridas vestes sumere ex hac Lege jubebantur:

Τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν. *Meretrices floridas vestes indutae sunto.*

Legem habes apud Suidam. [1] νόμος Ἀθήνῃσι, τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν. Hinc Artemidorus *Lib. II. Cap.* 3. γυναικὶ δὲ ποικίλη καὶ ἀνθηρὰ ἐσθὴς συμφέρει· μάλιστα δὲ ἑταίραις. αἱ μὲν γὰρ, διὰ τὴν ἐργασίαν ἀνθηραῖς ἐσθῆσι χρῶνται. Clemens Alexandrinus *Paedagogi Lib. III. Cap.* 2. ὡς τὸν δραπέτην τὰ στίγματα, οὕτως τὴν μοιχαλίδα δείκνυσι τὰ ἀνθίσματα. Eandem Legem suis Locrensibus posuit Zaleucus, ut auctor est Diodorus Siculus, & usi sunt Syracusani, quod scribit Philarchus apud Athenaeum *Lib. XII.* [C. 4.] Quanquam non ferebant, puto, Athenienses, meretrices, non magis quam eas in quibus adulteri deprehensi fuissent, ornatas prodire in publicum, quo alludit Rhetorum illa Lex apud Hermogenem περὶ στάσεων [C. 14.] ἑταίρα χρυσία εἰ φοροίη, δημοσία ἔστω. Duplex esse ἐκ περιῳδίας videtur hujus Legis sensus: Si enim παροξυτόνως legas δημοσία, Legislatoris haec mens est: Meretricem, quae aurum gestaverit, debere esse publicam: οἰκέτου καὶ βλάβης τὴν δούλην εἶναι ὀφείλειν, id est, permittendam esse ingenuorum & servorum passim libidini, ejusmodi sunt, ὅσαι πεφασμένως
477. πωλοῦνται. Si προπαροξυτόνως scribas δημόσια, sensus est, aurum, quo ornata fuerit meretrix, publicum fieri, & in aerarium referri: Vestibus autem & mundo volebant distingui meretrices a pudicis. Hermogenes *ibidem*, μὴ ὁμοίαν εἶναι ταῖς ἐλευθέραις, μηδὲ τῆς αὐτῆς ἀξιοῦσθαι.

TITULUS SEXTUS.

De Testamentis & hereditario Jure.

I. ANte Solonem neminem licebat extra gentem & familiam suam heredem scribere:

Ἐν τῷ γένει τοῦ τεθνηκότος δεῖν τὰ χρήματα καὶ τὸν οἶκον διαμένειν.	*Extra gentem familiamque heredem ne scribito.*

Memi-

1 Conf. Ampliss. *G. Cuperum* Observat. L. III. C. 8. Ceterum addi hic potuerat ex *Polemone* ea constitutio, qua feminis ἑταιρούσαις καὶ δούλαις interdictum Athenis erat, ne se nominibus τῶν πανηγύρεων adpellarent, neve adeo Nemeades & Olympiades dicerentur apud *Athenaeum* L. XIII. p. 587.

Meminit hujus Legis Plutarchus *in Solone* [*p.* 90. *A.*] εὐδοκίμησε δὲ κἀν τῷ περὶ διαθηκῶν νόμῳ· πρότερον γὰρ οὐκ ἐξῆν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ γένει τοῦ τεθνηκότος ἔδει τὰ χρήματα καὶ τὸν οἶκον διαμένειν. Cujus ratio est apud Platonem *Libro XI. de Legibus* [*p.* 923. *A.*] quia bona testantis non sunt, sed gentis & familiae: ἔγωγ᾽ οὖν, νομοθέτης ὤν, οὔθ᾽ ὑμᾶς ὑμῶν αὐτῶν εἶναι τίθημι, οὔτε τὴν οὐσίαν ταύτην· ξύμπαντος δὲ τοῦ γένους ὑμῶν τοῦ τε ἔμπροσθεν καὶ τοῦ ἔπειτα ἐσομένου.

II. Neque tamen omnibus fas fuit indiscriminatim e Solonis Lege, sua testamento dare legare: Feminis namque atque pueris non licet dare legare testamento cuiquam quod excedat pretium medimni hordei.

Παιδὶ μὴ ἐξεῖναι συμβάλλειν μηδὲ γυναικὶ πέρα μεδίμνου κριθῶν.	*Puer aut femina testamento ne danto leganto ultra medimnum hordei.*

Lex extat apud Isaeum ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου [*p.* 80.] παιδὸς γὰρ οὐκ ἔξεστι διαθήκην γενέσθαι· ὁ γὰρ νόμος διαῤῥήδην κωλύει, παιδὶ μὴ ἐξεῖναι συμβάλλειν μηδὲ γυναικὶ πέρα μεδίμνων κριθῶν. ubi rescribendum est, quod jampridem monuit [1] Cl. Meursius πέρα μεδίμνου κριθῶν auctore Harpocratione, cujus haec sunt verba: ὅτι παιδὶ καὶ γυναικὶ οὐκ ἐξῆν συμβάλλειν πέρα μεδίμνου κριθῶν, Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου [γρ. Ἀριστάρχου) κλήρου φησί. Causam emendationis, quam non investigavit Vir eruditissimus, *in sequentibus* aperiemus, Deo dante. Cavetur hac Solonis Lege, ne qua femina, neve quis puer, qui annos nondum natus viginti sui non erat juris, testamento det leget praeter medimnum hordei, sive quod excedat ejus pretium. Quae Lex non solis divitibus, sed etiam pauperibus est scripta: atque pro modulo fuit Legislatori pauperiorum census, ut & in fenore praescribendo, quod penderet mulieri repetita, sed non accepta dos, minimam dotem in animo habuit, quae fuit trium sesquiminarum: Nam cum hic scribit Legislator non licere puero, aut feminae testamento dare legare
ultra medimnum hordei, idem est ac si diceret, non licere testamento dare le- 478
gare quod excedat fenus annuum census illius, qui testamentum scribit: Minimus census fingitur esse Legislatori totidem drachmarum, quot est minima dos: Est autem minima dos drachmarum centum quinquaginta: menstruum fenus drachmarum centum est in unam drachmam, sive obolos sex: itaque centum quinquaginta drachmae pariunt obolos novem, quos per duodecim multiplica, fiunt oboli centum & octo, sive drachmae octodecim, annuum centum quinquaginta drachmarum fenus; Atqui his octodecim drachmis vaenit hordei medimnus. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Φαίνιππον [*p.* 597.] σὺ δ᾽ ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς νῦν πωλῶν τὰς κριθὰς ὀκτωκαιδεκαδράχμους, καὶ τὸν οἶνον δωδεκάδραχμον, πλουτεῖς εἰκότως, ἐπειδὰν ποιῇς σίτου μὲν μεδίμνους πλεῖον ἢ χι-

[1] Vide *Joh. Meursii* Lect. Att. L. II, 4. & Them. Att. L. II, 9. Lex, qua de agitur, non est testamentaria, sed de contractibus. Συμβάλλειν saepe notat contrahere & pactum conventumque facere, ut συμβόλαιον pro conventione & contractu quovis teritur. Συναλλάττειν, quod ejusdem potestatis, substituunt Schol. *Aristophanis* Ecclesiaf. vs. 1018. & *Dio Chrysostom.* Or. LXXV. p. 638. Athenis inpuberes & mulieres non erant κύριοι ὑπὲρ μεδίμνου κριθῶν, si quid ultra hordei medimnum contraxerant sposponderantve, jure nullum erat. Justa hinc conclusione conficit *Isaeus*, παιδὸς οὐκ ἐξεῖναι διαθήκην γενέσθαι. sive non posse eum res suas testamento dare legare. Vidit Petiti errorem *Cl. Salmasius* de Mod. Usur. C. 10. p. 425. Ceterum testamenta Athenis in frequenti erant usu, introducta potissimum, ἵνα μὴ ἐξερημωθῇ ὁ οἶκος, ut *Demosthenes* loquitur Or. in Macart. p. 613., sive ne familia testatoris exstingueretur, neque illi deessent, qui mortuo justa facerent. Itaque si liberis orbus esset, testamento adsciscebat, ut hereditatem una cum sacris cernerent. Praeclare haec *Isaeus* docet Or. de Apollod. Hered. p. 66. πάντες γὰρ οἱ τελευτήσειν μέλλοντες πρόνοιαν ποιοῦνται σφῶν αὐτῶν, ὅπως μὴ ἐξερημώσωσι τοὺς σφετέρους αὐτῶν οἴκους, ἀλλ᾽ ἔσται τις καὶ ὁ ἐναγιῶν καὶ πάντα τὰ νομιζόμενα ποιήσων· διὸ κἂν ἄπαιδες τελευτήσωσιν, ἀλλ᾽ οὖν ποιησάμενοι καταλείπουσι, &c.

ἢ χιλίοις. [1] Quare conceditur impuberi puero, itemque feminae jus dandi legandi testamento fenus annuum censūs sui, nempe pauperi, qui plus centum quinquaginta drachmis non habet in censu, dandi legandi octodecim drachmas, quot vaenit medimnus hordei: Nam idem hic plane statuo, quod de dotibus *in superioribus* dixi, & fenore quod pariunt. Ne autem plura, quam fenus annuum censūs & facultatum suarum, dent legent, ratio est imbecillitas mentis in feminis, in pueris vero, quod per aetatem nondum illis creduntur bona, quae a patribus acceperunt. Dio Chrysostomus *Orat.* περὶ ἀπιστίας [*p.* 638. *D.*] τοῖς πατέρεσι, τοσούτων ἐτῶν, νόμος οὐκ ἐᾷ συμβάλλειν ὡς ἀπίστοις οὖσιν, οὐδὲ γυναικὶ παρ' Ἀθηναίοις συναλλάσσειν, πλὴν ἄχρι μεδίμνου κριθῶν διὰ τὸ τῆς γνώμης ἀσθενές.

III. Ceteris, qui poterant testamentum facere, concessit Solo necessitudini generis amicitiam praeferre, & bona in uniuscujusque manu posuit, ut possent, quem vellent, heredem scribere, nullis superstitibus liberis masculis, si modo non essent furiosi, aut vi morbi, vel senectutis, vel pharmacorum de mentis statu dejecti, aut ab uxoribus circumventi, aut denique necessitate impulsi, aut in vinculis habiti.

ΟΣΟΙ ΜΗ ΕΠΕΠΟΙΗΝΤΟ ΩΣΤΕ ΜΗΤΕ ΑΠΕΙΠΕΙΝ, ΜΗΤ' ΕΠΙΔΙΚΑΣΑΣΘΑΙ, ΟΤΕ ΣΟΛΩΝ ΕΙΣΗΕΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΑ ΕΑΥΤΟΥ ΔΙΑΘΕΣΘΑΙ ΕΙΝΑΙ, ΟΠΩΣ ΑΝ ΕΘΕΛΗι ΑΝ ΜΗ ΠΑΙΔΕΣ ΩΣΙ ΓΝΗΣΙΟΙ ΑΡΡΕΝΕΣ, ΑΝ ΜΗ ΜΑΝΙΩΝ, Η ΓΗΡΩΣ, Η ΦΑΡΜΑΚΩΝ, Η ΝΟΣΟΥ ΕΝΕΚΕΝ, Η ΓΥΝΑΙΚΙ ΠΕΙΘΟΜΕΝΟΣ ΥΠΟ ΤΟΥΤΩΝ ΤΟΥ ΠΑΡΑΝΟΜΩΝ, Η ΥΠΟ ΑΝΑΓΚΗΣ, Η ΥΠΟ ΔΕΣΜΟΥ ΚΑΤΑΛΗΦΘΕΙΣ.

Quicumque cives adscripti non sunt, nemine controversiam illis faciente de bonis, aut judicio experiente, quando Praeturam adiit Solo, testamento sua danto leganto, cuicumque libuerit, si nullos superstites habeant liberos masculos: neque furiosi sint, vel prae senectute, vel morbi, aut veneficii vi: neque ab uxoribus persuasi: aut necessitate aliqua, vel vinculorum taedio coacti.

Legem hanc descripsit & αὐτολεξεὶ expressit Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β'. [*p.* 635.] Estque proprie scripta civibus aboriginibus & indigenis, quibus solis hac Lege conceditur testamentum facere: itaque commode intelligendus est Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου [*p.* 57.] οὑτοσὶ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες, κοινὸς ἅπασι κεῖται, ἐξεῖναι τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι,
479. ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄρρενες. ἐὰν μὴ ἄρα μανεὶς, ἢ ὑπὸ γήρως, ἢ δι' ἄλλο τι τῶν ἐκ τῶν νόμων παρανοῶν διαθῆται. Nam ἅπασι κεῖται κοινὸς οὑτοσὶ ὁ νόμος, nempe indigenis, non autem adscriptis: quo sensu scripsit Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην [*p.* 299.] εἰ γὰρ ὁ μὲν Σόλων ἔθηκε νόμον, ἐξεῖναι δοῦναι τὰ ἑαυτοῦ ὅτῳ ἄν τις βούληται, ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι, [2] ἵνα εἰς τὸ μέσον καταθεὶς τὴν ὠφέλειαν, ἐφάμιλλον ποιήσῃ τὸ ποιεῖν ἄλλους εὖ. Plutarchus *in Solone* [*p.* 90. *A.*] εὐδοκίμησε δὲ κἀν τῷ περὶ διαθηκῶν νόμῳ· πρότερον γὰρ οὐκ ἐξῆν, ἀλλ' ἐν τῷ γένει τοῦ τεθνηκότος

1 Quae hic disputantur, vereor ut probari possint. Lex quamvis feminam prohibet συμβάλλειν πέρα μεδίμνου κριθῶν, *contrahere cum aliquo ultra hordei medimnum*, non solas tenuioris sortis. Deinde usura annua ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς absolvitur drachmis XVIII., quae revera pariebat XXVII. drachmas, uti supra Tit. hujus Libri II. observatum fuit. Praeterea ordinarium medimni hordei pretium finitur drachmis XVIII., longe ultra verum. Tritici medimnus, nisi annona excandefacta esset, venibat drachmis quinque, teste *Demosthene* Or. in Phormion. p. 554. Et credemus vulgo hordeum drachmis XVIII. in medimnum fuisse aestimatum? Conf. adscripta L. I. Tit. I.

2 Consulto omisisse Petitus videtur Oratoris haec verba: οὐχ ἵνα ἀποστερήσῃ τοὺς ἐγγυτάτω τῷ γένει τῆς ἀγχιστείας, ἀλλ' ἵνα εἰς τὸ μέσον &c., quippe ad rem, de qua sermo, non admodum necessaria.

κότος ἔδει τὰ χρήματα καὶ τὸν οἶκον καταμένειν· ὁ δ' ᾧ βούλεταί τις ἐπιτρέψας, εἰ μὴ παῖδες εἶεν αὐτῷ, δοῦναι τὰ αὐτοῦ, φιλίαν τε συγγενείας ἐτίμησε μᾶλλον, καὶ χάριν ἀνάγκης· καὶ τὰ χρήματα, κτήματα τῶν ἐχόντων ἐποίησεν. οὐ μὴν ἀνέδην γε πάλιν, οὐδὲ ἁπλῶς τὰς δόσεις ἐφῆκεν, ἀλλ' εἰ μὴ νόσων ἕνεκεν, ἢ φαρμάκων, ἢ δεσμῶν, ἢ ἀνάγκῃ κατασχεθεὶς, ἢ γυναικὶ πειθόμενος· εὖ πάνυ καὶ προσηκόντως τὸ πεισθῆναι παρὰ τὸ βέλτιστον, οὐδὲν ἡγούμενος τοῦ βιασθῆναι διαφέρειν, ἀλλ' εἰς ταυτὸ τὴν ἀπάτην τῇ ἀνάγκῃ, καὶ τῷ πόνῳ τὴν ἡδονὴν θέμενος, ὡς οὐχ ἧττον ἐκστῆσαι λογισμὸν ἀνθρώπου δυναμένων. At vero adſcitis & plebiſcito civitate donatis, qui orbi eſſent, hac ipſa Lege denegatum eſt, ut ex ea colligit Demoſthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β'. [*p.* 635.] ubi Legem hanc deſcripſit, addit namque: ἄξιον δὲ καὶ τοῦτο ἐνθυμηθῆναι, ὅτι ΟΣΟΙ ΜΗ ΕΠΕΠΟΙΗΝΤΟ, ἀλλ' ἦσαν πεφυκότες γνήσιοι, τούτοις ὁ νόμος δίδωσιν, ἐὰν ἄπαιδες ὦσι, διαθέσθαι τὰ ἑαυτῶν. ὁ τοίνυν πατὴρ ἡμῶν ἐπεποίητο ὑπὸ τοῦ δήμου πολίτης. ὥστε οὐδὲ κατὰ τοῦτο ἐξῆν αὐτῷ διαθέσθαι διαθήκην. Exiſtimo autem civium adſcriptorum, qui orbi eſſent, bona in aerarium relata fuiſſent, cum nulla illis cum aliis civibus cognatio & neceſſitudo intercederet, ſed cum Republica tantum: Soli igitur civi indigenae licebat teſtamento ſua dare legare cui videretur commodum, ut jam e *Leptinea* Demoſthenis *laudata* conſtat. Iſaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀστυφίλου κλήρου [*p.* 76.] νόμου γε ὄντος, ἐξεῖναι ὅτῳ βούλοιτο δοῦναι τὰ ἑαυτοῦ. Plato *Libro XI. de Legibus* [*p.* 922.] τὸν λόγον τοῦτον, ὦ 'γαθὲ, φοβούμενος, τὸν νόμον ἐτίθεσαν τόνδε, ἐξεῖναι τὰ ἑαυτοῦ διατίθεσθαι ἁπλῶς ὅπως ἄν τις ἐθέλῃ τὸ παράπαν. Cujus ratio eſt apud Iſaeum ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου [*p.* 79.] quia ſua ipſius ſunt: ἔστι δὲ δίκαιον τοῦτο, ὦ ἄνδρες. ὁ γὰρ νόμος κελεύει τὰ μὲν ἑαυτοῦ διαθέσθαι ὅτῳ ἂν ἐθέλῃ, τῶν δὲ ἀλλοτρίων οὐδένα κύριον πεποίηκε. Itaque Legislator non vult quenquam teſtamento dare legare cuiquam ea bona, de quibus teſtatori controverſia movetur, aut judicio experitur: neque enim ejus ſunt: hoc ſenſu verba iſta Legis interpretor, ΩΣΤΕ ΜΗΤΕ ΑΠΕΙΠΕΙΝ, ΜΗΤ' ΕΠΙΔΙΚΑΣΑΣΘΑΙ, quae eruditiſſimo interpreti negotium exhibuerunt. Qui autem heredes ſcribebantur, etiam in filios adſumebantur, ut liquet e *proxime laudata* Iſaei *Oratione:* οἶμαι τοίνυν πάντας ὑμᾶς εἰδέναι, ὦ ἄνδρες, ὅτι κατὰ διαθήκας αἱ εἰσαγωγαὶ τῶν εἰσποιήτων γίνονται διδόντων τε αὐτῶν καὶ υἱεῖς ποιουμένων ἄλλως δὲ οὐκ ἔξεστιν. colligere quoque licet e *Libro XI.* Platonis *de Legibus.* Unde ſequitur, non ſimpliciter verum eſſe, quemvis poſſe heredem ſcribi: non enim peregrini poterant heredes ſcribi ab Athenienſi cive, quia filii loco non poterat cenſeri, ut qui civis non eſſet, &, ut inquit Plato *Libro laudato,* τῆς πόλεώς ἐστι τό, τε γένος πᾶν καὶ ἡ οὐσία. quod etiam apud Romanos obtinuiſſe colliges ex hoc Reſcripto Imper. Titi Aelii Antonini A ad Anteſtianum. *Qui deportantur, ſi heredes ſcribantur, tanquam peregrini capere non poſſunt, ſed hereditas in ea cauſa eſt, in qua eſſet, ſi ſcripti non fuiſſent. l.* 1. *C. de Heredibus inſtituendis.* Ulpianus *Tit. XXII.* §. 2. *Qui heredes inſtitui poſſunt. Dedititiorum numero heres inſtitui non poteſt, quia peregrinus eſt, cum quo teſtamenti factio non eſt.* 480. Idem Libro IV. ad Sabinum: *Solemus dicere,* media tempora non nocere: *ut puta civis Romanus heres ſcriptus, vivo teſtatore factus peregrinus, mox civitatem Romanam pervenit, media tempora non nocent. l.* 6. §. 2. *D. de Heredibus inſtituendis.* Neque item *nothi* heredes ſcribi poterant: Demoſthenes ἐν τῷ πρὸς Εὐβουλίδην [*p.* 713.] ἐξῆν δὲ δήπου εἰ νόθος ἢ ξένος ἦν ἐγὼ, κληρονόμοις εἶναι τῶν ἐμῶν

ἐμῶν πάντων. de cognatis suis loquitur, qui potuissent, eo excluso, siquidem nothus, ac proinde peregrinus fuisset, hereditatem ἀγχιστείας jure adire. At vero si *nothi* adoptione in familiam essent adsciti, quia cives, quibus solis jus est bona alterius adipisci, fiebant, poterant heredes scribi, ut constat e Suidae narratione in δημοποίητος de Pericle. Sed tamen certae sunt cautiones, quibus coërcetur ista libertas sua testamento dandi legandi cuicumque libuerit. Prima cautio est, si sint superstites liberi legitimi masculi, quos ipse genuerit: ΑΝ ΜΗ ΠΑΙΔΕΣ ΩΣΙ ΓΝΗΣΙΟΙ ΑΡΡΕΝΕΣ. Hi enim Lege paternorum bonorum sunt heredes, neque ullum est opus testari. Isaeus ἐν τῷ περὶ Ἀριστάρχου κλήρου [*p.* 80.] γνησίου γὰρ ὄντος αὐτῷ Δημοχάρους υἱέος, οὔτ᾽ ἂν ἐβούλετο ταῦτα διαπράξαι, οὔτε ἐξῆν δοῦναι τὰ ἑαυτοῦ ἑτέρῳ. Idem ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου [*p.* 59.] τοῖς γὰρ φύσει υἱέσιν αὐτοῦ οὐδεὶς οὐδὲν ἐν διαθήκῃ γράφει δόσιν οὐδεμίαν, διότι ὁ νόμος αὐτὸς ἀποδίδωσι τῷ υἱεῖ τὰ τοῦ πατρὸς, καὶ οὐδὲ διαθέσθαι ἐᾷ, ὅτῳ ἂν ὦσι παῖδες γνήσιοι, masculi nempe, ut habes in Lege.

Excipitur praeterea, si furore percitus sui non sit compos, aut deliret, idque vel morbi vi, vel prae senectute, aut si venenum biberit. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β΄. [*p.* 635.] σκέψασθε δὲ, καὶ διότι οὐδ᾽ ἂν ἄπαις τις ᾖ, κύριός ἐστι τοῦ τὰ αὐτοῦ διαθέσθαι, ἐὰν μὴ εὖ φρονῇ. νοσοῦντα δὲ, ἢ φαρμακῶντα, ἢ ὑπὸ γήρως, ἢ ὑπὸ μανιῶν καταληφθέντα, ἄκυρον κελεύουσιν εἶναι οἱ νόμοι. Isaeus [1] ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου. δεῖται μὲν γὰρ ὁ νόμος οὐδενὶ ἐᾷ τὰ ἑαυτοῦ, ἐὰν ὑπὸ γήρως, ἢ ὑπὸ νόσου, ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων, ἃ καὶ ὑμεῖς ἴστε, παρανοήσῃ. Romani quoque Jurisconsulti optime observarunt sanitatem mentis esse exigendam. *In eo, qui testatus*, inquit Labeo, *ejus temporis, quo testamentum facit, integritas mentis, non corporis sanitas exigenda est. l.* 2. *D. Qui testamenta facere possint.* & Marcellus notat apud Pomponium, *Furiosus quoque testamenti factionem habet, licet testamentum facere non potest. l.* 16. §. 1. *D. eod.* nam *in adversa corporis valetudine mente captus, eo tempore testamentum facere non potest. l.* 17. *D. eod.* At vero *furiosum in suis induciis ultimum condere elogium posse, licet ab antiquis dubitabatur, tamen & retro Principibus & nobis placuit*, inquit Justinianus *l.* 9. *C. eod.* Senium autem non obest cuiquam, dummodo mente integer sit, ut habes in Rescripto Diocletiani & Maximiani AA. ad Licinium: *Senium quidem aetatis, vel aegritudinem corporis, sinceritatem mentis tenentibus, testamenti factionem certum est non auferre. l.* 3. *C. eod.*

Tertia quoque cautio est: Si quis uxori fuerit obsecutus ab ea persuasus: Η ΓΥΝΑΙΚΙ ΠΕΙΘΟΜΕΝΟΣ. Demosthenes ad hanc Legem [*p.* 635.] γυναικὶ πειθόμενον, ἄκυρον κελεύουσιν εἶναι οἱ νόμοι. Idem ἐν τῷ κατὰ Ὀλυμπιοδώρου [*p.* 656.] καὶ ἄκυρά γε ταῦτα πάντα ἐνομοθέτησεν εἶναι ὁ Σόλων, ὅ, τι ἂν τις γυναικὶ πειθόμενος πράττῃ. nam, ut est *ibidem*, μελαγχολᾶν δοκεῖ. Quod sequitur quasi de contextu Legis, ΥΠΟ ΤΟΥΤΩΝ ΤΟΥ
481. ΠΑΡΑΝΟΜΩΝ. [2] non est de Lege ipsa, sed sunt Oratoris verba intercipientis ista, Η ΓΥΝΑΙΚΙ ΠΕΙΘΟΜΕΝΟΣ. quia Pasio, si quidem testamentum fecisset, condidisset ab uxore deceptus & persuasus, quam alibi hic Apollodorus a Phor-

1 Leguntur in *Isaei* Or. de Nicostrati Hered. p. 48.

2 Multo aliter censeo. Scriptum fuit ΠΑΡΑΝΟΩΝ. suntque omnino legis verba, non intercipientis sententiam Oratoris. Testem fero *Isaeum* Or. de Philoctem. Hered. p. 57. ἐὰν μὴ μανιῶν, ἢ ὑπὸ γήρως, ἢ δι᾽ ἄλλο τι τῶν ... ΠΑΡΑΝΟΩΝ διαθῆται. & de Nicostr. Hered. p. 48. δεῖται μὲν γὰρ ὁ νόμος οὐδενὶ ἐᾷ τὰ ἑαυτοῦ, ἐὰν ὑπὸ γήρως, ἢ ὑπὸ νόσου, ἢ ὑπὸ τῶν, ἃ ὑμεῖς ἴστε, ΠΑΡΑΝΟΗΣΗι. Ipse *Demosthenes* idem stabilit Or. Adv. Olympiodor. p. 656., quem vide.

Digitized by Google

Phormione, vivente Paſione, adulterio pollutam fuiſſe conqueritur: objicitque hoc ipſorum fuiſſe facinus, ſed leviter ſunt corrupta verba e compendioſa ſcriptura, cum enim ſcriptum fuiſſet, *ὑπὸ τούτων τὸ ὑμ῀*, id eſt, *ὑμῶν*, facile expuncta eſt compendioſa linea, eaque, cui ſuperaddebatur litera: eſt igitur reſcribendum: *ὑπὸ τούτων τὸ ὑμῶν παράνομον.*

Denique irrita fiunt teſtamenta, quae ſcripſerit civis Athenienſis in vinculis, aut aliqua coactus neceſſitate, Η ΥΠΟ ΑΝΑΓΚΗΣ, Η ΥΠΟ ΔΕΣΜΟΥ ΚΑΤΑΛΗΦΘΕΙΣ, quod etiam laudata e Demoſthene atque Plutarcho confirmant loca: Idemque Plutarch. *in Quaeſtionibus Rom.* *πότερον, ὡς Σόλων, γράψας τὰς δόσεις κυρίας εἶναι τῶν τελευτώντων, πλὴν εἰ μή τις ἀνάγκῃ συνεχόμενος, καὶ γυναικὶ πειθόμενος, τὴν μὲν ἀνάγκην ὡς βιαζομένην ὑπεξείλετο, δὲ τὴν ἡδονὴν ὡς παραλογιζομένην.*

In conſcribendis teſtamenti tabulis Magiſtratum advocabant, qui praeſentia ſua illas vel confirmaret & ſtabiliret, vel ſolveret & infringeret. Harpocration e Dinarcho: *δόσις, ἰδίως μὲν λέγεται παρὰ τοῖς Ῥήτορσι συμβόλαιον γραφόμενον ὅταν τις τὰ αὑτοῦ διδῷ τινι διὰ τῶν Ἀρχόντων, ὡς παρὰ Δεινάρχῳ.* eadem habet Suidas. Iſaeus *ἐν τῷ περὶ τοῦ Κλεωνύμου κλήρου* [*p.* 36.] *ἠβουλήθη ταύτας τὰς διαθήκας ἀνελεῖν καὶ προσέταξε Ποσειδίππῳ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν εἰσαγαγεῖν. ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ εἰσήγαγεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐλθόντα τῶν Ἀρχόντων ἐπὶ τὴν θύραν ἀπέπεμψεν. ὀργισθεὶς δὲ τούτῳ Κλεώνυμος, πάλιν εἰς τὴν ὑστεραίαν Διοκλεῖ καλέσαι τοὺς Ἄρχοντας προσέταξε.* [1] Rurſum [*p.* 37.] *ἰσχυρίζονται γὰρ ταῖς διαθήκαις, λέγοντες ὡς Κλεώνυμος μετεπέμπετο τὴν ἀρχὴν, οὐ λῦσαι βουλόμενος αὐτὰς, ἀλλ' ἐπανορθῶσαι καὶ βεβαιῶσαι σφίσιν αὐτοῖς τὴν δωρεάν.* Nominatim vero Aſtynomum advocabant, ut eſt in *eadem Oratione* [*p.* 36.] *πρὸς δὲ τούτοις, ὡς Ποσείδιππον ἔπεμψεν ἐπὶ τοῦ Ἀστυνόμου, οὗτος δὲ οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ εἰσεκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ ἐλθόντα ἐπὶ τὴν θύραν Ἀρχωνίδην ἀπέπεμψεν.* Ampliſſimus idemque eruditiſſimus vir ejuſdem meminiſſe moris Iſaeum vult his verbis *ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου* [*p.* 43.] *ἀλλὰ καὶ ἠμφισβήτησεν ἂν τοῦ κλήρου, καὶ διεμαρτύρησε, καὶ εἰσήγγελλεν ἂν πρὸς τὸν Ἄρχοντα. καὶ ἄλλο εἴ τι ἦν ἰσχυρότερον τούτων ἅπαντα ἂν διεπράξαντο.* Ei tamen non accedimus: Nam horum verborum ſenſus eſt; non commiſſurum fuiſſe Nicodemum, ut Phile ſororis filia ab Endio adoptivo Pyrrhi filio elocaretur, tanquam notha, ſiquidem fuiſſet e legitimis nuptiis ſuſcepta: ſed potius in jus fuiſſe vocaturum, & de tota hereditate diſceptaturum, *καὶ εἰσήγγελλεν ἂν πρὸς τὸν Ἄρχοντα*, & injuriarum, inquit, poſtulaſſet Endium apud Archontem Eponymum, (nam apud hunc *λαγχάνονται δίκαι ὀρφανῶν, κλήρων, καὶ ἐπικλήρων*) eo quod contumelia affeciſſet Philen, quae & legitima filia, atque unica Pyrrhi heres eſſet: id docent quae paulo ante dixerat [*p.* 42.] *ἔπειτα εἰ ἦν ἐξ ἐγγυητῆς ἡ τούτου ἀδελφιδῆ τῷ ἡμετέρῳ θείῳ γεγενημένη, ἐπέτρεψεν ἂν Νικόδημος ὡς ἐξ ἑταίρας οὖσαν αὐτὴν ἐγγυᾶσθαι; καὶ γινομένων αὐτῶν οὐκ εἰσήγγελλε πρὸς τὸν Ἄρχοντα ὑβρίζεσθαι τὴν ἐπίκληρον ὑπὸ τοῦ οὕτως ἐγγυησαμένου αὐτήν.* Aliquando qui teſtamenti tabulas ſcribebant, [2] teſtes advocabant, non eorum, quae teſtamento ſuo dabant legabant:

1 Illud ipſum clariſſime docetur ejuſdem Or. de Philoctem. Hered. p. 59., quem quidem locum egregie illuſtrat *Deſ. Heraldus* Animadv. in Jus Att. & Rom. L. II, 6. p. 107.

2 Imo ſemper fere. Erat enim deſignato heredi ad rixas calumniaſque evitandas multo tutius. Vide quae hanc in rem pluribus diſputat *Iſaeus* Or. de Aſtyph. Hered. p. 75.

bant: ſignatae enim erant jam tabulae, ſed ut meminiſſent & teſtarentur ſe teſtamentum feciſſe. Iſaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Νικοστράτου κλήρου [p. 47.] ἔτι δὲ, ὦ ἄνδρες, καὶ τῶν διατιθεμένων οἱ πολλοὶ οὐδὲ λέγουσι τοῖς παραγινομένοις ὅ, τι διατίθενται, ἀλλὰ αὐτοῦ μόνου τοῦ καταλιπεῖν διαθήκας μάρτυρας παρίστανται. Factum etiam eſt, ut nullae teſtamenti tabulae ſcriberentur, (quemadmodum apud Romanos calatis comitiis) ſed teſtator voluntatem ſuam pro concione declararet, & voce nuncuparet: Colligo e Plutarcho
482. *Alcibiade* [p. 195. C.] ὁ δὲ Καλλίας ἐπιβουλὴν δεδοικὼς προσῆλθε τῷ δήμῳ, τὰ χρήματα διδοὺς καὶ τὸν οἶκον, ἄνπερ αὐτῷ συμπέσῃ μὴ καταλιπόντι γενεὰν ἀποθανεῖν. Quod fiebat, ut puto, quando convenerat populus ἐν ταῖς κυρίαις ἐκκλησίαις, calatis comitiis: teſtamentum nuncupatum Juriſconſulti vocant.

IV. Quod ſi pater* teſtamentum ſcripſerit, & liberis maſculis heredes ſubſtituerit, ſi ante annum viceſimum aetatis liberi deceſſerint, teſtamentum patris ratum erat ex hac Lege:

Ο, ΤΙ ΑΝ ΓΝΗΣΙΩΝ ΟΝΤΩΝ ΤΙΩΝ Ο ΠΑΤΗΡ ΔΙΑΘΗΤΑΙ, ΕΑΝ ΑΠΟΘΑΝΩΣΙΝ ΟΙ ΤΙΕΙΣ ΠΡΙΝ ΕΠΙΔΙΕΤΕΣ ΗΒΑΝ ΤΗΝ ΤΟΤ ΠΑΤΡΟΣ ΔΙΑΘΗΚΗΝ ΚΤΡΙΑΝ ΕΙΝΑΙ.

Heredes a patre teſtamento ſubſtituti liberis, ſi liberi ante annum aetatis ſuae viceſimum deceſſerint, heredes ſunto.

Legem hanc nobis deſcripſit αὐτοῖς ὀνόμασι Demoſthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β'. [p. 637.] Superſtitibus maſculis liberis non poterat pater teſtamento ſua dare legare cuiquam alteri: paternorum quippe bonorum liberi naturae lege ſunt heredes, conſultum tamen voluit hac Lege Solo patribus: itaque *pupillarem*, ut juris Romani, quanquam in annis numerandis non inter utrumque populum conveniat, ſubſtitutionem inſtituit: idque teſtamentum, quod ſibi impuberibusque liberis fecit pater, ratum eſſe voluit, quo ſcribitur heres, ſi filius ΠΡΙΝ ΕΠΙΔΙΕΤΕΣ ΗΒΑΝ, id eſt, ut alibi diximus, priusquam annos natus viginti, a quo demum anno ſui juris eſt, & τῶν ἐπιτρόπων cura ſive tutela exiit, in vivis eſſe deſierit: Ab anno viceſimo filius ſui erat juris, καὶ ἤδη τὰ πατρῷα παρελάμβανε, ut loquuntur Attici Juriſconſulti: neque amplius quicquam juris in illius bona erat alteri, neque expectanda ſubſtitutio; ſolam enim hanc *pupillarem* admitti voluit Solo, qui τὰ χρήματα, κτήματα, τῶν ἐχόντων ἐποίησεν. Atque haec eſt a Solone inſtituta, quia ejus Lege pueri ante annum aetatis viceſimum non poterant heredem ſcribere, aut aliquid e bonis ſuis dare legare alteri, praeter hordei medimnum.

V. Superſtite tamen femina prole, licebat teſtamento ſua dare legare alteri ſub hac conditione, ut filiam ſuperſtitem in uxorem duceret.

Ἐξεῖναι διαθέσθαι ὅπως ἂν ἐθέλῃ τὶς τὰ αὑτοῦ, ἂν θηλείας γνησίας καταλίπῃ ΕΠΙ ΤΑΤΤΑΙΣ.

Bona ſua cuicumque libuerit teſtamento danto leganto, etiam ſuperſtitibus filiabus, quas in uxores ducunto ſcripti heredes.

Legem hanc laudat Iſaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [p. 42.] οὔτε γὰρ διαθέσθαι, οὔτε δοῦναι οὐδενὶ οὐδὲν ἔξεστι τῶν ἑαυτοῦ, ἄνευ τῶν θυγατέρων, ἐάν τις καταλιπὼν γνησίας τελευτᾷ. Rurſum [p. 44.] ὁ γὰρ νόμος διαῤῥήδην λέγει, *ἐξεῖναι διαθέσθαι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ τὶς τὰ αὑτοῦ, ἐὰν μὴ παῖδας γνησίους καταλίπῃ ἄῤῥενας· ἐὰν δὲ θηλείας καταλίπῃ, ΕΠΙ ΤΑΤΤΑΙΣ. οὐκοῦν μετὰ τῶν θυγατέρων ἔστι δοῦναι καὶ διαθέσθαι τὰ αὑτοῦ· ἄνευ δὲ τῶν γνησίων θυγατέρων οὐχ οἷόν τε οὔτε ποιήσασθαι οὔτε δοῦναι οὐδενὶ οὐδὲν τῶν

τῶν ἑαυτοῦ. Idem ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου [p. 81.] καὶ τῷ μὲν πατρὶ αὐτῆς, εἰ παῖδες ἄῤῥενες μὴ ἐγένοντο, οὐκ ἂν ἐξῆν ἄνευ ταύτης διαθέσθαι. κελεύει γὰρ ὁ νόμος σὺν ταύταις κύριον εἶναι δοῦναι, ἐάν τῳ βούλοιτο, τὰ ἑαυτοῦ.

VI. Adoptatis autem non licebat testamentum scribere: nam aut filios habebat superstites, aut ab intestato hereditatem ejus adibant patris adoptantis propinqui.

Τοῖς ποιηθεῖσιν μὴ ἐξεῖναι διαθέσθαι· ἀλλὰ ζῶντας ἐγκαταλιπόντας υἱὸν γνήσιον ἐπανιέναι, ἢ τελευτήσαντας ἀποδιδόναι τὴν κληρονομίαν τοῖς ἐξ ἀρχῆς οἰκείοις οὖσι τοῦ ποιησαμένου.

Adoptati testamentum ne faciunto, sed vel domum patris naturalis redeunto relicto filio legitimo, vel adoptato mortuo hereditatem ejus adoptantis patris cognati adeunto. 483.

Legitur haec Lex apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς Λεωχάρην [p. 621.] eaque Solonis est, ut *ibidem* habes: ὁ γὰρ τοῦ Σόλωνος νόμος, οὐδὲ διαθέσθαι τὸν ποιητὸν ἐᾷ τὰ ἐν τῷ οἴκῳ, ὅταν ποιηθῇ. sed oportet, ut eo mortuo ad agnatos hereditas devolvatur, si orbus vita excesserit adoptivus: & certe si propinqui suos sublevare Legibus tenentur, par ratio est, ut in bonorum quoque partem veniant: δικαίως γὰρ ὁ νομοθέτης, οἶμαι, ὥσπερ καὶ τὰς κομιδὰς τῶν οἰκείων, καὶ τὰς ἐκδόσεις τῶν γυναικῶν τοῖς ἐγγύτατα γένοις προσέταξε ποιεῖσθαι, οὕτω καὶ τὰς κληρονομίας, καὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν μετουσίαν τοῖς αὐτοῖς ἀπέδωκε. Demosthenes *ibidem* [p. 620.] ἔπειτα οὐ δίκαιον δήπου τὸν ποιητὸν υἱὸν ποιητοὺς ἑτέρους εἰσάγειν, ἀλλ' ἐγκαταλίπειν μὲν γιγνομένους. ὅταν δὲ τοῦτο ἐπιλίπῃ, τοῖς γένεσιν ἀποδιδόναι τὰς κληρονομίας. Itaque pater τῇ φύσει naturalis cernere non poterat hereditatem filii, quem adoptandum dederat in alienam familiam. Demosthenes *ead. Orat.* [p. 617.] ἐπεὶ δὲ τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, κατὰ ποῖον νόμον φανεῖται, ἐρήμου ὄντος τοῦ οἴκου, τοῖς ἐγγυτάτω γένοις ἡμᾶς ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς οὐσίας; ὅτι νὴ Δία πατὴρ ἦν τοῦ τετελευτηκότος ἀπεληλυθώς γε εἰς τὸν πατρῷον οἶκον, καὶ οὐκέτι τῆς οὐσίας, ἐφ' ἧς ἐγκαταλέλοιπε τὸν υἱὸν, κύριος ὤν. neque ullam Lege cognationem cum agnatis patris naturalis habent adoptivi. Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀστυφίλου κλήρου [p. 74.] ἔστι γὰρ ὁ Κλέων οὑτοσὶ ἀνεψιὸς Ἀστυφίλου πρὸς πατρός· ὁ δὲ υἱὸς ὁ τούτου, ὃν εἰσποιεῖ ἐκείνῳ, ἀνεψιαδοῦς. εἰσποίητος δ' ἦν ὁ πατὴρ ὁ Κλέωνος εἰς ἄλλον οἶκον, καὶ οὗτοι ἔτι εἰσὶν ἐν ἐκείνῳ τῷ οἴκῳ, ὥστε γένει μὲν διὰ τὸν νόμον οὐδὲν προσήκουσιν Ἀστυφίλῳ. [1] Neque potest adoptivus hereditatem agnatorum patris naturalis herciscere κατὰ γένος sive ἀγχιστείας jure, nisi ejurata adoptione. Isaeus *ibidem* [p. 78.] οὐδεὶς γὰρ πώποτε ἐκποιητὸς γενόμενος ἐκληρονόμησε τοῦ οἴκου; ὅθεν ἐξεποιήθη, ἐὰν μὴ ἐπανέλθῃ κατὰ τὸν νόμον. Patris dixi, quia a matre per adoptionem nullus alienus esse potest, neque matrem habere, nisi propriam & naturalem, sive in gente maneat, sive inde migret. Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου [p. 66.] μητρὸς δ' οὐδείς ἐστιν ἐκποίητος, ἀλλ' ὁμοίως ὑπάρχει τὴν αὐτὴν εἶναι μητέρα, κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένῃ τις οἴκῳ, κἂν ἐκποιηθείη. Unde etiam cognatorum matris hereditatem κατὰ γένος potest cernere. Isaeus *ibidem* de Thra-

1 Urget hoc ipsum *Isaeus* Orat. de Aristrachi Hered. p. 79.

Thrasyllo, qui in adoptionem alienae familiae datus fuerat, loquens, scribit, eum illum in semissem petitione hereditatis cognati materni [*p.* 65.] οὐ γὰρ κατὰ τὸν πατέρα, ἀλλὰ κατὰ τὴν μητέρα καὶ τῶν Απολλοδώρου τοῦ Εὐπόλιδος ὑιὸς τὸ μέρος εἴληφε· καὶ τῶν δ' ἐξῆν αὐτῷ κατὰ ταύτην τὴν συγγένειαν λαγχάνειν. Quod additur in Lege, ἀλλὰ ζῶντας ἐγκαταλιπόντας ὑιὸν γνήσιον ἐπανιέναι, alibi suo loco exposuimus.

VII. Filii autem inter se hereditatem paternam ex aequo dividebant ex hac Lege:

Απαντας τοὺς γνησίους ὑιοὺς, ἰσομοίρους εἶναι τῶν πατρῴων.	*Omnes legitimi filii hereditatem paternam ex aequo inter se herciscunto.*

Legem laudat Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου [*p.* 58.] τοῦ νόμου κελεύοντος ἅπαντας τοὺς γνησίους, ἰσομοίρους εἶναι τῶν πατρῴων.

484. VIII. Quinetiam idem observatum est inter legitimum naturalemque, & adoptivum filium, si quos pater, postquam alterum adoptasset, genuisset, ut ex aequo hereditatem inter se dividerent ex hac Lege:

Ἐὰν ποιησαμένῳ παῖδες ἐπιγένωνται, τὸ μέρος ἑκάτερον ἔχειν τῆς οὐσίας, καὶ κληρονομεῖν ὁμοίως ἀμφοτέρους.	*Si cui, postquam filium adoptavit, alii legitimi nascantur, uterque hereditatem ex aequo inter se herciscunto.*

Legem descripsit Isaeus *loco jam laudato* ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου [*p.* 62.] καὶ διαῤῥήδην ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, ἐὰν ποιησαμένῳ παῖδες ἐπιγένωνται, τὸ μέρος ἑκάτερον ἔχειν τῆς οὐσίας, καὶ κληρονομεῖν ὁμοίως ἀμφοτέρους. Quare cautum a Philoctemone, qui Chaerestratum adoptabat, testamenti tabulis, εἰ μὴ γένοιτο αὐτῷ παιδίον ἐκ τῆς γυναικὸς, τοῦτον κληρονομεῖν τῶν ἑαυτοῦ.

IX. Hereditatem vero ab intestato adibant proximi secundum hunc a Lege definitum ordinem.

ΟΣΤΙΣ ΑΝ ΜΗ ΔΙΑΘΕΜΕΝΟΣ ΑΠΟΘΑΝΗ, ΕΑΝ ΜΕΝ ΠΑΙΔΑΣ ΚΑΤΑΛΙΠΗ ΘΗΛΕΙΑΣ ΣΥΝ ΤΑΥΤΗΣΙ· ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΤΟΥΣ ΔΕ ΚΥΡΙΟΥΣ ΕΙΝΑΙ ΤΩΝ ΧΡΗΜΑΤΩΝ· ΕΑΝ ΔΕ ΑΔΕΛΦΟΙ ΩΣΙΝ ΟΜΟΠΑΤΟΡΕΣ, ΚΑΙ ΕΑΝ ΠΑΙΔΕΣ ΕΞ ΑΔΕΛΦΩΝ ΓΝΗΣΙΟΙ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΜΟΙΡΑΝ ΛΑΓΧΑΝΕΙΝ. ΕΑΝ ΜΗ ΑΔΕΛΦΟΙ ΩΣΙΝ, Η ΑΔΕΛΦΩΝ ΠΑΙΔΕΣ ΕΞ ΑΥΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΑΥΤΑ ΛΑΓΧΑΝΕΙΝ. ΚΡΑΤΕΙΝ ΔΕ ΤΟΥΣ ΑΡΡΕΝΑΣ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΚ ΤΩΝ ΑΡΡΕΝΩΝ, ΕΑΝ ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΩΣΙ, ΚΑΙ ΕΑΝ ΓΕΝΕΙ ΑΠΩΤΕΡΩ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΩΣΙ ΠΡΟΣ ΠΑΤΡΟΣ [1] ΜΕΧΡΙ ΑΝΕΨΙΑΔΩΝ ΠΑΙ-	*Si quis intestatus moritur, relictis filiabus, qui eas in uxores ducent, heredes sunto: si nullae supersint, hi hereditatem ab intestato cernunto: & primo quidem fratres defuncti germani & legitimi fratrum filii hereditatem simul adeunto. Si nulli fratres aut fratrum filii supersint, iis geniti eadem Lege hereditatem cernunto: masculi autem, iisque geniti, etiamsi remotiori cognationis sint gradu, praeferuntor.*

1 Scribendum videtur ΜΕΧΡΙ ΑΝΕΨΙΩΝ ΠΑΙΔΩΝ. Id suadent haec *Isaei* Orat. de Apollod. Hered. p. 65. Ἐὰν μὴ ὦσιν ἀνεψιοὶ, μηδὲ ἀνεψιῶν παῖδες —— τότε ἀποδίδωσι τοῖς πρὸς μητρός. Et clarissime Orat. de Hagniae Hered. p. 84. Ἐὰν δὲ μηδεὶς ᾖ πρὸς πατρὸς μέχρις ἀνεψιῶν παίδων, τοὺς πρὸς μητρὸς κυρίους εἶναι κατὰ τὰ αὐτά. Ἀκούετε ὦ Ἄνδρες, ὅτι ὁ νομοθέτης οὐκ εἶπεν, ἐὰν μηδεὶς ᾖ πρὸς πατρὸς μέχρις ΑΝΕΨΙΩΝ ΠΑΙΔΩΝ, τὴν ΤΩΝ ΑΝΕΨΙΑΔΩΝ εἶναι κυρίας, &c. Excluduntur enim apertissime patruelium nepotes. Quare Theopompus cum paullo ante dixisset, defunctis fratribus Stratio & Stratocle λείπομαι ἐγὼ μόνος ὁ πρὸς πατρὸς ἐν ἀνεψιοῦ παισί, ὁ μόνῳ κατὰ τοὺς νόμους ἐδίδοτο ἡ κληρονομία, concludit p. 84. negatque patruelium nepotes ad he-

Digitized by Google

ΠΑΙΔΩΝ ΤΟΥΣ ΠΡΟΣ ΜΗΤΡΟΣ ΤΟΥ ΑΝΔΡΟΣ ΚΑΤΑ ΤΑΥΤΑ ΚΥΡΙΟΥΣ ΕΙΝΑΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗΔ' ΕΤΕΡΩΘΕΝ ΗΝ ΕΝΤΟΣ ΤΟΥΤΩΝ ΤΟΝ ΠΡΟΣ ΠΑΤΡΟΣ ΕΓΓΥΤΑΤΩ ΚΥΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ. ΝΟΘΩι ΔΕ ΜΗΔΕ ΝΟΘΗι ΜΗ ΕΙΝΑΙ ΑΓΧΙΣΤΕΙΑΝ, ΜΗΤΕ ΙΕΡΩΝ ΜΗΘ' ΟΣΙΩΝ ΑΠ' ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ.

tor. Si nulli superſint paterni proximi ad ſobrinorum usque filios, materni defuncti propinqui ſiremſe. Lege hereditatem adeunto: Si e neutra cognatione ſuperſint intra definitum gradum: propior cognatus paternus adito. Notho nothaeve, &c.

Legem deſcripſit *αὐτοῖς ὀνόμασι* Demoſthenes *ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον* [*p.* 607.] Obſcurus autem admodum eſt hujus Legis ſenſus, eruditiſſimoque Interpreti negotium exhibuit, ut mirum non ſit ſi forte nos impegerimus. Exiſtimat itaque prima Legis verba, ΟΣΤΙΣ ΑΝ ΜΗ ΔΙΑΘΕΜΕΝΟΣ ΑΠΟΘΑΝΗι, ΕΑΝ ΜΕΝ ΠΑΙΔΑΣ ΚΑΤΑΛΙΠΗι ΘΗΛΕΙΑΣ ΣΥΝ ΤΑΥΤΗιΣΙ. ita debere concipi, *ὅστις ἂν μὴ διαθέμενος ἀποθάνῃ, ἐὰν μὲν παῖδας καταλίπῃ θηλείας, τοὺς υἱοὺς σὺν ταύτῃσι. ἐὰν δὲ μὴ καταλίπῃ παῖδας θηλείας, τούτους τοὺς υἱοὺς κυρίους εἶναι τῶν χρημάτων*, & vertit, *Quisquis inteſtatus moritur, ſiquidem liberos muliebris ſexus reliquerit, filii cum hiſce, ſin minus, hi bona poſſidento.* [1] Verum hic nulla liberorum maſculorum mentio, ipſo enim naturae jure, non tantum Solonis Lege in bona pa- 489.
rentis veniunt, neque *προσήκει τοῖς παισὶν ἐπιδικάσασθαι τῶν πατρῴων*, inquit Iſaeus, *ὅτι γόνῳ γεγόνασιν, οὐδεὶς ἂν δή που ἀμφισβητήσειε περὶ τῶν πατρῴων.* Sed feminarum longe alia eſt ratio, erant enim ex Lege *ἐπιδικασίαι τῶν Ἐπικλήρων.* Cavet itaque Legislator, ut is in bona mortui ab inteſtato veniat, qui ejus filias in uxores duxerit, id eſt, bona habeat ΕΠΙ ΤΑΥΤΑΙΣ, ut *in ſuperioribus* diximus. Quare haec verba, ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΤΟΥΣ ΚΥΡΙΟΥΣ ΕΙΝΑΙ ΤΩΝ ΧΡΗΜΑΤΩΝ. alio ſpectant: Atque Legislatoris mens haec eſt: Si etiam femella prole orbus ab inteſtato deceſſerit ad hos illius hereditatem devenire, qui ſequuntur. ΕΑΝ Δ' ΑΔΕΛΦΟΙ ΩΣΙΝ ΟΜΟΠΑΤΟΡΕΣ, ΚΑΙ ΕΑΝ ΠΑΙΔΕΣ ΕΞ ΑΔΕΛΦΩΝ ΓΝΗΣΙΟΙ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΜΟΙΡΑΝ ΛΑΓΧΑΝΕΙΝ. Vocantur primum in defuncti bona germani, ſi quos habet, fratres, & fratrum legitimi filii, eadem ratione, eodemque cognationis jure. Fratrum enim filii, fratres (ſecundum hanc juris regulam, *Pater & filius pro una habentur perſona.*) cenſentur: atque inter eos, ut & inter alios, qui in eodem cognationis gradu, *ἀγχιστείας* jure hereditatem ſibi vindicabant, inteſtati hereditas ex aequo dividebatur. Quod ſi nulli ſunt fratres, aut fratribus nati, hoc jure gaudent ſorores, ſororumque liberi, & ex aequo fratris hereditatem cernunt. Iſaeus *ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου* [*p.* 65.] *ἔστι δὲ νόμος, ὃς ἐὰν ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ ἄπαις τελευτήσῃ, καὶ μὴ διαθέμενος, τήν τε ἀδελφὴν ὁμοίως, κἂν ἐξ ἑτέρας ἀδελφιδοῦς ᾖ γεγονώς, ἰσομοίρους τῶν χρημάτων καθίστησι.* paullo poſt: *ἐνταῦθα μὲν ὁμοίως καὶ ἀδελφὴ καὶ ἀδελφιδοῦς ἰσόμοιροι κατὰ τὸν νόμον εἰσί.* Quod ſi neque ullae ſint ſorores, ſororumve liberi, ceteri propinqui paterni hereditatem ſibi vindicare poſſunt, ita tamen ut mares, & qui maribus ſunt nati in eodem cognationis gradu praeferantur, imo etiam genere remotiores, usque ad ſobrinorum paternorum filios. Hac cognatione paterna deficiente, ad maternam itur, atque ad hereditatem vindicandam vocantur eodem ordine & jure cognati materni. Atque in his cognationibus paternis & maternis mares praeferun-

reditatem poſſe admitti, ſed eam univerſam ad maternam defuncti cognationem devolvi. Οὐ δίδωσι μεθ' ἡμᾶς τοῖς ἡμετέροις παισὶ τὸ κρατεῖν τῆς ἀγχιστείας, ἀλλὰ τοῖς πρὸς μητρὸς τοῦ τελευτήσαντος. *Demoſthenes* Or. in Macart. p. 608. ſimilia dabit.

[1] Verſatur eadem in lege declaranda Cel. *Jac. Perizonius* Diſſert. 11. p. 128., in paucis a Petito & vero deflectens.

feruntur, quod locum non habet inter fratrem defuncti, alteriusque fratris li beros, aut si nulli sint fratres fratrumve liberi, inter sororem sororisve liberos sed ex aequo tam mares quam feminae hereditatem adeunt. Isaeus *loco laudat* [p. 65] πατρῴων μὲν ὖν καὶ ἀδελφοῦ χρημάτων τὸ ἴσον αὐτοῖς ὁ νόμος μετασχεῖν δίδωσιν. ἀνεψιοῦ δὲ καὶ εἴ τις ἔξω ταύτης τῆς συγγενείας ἐστὶν οὐκ ἴσον, ἀλλὰ προτέροις τοῖς ἄῤῥεσι τῶν θηλειῶν τὴν ἀγχιστείαν πε ποίηκε. λέγει γὰρ, [1] ΚΡΑΤΕΙΝ ΔΕ ΤΟΥΣ ΑΡΡΕΝΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΚ ΤΩΝ ΑΡΡΕΝΩΝ, οἳ ἂν ἐκ τούτων ὦσι, κἂν ΓΕΝΕΙ ΑΠΩΤΕΡΩ τυγ χάνωσιν ὄντες. Sed totum ordinem exponit idem Isaeus ἐν τῷ περὶ τ Αγνίου κλήρου [p. 83.] ὁ δὲ νόμος περὶ ἀδελφοῦ χρημάτων, πρῶτο ἀδελφοῖς τε καὶ ἀδελφιδοῖς πεποίηκε τὴν κληρονομίαν, ἂν ὦσιν ὁμοπα τορες. τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος γένος ἐστίν. ἐὰν δὲ οὗτοι μ ὦσι, δεύτερον ἀδελφὰς ὁμοπατρίας καλεῖ, καὶ παῖδας τοὺς ἐκ τούτων ἐὰν δὲ μὴ ὦσι, τρίτῳ γένει δίδωσι τὴν ἀγχιστείαν, ἀνεψιοῖς πρὸς πα τρὸς, μέχρις ἀνεψιῶν παίδων. ἐὰν δὲ καὶ τοῦτ' ἐκλίπῃ, εἰς τὸ γένο πάλιν ἐπανέρχεται, καὶ ποιεῖ τοὺς πρὸς μητρὸς τοῦ τελευτήσαντος, κ εἰοις αὐτῶν κατὰ ταῦτα· καθάπερ τοῖς πρὸς πατρὸς ἐξ ἀρχῆς ἐδίδο την κληρονομίαν, eodem scilicet ordine & jure, ut mares, & maribus na
486. praeferantur. Atque ex his variis Isaei locis omnino constat mutilam laudari Demosthene Legem, quam ita ex Isaeo supplebis. ΟΣΤΙΣ ΑΝ ΜΗ ΔΙΑ ΘΕΜΕΝΟΣ ΑΠΟΘΑΝΗι, ΕΑΝ ΜΕΝ ΠΑΙΔΑΣ ΚΑΤΑΛΙΠΗι ΘΗ ΛΕΙΑΣ ΣΥΝ ΤΑΥΤΗιΣΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΤΟΥΣ ΔΕ ΚΥΡΙΟΥΣ ΕΙΝΑ ΤΩΝ ΧΡΗΜΑΤΩΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΑΔΕΛΦΟΙ ΩΣΙΝ ΟΜΟΠΑΤΟΡΕ ΚΑΙ ΕΑΝ ΠΑΙΔΕΣ ΕΞ ΑΔΕΛΦΩΝ ΓΝΗΣΙΟΙ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟ ΜΟΙΡΑΝ ΛΑΓΧΑΝΕΙΝ, ΕΑΝ ΜΗ ΑΔΕΛΦΟΙ ΩΣΙΝ Η ΑΔΕΛΦΩ ΠΑΙΔΕΣ καὶ ἐὰν ὦσιν ἀδελφαὶ ὁμοπατρίαι, καὶ ἐὰν παῖδες οἱ ἐκ του των, τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν λαγχάνειν. ΕΑΝ ΜΗ ΑΔΕΛΦΟΙ ΩΣΙΝ ΑΔΕΛΦΩΝ ΠΑΙΔΕΣ ἢ ἀδελφαὶ, ἢ παῖδες ἐκ τούτων; ΕΞ ΑΥΤΩ ΚΑΤΑ ΤΑΥΤΑ ΛΑΓΧΑΝΕΙΝ, ΚΡΑΤΕΙΝ ΔΕ ΤΟΥΣ ΑΡΡΕΝΑΣ ΚΑ ΤΟΥΣ ΕΚ ΤΩΝ ΑΡΡΕΝΩΝ, &c. Sensus est: germani fratres eorumqu liberi hereditatem sibi vindicent fratris ab intestato defuncti: quod si nulli s persint germani fratres eorumque liberi, germanae sorores earumque liberi i ejus bona veniant: Si vero nullae quoque supersint sorores, aut earum liber hereditatem cernunto ii qui nati sunt liberis fratrum vel sororum: ita tamen u mares maribusque nati praeferantur feminis etiam paullo arctiori cognation conjunctis. Quod si intra hanc cognationem paternam vel maternam ad sobr norum usque liberos nulli supersint, hereditatem sibi vindicare possunt e ceter paternis propinquis, qui cognatione conjunguntur arctiori: unde intelligendu Suidas: τῶν μὴ θεμένων διαθήκας, ἐπιδικάζεσθαι τοῖς κλήροις ὁ νόμος συγ χωρεῖ τοὺς ἐγγυτάτω γένους. Atque hi dicuntur in jure Attico Χηρωσα Auctor *Etymologici*: Χηρωσταὶ δὲ λέγονται, οἱ μακρόθεν τοῦ γένους κλη ρονόμοι, οἷον Ἐπίτροποι, οἱ τοῦ χήρου καὶ ἐρήμου συγγενῶν οἴκου κληρονο μοι. Hesychius: Χηρωσταὶ, οἱ μακρόθεν κατὰ γένος, προσήκοντες δὲ, οἱ χηρεύοντες τοῦ οἴκου τῶν ἀγχιστέων κληρονομοῦντων. Corruptum lo cum corrige, καὶ οἱ χηρεύοντος τοῦ οἴκου τῶν ἀγχιστέων κληρονομοῦ

τε

1 Testatissimum id Athenis erat & certi juris. Quamobrem *Demosthenes* Or. in Leochar. p. 614. Ἐν μὲν ὖν ὁμολογεῖται, τὸ ΚΡΑΤΕΙΝ τῶν κληρονόμων ΤΟΥΣ ΑΡΡΕΝΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΚ ΤΩΝ ΑΡΡΕΝΩΝ. ἁπλῶς γὰρ τοῖς ἐγγυτάτω ... ἀνδρῶν, ὅταν μὴ παῖδες ὦσιν, ὁ νόμος ... κληρονομίαν ἀποδίδωσιν. Adde, si tanti fuerit quae succedunt statim.

τες. Ceterum, qui hereditatem ſibi vindicaverant, videntur tranſiiſſe in nomen & familiam illius, cujus hereditatem cernebant, quaſi adoptati filii, aut ipſi filios, ſi quos genuerant, illius nomine cenſentes. Iſaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου [p. 66.] πάντες γὰρ οἱ τελευτήσειν μέλλοντες πρόνοιαν ποιοῦνται σφῶν αὐτῶν, ὅπως μὴ ἐξερημώσωσι τοὺς σφετέρους αὐτῶν οἴκους, ἀλλ' ἔσται τις καὶ ὁ ἐναγιῶν καὶ πάντα τὰ νομιζόμενα αὐτοῖς ποιήσων, διὸ κἂν ἄπαιδες τελευτήσωσιν, ἀλλ' οὖν ποιησάμενοι καταλείπουσι· καὶ οὐ μόνον ἰδίᾳ ταῦτα γινώσκουσιν, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ τὸ κοινὸν τῆς πόλεως οὕτω ταῦτ' ἔγνωκε. νόμῳ γὰρ τῷ Ἄρχοντι τῶν οἴκων, ὅπως ἂν μὴ ἐξερημῶνται, προστάττει τὴν ἐπιμέλειαν. ἐκεῖνο δὲ πρόδηλον ἦν, ὅτι εἰ καταλείψει τὸν κλῆρον ἐπὶ τούτοις, ἔρημον ποιήσει τὸν οἶκον. διὰ τί; προορῶντι ταύτας τὰς ἀδελφὰς τὸν μὲν τοῦ Ἀπολλοδώρου τοῦ ἀδελφοῦ κλῆρον ἐχούσας, υἱὸν δ' οὐκ εἰσποιούσας, ὄντων αὐταῖς παίδων. Quod in Lege ſcriptum eſt: ΝΟΘΩι ΔΕ ΜΗΔΕ ΝΟΘΗι ΜΗ ΕΙΝΑΙ ΑΓΧΙΣΤΕΙΑΝ ΜΗΤΕ ΙΕΡΩΝ, ΜΗΘ' ΟΣΙΩΝ ΑΠ' ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ alibi, ſuoque loco expoſuimus: ubi tamen iſta, ΑΠ' ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ. ſunt appoſita poſt exactos Triginta Tyrannos: imo etiam & ejusdem quoque commatis haec forte ſunt, ΜΗΤΕ ΙΕΡΩΝ, ΜΗΘ' ΟΣΙΩΝ. nam videtur Solo ſcripſiſſe tantum, ΝΟΘΩι ΔΕ ΜΗΔΕ ΝΟΘΗι ΜΗ ΕΙΝΑΙ ΑΓΧΙΣΤΕΙΑΝ. colligo ex his verſibus Ariſtophanis *Avibus* [vſ. 1659.]

ἐρῶ δὲ δὴ καὶ τὸν Σόλωνός σοι νόμον. 487.
Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχι-
στείαν, παίδων ὄντων γνη-
σίων. ἐὰν δὲ παῖδες
μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς
ἐγγυτάτω τοῦ γένους,
μετεῖναι τῶν χρημάτων.

X. Neque poterant Nothi hereditatem paternam herciſcere, extante vel unica filia legitima:

Γνησίας μὲν οὔσης θυγατρὸς, νόθου δὲ υἱοῦ, μὴ κληρονομεῖν τὸν νόθον τὰ πατρῷα.	*Superſtite legitima filia, Nothus hereditatem patris ne adito.*

Laudat hanc Legem Scholiaſtes Comici *ad Aves*: νόμος ἦν Ἀθηναίοις, γνησίας μὲν οὔσης θυγατρὸς, νόθου δὲ υἱοῦ μὴ κληρονομεῖν τὸν νόθον τὰ πατρῷα, e quo Suidas in Ἐπίκληρος, & hoc ſpectant Piſthetaeri ad Herculem verba apud Ariſtophanem [vſ. 1648.]

τῶν γὰρ πατρῴων οὐδ' ἀκαρεῖ μέτεστί σοι
κατὰ τοὺς νόμους. νόθος γὰρ εἶ κοὐ γνήσιος.

Ac ne ullo quidem modo aut jure in bona parentis veniebant: Nam cognati ἀγχιστείας jure ab inteſtato hereditatem cernebant illius, qui deceſſiſſet nullo ſuperſtite legitimo libero, quanquam *Nothos* ſuſtuliſſet, ut e praecedenti Lege conſtat: Hinc apud Comicum negat Piſthetaerus Herculem Jovis hereditatem poſſe adire, quia *nothus* eſt, & minatur Neptunum eam ſibi ἀγχιστείας jure vindicaturum & aſſerturum, ut qui ſit Jovis frater [vſ. 1656.]

οὑτοσὶ ὁ Ποσειδῶν πρῶτος ὃς ἐπαίρει σε νῦν
ἀνθέξεταί σου τῶν πατρῴων χρημάτων,
φάσκων ἀδελφὸς αὐτὸς εἶναι γνήσιος.

 XI. Non

XI. Non tamen omnino expertes erant partis de paternis bonis: nam poterant illis dari ad quinque minas τῶν νοθείων nomine:

Τοῖς Νόθοις μέχρι πέντε μνῶν καταλιμπάνειν.	*Nothis ne plus minis quinque danto.*

Habes apud Aristophanis Interpretem *Avibus* [*vs.* 1655.] quem descripsit Suidas in Ἐπίκληρος. νόμος ἦν Ἀττικὸς, τοῖς Νόθοις μέχρι πέντε μνῶν καταλιμπάνειν. Suidas alibi τὸ ἀργύριον δὲ τοῖς Νόθοις διὰ χειρὸς ἐδίδοσαν, ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς κληρονομεῖν. idque τὰ Νοθεῖα dixerunt. Definit Legislator, si Scholiastae Comici, si Suidae credimus, τῶν Νοθείων summam intra minas quinque: At ille idem Suidas, & is, a quo accepit Harpocration in Νοθεῖα, minas decem definiunt: Νοθεῖα, τὰ τοῖς Νόθοις διδόμενα ἐκ τῶν πατρῴων οὕτω καλεῖται. ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. hujusque rei auctores laudant Lysiam, si titulus non mentitur auctorem ἐν τῷ πρὸς Καλλιφάνην ξενίας, & Isaeum ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον περὶ Ἐπικλήρου. Verum haec, ut puto, facile inter se conciliari possunt. [1] Nam nobis quidem videntur νοθεῖα fuisse in Solonis Legibus minae quinque, sive quingentae drachmae: at postea mutavit, atque decem minas sive mille drachmas in Νοθεῖα dari placuit, ut de Pentacosiomedimnorum dote, quam ταῖς Θήσσαις dabant, adnotat Aristophanes Grammaticus: Atque haec certa sunt: jam vero *promissam capillum, incipiamque bariolari.* Videntur tot in Νοθεῖα datae drachmae
488. sive minae, quot impendebantur a Pentacosiomedimnis, aut Equitibus, aut Zygitis, in elocandis & dotandis *orbis* puellis. Quare hae quingentae drachmae, quae Νοθεῖα dicuntur, Pentacosiomedimnorum tantum fuerunt: neque Equites aut Zygitae hoc modulo, sed eadem illorum analogia, quae in conferenda *orbarum* dote. Argumento est, quod Νοθεῖα bonorum paternorum non sint pars decima, sed multo minus: hinc enim ostendit Isaeus ex Endii persona ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου [*p.* 43.] Phylen *notbam fuisse*, quia bonorum paternorum non decimam partem ei in dotem dedit, sed multo minus, τὰ Νοθεῖα scilicet, drachmas mille: (erat enim Endius e Pentacosiomedimnis.) Cedebat autem, ut *ibidem* docet Isaeus, decima hereditatis pars in dotem sive legitimam: Quare neque Equites, neque Zygitae νοθεῖα dabant mille drachmas: non enim tot, ut plurimum, drachmarum erat decima pars bonorum, sive Equitum, sive Zygitarum, unde neque etiam tot drachmarum erant τὰ νοθεῖα, quae dabant Equites, aut Zygitae, cum in τὰ Νοθεῖα non impendatur decima bonorum pars paternorum. Illis autem solis *Nothis* τὰ Νοθεῖα dabantur, qui illius vere liberi *nothi* censebantur: unde Cynosargis conveniebant, quod alibi e Nonno & Diogeniano diximus, ut censerentur.. Quod vero negare videtur apud Aristophanem *Avibus* Pisthetaerus, Leges non sinere dari a patre morituro τὰ Νοθεῖα *nothis*, commode est intelligendum. Comici hi sunt versus [1654.]

ἡρ. τί δ᾽ ἦν ὁ πατὴρ ἐμοὶ διδῷ τὰ χρήματα
τὰ Νοθεῖ᾽ ἀποθνήσκων. πει. ὁ νόμος αὐτὸν οὐκ ἐᾷ.
οὗτ᾽ ὁ Ποσειδῶν πρῶτος ὃς ἐπαίρει σε νῦν
ἀνθέξεταί σου τῶν πατρῴων χρημάτων,
φάσκων ἀδελφὸς αὐτὸς εἶναι γνήσιος.

Qui-

1 Longe mihi vero videtur similius, numeri notam in Scholiis ad Comici Aves & *Suida* voc. Ἐπίκληρος vitio esse foedatam, quae & *Jo. Meursii* sententia Lect. Attic. L. 1, 21. & Them. Att. L. 11, 21. Merae enim & incertissimae conjecturae sunt, quibus haec Petitus expedire conatur.

Digitized by Google

Quibus e verbis, si quid judico, docemur, Leges non sinere, ut nothus, qui à patre, dum erat in vivis, τὰ Νοθεῖα non acceperit, eo mortuo sibi dari postulet ex ejus bonis, nam Solonis Lex hic obtinet, ΝΟΘΩι ΔΕ ΜΗΔΕ ΝΟΘΗι ΜΗ ΕΙΝΑΙ ΑΓΧΙΣΤΕΙΑΝ. Itaque τὰ Νοθεῖα *nothis* in manum dabantur a patre, dum adhuc erat in vivis, atque id est, quod his indicat verbis Suidas. τὸ ἀργύριον δὲ τοῖς νόθοις διὰ χειρὸς ἐδίδοσαν, ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς κληρονομεῖν. Sed mittamus hos *nothos*, qui, quod olim de Megarensibus dictum, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

XII. Qui hereditatem ab intestato adibant, si plures essent eodem cognationis gradu, ex aequo in partem illius veniebant;

Τοῦ μέρους ἕκαστον λαγχάνειν.	*Plures eodem jure ex aequo hereditatem cernunto.*

Legitur Lex ista apud Isaeum ἐν τῷ περὶ τοῦ Αγνίου κλήρου [*p.* 86.] διαρρήδην ὁ νόμος κελεύει, τοῦ μέρους ἕκαστον λαγχάνειν.

XIII. Hereditatem qui sibi vindicabat sive κατὰ δόσιν καὶ διαθήκην, sive ἀγχιστείας jure, καὶ κατὰ γένος, debebat apud Praetorem, apud quem λαγχάνονται κλήρων καὶ Επικλήρων ἐπιδικασίαι, vindicare & sibi asserere, προσήκει ἐπιδικάσασθαι τῶν δοθέντων e Solonis hac Lege.

ΚΛΗΡΟΥΝ ΔΕ ΤΟΝ ΚΛΗΡΟΝ ΟΣΟΙ ΕΙΣΙ ΜΗΝΕΣ ΠΛΗΝ ΤΟΥ ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝΟΣ, ΑΝΕΠΙΔΙΚΟΝ ΔΕ ΚΛΗΡΟΝ ΜΗ ΕΧΕΙΝ.	*De hereditatibus judicio experiuntor, toto vertente anno, excepto mense Scirrhophorione: hereditatem nisi in jure vindicatam ne adeunto.*

Legem hanc laudat Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β. [*p.* 636.] sed Legis verba, [1] quae erant in mendo, ita emendavimus: auctor Demosthenes, qui ante dixerat, ἀνεπίδικον μὴ ἐξεῖναι ἔχειν κλῆρον. 489.
Vult igitur eum, qui hereditatem ad se delatam jure credit, judicio experiri, & sibi apud Praetorem vindicare, (id enim est ΚΛΗΡΟΥΝ ΤΟΝ ΚΛΗΡΟΝ) λαχεῖν, inquit Demosthenes, τοῦ κλήρου, εἴτε κατὰ δόσιν αὐτῷ προσήκει, εἴτε κατὰ γένος. Haec ἐπιδικασία fiebat apud Praetorem singulis anni mensibus, excepto Scirrhophorione, quia affecto jam anno referendis potius rationibus, quam juri dicundo vacabant, resque erant prolatae. Debebat igitur, qui sibi hereditatem vindicabat, ceteros in jus vocare, qui possent de hereditate controversiam facere. Demosthenes: νόμος κελεύει περὶ τοῦ ἐπιδεδικασμένου καὶ ἔχοντος τὸν κλῆρον προσκαλεῖσθαι, ἐάν τις βούληται ἀμφισβητεῖν. alioqui ipso jure nulla erat haec ἐπιδικασία. Demosthenes e Lege mox describenda: ἐὰν δὲ μὴ προσκαλεσάμενος ἐπιδικάσηται, ἀτελὴς ἔσται ἡ ἐπιδικασία. Itaque Praeco proclamabat, si quis vellet judicio experiri adversus eum, qui sibi vindicabat. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον [*p.* 600.] καὶ τοῦ κήρυκος κηρύττοντος, εἴ τις ἀμφισβητεῖν ἢ παρακαταβάλλειν βούλεται τοῦ κλήρου τοῦ Αγνίου, ἢ κατὰ γένος, ἢ κατὰ διαθήκας. Qui sibi vindicabat, [2] ἀμφισβητεῖν dicebatur: qui vero contra sibi asserebat, παρακαταβάλλειν, quod fiebat cum sponsione & sacramento partis bonorum decimae, quam pendebat, si causa cecidisset. Pollux *Lib. VIII.* [*Segm.* 32.] ἀμφισβήτησις μὲν, ὅτις ἀμφισβητεῖ, κλήρου κατέχοντος, ὡς οὐκ ὄντος υἱοῦ τῷ τεθνεῶτι. παρακαταβολὴ

1 Noli negligere, quae eamdem in legem commentatus est superius hoc Libro Tit. 1.

2 Conferendi eadem de re sunt *Demosthenes* Or. Adv. Olympiod. p. 651. & *Isaeus* de Apollodori Hered. p. 65.

βολὴ δὲ, ὅτε ἀντιλέγει, ὡς αὐτὸς δικαιότερος ὢν ἔχειν τὸν κλῆρον ἐξ ἀγχιστείας ἢ διαθηκῶν. παρακατέβαλε δὲ τῆς οὐσίας τὸ δέκατον, ὡς προσήσων, ἂν ἡττηθῇ. Actio haec proprie dicitur ἀντιγραφή. Harpocration ἀντιγραφή. ἰδίως μὲν ἐπὶ ταῖς τῶν κλήρων διαδικασίαις, ἀντιγραφὴ καλεῖται, ὅταν τις ὡς ἄπαιδος ὄντος τοῦ τετελευτηκότος, ἑαυτῷ φάσκῃ προσήκειν τὸν κλῆρον κατὰ γένους δόσιν. Pollux *Lib. VIII.* [*Segm.* 33.] ἀντιγραφὴ δ' ἐκαλεῖτο ἐπὶ τῶν κατὰ γένος ἀμφισβητούντων. Male idem Harpocratio confundit τὴν ἀμφισβήτησιν & διαμαρτυρίαν. Erat enim in hoc negotio διαμαρτυρία, anteſtatio, neque hunc ἀμφισβητοῦντα, neque illum παρακαταβάλλοντα eſſe audiendos de controverſia quam faciunt, cum defuncto ſuperſtites ſint liberi. Pollux *Lib. laudato* διαμαρτυρία δὲ, ὅτε διαμαρτύροιτο [1] ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον, ὡς ὄντος υἱοῦ.

XIV. Neque tantum movebatur controverſia, cum primum apud Praetorem vindicabatur hereditas, ſed etiam de aſſerta atque adita licebat adverſus illum judicio experiri, qui ſibi vindicaverat: hujus actionis ordo praeſcribitur iſta Lege.

ΕΑΝ Δ' ΕΠΙΔΕΔΙΚΑΣΜΕΝΟΥ ΑΜΦΙΣΒΗΤΗι ΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ ΠΡΟΣΚΑΛΕΙΣΘΩ ΤΟΝ ΕΠΙΔΕΔΙΚΑΣΜΕΝΟΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ, ΚΑΘΑΠΕΡ ΕΠΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΔΙΚΩΝ, ΠΑΡΑΚΑΤΑΒΟΛΑΣ Δ' ΕΙΝΑΙ ΤΩι ΑΜΦΙΣΒΗΤΟΥΝΤΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΠΡΟΣΚΑΛΕΣΑΜΕΝΟΣ ΕΠΙΔΙΚΑΣΗΤΑΙ, ΑΤΕΛΗΣ ΕΣΤΑΙ Η ΕΠΙΔΙΚΑΣΙΑ ΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΖΗι Ο ΕΠΙΔΙΚΑΣΑΜΕΝΟΣ ΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ ΠΡΟΣΚΑΛΕΙΣΘΩ ΚΑΤΑ ΤΑΥΤΑ Ωι Η ΠΡΟΘΕΣΜΙΑ ΜΗΠΩ ΕΞΗΚΕΙ, ΤΗΝ Δ' ΑΜΦΙΣΒΗΤΗΣΙΝ ΕΙΝΑΙ ΤΩι ΑΡΧΟΝ-
490. ΤΙ ΚΑΘΟΤΙ ΕΠΙΔΙΚΑΣΑΤΟ, ΟΥ ΑΝ ΕΧΗι ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ.

Qui litem movet ei, qui antea judicio hereditatem ſibi vindicavit, illum in jus ad Praetorem vocato, ut fieri amat in aliis cauſis: Sacramento autem qui in jus vocat contendito: ni in jus vocaverit, judicium, quo ſibi hereditatem vindicaverit, irritum eſto: Si deceſſerit qui hereditatem judicio creverat, vocatio tamen in jus fiat ab eo, cui non praeſcribit tempus. Lis ſub Archonte eſto, quemadmodum judicio antea expertus fuit is, qui in bonis eſt.

Legem deſcripſit Demoſthenes ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον [*p.* 603.] de eaque iſta forte habet προσεκαλέσαντο τὴν γυναῖκα πρὸς τὸν Ἄρχοντα εἰς διαδικασίαν τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου, φάσκοντες τὸν νόμον κελεύειν παρὰ τοῦ ἐπιδεδικασμένου, καὶ ἔχοντος τὸν κλῆρον, προσκαλεῖσθαι, ἐάν τις βούληται ἀμφισβητεῖν. ſed iſta potius referenda ſunt ad praecedentem Legem, quamquam idem ordo obſervabatur & ab eo qui primum hereditatem ſibi judicio vindicabat, & ab illo, qui rurſum ei, qui hereditatem judicio creverat, litem movebat: Vocare in jus neceſſe habebat, qui contendebat, alioqui nulla erat haec hereditatis petitio. Pollux *Lib. VIII.* [*Segm.* 62.] ἐπὶ τῶν ἀμφισβητούντων κλήρου πρόσκλησις δέ ἐστιν. ὁ γὰρ ἀμφισβητῶν, προσκαλεῖται τὸν ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν Ἄρχοντα. εἰ δὲ μὴ προσκαλέσοιτο, ἀτελὴς ἡ δίκη. Nimirum idem ordo, ut diximus, obſervabatur ab eo, qui rurſum judicio vellet experiri adverſus illum, qui in jure jam eam ſibi hereditatem aſſeruerat, qui obſervatus quoque fuerat, qui judicio hereditatem adierat: ita enim debent poſtrema haec Legis verba legi: ΚΑΘΟΤΙ ΕΠΕΔΙΚΑΣΑΤΟ ΟΣ ΑΝ ΕΧΗι ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ.

XV. Quod ſi is qui hereditatem adiverat, fato jam eſſet functus ſuo, ſiremps Lege

1 Negandi vocem his *Pollucis* verbis deeſſe videri, adſcripſerat doctiſſimus *Palmerius*, quem ea opinione falſum haud eſſe, *Kuhnius* docebit ad *Pollucis* locum.

Digitized by Google

Lege vocandus erat in jus qui in illius bonis erat, si nondum praescriberet tempus, quod erat annorum quinque. Harpocration: *προθεσμίας νόμος*. Δημοσθένης ὑπὲρ Φορμίωνος τὴν τῶν πέντε ἐτῶν ἂν λέγοι προθεσμίαν ὁ Ῥήτωρ, ὡς ἐν τῷ λόγῳ ὑποσημαίνει, καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Μνησίπτολεμον, εἰ γνήσιός ἐστιν ὁ λόγος. Eaque de re haec Lex scripta est.

Πέντε ἐτῶν δικάσασθαι τοῦ κλήρου, ἐπειδὰν τελευτήσῃ ὁ κληρονόμος.	*Intra quinque a morte illius, qui hereditatem adierat, annos hereditatem petito.*

Legem habes apud Isaeum ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου [*p.* 43.] ὁ δὲ νόμος πέντε ἐτῶν κελεύει δικάσασθαι τοῦ κλήρου, ἐπειδὰν τελευτήσῃ ὁ κληρονόμος.

TITULUS SEPTIMUS.

De Tutelis.

I. MAximam habuit Solo orphanorum pupillorumque curam: cum enim nota sint illa apud Satyricum vota [*Sat. II. vs.* 12.]

—— Pupillumve utinam, quem proximus heres
Impello, expungam. ——

pupillorum vitae consulere ac cavere voluit hac Lege:

Μὴ ἐπιτροπεύειν, εἰς ὃν ἡ οὐσία ἔρχεται, τῶν ὀρφανῶν τελευτησάντων.	*Tutor is ne esto, qui agnationis jure hereditatem pupilli potest hercifcere.*

Refert hanc Solonis Legem Diogenes Laërtius *in ejus vita* [*Segm.* 56.] Nolebat igitur, aut consanguineos, aut agnatos ἐπιτροπεύειν, quia mortuis pupillis ante vicesimum aetatis annum, cum non possent συμβάλλειν πέρα μεδίμνου κριθῶν, hereditatem adibant, & sibi vindicabant κατὰ γένος. [1] Non tamen excluduntur a tutela omnes omnino gentiles: nam Auctor *Etymologici* inter τοὺς Χηρωστὰς, de quibus *in superioribus* diximus, recensct tutores sive curatores Χηρωσταὶ δὲ λέγονται, οἱ μακρόθεν τοῦ γένους κληρονόμοι, οἷον 491.
Ἐπίτροποι, οἱ τοῦ χήρου καὶ ἐρήμου συγγενῶν οἴκου κληρονόμοι. Optime, quia, quanquam Solonis Lege ei non liceret ἐπιτροπεύειν, qui si quid pupillis, πρὶν ἐπιδιετὲς ἡβᾶν, humanitus accidisset, proximus κατὰ γένος heres in bona veniebat, tamen tam remota cum pupillis cognatione conjungebantur, ut nulla spes esset heredes κατὰ γένος fore. Erant autem hi Ἐπίτροποι, vel testamento, vel ab Archonte dati: Testamento datos fuisse constat e Demosthenis *Orationibus contra Aphobum & Onetorem*, unde eidem ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν α. [*p.* 626.] dicuntur ἐπιτροπεύσασθαι κατὰ τὴν διαθήκην. Ab Archonte dari scribit Pollux *Lib. VIII.* ὁ δὲ Ἄρχων διατίθησι Ἐπιτρόπων καταστάσεις. Lege enim, quam *in sequentibus* reddemus, Deo dante;

1 Hinc multa in rem suam convertit *Oiselius* ad *Caji* Institut. L. 1. Tit. VII.

dante, orphani Archontis curae committebantur: quare oportebat Archonti significare hos pupillos esse, & illos testamento tutores esse datos, unde Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου. ἀπογράφουσι τὼ παῖδε τούτω πρὸς τὸν Ἄρχοντα, ἐπιγράψαντες σφᾶς αὐτοὺς Ἐπιτρόπους. Tutores autem isti, sive testamento, sive ab Archonte dati, potestatem habebant in pupillos, qui illis erant crediti: nam *tutela est, ut Servius definit, vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter aetatem suam sponte se defendere nequit. l. 1. D. de tutelis.* unde Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [*p.* 2.] illos vocat τῶν παίδων κυρίους, habebant quoque potestatem in bona, & ea omnia faciebant, quae pupilli facere tenebantur, donec adolevissent. Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Κλεωνύμου κλήρου [*p.* 36.] ὁρῶν δὲ ἡμᾶς ἐπιτροπευομένους ὑπὸ Δεινίου, καὶ δεδιὼς μὴ τελευτήσειεν αὐτὸς ἔτι παῖδας ἡμᾶς καταλιπὼν, καὶ τῆς οὐσίας ἡμετέρας οὔσης γένοιτο Ἐπίτροπος καὶ κύριος Δεινίας. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀφόβου α. [*p.* 500.] de suis tutoribus: εἰς γὰρ τὴν συμμορίαν ὑπὲρ ἐμοῦ συνετάξαντο κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς, πεντακοσίας δραχμάς. Quare tutoris patrimonium obligatum erat pupillo. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ὀνήτορος α. [*p.* 522.] προσειδὼς δὲ τὴν προῖκα οὐκ ἐπιδώσειν, ὥσπερ τὰ τῶν ἐπιτροπευόντων χρήματα, ἀποτιμήματα τοῖς ἐπιτροπευομένοις καθεστάναι νομίζων.

II. Inter ceteras autem *tutoris* curas fuit haec, locatio aedium pupilli, ut haec Lex jubet.

Τὸν Ἐπίτροπον τὸν οἶκον μισθοῦν. *Tutor* [1] *aedes pupilli locato.*

Hujus Legis meminit Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν [*p.* 520.] Καὶ τὸν οἶκον οὐκ ἐμίσθωσε, τῶν νόμων κελευόντων. & ἐν τῷ κατὰ Ἀφόβου Ἐπιτροπῆς α. [*p.* 507.] τούτῳ γὰρ ἐξῆν, μηδὲν ἔχειν τούτων τῶν πραγμάτων, μισθώσαντι τὸν οἶκον κατὰ τουτουσὶ τοὺς νόμους. Id fiebat in hunc modum. *Tutores* sive testamento, sive ab Archonte dati, Archonti indicabant locandas esse pupillorum aedes: auctoritate itaque Archontis, & e judicum, qui adsidebant, consilio, per Praeconem locabantur. Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου [*p.* 59.] ἀπογράφουσι τὼ παῖδε τούτω πρὸς τὸν Ἄρχοντα, ὡς εἰσποιήτω τοῖς τοῦ Εὐκτήμονος υἱέσι τοῖς τετελευτηκόσιν, ἐπιγράψαντες σφᾶς αὐτοὺς Ἐπιτρόπους, καὶ μισθοῦν ἐκέλευον τὸν Ἄρχοντα τοὺς οἴκους, ὡς ὀρφανῶν ὄντων. καὶ ἐπειδὴ πρῶτον τὰ δικαστήρια ἐπληρώθη, ὁ μὲν Ἄρχων προεκήρυττεν, οἱ δὲ ἐμισθοῦντο. Pollux *Lib. VIII.* [*Segm.* 89.] ἐπιμελητὴς δὲ ὁ Ἄρχων καὶ τοὺς οἴκους [2] ἐκμισθοῦ τῶν ὀρφανῶν. Ii vero, qui orphanorum aedes ab Archonte conducebant, aliquid pignori opponebant ob obvencionem. Suidas: οἱ μισθούμενοι τοὺς τῶν ὀρφανῶν οἴκους παρὰ τοῦ Ἄρχοντος, ἐνέχυρα τῆς μισθώσεως παρείχοντο. ἔδει δὲ τὸν Ἄρχοντα πέμπειν τινὰς ἀποτιμησομένους τὰ ἐνέχυρα. καὶ ἐλέγοντο τὰ μὲν ἐνέχυρα ἀποτιμήματα. οἱ δὲ ἀποτιμησάμενοι, ἀποτιμηταί. τὸ δὲ ἔργον,
492. ἀποτιμᾶν. Atque haec locatio fiebat novo ineunte anno, mense Hecatombaeone,

1 Hoc nimis angustum. Οἶκον Jurisconsulti Attici non aedes tantum, sed universas pupilli facultates appellare solent. Ipsemet *Isaeus* οὐσίαν interpretatur Orat. de Philoctem. Hered. p. 59., ὅπως, inquiens, ἐπὶ τοῖς τούτων ὀνόμασι τὰ μὲν μισθωθείη τῆς ΟΥΣΙΑΣ, τὰ δὲ ἀποτιμήματα καταστραθείη. Imo quam alias μίσθωσιν τοῦ οἴκου, eam μίσθωσιν τῶν χρημάτων vocat Or. de Hagn. Hered. p. 87. Quae Oratoris loca non neglexit *Des. Heraldus* Animadv. ad J. A. & R. L. III, 6. §. 10.

2 Correctius haec in *Polluce* leges, modo doctissimi *Kuhnii* notam adjunxeris.

baeone, tunc enim migrabant ex aedibus in alias: unde Comicus Ἐκκλησιαζούσαις [*vs.* 748.]

> τί τὰ σκευάρια ταυτὶ βούλεται;
> πότερον μετοικιζόμενος ἐξενήνοχας
> αὐτά;

Dicuntur enim [1] Hecatombaeone mense: tunc primum quoque judices forte erant capti: unde dixit Isaeus, ἐπειδὴ πρῶτον τὰ δικαστήρια ἐπληρώθη. Qui haec non fecisset, scribebatur illi δίκη μισθώσεως οἴκου, cujus *Lib. VIII.* [*Sect.* 31.] meminit Pollux, quod fieri poterat a quolibet Atheniensi: Scribebatur quoque, si tanti non locaretur, quanti debebat locari. Suidas & Auctor *Etymologici:* λέγεται δὲ φάσις καὶ ἐπὶ τῶν ὀρφανικῶν οἴκων. ὅτε γὰρ μὴ ἐκμισθώσαιεν οἱ Ἐπίτροποι τὸν οἶκον τῶν ἐπιτροπευομένων, ἔφαινεν αὐτὸν ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν Ἄρχοντα, ἵνα μισθωθῇ, ἔφαινε δὲ καὶ εἰ ἐλάττονος ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν μεμίσθωται.

III. Curae autem Archonti fuisse orphanos, dotales feminas, & praegnantes post mariti mortem, voluit Solo hac Lege:

Ο ΑΡΧΩΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΩ ΤΩΝ ΟΡΦΑΝΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΠΙΚΛΗΡΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΟΙΚΩΝ ΤΩΝ ΕΞΕΡΗΜΟΥΜΕΝΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ, ΟΣΑΙ ΜΕΝΟΥΣΙΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΟΙΚΟΙΣ ΤΩΝ ΑΝΔΡΩΝ ΤΩΝ ΤΕΘΝΗΚΟΤΩΝ ΦΑΣΚΟΥΣΑΙ ΚΥΕΙΝ, ΤΟΥΤΩΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΩ, ΚΑΙ ΜΗ ΕΑΤΩ ΥΒΡΙΖΕΙΝ Η ΠΟΙΕΙΝ ΤΙ ΠΑΡΑΝΟΜΟΝ, ΚΥΡΙΟΣ Δ' ΕΠΙΒΑΛΛΕΙΝ ΚΑΤΑ ΤΟ ΤΕΛΟΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΕΙΖΟΝΟΣ ΖΗΜΙΑΣ ΔΟΚΗι ΑΞΙΟΣ ΕΙΝΑΙ ΠΡΟΣΚΑΛΕΣΑΜΕΝΟΣ ΠΡΟΠΕΜΠΤΑ ΚΑΙ ΤΙΜΗΜΑ ΕΠΙΓΡΑΨΑΜΕΝΟΣ Ο, ΤΙ ΑΝ ΔΟΚΗι ΑΥΤΩι ΕΙΣΑΓΑΓΕΤΩ ΕΙΣ ΤΗΝ ΗΛΙΑΙΑΝ. ΕΑΝ Δ' ΑΛΩι ΤΙΜΑΤΩ Η ΗΛΙΑΙΑ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΛΟΝΤΟΣ Ο, ΤΙ ΧΡΗ ΑΥΤΟΝ ΠΑΘΕΙΝ Η ΑΠΟΤΙΣΑΙ.

Archon orphanorum, dotalium feminarum, familiarum, quae intercidunt, & praegnantium mulierum, quae post maritorum obitum in eorum aedibus permanent, curam habeto, neque contumeliam aut aliquid injustum iis fieri sinito: multam, quantam potest Magistratus potestate, irrogare ei jus esto. Si majore poena dignus videtur, qui adversus hanc Legem fecerit, Archon in jus vocato in quintum diem, & poena pro arbitrio irrogata, Heliastis judicium permittito. Si convictus fuerit, Heliastae de, eo quod luere in corpore vel in aere debet, judicium reddunto.

Legem hanc habes apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον [*p.* 611.] Καὶ πρῶτον μὲν τὸν νόμον τουτονὶ ἀνάγνωθι. Ο ΑΡΧΩΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΩ ΤΩΝ ΟΡΦΑΝΩΝ, &c. Meminit quoque illius Isaeus ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου [*p.* 66.] νόμῳ γὰρ τῷ Ἄρχοντι τῶν οἴκων, ὅπως ἂν μὴ ἐξερημῶνται προστάττει τὴν ἐπιμέλειαν· Curam mandat & praecipit Legislator Archonti orphanorum. Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [*p.* 22.] καὶ τοὺς νόμους λέγων, οἳ κελεύουσι τὸν Ἄρχοντα τῶν ὀρφανῶν ἐπιμελεῖσθαι. Virginum vel feminarum dotalium, familiarum ne prorsus interirent, & mulierum, quae post maritorum mortem se esse praegnantes asserunt: quod etiam notat Pollux *Lib. VIII. Cap.* 9. ἐπιμελεῖται δὲ ὁ Ἄρχων καὶ τῶν γυναικῶν, αἳ ἂν φάσκωσιν ἀπ' ἀνδρὸς τελευτῆς κύειν, quod optime institutum a sapientissimo Legislatore, ne quis per dolum veniret in possessionem hereditatis, etiam a Romanis acceptum est: vide Edictum Praetoris *l.* 1. §. 10. *D. de ventre inspiciendo.* Si quis autem alicui horum injuriam faceret, vindicabat Prae- 493.
tor,

[1] Vide Petiti nostri Miscellan. L. 1, 15.

tor, multam ei faciens, [1] κατὰ τὸ τέλος, quantam poterat, pro Magistratus, quem gerebat, potestate: definita enim erat proculdubio multa, quam irrogare poterat Archon, quemadmodum & alii qui erant ἐν τῷ τέλει, ut ex. gr. Quingentorum Senatus. Quod si majore poena dignus videretur, Archon in jus ad Heliaeam rapiebat, & vocabat in quintum diem; ita interpretamur Legis verba ΠΡΟΣΚΑΛΕΣΑΜΕΝΟΣ ΠΡΟΙΕΜΙΤΤΑ, auctore Harpocratione: εἰ μὴ ἄρα προέπεμπτα ὡς Δημοσθένης πρὸς ἡμέρας πέντε· ταῖς γὰρ μεγάλαις δίκαις οὐκ ἤρκει μία ἡμέρα πρὸς τὴν κρίσιν, quae Harpocrationis ratio tamen non facit ad institutum nostrum: res tamen est, quam diximus. Tutela autem exibant Athenienses anno aetatis vicesimo, cum Lexiarchico essent inscripti. Antipho ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου λοιδορίας. ἐπειδὴ ἐδοκιμάσθης ὑπὸ τῶν Ἐπιτρόπων, παραλαβὼν παρ' αὐτῶν τὰ σαυτοῦ χρήματα. Hinc Astyphilus apud Isaeum, cum Lexiarchico esset inscriptus, vitrici tutela exiit: ἐπεὶ τοίνυν ἐδοκιμάσθη ὁ ἀδελφὸς, ἀπέλαβε πάντα. tunc enim sui erant juris, & ad sua mittebantur negocia, ut docet Pollux, cujus verba jam ante suo loco repraesentavimus: unde Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [p. 3.] puerum, antequam Lexiarchico inscribatur, sub patris, fratris, aut tutoris cura ac fide esse scribit, in viros vero transcriptum sui facit juris, ὅτι ἐνταῦθ' ὁ νομοθέτης οὔπω διαλέγεται αὐτῷ τῷ σώματι τοῦ παιδὸς, ἀλλὰ τοῖς περὶ τὸν παῖδα, πατρὶ, ἀδελφῷ, ἐπιτρόπῳ, διδασκάλοις, καὶ ὅλως τοῖς κυρίοις· ἐπειδὰν δὲ ἐγγραφῇ εἰς τὸ Ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, καὶ τοὺς νόμους γνῷ καὶ εἰδῇ τοὺς τῆς πόλεως, καὶ ἤδη δύνηται διαλογίζεσθαι τὰ καλὰ καὶ τὰ μὴ, οὐκ ἔτι ἑτέρῳ διαλέγεται, ἀλλ' ἤδη αὐτῷ τῷ Τιμάρχῳ. tunc quoque sua administrare scribit *eadem Oratione* [p. 14.] ἐπειδὴ ἐνεγράφη Τίμαρχος οὗτος εἰς τὸ Ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, καὶ κύριος ἐγένετο τῆς οὐσίας. Atque abhinc licebat postulare tutores, qui fuerant, male administratae tutelae: estque scitum veterum juris Attici Consultorum: ἐγγραφέντες εἰς ἄνδρας ἔλαχον δίκην ἐπιτροπῆς. unde Demosthenes ἐν τῷ κατ' Ὀνήτορος α'. [p. 523.] ἐγὼ δὲ εὐθὺς μετὰ τοὺς γάμους ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθεὶς, ἐνεκάλουν, καὶ λόγον ἐπιτροπῆς ἀπῄτουν. Neque pupillis tantum, qui fuerant, sed etiam cuivis Atheniensi licebat dicam scribere tutoribus. Pollux *Libro VIII.* [*Sect.* 31.] ἀλλ' αὕτη μὲν δημοσία, ὥσπερ καὶ ἡ τῆς ἐπιτροπῆς. ἐξῆν γὰρ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι τὸν Ἐπίτροπον, ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων ὀρφανῶν. Dica autem apud Archontem scribebatur. Pollux *Libro VIII.* [*Segm.* 89.] δίκαι πρὸς τὸν Ἄρχοντα λαγχάνονται ἐπιτροπῆς ὀρφανῶν.

IV. Accusatio autem male administratae tutelae debebat institui intra quinquennium a finita tutela: nam post quinquennium postulari non possunt ex hac Lege:

Ἐὰν πέντε ἔτη παρέλθῃ, καὶ μὴ δικάσωνται, μηκέτ' εἶναι τοῖς ὀρφανοῖς δίκην, περὶ τῶν ἐκ τῆς ἐπιτροπῆς ἐγκλημάτων.

Post quinquennium tutores male administratae tutelae a pupillis ne postulantor.

Legem laudat Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Ναυσίμαχον [p. 574.] meminit quoque Plato *Libro XI. de Legibus*: ἅμα δ' ἂν ἡβήσῃ τις τῶν ὀρφανῶν, ἐὰν ἡγῆται κακῶς ἐπιτετροπεῦσθαι, μέχρι πέντε ἐτῶν ἐξηκούσης τῆς ἐπιτροπῆς, ἔστω δίκην λαχεῖν ἐπιτροπίας.

Apud

1 Eadem sententia κατὰ τὸ τέλος ζημιοῦσθαι *Isaeus* Or. de Nicostrati Hered. p. 47., quam pluribus ad Leges Atticas se illustraturum recepit *H. Valesius* in not. ad Excerpt. *Nic. Damasceni* p. 437.

by Google

Apud Romanos quoque constat potuisse omnes postulare suspectos tutores: *Consequens est*, inquit Ulpianus Libro XXXV. ad Edictum, *ut videamus*, qui 494.
possunt suspectos postulare? *Et sciendum est, quasi publicam esse hanc actionem, hoc est, omnibus patere. Quinimo, & mulieres admittuntur: sed hae solae, quae pietate necessitudinis ductae ad hoc procedunt, ut puta mater, nutrix quoque, & avia possunt. Potest & soror (nam in sorore, & rescriptum extat Divi Severi) & si qua alia mulier fuerit, cujus Praetor perpensam pietatem intellexerit, non sexus verecundiam egredientis, sed pietate productam, non continere injuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem. l. 1. §. 6. & 7. D. de suspectis tutoribus.* Sed quid hic lego, *quasi publicam* esse hanc actionem? imo re vera erat publica: nam quod nonnulli interpretantur, omnino publicam non esse, quia si vere publica esset, omnibus quidem pateret, praeterquam feminis *l. 8. D. de accusationibus*, quae tamen ad hanc accusationem admittuntur; interpretationem istam, inquam, non admittimus, quia etiam feminis, sed quibusdam tantum, permittitur, publico judicio aliquem reum facere: *Non est permissum*, inquit Pomponius Libro I. ad Sabinum, *mulieri publico judicio quemquam reum facere, nisi scilicet parentium liberorumque, & patroni & patronae, & eorum filii, filiae, nepotis, neptis mortem exequatur. l. 1. D. eod.* vide & *Legem sequentem.* At, quia pluribus feminis conceditur *hac l. 1. D. de suspectis tutoribus*, publica accusatio, putarem rescribendum transpositis vocibus: *Et sciendum est, si qua, publicam esse hanc actionem.* & certe verum omnino est inter publicas actiones, si qua est publica, hanc unam esse, & longe pluribus patere. Quemadmodum autem, si Archonti videretur puniendus longe gravius, quam ipsi pro Magistratus potestate liceret in eum animadvertere, remittebat ad Heliastas: ita etiam jure Romano *solent ad Praefecturam Urbis remitti*, inquit Ulpianus Libro de Officio Praefecti Urbi, *etiam tutores, sive curatores, qui male in tutela sive cura versati, graviore animadversione indigent, quam ut sufficiat eis suspectorum infamia. l. 1. §. 7. D. de off. Praef. Urbi:* quod tamen est intelligendum de *plebejis. l. 1. §. 8. D. de suspectis tutoribus.* & *humilioribus. l. 3. §. 16. D. eod.*

TITULUS OCTAVUS.

De Sepulcris & Funeribus.

I. SEpulchra fuerunt olim veteribus, quae etiam antea domos praebuerant, speluncae. Auctor *Etymologici:* τὸ γὰρ παλαιὸν ἐν τοῖς κοιλώμασι τῆς γῆς ἔθαπτον μήτε σιδήρῳ μήτε χαλκῷ κεχρημένοι. Postea ab ipsis Cecropis temporibus jus & Lex fuit terra humandi.

MORTVVM TERRA HVMATO.

Habes apud M. Tullium *Libro II. de Legibus* [C. 25.] *Nam & Athenis jam ille mos* a Cecrope, *ut ajunt, permansit, hoc jus, terra humandi. quam eum* 495.
proximi injecerant; obductaque terra erat, frugibus obserebatur, ut sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur, solum autem frugibus expiatum, ut vivis redderetur. Sed semper extra urbis pomoeria. Quare Ἠριαῖαι portae ab Atheniensibus appellantur, quod illinc efferebantur mortui ad sepulcra. Auctor *Etymologici:* Ἠριαῖαι, αἱ πύλαι Ἀθήνησι, διὰ τὸ τοὺς νεκροὺς ἐκφέρεσθαι ἐκεῖ ἐπὶ τὰ ἠρία, ὅ ἐστι τοὺς τάφους. Atque [1] ad portas urbis fiebant

1 Firmari is Atheniensium mos, si necesse fuerit, poterit uberius ex *Athenaeo* L. XIII. p. 594. & *Alciphrone* L. III. Ep. 51.

bant ſepulcra. Plutarchus *in Theſeo* [*p.* 13. *A.*] καὶ τάφους τῶν πεσόντων περὶ τὴν πλατεῖαν εἶναι τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὰς πύλας παρὰ τὸ Χαλκώδοντος Ἡρῷον, ἃς νῦν Πειραϊκὰς ὀνομάζουσι. Idem *in Hyperide* [*p.* 849. C.] ex Heliodoro *Libro III.* περὶ μνημάτων. τοὺς δὲ οἰκείους τὰ ὀστᾶ λαβόντας, θάψαι τε ἅμα τοῖς γονεῦσι πρὸ τῶν ἱππάδων πυλῶν. Pauſanias *Atticis* [C. 23. *p.* 56.] de Thucydidis monumento: μνῆμά ἐστιν οὐ πόρρω πυλῶν Μελιτίδων. Marcellinus *in Thucydidis vita* [*p.* 4.] πρὸς γὰρ ταῖς Μελίτισι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος. & infra [*p.* 9.] ἔστι δὲ αὐτοῦ τάφος πλησίον τῶν πυλῶν, ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς, ὃ Κοίλη καλεῖται, καθά φησιν Ἀντυλλος. Interemptos vero in acie, honoris ergo, in Ceramico extra urbem ſepeliebant. Grammatici: δύο ἦσαν Κεραμεικοί. ὁ μὲν, ἔνδον τῆς πόλεως, ὁ δὲ, ἔξω. ἔνθα καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ. Inde Ceramicum, publicum monumentum dixit Thucydides *Libro II.* [C. 34.] τιθέασιν οὖν εἰς τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως. Scholia: εἰς τὸ δημόσιον σῆμα, τὸ καλούμενον Κεραμεικόν. Eorum ſepulcra ſatis bene longa oratione recenſuit & proſecutus eſt Pauſanias *Atticis*. Neque hos tantum, qui in acie occubuiſſent, ſed & alios, quibus honorem habitum vellent, publice in Ceramico ſepeliebant. Alii vero de populo in agris ſepeliebantur: unde in Lege, quam Titulo *Finium regundorum* dedimus: ἐάν τις τάφον ἢ βόθρον παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ. Extruebantur autem ſepulcra, vel ad vias, ut de monumentis, quae in Ceramico viſuntur, narrat Pauſanias *Atticis*: οἱ δὲ ἄλλοι τάφοι κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται τὴν εἰς Ἀκαδημίαν. Hinc Artemidorus *Oneirocritici Libro I. Cap.* 84. ἐν μνήμασι δὲ καὶ τάφοις καὶ ἐν ὁδῷ καθεύδειν, τοῖς μὲν νοσοῦσι, θάνατον προαγορεύει. quia ſcilicet μνήματα καὶ τάφοι κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται. Plutarchus *in Iſocrate* de Theodecte Phaſelita [*p.* 837. *C.*] οὗ ἐστι τὸ μνῆμα ἐπὶ τὸν Κυαμίτην πορευομένοις, κατὰ τὴν ἱερὰν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Ἐλευσῖνα. cujus monumenti meminit quoque Pauſanias *Atticis*: vel extruebantur in agrorum finibus; ut conſtat e Legis verbis, quae proxime laudavimus: ἐάν τις τάφον ἢ βόθρον παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος αὐτοῦ ᾖ, τοσοῦτον ἀπολιπεῖν. ubi vides ſepulchra in extremis agris fieri, neque tamen eſſe agrorum terminos. Quare hinc lucem accipiet Siculus Flaccus *de Conditionibus Agrorum* [*p.* 4.] *Inſpiciendum erit & illud, quoniam ſepulcra in extremis finibus facere ſoliti ſunt: & ei cippos ponere, ne aliquando cippus pro termino errorem faciat.* Si quis autem in hoſtico peregre eſſet mortuus, in Atticam referebatur, ut in avitis monumentis conderetur: itaque tot monumenta illorum, qui extra fines Atticae in bello occubuerant, recenſet Pauſanias *Atticis*, quae in Ceramico viſuntur.

II. Cum autem nimium ampla & operoſa ſepulchra fierent, placuit Athenienſibus eorum magnificentiam minui hac Lege.

NE QVIS SEPVLCHRVM FACITO OPEROSIVS QVAM QVOD DECEM HOMINES EFFECERINT TRIDVO NEQVE ID OPERE TECTORIO EXORNATO NEC HERMAS IMPOSITO.

496. Legem hanc laudat M. Tullius *Libro de Legibus II. Cap.* 26. *Sed poſt aliquanto propter has amplitudines ſepulcrorum, quas in Ceramico videmus, Lege ſanctum eſt; Ne quis ſepulcrum faceret operoſius, quam quod decem homines effecerint triduo, neque id opere tectorio exornari, nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi.* Nimium enim operoſe ſepulcra faciebant Athenienſes, Hermas, quia inter infernales Deos credebatur ille animas ad inferos deducere, columnis imponebant, quod hac Lege vetitum eſt: Columnas quoque ſtatuebant, quibus effi-

by Google

effigies impositae mortuorum: ita in Isocratis columna Siren erat, cui propter orationis suavitatem comparabatur. Plutarchus *in Isocrate* [p. 838.] αὐτῷ δὲ Ἰσοκράτει ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐπῆν κίων τριάκοντα πηχῶν, ἐφ' οὗ Σειρὴν πηχῶν ἑπτὰ συμβολικῶς. Incidebantur quoque nomen, genus, patria. Diogenes Laërtius *in Solone* [*Lib. I*, 47.] ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς τάφους πρὸς ἕω βλέποντας, καὶ ἀπὸ τῶν δήμων τοὺς χρηματισμοὺς ἐγκεχαραγμένους, ὅπερ ἦν ἴδιον Ἀθηναίων. Pausanias *Atticis* [C. 29.] de iis, qui in Ceramico sunt sepulti: οἱ δὲ ἄλλοι τάφοι κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται τὴν ἐς Ἀκαδημίαν, καὶ σφῶν ἑστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στῆλαι, τὰ ὀνόματα, καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι. Antyllus antiquus scriptor de Thucydidis monumento: καὶ στήλη δὲ ἕστηκεν ἐν τῇ Κοίλῃ, Θουκυδίδης Ἁλιμούσιος, ἔχουσα ἐπίγραμμα. idque fiebat cum Elogio. Theophrastus περὶ περιεργίας. καὶ γυναικὸς δὲ τελευτησάσης, ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα, τοῦ τε ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῆς μητρὸς, καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα, καὶ ποταπή ἐστι, καὶ προσεπιγράψαι ὅτι οὗτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν. Addebant praeterea mensas, in quibus & ipsi effigiati, & insculpta nomina. Plutarchus *in Isocrate* [p. 838.] ἐπὶ μὲν οὖν τούτων μνημάτων τράπεζαι ἐπῆσαν ἕξ. & paullo post: ἦν δὲ καὶ αὐτοῦ τράπεζα πλησίον ἔχουσα ποιητάς τε καὶ τοὺς διδασκάλους αὐτοῦ, ἐν οἷς καὶ Γοργίαν εἰς σφαῖραν ἀστρολογικὴν βλέποντα, αὐτόν τε τὸν Ἰσοκράτην παρεστῶτα. Idem Plutarchus *in Lycurgo Rhetore* [p. 842. E.] ἐτάφη δὲ αὐτὸς καὶ τῶν ἐκγόνων τινὲς δημοσίᾳ, καὶ ἔστιν αὐτῶν τὰ μνήματα ἄντικρυς τῆς Παιωνίας Ἀθηνᾶς ἐν τῷ Μελανθίου τοῦ Φιλοσόφου κήπῳ, τράπεζαι πεποιημέναι, αὐταί τε τοῦ Λυκούργου καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐπιγεγραμμέναι. At in celibum monumentis imponebatur λουτροφόρος, pueri hydriam habentis effigies Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Λεωχάρην [p. 615.] ἠρρώστησεν ὁ Ἀρχιάδης, καὶ τελευτᾷ τὸν βίον ἀπόντος τοῦ Μειδυλίδου, ἄγαμος ὤν. τί τούτου σημεῖον; λουτροφόρος ἐφέστηκεν ἐπὶ τῷ τοῦ Ἀρχιάδου τάφῳ. Grammatici: ἔθος δὲ ἦν καὶ τοῖς ἀγάμοις ἀποθανοῦσι λουτροφορεῖν, καὶ ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐφίστασθαι· τοῦτο δὲ ἦν παῖς καὶ ὑδρίαν ἔχων. Neque tamen omnia sepulcra his columnis, mensis, & aliis operibus magno constantibus erant exornata: nam plebis plana fuisse videntur: [1] unde Ἠρία appellabantur. Suidas: ἠρία, οἱ τάφοι. φασὶ δέ τινες κοινότερον μὲν πάντας τοὺς τάφους οὕτως ὀνομάζεσθαι. κατ' ἐξαίρετον δὲ τοὺς μὴ ἐν ὕψει ᾠκοδομημένους.

III. Columnarum vero altitudini modum posuit hac Lege Demetrius Phalereus.

SVPER TERRAE TVMVLVM NE QVID STATVITO NISI COLVMELLAM TRIBVS CVBITIS NE ALTIOREM AVT MENSAM AVT LABELLVM.

Legem hanc idem Cicero repraesentat *Libro laudato II. de Legibus* [C. 26.] additque Demetrium Phalereum praefecisse certum Magistratum, qui procuraret, ne quis Atheniensium in hanc Legem committeret. M. Tullii verba sunt: *Sed ait rursus idem Demetrius, increbuisse eam funerum, sepulcrorumque, magnifi-*

1 Frequens Atticis Oratoribus vocabuli ejus usus est, sed & saepius corrupti, docente ad *Harpocrationem* in Ἠρία *H. Valesio.* Imponebantur illis & noctuae, si non fallit magni Animadversoris observatio ad *Athenaeum* L. XIII, 7.

497 *magnificentiam, quae nunc fere Romae est: quam consuetudinem Lege minuit ipse. Nam super terrae tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiorem, aut mensam, aut labellum: & huic procurationi certum Magistratum praefecerat.* Cum vero sepulcra sancta sive religiosa habita sint: *Sepulcrorum enim sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moveri, neque deleri potest: atque ut cetera extinguntur, sic sepulcra ipsa fiunt sanctiora vetustate.*

IV. Solonis Lege poena est iis constituta, qui sepulcra violarent.

NE QVIS SEPVLCRA DELEAT NEVE ALIENVM INFERAT; SI QVIS TYMBON, AVT MONVMENTVM, AVT COLVMNAM VIOLARIT, DEIECERIT, FREGERIT, *poena esto.*

Refert Cicero *loco laudato. De sepulcris autem nihil est apud Solonem amplius, quam, Ne quis ea deleat, neve alienum inferat: poenaque est, Si quis bustum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, dejecerit, fregerit.* Neque tantum violabantur sepulcra & monumenta, si quis ea deleverit, aut columnam fregerit, sed etiam si quis vestes, quae cum mortuo condebantur, furaretur: docuit id Synesius *Epistola* 142. *extrema*: ἡγοῦμαι δὲ ἀσεβέστερον ἀποθανόντων λόγοις κλέπτειν, ἢ θοιμάτια, ὃ καλεῖται τυμβωρυχεῖν. Violari quoque hac Lege scribit Solo sepulcrorum religionem, *Si quis alienum intulerit.* Habebant enim gentes aut familiae sua singulae monumenta: unde Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον [*p.* 611.] ἐν τῷ μνήματι Βουσελιδῶν πάντες οἱ ἀπὸ τοῦ Βουσέλου γενόμενοι κεῖνται. Quare Marcellinus [*Vit. Thucyd. p.* 4.] cognationem Thucydidis cum Cimone probat hoc [1] argumento: πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Θουκυδίδου τάφος. & probro vertebatur majorum suorum sepulcro privari, ut e Dinarcho ἐν τῇ κατὰ Ἀγασικλέους εἰσαγγελίᾳ docent Grammatici. ἀπόταφος, ἀντὶ τοῦ ἀπεστερημένος τῶν προγονικῶν τάφων. Tanta praeterea erat horum monumentorum religio, ut inimico ne quidem accedere liceret: unde ista leges ex hoc more apud Sophoclem *Ajace* μαστιγοφόρῳ [*vs.* 1411.]

σὲ δ', ὦ γεραιοῦ σπέρμα Λαερτίου πατρὸς,
τάφου μὲν ὀκνῶ τοῦδ' ἐπιψαύειν ἐᾶν,
μὴ τῷ θανόντι τοῦτο δυσχερὲς ποιῶ.

Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀστυφίλου κλήρου [*p.* 76.] ὡς δὲ ἔτι ἀπέθνησκεν ὁ Εὐθυκράτης ὁ πατὴρ Ἀστυφίλου, ἐπέσκηψε τοῖς οἰκείοις μηδένα ποτὲ ἐάσειν ἐλθεῖν τῶν Θουδίππου ἐπὶ τὸ μνῆμα τὸ ἑαυτοῦ.

V. Imo in genere Solonis Lege cautum erat, Ne quis alienus ad monumentum accederet alterius, nisi dum iret exequias:

Ἐπ'

1 Non satis validum id visum est *Marcellini* argumentum ad Thucydidis cum Cimone cognationem stabiliendam *Jano Rutgersio* Var. Lect. L. 1, 9. p. 27.; nam & Herodotum, ab ea familia alienissimum, ibi tumulum habuisse, ipso *Marcellino* auctore: quod verum. Videntur tamen ejusdem gentis & familiae homines nonnunquam aliis permisisse, ut κενοτάφια propter majorum suorum tumulos erigerent, illis vero invitis non licuisse. Certe gentilibus τὰ ἱερὰ ταυτὰ Orator contribuit Or. in Eubulid. p. 715.; firmat etiam agnationis Jus ex mortuis in idem sepulcrum illatis dicta Orat. p. 709. *quum quatuor*, inquiens, *illi nati & mortui essent liberi*, ἔθαψε τούτους εἰς τὰ πατρῷα μνήματα· ὧν ὅσοι περ εἰσὶ τοῦ γένους κοινωνοῦσι. καὶ τούτων οὐδεὶς οὐκ ἀντεῖπε πώποτε, οὐκ ἐκώλυσεν, οὐ δίκην ἔλαχε. καίτοι τίς ἂν ἐστιν, ὅστις εἰς τὰ πατρῷα μνήματα τοὺς μηδὲν γένει προσήκοντας ἐπιθεῖναι ἐάσει; Quibus quidem verbis ad hanc rem nihil potest esse apertius.

Ἐπ᾽ ἀλλότρια μνήματα μὴ βαδίζειν χωρὶς ἐκκομιδῆς.

Ne quis ad alienum monumentum accedito, nisi dum it exequias.

Legem refert Plutarchus *in Solone* [*p.* 90. *B.*] οὐκ εἴασεν ἐπ᾽ ἀλλότρια μνήματα βαδίζειν χωρὶς ἐκκομιδῆς. Ne scilicet Deos Manes aliquo modo lacesserent, aut malo carmine terram gravem imprecarentur.

VI. Modum quoque posuit Solo collocationi, elationi, & productioni funerum: ejus enim de hac re Lex ista legitur.

ΤΟΝ ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΑ ΠΡΟΤΙΘΕΣΘΑΙ ΕΝΔΟΝ, ΟΠΩΣ ΑΝ ΒΟΥΛΩΝΤΑΙ. ΕΚΦΕΡΕΙΝ 498.
ΔΕ ΤΟΝ ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΑ Τῌ ΥΣΤΕΡΑΙΑ, ῌ ΑΝ ΠΡΟΘΩΝΤΑΙ ΠΡΙΝ ΗΛΙΟΝ ΕΞΕΧΕΙΝ. ΒΑΔΙΖΕΙΝ ΔΕ ΤΟΥΣ ΑΝΔΡΑΣ ΠΡΟΣΘΕΝ, ΟΤΑΝ ΕΚΦΕΡΩΝΤΑΙ, ΤΑΣ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΟΠΙΣΘΕΝ. ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΔΕ ΜΗ ΕΞΕΙΝΑΙ ΕΙΣΙΕΝΑΙ ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΟΣ, ΜΗΔ᾽ ΑΚΟΛΟΥΘΕΙΝ ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΙ, ΟΤΑΝ ΕΙΣ ΤΑ ΣΗΜΑΤΑ ΑΓΗΤΑΙ ΕΝΤΟΣ ΕΞΗΚΟΝΤ᾽ ΕΤΩΝ ΓΕΓΟΝΥΙΑΝ ΠΛΗΝ ΟΣΑΙ ΕΝΤΟΣ ΑΝΕΨΙΑΔΩΝ ΕΙΣΙ, ΜΗΔ᾽ ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΟΣ ΕΙΣΙΕΝΑΙ, ΕΠΕΙΔΑΝ ΕΞΕΝΕΧΘῌ Ο ΝΕΚΥΣ ΓΥΝΑΙΚΑ ΜΗΔΕΜΙΑΝ, ΠΛΗΝ ΟΣΑΙ ΕΝΤΟΣ ΑΝΕΨΙΑΔΩΝ ΕΙΣΙΝ.

Mortuum pro arbitrio intus collocanto. Ante lucem efferunto postridie collocationis: Funus producunto viri quidem primi ordine, feminae subsequuntor. Feminae funestam domum ne intranto, aut exequias eunto, sexagenariis minores, aut quae sobrinis natae non sint: neque item intranto domum, postquam funus elatum est, nisi sobrinis natae sint.

Legem descripsit Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον [*p.* 608.] *ibidemque* Soloni adscribit, qua cavetur primum de *collocatione*, quae fiebat pro arbitrio a cognatis, ut pater a filio, filius a patre si superstitem haberet; unde probat Isaeus Cleonem Astyphili filium non esse, quia neque eum collocaverit, neque justa fecerit mortuo [*p.* 75.] ἐπεὶ δ᾽ ἐκομίσθη τὰ ὀστᾶ τοῦ ἀδελφοῦ, ὁ μὲν προσποιούμενος πάλαι υἱὸς εἰσπεποιῆσθαι, οὐ προὐτίθετο, οὐδ᾽ ἔθαψεν, οἱ δὲ φίλοι Ἀστυφίλου καὶ οἱ συστρατιῶται ὁρῶντες τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν ἀρρωστοῦντα, ἐμὲ δὲ οὐκ ἐπιδημοῦντα, αὐτοὶ καὶ προὔθεντο καὶ τἄλλα πάντα τὰ νομιζόμενα ἐποίησαν. Aderant huic collocationi promiscue viri & feminae e cognatis. Demosthenes *loco laudato* [*p.* 609.] ταύτας κελεύει τὰς προσηκούσας, καὶ παρεῖναι τῇ προθέσει τοῦ τετελευτηκότος. De *elatione* autem Solo praescripsit, ut efferrentur ante Solem ortum postridie collocationis: Mutaverat tamen hic mos, quem postea revocavit Demetrius Phalereus, ut refert M. Tullius *Libro illo II. de LL.* [*C.* 26.] *Sed ait rursus idem Demetrius, increbuisse eam funerum, sepulcrorumque magnificentiam, quae nunc fere Romae est. Quam consuetudinem Lege minuit ipse:* ANTE LVCEM *enim jussit* EFFERRI. Sequitur in Lege de producendo funere, & producendi ordine. Ducebant autem propinqui: Hinc commilitones Astyphili, qui cum jam προὔθεντο καὶ τἄλλα πάντα τὰ νομιζόμενα ἐποίησαν, καὶ τὸν ἐμὸν πατέρα ἀσθενοῦντα ἐπὶ τὸ μνῆμα ἤγαγον. Neque feminae sexagenariis minores, quae sobrinis natae non essent, funestam domum intrare, aut exequias ire poterant. At vero postquam funus elatum fuerat, nemini feminae, quae sobrinis non esset nata minimum, eandem funestam domum intrare non licebat.

VII. Quum autem tandem magna hominum celebritas funeribus producendis interesset, eam Lege minuerunt:

[1] IN FVNERIBVS CELEBRITAS VIRORVM AC MVLIERVM PRODVCENDIS NE INTERESTO.

Legem

1 Debetur ingenio Petiti ea lex. *Cicero* sublatam quidem virorum ac mulierum celebritatem, quo lamentatio minueretur, significat: sed nusquam verba ea fuisse legitima. Respicit eam legem, quam *Demosthenes* Or. in Macartat. p. 608. servavit, quaque celebritati mulierum & feminarum in funeribus modus ponitur.

Legem laudat e Demetrio Cicero *Libro II. de LL.* [C. 26.] *Sublata etiam*
499. *erat Lege celebritas virorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur, habet enim luctum concursus hominum.* Ubi habes causam Legis ferendae.

VIII. Sumptum quoque sustulit Solo, noluit enim tribus plus vestibus, *Riciniis* dixerunt Decemviri Romani, mortuum componi, aut condi.

Μὴ συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν. *Plus tribus riciniis mortuum ne humato.*

Legem laudat Plutarchus *in Solone* [*p.* 90. *B.*] οὐκ εἴασεν συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν. Quam Legem Decemviri in suas Tabulas retulerunt. M. Cicero *loco laudato: Posteaquam, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera, & lamentabilia cepissent, Solonis Lege sublata sunt. quam Legem eisdem prope verbis nostri Decemviri in undecimam tabulam conjecerunt. Nam* de tribus riciniis, *& pleraque illa Solonis sunt.*

IX. Ne autem lamentabilia essent, Solo Lege sustulit lessum & lacerationem. hanc ita expresserat Legislator:

MVLIERES GENAS NE RADVNTO, NEVE LESSVM FVNERIS ERGO HABENTO.

Habes apud Ciceronem *loco laudato: Nam de tribus riciniis, & pleraque illa Solonis sunt. de lamentis vero expressa verbis sunt:* [1] MVLIERES GENAS NE RADVNTO, NEVE LESSVM FVNERIS ERGO HABENTO. Sensum hujus repraesentavit Plutarchus *in Solone* verbis istis [*p.* 90. *B.*] ἀμυχὰς δὲ κοπτομένων, καὶ τὸ θρηνεῖν πεποιημένα, καὶ τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων, ἀφεῖλεν.

X. Hippias Tyrannus [2] Lege praecepit, ut in singulos mortuos Minervae Sacerdoti, quae est in arce, penderetur obolus, hordei duo sextarii, & frumenti totidem.

Τῇ τε ἱερείᾳ τῇ τῆς Ἀθηνᾶς, τῆς ἐν Ἀκροπόλει, ὑπὲρ τοῦ ἀποθανόντος, φέρειν χοίνικα κριθῶν, καὶ πυρῶν ἑτέραν, καὶ ὀβολόν.	*Sacerdoti Minervae, quae est in arce, in singulos mortuos; duos hordei sextarios, totidem frumenti, itemque obolum pendito.*

Docet Aristoteles *Libro II. Oeconomicῶν* [*Sect.* 4. *p.* 684.] Ἱππίας ὁ Ἀθηναῖος ἐκέλευσε, τῇ τε ἱερείᾳ τῇ τῆς Ἀθηνᾶς, τῆς ἐν Ἀκροπόλει, ὑπὲρ τοῦ ἀποθανόντος, φέρειν χοίνικα κριθῶν, καὶ πυρῶν ἑτέραν, καὶ ὀβολόν.

XI. Cum justa mortuo fierent, Lege prohibuit Solo, ne bove parentaretur.

Μὴ ἐναγίζειν βοῦν. *Bove ne parentato.*

Laudat Plutarchus in Solone [*p.* 90. *B.*] ἐναγίζειν δὲ βοῦν οὐκ εἴασεν. Fiebant haec justa, ipso elationis die, & ab illa, nono, item tricesimo, anniversario, & illo quo Natalem ejus celebrabant. Pollux *Libro III. Cap.* 19. ἐναγίσματα, ἐκφοραὶ, ἔνατα, τριακοστάδες, γενέσια, νεκύσια. ταῦτα γὰρ ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν ἀπηλλαγμένων νενόμιστο. Immolabant vero in [3] effossa scrobe. Porphyrius *de Nympharum antro.* τοῖς μὲν Ὀλυμπίοις θεοῖς ναούς τε, καὶ ἕδη, καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο, χθονίοις δὲ καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας, ὑποχθονίοις δὲ βόθρους καὶ μέγαρα.

XII. Atque

1 Conferri poterit *Stanleius* ad *Aeschyli* Choëphor. vs. 22.

2 Haud scio an indigna sit constitutio, quae liberae civitatis legibus inseratur. Hippias cum omnes pecuniae colligendae vias iniret & hunc modum excogitavit. Quapropter non in singulos tantum mortuos, sed in eos etiam, qui nascerentur, idem pendi jussit. Καὶ ὅτῳ ἂν παιδάριον γένηται, τὰ αὐτὰ τούτῳ, subdit ceteris Philosophus: quod certe negligi haud oportuerat.

3 Ritum, quo justa illa inferebantur, eleganter exponit *Clidemus* in *Athen.* L. x. p. 410. A.

XII. Atque haec justa parentibus persolvere cogebantur Lege liberi, aut, si nulli essent liberi, heredes.

Τοὺς παῖδας [1] ἢ τοὺς κληρονόμους, ἐπειδὰν ἀποθάνωσιν οἱ γονεῖς, ὅπως τῶν νομιζομένων τύχωσι, παρασκευάζειν.

Liberi, aut heredes, mortuis parentibus justa faciunto.

Legis, quod ad liberos attinet, meminit Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [p. 461.] οἱ δὲ νόμοι καὶ ζῶντας ἀναγκάζουσι τοὺς παῖδας τοὺς γονέας τρέφειν, καὶ ἐπειδὰν ἀποθάνωσιν, ὅπως τῶν νομιζομένων τύχωσι, 500 παρασκευάζουσιν. de heredibus colliges ex his Isaei ἐν τῷ περὶ τοῦ Κλεωνύμου κλήρου [p. 36.] ὁρῶν δὲ Κλεώνυμος ἡμᾶς ἐπιτροπευομένους ὑπὸ Δεινίου, καὶ δεδιὼς μὴ τελευτήσειεν αὐτὸς ἔτι παῖδας ἡμᾶς καταλιπὼν, καὶ τῆς οὐσίας ἡμετέρας οὔσης κύριος γένοιτο Δεινίας, (ἡγεῖτο γὰρ δεινὸν εἶναι, τὸν ἔχθιστον τῶν οἰκείων ἐπίτροπον καὶ κύριον τῶν αὐτοῦ καταλιπεῖν, καὶ ποιεῖν αὐτῷ τὰ νομιζόμενα τοῦτον ἕως ἡμεῖς ἡβήσαιμεν, ᾧ ζῶν διάφορος ἦν.) Quod enim justa fecisset Dinias mortuo Cleonymo, fecisset heredum vicem, qui ejus fidei erant commissi: nam tutores ea omnia faciebant, quae facere tenebantur pupilli, donec adolevissent.

XIII. Inter cetera vero silicernium exhibebant κατὰ τιμὴν τὴν ἐκ τῆς συμβιωτῆς εἰς τὸν ἀποθανόντα. Graeci περίδειπνον vocant, τὴν ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσι γινομένην ἑστίασιν. *Circumpotationem* vertit M. Tullius, e cujus *Libro II. de LL.* [C. 24.] constat a Solone in Servorum funere fuisse sublatam.

SERVILIS VNCTVRA OMNISQVE CIRCVMPOTATIO TOLLITOR.

Verba Ciceronis sunt: *Jam cetera in XII. minuendi sumptus, lamentationesque funeris, translata de Solonis fere Legibus.* addit paullo post: *Haec praeterea sunt in Legibus de unctura: quibus Servilis unctura tollitur, omnisque circumpotatio.* Quibus verbis ostendit, fuisse in *servili* funere, quia tollitur, & in *civium* concedi: idque jam a Cecrope. Cicero *ibidem*: *Nam & Athenis jam ille mos a Cecrope, ut ajunt, permansit, hoc jus terra humandi: quam cum proximi injecerant, obductaque terra erat, frugibus obserebatur, ut sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur, solum autem frugibus expiatum, ut vivis redderetur. Sequebantur epulae, quas inibant parentes coronati.* Nam propinquorum erat, & eorum qui propiori cognatione defunctos contingerent, illud silicernium exhibere.

1 Haec de suo admensus est Petitus: apud Oratorem non leguntur. Nec tamen male pro fori Attici consuetudine. Heres enim potissimum adsciscebatur, ne deesset, qui justa faceret: ὁ ἐναγιῶν καὶ πάντα τὰ νομιζόμενα ποιήσων *Isaeus* ait Or. de Apollod. Hered. p. 66. Itaque non solum τοῦ κληρονόμου partes erant, ἐπὶ τὰ μνήματα ἰέναι χεόμενον καὶ ἐναγιοῦντα Orat. de Philoctem. Hered. p. 61., sed & illi vitio vertitur, quod mortuum, a quo heres scriptus erat, neque sustulisset, neque cremandum curasset, neque ossa ejus legisset, sed omnia illa ab aliis, qui nulla necessitudine defunctum attingebant, fieri passus esset Or. de Pyrrhi Hered. p. 48. Οὐκ ἀποθανόντα ἀνεῖλεν, οὐκ ἔκαυσεν, οὐκ ὠστολόγησεν (sic optime pravum ὡμολόγησεν correxit *Des. Herald.* Animad. in Jus Att. & Rom. L. 1, 7. §. 6.) ἀλλὰ πάντα τοῖς μηδὲν προσήκουσι παρῆκε ποιῆσαι. Atque his quidem aliisque exemplis tueri additas voces Petitus poterit. Neglexisse tamen dicitur, neque id diffiteri licet, *Ammonii* verba, Ἀγχιστεῖς μὲν γὰρ, οἷς ἐπειδάν τις ἐκ τοῦ γένους ἀποθάνῃ, συγχωρεῖ ὁ νόμος ἀντιποιεῖσθαι τῶν τούτου δικαίων. Συγγενεῖς δὲ, οἱ ὄντες ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, οὐ καλούμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐπὶ τὰ ἀγχιστικὰ δίκαια. Hinc conficit praestantissimus *L. C. Valkenaer* Animadv. in *Ammon.* L. 1, 1. in legibus Solonis fuisse, ΤΟΥΣ ΑΓΧΙΣΤΕΑΣ, ΕΠΕΙΔΑΝ ΤΙΣ ΕΚ ΤΟΥ ΓΕΝΟΥΣ ΑΠΟΘΑΝΗι, ΑΝΤΙΠΟΙΕΙΣΘΑΙ ΤΩΝ ΤΟΥΤΟΥ ΔΙΚΑΙΩΝ. Cui sane quidem negari non potest, τὴν ἀγχιστείαν, si quis intestatus obiisset, justa mortuo fecisse, atque ad id officium sponte sua properasse. Testis *Isaeus* Orat. de Ciron. Hered. p. 71. & p. 73. Id tamen dubito, jurene ad inferias, defuncto reddendas, *Ammonii* verba referantur. nam τὰ ἀγχιστικὰ δίκαια, ad quae vocari negat τοὺς συγγενεῖς. videntur potius legem respicere, qua hereditas deferri κατ' ἀγχιστείαν solebat, ut superius Tit. VI. a Petito ostensum est.

bere. Demosthenes ἐν τῷ περὶ στεφάνου [*p.* 187.] ἀλλὰ δέον ποιεῖν αὐτοὺς τὸ περίδειπνον ὡς παρ' οἰκειοτάτῳ τῶν τετελευτηκότων, ὥσπερ τἄλλα εἴωθε γίγνεσθαι, τοῦτ' ἐποίησαν παρ' ἐμοί. Hinc fiebat ut in Magiſtratuum δοκιμασίαις, interrogarentur, an parentibus juſta feciſſent, & eorum ſepulcra exornaſſent, necne. Xenophon *Libro II.* [*p.* 587.] ἀπομνημονευμάτων. καὶ νὴ Δία ἐάν τις τῶν γονέων τελευτησάντων τοὺς τάφους μὴ κοσμῇ, καὶ τοῦτο ἐξετάζει ἡ πόλις ἐν ταῖς τῶν ἀρχόντων δοκιμασίαις.

XIV. In his autem epulis jam ab ipſo Cecrope celebrabantur defuncti, ſiquidem laudanda feciſſent. M. Tullius: *Sequebantur epulae, quas inibant parentes coronati; apud quas de mortui laude, cum quid veri erat, praedicatum. nam mentiri nefas habebatur.* Poſtea hic honos iis tantum eſt habitus, qui in bello eſſent interfecti, aut publice ſepeliebantur, eaeque orationes habebantur in Ceramico extra urbem, ubi erant ſepulti. Grammatici: Κεραμεικοί. δύο ἦσαν Κεραμεικοὶ, ὁ μὲν, ἔνδον τῆς πόλεως, ὁ δὲ, ἔξω. ἔνθα καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ. καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον. Habebant vero orationem ii ſoli, qui ad eam rem publice erant conſtituti:

NEC DE MORTVI LAVDE NISI IN PVBLICIS SEPVLTVRIS, NEC AB ALIO NISI QVI PVBLICE AD EAM CONSTITVTVS SIT, DICITOR.

Cicero hanc Legem laudat *Libro II. de LL.* [C. 26.] *Nec de mortui laude, niſi in publicis ſepulturis:* (atqui ἐν Κεραμεικῷ τῷ ἔξω τῆς πόλεως ἔθαπτον δημοσίᾳ, ſive in bello interfectos, ſive alios, quibus honorem habitum vellent) *nec ab alio, niſi qui publice ad eam conſtitutus eſſet, dici Lege licebat.*

501. XV. Neque tantum publice orationem habebant in funere, ſed etiam publica erat ſepultura eorum, qui in bello occubuiſſent ex hac Lege.

Δημοσίᾳ ταφὰς ποιεῖσθαι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθανόντων.	*Qui in bello occubuerunt, publice ſepeliuntor.*

Legem laudat Thucydides *Lib. II.* [C. 34.] & morem hunc ſepeliendi publice eos, qui in bello occubuiſſent, & pro concione laudandi deſcribit: ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χειμῶνι, οἱ Ἀθηναῖοι τῷ πατρίῳ νόμῳ χρώμενοι, δημοσίᾳ ταφὰς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρώτων ἀποθανόντων, τρόπῳ τοιῷδε. τὰ μὲν ὀστᾶ προτίθενται τῶν ἀπογενομένων, πρότριτα σκηνὴν ποιήσαντες, καὶ ἐπιφέρει τῷ αὐτοῦ ἕκαστος ἤν τι βούληται. ἐπειδὰν δὲ ἡ ἐκφορὰ ᾖ, λάρνακας κυπαρισσίνας ἄγουσιν ἅμαξαι, φυλῆς ἑκάστης μίαν. ἔνεστι δὲ καὶ τὰ ὀστᾶ ἧς ἕκαστος ἦν φυλῆς. μία δὲ κλίνη κενὴ φέρεται ἐστρωμένη τῶν ἀφανῶν, οἳ ἂν μὴ εὑρεθῶσιν ἐς ἀναίρεσιν. ξυνεκφέρει δὲ ὁ βουλόμενος καὶ ἀστῶν καὶ ξένων. καὶ γυναῖκες πάρεισιν αἱ προσήκουσαι ἐπὶ τὸν τάφον, ὀλοφυρόμεναι. τιθέασιν οὖν ἐς τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως. καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων, πλήν γε τοὺς ἐν Μαραθῶνι. ἐπειδὰν δὲ κρύψωσι γῇ, ἀνὴρ ᾑρημένος ὑπὸ τῆς πόλεως, ὃς ἂν γνώμῃ τε δοκῇ μὴ ἀξύνετος εἶναι, καὶ ἀξιώματι προήκῃ, λέγει ἐπ' αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέποντα, μετὰ δὲ τοῦτο ἀπέρχονται. ὧδε μὲν θάπτουσι καὶ διὰ παντὸς τοῦ πολέμου, ὁπότε ξυμβαίη αὐτοῖς, ἐχρῶντο τῷ νόμῳ. Legem autem hanc, qua conſtitutum eſt publice in publicis ſepulturis de mortuorum laudibus dicere, tulerunt [1] poſt Roma-

[1] Morem hunc publicae laudationis a Troiani belli aetate *Philoſtratus* Heroic. C. xi, 3. repetere videtur: qui id ſi vere ille cenſuit, *Thucydidem*, *Dionyſium Halicarnaſſenſem* & *Diodorum*

Romanos nostri Athenienses: etsi enim jam ab ipso Cecrope hic mos permansisset, ut de mortui laude, cum quid veri erat, praedicaretur apud epulas, laudatio haec non publica, sed privata tantum in circumpotatione erat, publica, de qua M. Tullius ex Atheniensium Lege, instituta est, postquam adversus Persas est pugnatum. Dionysius Halicarnasseus *Libro V.* ὀψὲ γὰρ ποτε Ἀθηναῖοι προσέθεσαν τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον τῷ νόμῳ, εἴτ' ἀπὸ τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ καὶ περὶ Σαλαμῖνι, καὶ ἐν Πλαταιαῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανόντων ἀρξάμενοι, εἴτ' ἀπὸ τῶν περὶ Μαραθῶνα ἔργων.

XVI. Atque ad hanc orationem dicendam constituebatur Lege is, cujus filius in bello ceteris longe fortius cecidisset.

[1] Τὸν πατέρα τοῦ ἄριστα ἀποθανόντος ἐν πολέμῳ λέγειν τὸν ἐπιτάφιον.	*Pater illius, qui fortius in bello cecidit, de laudibus mortuorum dicito.*

Legem habes in Polemonis *Argumento* τῶν ἐπιταφίων λόγων. νόμου ὄντος Ἀθήνησι, τὸν πατέρα τοῦ ἄριστα ἀποθανόντος ἐν πολέμῳ λέγειν τὸν ἐπιτάφιον, Καλλιμάχου καὶ Κυναιγείρου πατέρες δικάζονται. nam hinc saepe oriebantur controversiae. Quemadmodum autem ceteris justa persolvebant parentes, aut cognati: ita voluit Legislator parentes constitui, qui de filiorum laudibus dicerent. Polemon *ibidem*: ἐπειδὴ τά τε ἄλλα χρὴ καὶ οἰκεῖον εἶναι τοῖς κεκμηκόσι τὸν ἐροῦντα τὸν ἐπ' αὐτοῖς λόγον.

XVII. Neque tantum cum terrae mandabantur, pro concione laudabantur, sed etiam is honos in bello interfectis quotannis instaurabatur.

[2] ORATIO QVA LAVDANTVR IN CONCIONE II QVI IN PROELIIS INTERFECTI SVNT QVOTANNIS ILLO DIE RECITATOR.

Habes apud Ciceronem *Libro de Oratore* [C. 44.] *Sed in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in proeliis interfecti, quae sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit.* Plato *Menexeno* [p. 249.] αὐτοὺς δὲ τοὺς τελευτήσαντας τιμῶσα οὐδέποτε ἐκλείπει καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν, αὐτὴ τὰ νομιζόμενα ποιοῦσα κοινῇ πᾶσιν ἅπερ ἰδίᾳ ἑκάστῳ ἴδια γίγνεται. 502.

XVIII. Tanti autem veteres sepulturam existimarunt, ut cum gravissime imprecari vellent, imprecarentur ἐκπίπτειν χθονὸς, ut est apud Sophoclem *Ajace* [vs. 1197.]

Κακὸς κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονός,

ut insepulti jacerent. Quare Atheniensium Lege sanctum est, ut si quis in insepultum incidat cadaver, saltem terram ei injiciat.

Ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν, θάπτειν δὲ πρὸς δυσμὰς βλέποντας.	*Insepulto hominis cadaveri terram injicito, & in sepulcro occasum versus condito.*

Legem

dorum Siculum L. XI. p. 260. adversarios habebit. *Demosthenes* solis Atheniensibus suis eundem vindicat Or. in Leptin. p. 308., ignarus credo rerum Romanarum.

1 Haec neglecta mallem. Sophisticum videtur commentum. Si enim sub Xerxis expeditionem mos ille Athenis valuerit demum, uti Petitus ipsemet ostendit, Callimachi & Cynaegiri parentes intempestive inter sese committuntur. Mitto neminem, nisi publice constitutum, Orationem ejuscemodi recitasse. Vid. *Demosthen.* pro Coron. p. 186. & *Diodorum Siculum* L. XVIII. p. 634.

2 Et haec abesse debuissent. Loquitur *Cicero* de Platonis Menexeno, quam sic probatam fuisse perhibet, ut illam quotannis recitari necesse esset. Verum tamen deprehenditur, quotannis justa mortuis fuisse iterata. Vide *Is. Casaubonum* ad *Athen.* L. III, 19.

Legem habes apud Aelianum *Variae Libro V. Cap.* 14. [1] νόμος καὶ οὗτος Ἀττικός, ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν, θάπτειν δὲ πρὸς δυσμὰς βλέποντας. Addit tanquam receptae sepeliendi consuetudini contrarium, ut ad Solem occasum spectet, quo a praetereuntibus possit cognosci: nam vere adnotat Scholiastes Thucydidis [*Lib. I*, 8.] morem fuisse omnibus Graecis ἐπ' ἀνατολὰς ποιεῖν ὁρᾷν τοὺς νεκρούς. Diogenes Laërtius *in Solone* [*Sect.* 47.] ἀνασκάψας τινὰς τάφους, ἔδειξε τοὺς νεκροὺς πρὸς ἀνατολὰς ἐστραμμένους, ὡς ἦν ἔθος θάπτειν Ἀθηναίοις. ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς τάφους πρὸς ἕω βλέποντας, ὅπερ ἦν ἴδιον Ἀθηναίων. [2] Sed repugnant Aelianus & Plutarchus in hac eadem narratione: ille quidem *Variae Libro VII. Cap.* 19. ἀρχαίας γὰρ θήκας ἀνοίξας, ἀπέδειξε πάντας Ἀθηναίους πρὸς δύσιν κειμένους κατὰ τὸ πατρῷον αὐτοῖς ἔθος. hic vero *in Solone*, e quo amplius disces in singulis sepulcris singulos tantum collocasse Athenienses: θάπτουσι δὲ Μεγαρεῖς πρὸς ἕω τοὺς νεκροὺς στρέφοντες, Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς ἑσπέραν. καὶ μεῖζον ἔτι τούτου μίαν ἕκαστον Ἀθηναίων ἔχειν θήκην, Μεγαρέων δὲ καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρας ἐν μιᾷ κεῖσθαι. Sed pluris apud me est, ut par est, aeterna Legis auctoritas, quam Aelianus laudat.

XIX. Eo vero honore sitos prosecuti sunt, ut Lege caverit Solo, Ne quis de mortuis detraheret.

Τὸν τεθνηκότα μὴ κακῶς ἀγορεύειν. *De mortuo ne detrabito.*

Habet Plutarchus, itemque ejus latae causas, *in Solone* [*p.* 89. *E.*] ἐπαινεῖται δὲ τοῦ Σόλωνος καὶ ὁ κωλύων νόμος τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν. καὶ γὰρ ὅσιον τοὺς μεθεστῶτας, ἱεροὺς νομίζειν, καὶ δίκαιον ἀπέχεσθαι τῶν οὐχ ὑπαρχόντων, καὶ πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τὰς ἔχθρας τὸ ἀΐδιον, *cum mortuis enim nonnisi larvae luctantur*, inquiebat olim Plancus: & id quidem observari praeceptum, etiamsi quis injuria prior lacessitus fuisset a defuncti liberis. Demosthenes *in Leptinea* [*p.* 299.] καὶ μὴν κἀκεῖνος τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν νόμων Σόλωνός ἐστι, μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνεῶτα, μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτός.

XX. Lex itaque concipienda est ad hunc modum:

Μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνεῶτα, μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτός.	*De mortuo ne detrabito, ne quidem conviciis provocatus ab ejus liberis.*

Ulpianus ad hunc Demosthenis locum: ὁ Σόλωνος νόμος ἀπηγόρευσε τοὺς τεθνεῶτας ἅπαντας λέγειν κακῶς, κἂν ἐρεθίζηταί τις ὑπὸ τῶν παίδων τοῦ τεθνηκότος ὑβριζόμενος. Ejus Legis meminit quoque idem Demo-
503. sthenes ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν [*p* 588.] ὥστε τῶν νόμων ἀπαγορευόντων μηδὲ τοὺς τῶν ἄλλων πατέρας κακῶς λέγειν τεθνεῶτας. Si quis in hanc Legem commisisset, in eum dabatur ἔνδειξις. Suidas: ἔτι τὸν κακῶς λέγοντα τοὺς τετελευτηκότας ἀδίκως, ἐνδείκνυσιν ὁ βουλόμενος τῶν πολιτῶν. quibus e verbis, dicam impingi potuisse ab eo Atheniensium, cui luberet, discimus. Itaque veteres, ut scribit Plinius *Lib. XXVIII. Cap.* 2. *ad mentionem defunctorum testabantur, memoriam eorum a se non sollicitari.*

1 Buzyges, antiquissimus apud Athenienses Heros, dira omnibus imprecatus esse dicitur, qui corpus hominis insepultum praeterirent, nec terram injicerent in Schol. ad *Sophocl.* Antigon. vs. 261. Vide *Kuhnii* notas ad *Aeliani* hunc locum.

2 Non adeo repugnant allegatis verbis *Aelianus & Plutarchus*, ut facile conciliari non possint: namque *Aeliani* τὸ πρὸς δύσιν κειμένους accipiendum est, quasi dicat πρὸς δύσιν βλέποντας. Idem de *Plutarcho* dico, πρὸς ἑσπέραν στρέφοντες idem est ac πρὸς ἑσπέραν βλέπειν ποιοῦν. JAC. PALMERIUS.

Ibid. Aliam concordiae viam ingressus est *Kuhnius* ad *Aelian.* V. H. L. VII, 19. Sed vereor, ut alterutra attento lectori sit satisfactura. Conf. *Casaub. ad Diogen.* Laërt. 1, 47. & *Perizon.* in *Aeliani* V. H. L. V, 15.

LIBER

LIBER SEPTIMUS. 504.

TITULUS PRIMUS.

De Sicariis.

I. CUM homines ex natura ipsa arripuerint, hauserint, omnem honestam rationem esse expediendae salutis, Leges vim adversus illam illatam latae de Sicariis vindicarunt: quarum primam hanc describemus.

ΔΙΚΑΖΕΙΝ ΔΕ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ ΤΗΝ ΕΝ ΑΡΕΙΩι ΠΑΓΩι ΦΟΝΟΥ ΚΑΙ ΤΡΑΥΜΑΤΟΣ ΕΚ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΠΥΡΚΑΙΑΣ ΚΑΙ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΠΟΚΤΕΙΝΗι ΔΟΥΣ.

Senatus Areopagiticus jus dicito de caede, aut vulnere, non casu, sed voluntate, inflicto, de incendio item, & malo veneno hominis necandi causa dato.

Legem hanc descripsit Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους [*p.* 406.] Quaestionem autem haberi vult ab Areopagitico Senatu, de quo *in superioribus* multa diximus, sed pauca dicenda adhuc supersunt, quae hujus sunt argumenti. Ternis diebus in menses singulos judicare solebant Areopagitae, nempe, quinto, quarto, & tertio Kalendas cujusque mensis, idque subdiali in loco. Pollux *Lib. VII. Cap.* 10. καθ᾽ ἕκαστον δὲ μῆνα, τριῶν ἡμερῶν ἐδίκαζον ἐφεξῆς, τετάρτῃ φθίνοντος, τρίτῃ, δευτέρᾳ. ὑπαίθριοι δὲ ἐδικάζοντο. atque id, ut sub dio judicarent, non tantum in Areopagitico Senatu observatum est, sed etiam in omnibus de caede judiciis. Antipho περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου [*p.* 130.] ἔπειτα δὲ, ἅπαντα τὰ δικαστήρια ἐν ὑπαίθρῳ δικάζει τὰς δίκας τοῦ φόνου· οὐδενὸς ἄλλου ἕνεκα, ἢ ἵνα, τοῦτο μὲν, οἱ δικασταὶ μὴ ἴωσιν εἰς τὸ αὐτὸ τοῖς μὴ καθαροῖς τὰς χεῖρας. τοῦτο δὲ, ὁ διώκων τὴν δίκην τοῦ φόνου, ἵνα μὴ ὁμόροφος γίνηται τῷ αὐθέντῃ. Noctu & in tenebris judicabant, ne ad dicentes respicere possent, sed ad ea quae dicebantur. Lucianus *Hermotimo* [C. 64.] ἀλλὰ κατὰ τοὺς Ἀρεοπαγίτας αὐτὸ ποιοῦντα· οἳ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ δικάζουσιν, ὡς μὴ ἐς τοὺς λέγοντας, ἀλλ᾽ ἐς τὰ λεγόμενα ἀποβλέποιεν. Quanti enim fuerit momenti reos vidisse, exemplo est [1] Phryne, quae, ut referunt Plutarchus *in Hyperide*, Athenaeus *Lib. XIII.* [*p.* 590.] & ex eo Eustathius [*p.* 1259.] impietatis accusata, cum jam in eo esset, ut damnaretur, nudatis papillis, ob formae decorem & elegantiam, secundis judicum calculis absolvitur. Quae vero observarentur in Areopagitarum judiciis tria sunt praecipua, primum διωμοσία, secundum λόγος, tertium κρίσις τοῦ δικαστηρίου, sive γνῶσις. 505. De his Pollux *Lib. VIII. Cap.* 10. ἐγίγνετο δὲ διωμοσία, καὶ μετ᾽ αὐτὴν κρίσις. omittit τὸν λόγον Pollux, qui tamen

κρίσιν

1 Vide *Steph. Berglerum* ad *Alciphron.* L. 1. Epist. 31.

κρίσιν praecedebat: [1] διωμοσία est, quod utrinque concipiebatur jusjurandum ab actore & reo. Pollux *Lib. VIII. Cap.* 6. διωμοσία δὲ, ὁ παρ' ἑκατέρου ὅρκος. Prior igitur jurabat actor: Pollux *loco laudato.* προωμοσία μὲν, ὅρκος, ὃν ὁ κατήγορος προόμνυσι, ἦ μὴν ἀληθῆ κατηγορεῖν. Ad caesa porrecta suovetaurilii jusjurandum concipiebatur, si sciens falleret, sibi, suisque, & toti genti mala omnia imprecabatur. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους [*p.* 413.] ἴστε δήπου τοῦθ' ἅπαντες, ὅτι ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, οὗ δίδωσιν ὁ νόμος καὶ κελεύει φόνου δικάζεσθαι, πρῶτον μὲν διομεῖται κατ' ἐξωλείας αὑτοῦ, καὶ γένους, καὶ οἰκίας ὁ τινὰ αἰτιώμενος εἰργάσθαι τι τοιοῦτον. εἶτ' οὐδὲ τὸν τυχόντα τιν' ὅρκον τοῦτο ποιήσει· ἀλλ' ὃν οὐδεὶς ὄμνυσιν ὑπὲρ οὐδενὸς ἄλλου, στὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου, καὶ κριοῦ, καὶ ταύρου, καὶ τούτων ἐσφαγμένων ὑφ' ὧν δεῖ, καὶ ἐν αἷς ἡμέραις καθήκει, ὥστε καὶ ἐκ τοῦ χρόνου, καὶ ἐκ τῶν μεταχειριζομένων ἅπαν, ὅσον ἔσθ' ὅσιον, πεπρᾶχθαι. Hoc praeterea juramento affirmabat, se esse e cognatis occisi, quibus solis ad sobrinos usque jus erat caedis aliquem accusare. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν [*p.* 647.] κελεύει γὰρ ὁ νόμος τοὺς προσήκοντας ἐπεξιέναι μέχρις ἀνεψιαδῶν. καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ διορίζεται, ὅτι προσήκων ἐστί. Pollux *Lib. VIII. Cap.* 10. φόνου δὲ ἔξεστιν ἐπεξιέναι, μέχρις ἀνεψιῶν, καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ προσεπερωτᾶν, τίς προσήκων ἐστὶ τῷ τεθνεῶτι. Quod si pejerasset, poena non infligebatur, sed divino judicio relinquebatur plectendus, ut sequitur apud Demosthenem: καὶ μετὰ ταῦτα ὁ τὸν τοιοῦτον ὅρκον ὀμωμοκὼς, οὔπω πεπίστευται· ἀλλ' ἐὰν ἐξελεγχθῇ μὴ λέγων ἀληθῆ, τὴν ἐπιορκίαν ἐπενεγκάμενος τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ, καὶ τῷ γένει, πλέον οὐδ' ὁτιοῦν ἕξει. nam *perjurii*, inquit M. Tullius [*Lib. II. de LL. Cap.* 9.] *poena divina exitium. Deorum* enim *injuriae Diis curae sunt*, ait Tiberius apud Tacitum [*Lib I. Annal. Cap.* 74.] At si suffragiorum quintam non tulisset partem, mille multabatur drachmis. Pollux *Lib. VIII. Cap.* 6. cum inter τὰς γραφὰς recensuisset, φόνου, καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, addit, ταύτας τὰς γραφὰς ἐξῆν τῷ βουλομένῳ (e cognatis scilicet μέχρις ἀνεψιαδῶν.) γράφεσθαι καὶ ἐκ πασῶν τούτων, ὁ μὴ μεταλαβὼν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, προσωφλίσκανε χιλίας. Erat & *rei* ἀντωμοσία, ὅρκος, inquit Pollux, ὃν ὁ κατηγορούμενος ἀντόμνυσι, ἦ μὴν μὴ ἀδικεῖν. Fiebat eodem ritu, quo *actoris* προωμοσία. Demosthenes *ibidem*: τῷ δὲ φεύγοντι, τὰ μὲν τῆς διωμοσίας, ταὐτά. Sequitur λόγος. Insidebant *actor* & *reus* duobus argenteis scabellis, quorum illud, cui *actor* insidebat, *contumeliae*, alterum, cui *reus*, dicebatur *innocentiae*. Pausanias *Atticis* [C. 28.] ubi de Areopago. τοὺς δὲ ἀργυροῦς λίθους, ἐφ' ὧν ἑστᾶσιν ὅσοι δίκας ὑπέχουσι, καὶ οἱ διώκοντες, τὸν μὲν ὕβρεως, τὸν δὲ ἀναιδείας αὐτοῖς ὀνομάζουσι. Melior

reo

[1] Illustrantur haec ab *Antiphonte* Or. de Caed. Herod. p. 130. δεῖν σε ΔΙΟΜΟΣΑΣΘΑΙ ὅρκον τὸν μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον, ἐξώλειαν αὑτῷ καὶ γένει καὶ οἰκίᾳ τῇ σῇ ἐπαρώμενον, ἦ μὴν μὴ ἄλλα κατηγορήσειν ἐμοῦ ἢ εἰς αὐτὸν τὸν φόνον, ὡς ἔκτεινα. & *Lysia* Or. in Theomnest. C. 4. ὁ μὲν γὰρ διώκων, ὡς ἔκτεινε διόμνυται, ὁ δὲ φεύγων, ὡς οὐκ ἔκτεινεν. Quo jurejurando non actor tantum & reus adigebantur, sed ipsi etiam testes. *Antiphon* loc. laud. ἀνώμοτος μὲν αὐτὸς ἐμοῦ κατηγορεῖ, ἀνώμοτοι δὲ οἱ μάρτυρες καταμαρτυροῦσι· δέον αὐτὸν τὸν αὐτὸν ὅρκον σε διομοσαμένους καὶ ἁπτομένους τῶν σφαγίων καταμαρτυρεῖν ἐμοῦ. Quin ipsi judices jurati erant. *Aeschylus* Eumenid. vs. 486.

Φόνου δικαστὰς ὁρκίων αἱρουμένους
Θεσμὸν τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον.

Et caesa quidem porrecta manibus prehendentes, prorsus ut actores & testes. *Philostratus* L. VI. Vit. Apollon. C. 21. p. 263. δικάζει μὲν γὰρ ὁ τοιόσδε, καὶ πολὺ δικαιότερον, ἢ οἱ κατὰ τῶν τομίων ὀμνύντες. ubi *Olearium* vide.

reo & potior locus, qui dexter, & *innocentiae* dicebatur, assignatur, ut vel hinc *actori* aequetur: ita argumentatur Aristoteles *in Problematis*, dextrum sive potiorem locum semper apud judices *reis* assignari. διὰ τί ποτε τῷ φεύγοντι ἐν τῷ δικαστηρίῳ τὴν δεξιὰν (τὴν κρείττονα legit Gaza) στάσιν διδόασιν; ἢ διότι ἐπανισοῦν βούλονται; πλεονεκτοῦντος οὖν τοῦ διώκοντος, τὴν στάσιν τῷ φεύγοντι διδόασιν.

II. Non licebat autem iis, qui apud Areopagitas dicerent, affectus movere, quibus judicum animi a veritatis luce abducuntur saepenumero, aut aliquid extra rem dicere: sed Solonis Lex prooemia, commiserationem, & amplificationem abstulit.

Μηδὲ προοιμιάζεσθαι, μηδ' οἰκτίζεσθαι, μηδ' ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν.

Neque orantes praefantor, neque affectus movento, neque extra rem dicunto. 506.

Legis meminit Pollux *Lib. VIII. Cap.* 10. de Areopago: προοιμιάζεσθαι δὲ, οὐκ ἐξῆν [1] οὐδὲ οἰκτίζεσθαι. Si peccarent in hanc Legem, per praeconem dicere prohibebantur. Lucianus *in Anacharside* (C. 19.) ὁπόταν γὰρ ἀνελθοῦσα εἰς τὸν Ἄρειον πάγον ἡ βουλὴ συγκαθέζηται φόνου, ἢ τραύματος ἐκ προνοίας, ἢ πυρκαϊᾶς δικάσοντες, ἀποδίδοται λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων· καὶ λέγουσιν ἐν τῷ μέρει, ὁ μὲν, διώκων, ὁ δὲ, φεύγων, ἢ αὐτοὶ, ἢ ῥήτορας ἀναβιβάζονται τοὺς ἐροῦντας ὑπὲρ αὐτῶν. οἱ δὲ, ἕως τ' ἂν μὲν περὶ τοῦ πράγματος λέγωσιν, ἀνέχεται ἡ βουλὴ, καθ' ἡσυχίαν ἀκούουσα. ἢν δέ τις ἢ φροίμιον εἴπῃ πρὸ τοῦ λόγου, ὡς εὐνουστέρους ἀπεργάσαιτο αὐτοὺς, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν ἔξωθεν ἐπάγοι τῷ πράγματι (οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τοὺς δικαστὰς μηχανῶνται) παρελθὼν ὁ κῆρυξ κατεσιώπησεν εὐθὺς, οὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βουλὴν, καὶ περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιεν. Lysias *extrema Apologia* τραύματος ἐκ προνοίας ad Senatum Areopagiticum: ἀλλ' ἐπειδὴ παρ' ὑμῖν οὐ νόμιμόν ἐστιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν. Quintilianus *Lib. VI. Cap.* 1. *Athenis* affectus movere *etiam* per praeconem *prohibebatur Orator*. Legis causas aperit Aristoteles *Rhetoric. Lib. I. Cap.* 1. οἱ δὲ, καὶ χρῶνται, καὶ κωλύουσιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, καθάπερ καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ· ὀρθῶς τοῦτο νομίζοντες. οὐ γὰρ δεῖ τὸν δικαστὴν διαστρέφειν, εἰς ὀργὴν προάγοντας, ἢ φθόνον, ἢ ἔλεον. ὅμοιον γὰρ κἂν εἴ τις, ᾧ μέλλει χρῆσθαι κανόνι, τοῦτον ποιήσῃ στρεβλόν. ἔτι δὲ φανερὸν, ὅτι τοῦ μὲν ἀμφισβητοῦντος οὐδέν ἐστιν ἔξω τοῦ δεῖξαι τὸ πρᾶγμα, ὅτι ἐστὶν, ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ γέγονεν· εἰ δὲ μέγα ἢ μικρὸν, ἢ δίκαιον, ἢ ἄδικον, ὅσα μὴ ὁ νομοθέτης διώρικεν, αὐτὸν δήπου τὸν δικαστὴν δεῖ γινώσκειν, καὶ οὐ μανθάνειν παρὰ τῶν ἀμφισβητούντων. Alternis orabant & respondebant, ut refert Lucianus *verbis laudatis*: Sed postquam primas suas dicendi partes *reus* esset executus, [2] poterat illinc recta in exilium ire: neque accusatoris, neque Areopagitarum, neque ullius cujusquam erat revocare abeuntem, vel impedire: veteri enim jure licebat, & ratio est apud Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, quia humane, quantum jus atque aequum ferebant, succurrere voluit

1 Post Phrynen absolutam ἐγράφη ψήφισμα, μηδένα οἰκτίζεσθαι τῶν λεγόντων ὑπέρ τινος, μηδὲ βλεπόμενον τὸν κατηγορούμενον, ἢ τὴν κατηγορουμένην κρίνεσθαι, si fides *Athenaeo* L. XIII, 6. p. 590., & *Eustathio* in Hom. p. 1259.

2 Confer egregium *Antiphontis* locum Or. de Herod. Caed. p. 131.

voluit Legislator hominum infortuniis [*p.* 413.] τῷ δὲ φεύγοντι, τὰ μὲν τῆς διωμοσίας, ταῦτα· τὸν πρότερον δὲ ἔξεστιν εἰπόντα λόγον μεταστῆναι. καὶ οὔθ' ὁ διώκων, οὔθ' οἱ δικάζοντες, οὔτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὐδεὶς κύριος κωλῦσαι. τί δήποτ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ' οὕτως ἔχει; ὅτι οἱ ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς τὰ νόμιμα διαθέντες, οἵ τινές ποτ' ἦσαν, εἴθ' Ἥρωες, εἴτε θεοί, οὐκ ἐπέθεντο τοῖς ἀτυχήμασιν, ἀλλ' ἀνθρωπίνως ἐπεκούφισαν, εἰς ὅσον εἶχε καλῶς, τὰς συμφοράς. Pollux *Lib. VIII. Cap.* 10. [*Segm.* 117.] μετὰ δὲ τὸν πρότερον λόγον, ἐξῆν φυγεῖν, εἴ τις γονέας εἴη ἀπεκτονώς. De parricidis nullam tulit Legem Solo, nec de iis Demosthenes, itaque rescribendum est apud Pollucem, [1] εἴ τις ἐκ προνοίας εἴη ἀπεκτονώς. Sensus est, postquam primas, quae suae essent, dicendi partes *reus* adimplesset, poterat solum vertere, etiamsi consulto & prudens necasset. Restat postrema pars, κρίσις τοῦ δικαστηρίου. *Tacentes itaque judicabant Areopagitae*, ut est apud Macrobium *Saturnalium Lib. VII.* [C. 1.] peractis sacris, & desumptis ab ipsa ara, quibus sententiam ferrent, calculis. Demosthenes ἐν τῷ περὶ στεφάνου de Areopagitarum Senatu: καὶ ταῦτα ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέρουσα τὴν ψῆφον ἔπραξε. Ulpianus: ἀπὸ τοῦ βωμοῦ, ἤτοι ὅτι ἐκεῖθεν λαμβάνουσα τὰς ψήφους, οὕτως ἐδίδου· ἢ ὅτι τὰς χεῖρας ἐπιθεῖσα τῷ βωμῷ καὶ θύουσα,
507. μετέθηκεν ἐπὶ τὰς ψήφους τὴν χεῖρα γέμουσαν. Neque poterant multam ullam irrogare, quae Legibus non esset definita. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [*p.* 738.] οὐ γὰρ αὐτοκράτορές εἰσιν εἰς ἂν βούλωνται, Ἀθηναίων τινὰ κολάσαι. Secundum Leges itaque *reum* multabant, neque poterat *actori reus* addici, ut ejus arbitrio plecteretur: videbat ille tantum cum poenas dabat, prout ab Areopagitis secundum Leges pronunciatum fuerat. Demosthenes ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους [*p.* 413.] ἐὰν δὲ δόξῃ ὁ διώκων τὰ δίκαια ἐγκαλεῖν, καὶ ἕλῃ τὸν δεδρακότα τοῦ φόνου, οὐδ' οὕτω κύριος γίνεται τοῦ ἁλόντος· ἀλλ' ἐκείνου μὲν οἱ νόμοι κύριοι κολάσειν, καὶ οἷς προστέτακται ταῦτα· τῷ δὲ, ἐπιδεῖν διδόντα δίκην ἔξεστιν, ἣν ἔταξεν ὁ νόμος τὸν ἁλόντα· πέρα δὲ οὐδὲν τούτων. Si *reus* capitis periculo erat liberatus, Plutoni, Mercurio, & Telluri, quorum statuae ibi erant consecratae, sacra faciebant. Pausanias *Atticis* [C. 28.] κεῖται δὲ καὶ Πλούτων καὶ Ἑρμῆς, καὶ Γῆς ἄγαλμα· ἐνταῦθα θύουσι μὲν ὅσοις ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τὴν αἰτίαν ἐξεγένετο ἀπολύσασθαι. Sed de his satis, Legem expendamus paucis, qua cavetur, quaestionem haberi de sicariis, qui prudentes scientes vel ferro, vel igne, vel malo veneno hominem necassent. Dica autem caedis apud Regem scribebatur, Rex Areopagitis judicium committebat, ac simul cum illis judicia reddebat. Pollux *Lib. VIII.* καὶ τὰς τοῦ φόνου δίκας εἰς Ἄρειον πάγον εἰσάγει ὁ Βασιλεύς. καὶ τὸν στέφανον ἀποθέμενος, σὺν αὐτοῖς δικάζει. Rex, apud quem scribebatur caedis dica, post delatum homicidae nomen, per tres menses apud se disceptandi τοῖς ἀντιδίκοις dabat potestatem, antequam ad judices de caedis controversia referret; quarto demum a scripta dica mense ad judices referebat: verum Thargelione & Scirrhophorione mensibus neque cuiquam apud Regem licebat alterius nomen referre, & caedis dicam scribere: neque Regi licebat duobus illis mensibus de scripta antea apud se caedis dica, & tota lite ad judices referre. Antipho ἐν τῷ περὶ τοῦ χορευτοῦ [*p.* 146.] ἔδει μὲν γὰρ τὸν Βασιλέα, ἐπειδὴ

1 Hoc quidem nimium est. Excidit πλὴν ante εἴ τις, quod ex *Falkenburgii* codice recte revocavit Celeb. *Hemsterhusius*, quem vide.

ἐπειδὴ ἀπεγράψατο, τρεῖς διαδικασίας ποιῆσαι ἐν τρισὶ μησί, τὴν δὲ κλῆσιν δ' εἰσάγειν, τετάρτῳ μηνί, ὥσπερ νυνί. τοῦ δ' ἀρχῆς αὐτῷ λοιποὶ δύο μῆνες ἦσαν Θαργηλιὼν καὶ Σκιῤῥοφοριών. καὶ οὔτ' εἰσάγειν δήπου οἷός τ' ἂν ἦν ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐδὲ παραδοῦναι φόνου ἔξεστιν· οὐδὲ παρέδωκεν οὐδεὶς πώποτε Βασιλεὺς ἐν τῇ γῇ ταύτῃ ἐπιτραπείς. μήτε εἰσάγειν μήτε παραδοῦναι δέον αὐτῷ, οὐδ' ἀπογράφεσθαι ἠξίου παρὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους. Cum Rex ad Areopagitas igitur retulisset de caede, videbant [1] ΕΑΝ ΑΠΟΚΤΕΙΝΗι *an necassit.* Demosthenes [*p.* 407.] καὶ προσειπὼν ὁ θεὶς τὸν νόμον, ἐὰν ἀποκτείνῃ, χεῖρον πεποίηκεν. Neque enim poterant Areopagitarum plerique, an is qui caedis postulabatur, revera hominem illum sciens prudens morti dedisset, sive ferro, sive igne, sive veneno malo, scire. οὐκ ἔνεστιν ἅπαντας ἡμᾶς εἰδέναι τίς ποτ' ἐστὶν ὁ ἀνδροφόνος. Quaestio autem habebatur testium auditione, partium juramento & adversariis orationibus. Legis meminit Stephanus: Ἄρειος πάγος, ἀκρωτήριον Ἀθήνησι, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἐνάτῳ. ἐν ᾧ τὰς φονικὰς κρίσεις ἐδίκαζον διὰ τὰς ἀπὸ τοῦ σιδήρου γινομένας μιαιφονίας. Helladius in Χρηστομαθείᾳ [apud Photium *Biblioth. p.* 1593.] ὅτι ἐν ταῖς Ἀθήναις καὶ ἄλλα τέσσαρα δικαστήρια φονικὰ εἶναι λέγει α. τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ὃ δικάζει τοὺς ἐκ προνοίας τὸν φόνον δεδρακότας. Pollux *Lib. VIII. Cap.* 10. δικαστήρια Ἀθήνησιν, Ἄρειος πάγος. ἐδίκαζε δὲ φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς. Lucianus *Anacharside* [C. 19.] ἐπειδὴ καὶ τῇ βουλῇ τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου, ἥπερ τὰς φονικὰς ἡμῖν δίκας δικάζει, πάτριον οὕτω ποιεῖν. ὁπόταν γὰρ ἀνελθοῦσα εἰς τὸν πάγον συγκαθέζηται φόνου ἢ τραύματος ἐκ προνοίας ἢ πυρκαϊᾶς δικάζοντες. Idem *Timone* [C. 46.] τί τοῦτο; παίεις, ὦ Τίμων; μαρτύρομαι, ὦ Ἡράκλεις, 508. ἰοὺ, ἰοὺ, προκαλοῦμαί σε τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον. ΤΙ. καὶ μὴν ἄν γε μικρὸν ἐπιβραδύνῃς, φόνου τάχα προκεκλήσῃ. Libanius *in argumento Androtianae:* δύο οὔσαι ἐν Ἀθήναις βουλαὶ ἡ μὲν διηνεκής, ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ περί τε φόνων ἑκουσίων καὶ πραγμάτων καὶ τοιούτων τινῶν δικάζουσα. Optime autem scripsit in Lege Solo, ΦΟΝΟΥ ΚΑΙ ΤΡΑΥΜΑΤΟΣ ΕΚ ΠΡΟΝΟΙΑΣ, quia, ut olim rescripsit Divus Hadrianus, *in maleficiis voluntas spectatur. l.* 14. *D. ad Legem Corneliam de sicariis.* Quare idem *Divus Hadrianus rescripsit, eum, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse: & qui hominem non occidit, sed vulneravit, ut occidat, pro homicida damnandum: & ex re constituendum hoc: nam si gladium strixerit, & in eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse: sed si clavi percussit, aut cucuma in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam poenam ejus, qui in rixa* causa *magis, quam voluntate homicidium admisit. l.* 1. §. 3. *D. eod.* ubi viri maximi emendant & reponunt, *casu*, ἀντὶ τοῦ *causa:* sed nihil mutandum puto; quanquam enim is, qui non occidendi animo alium percussit, & occidit, casu fortuito id fecerit, quod *fato non noxae imputandum est*, ut loquuntur Imperatores *l.* 1. *C. eod.* tamen optime legitur *causa*, quia vulnus, utcumque casu, sive occidendi animo inflictum sit, *causam* nihilominus mortis praebuit, itaque *causa*, quae morti dedit hominem, id est vulnere ipso inflicto, non autem *voluntate*, cum occidendi animum non haberet, homicidium admisit itaque etiam e telorum genere, quibus quisque usus est, colligitur occi-

[1] Quosnam id verbum comprehenderit, docetur in *Platon.* L. IX. de LL. p. 865. & *Lucian.* Tyrannic. C. 12.

occidendi animus, unde dixit Paulus, *si in rixa percussus homo perierit, ict unuscujusque* in hoc *collectorum contemplari oportet. l. ult D. eod.*

III. Sequebatur γνῶσις ἢ κρίσις δικαστηρίου, qua judicabant Areopagit hunc, qui accusabatur prudens sciens hominem necasse, vel igne, vel malo v neno, esse homicidam, atque caedis reum peragi, & ita secundis sententiis po nae dabatur: τηνικαῦτα γὰρ ἀσεβὲς ἤδη κολάζειν εἰδόσιν ἐστιν. Poena a tem mors erat ex hac Lege:

[1] Τὸν ἐκ προνοίας ἀποκτείναντα, θανάτῳ ζημιοῦσθαι.	*Si quis hominem sciens morti du capital esto.*

Legem laudat Antipho περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου [*p.* 130.] ἔπειτα τίμησ μοι ἐποίησαν, τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα ἀνταποθανεῖν. & D mosthenes *in Midiana* [*p.* 329.] ἐπειδ' οἱ φονικοὶ νόμοι, τοὺς ἐκ προνοίε ἀποκτιννύντας θανάτῳ, καὶ ἀειφυγίᾳ, καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων, ζημιοῦ Leges morte multant scientes prudentes homicidas, quod addit Demosthen de exilio, id commode intelligendum est: nempe hoc exilium voluntarium e cum enim *rei* primam Orationem, ut diximus, apud Areopagitas habueran poterant exilii causa solum vertere: exilium sequebatur bonorum publicati quae a Poletis vendebantur. Pollux *Lib. VIII.* Πωληταὶ πιπράσκουσι τ τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου μετὰ τὸν πρότερον λόγον φυγόντων οὐσίας. Atq haec ἀειφυγία non supplicium est, sed supplicii profugium portusque: *Na qui volunt poenam aliquam subterfugere*, inquit Cicero *pro Cecinna* [C. 34.], *a calamitatem, eo solum vertunt: hoc est, sedem aut locum mutant: Itaque nulla Lege nostra reperietur, nec apud ceteras civitates, maleficium ullum exilio e multatum: sed cum homines vincula, neces, ignominiasque vitant, quae sunt L gibus constitutae, confugiunt quasi ad aram in exilium.*

509. IV. Thesmothetarum erat curare, ut in damnatum animadverteretur e Sol nis hac Lege:

Τοὺς Θεσμοθέτας τοὺς ἐπὶ φόνῳ φεύγοντας θανάτῳ ζημιοῦν.	*Thesmothetae in homicid animadvertunto.*

Legem hanc laudat Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους [*p.* 407.] οἱ Θε μοθέται τοὺς ἐπὶ φόνῳ φεύγοντας κύριοι θανάτῳ ζημιῶσαί εἰσι.

V. Idem & Lex sequens indicat, quae a Solone lata est de modo, quo damnatos animadvertendum est.

ΤΟΥΣ Δ' ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΥΣ ΕΞΕΙΝΑΙ Α-ΠΟΚΤΕΙΝΕΙΝ ΕΝ ΤΗ ΗΜΕΔΑΠΗ ΚΑΙ ΑΠΑ-	*Homicidas morte multanto* [3] *patria occisi terra, & abc cunt*

1 Pars est legis primae hujus Tit. Praeclare *Aeschylus* Choeph. vs. 399.

> Ἀλλὰ νόμος μὲν, φονίας σταγόνας
> Χυμένας ἐς πέδον ἄλλο προσαιτεῖν
> Αἷμα. ———

Respondet legi divinae *Gen.* IX, 5, 6.

2 Exemplo sit mulier illa, de qua *Aristoteles* Eth. Magn. I, 18. p. 18. οἷόν φασι ποτέ τινα γυναῖκα φίλτρον τινὶ δοῦναι πιεῖν, εἶτα τὸν ἄνθρωπον ἀποθανεῖν ὑπὸ τοῦ φίλτρου, τὴν δ' ἄνθρωπον ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἀποφυγεῖν. οὗ παρὰ τοῦτο δι' οὐθὲν ἄλλο ἀπέλυσαν, ἢ διότι οὐκ ἐκ προνοίας. quod hic sane quam opportunum.

3 Redarguit Petitum *Cl. Salmasius*, tum quod ἐν τῇ ἡμεδαπῇ verterit *in patria occisi terra*, cum simplicissime potuisset & debuisset *in nostra regione*. Dein concoquere non potest *morte multanto & abducunto*. Jubere enim abduci, qui morte jam sit multatus. Facessere itaque debere eas voces, quae legis sententiam turbant, legemque hunc in modum esse concipienda Τοὺς δ' ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἐν τῇ ἡμεδαπῇ ἀποκ λυμαίνεσθαι δὲ μὴ, μηδ' ἀποινᾶν de Modo Us C. 17. p. 760. & seqq. Quae quidem om non aeque feliciter Viro longe Doctissimo ce runt. Bona sunt priora: non item posterio Conjunxit, quae distrahenda erant. Lice homicidam intra Atticae fines reversum impu occidere, aut ad Magistratum adducere, poen legibus statutam subiturum. *Plato* L. IX. L p. 871. ἐὰν δέ τις ἁλισκόμενος τοιοῦτος τῇ τοῦ φονευθέντ χώρᾳ, ὁ προστυχὼν πρῶτος ——— ἀνατεὶ κτε τω, ἢ δήσας τοῖς ἄρχουσι τοῖς τῶν δικῶν κρινάντων κτ ναι παραδότω. Quae eadem sententia verbor hujus legis τοὺς δ' ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείν ——— καὶ ἀπάγειν. Nam καὶ non aliud est que ἢ, ut saepenumero. Vid. *Ulpian.* in *D mosthen.* Or. adv. Leptin. p 312. Legis me tem optime perspexit *Des. Heraldus*, cum cu *Salmasium* refellens Animad. ad Jus Att. Rom. L. IV, 5.

Google

ΑΠΑΓΕΙΝ, ΩΣ ΕΝ ΤΩι ΑΞΟΝΙ ΑΠΑΓΟΡΕΥΕΙ. ΛΥΜΑΙΝΕΣΘΑΙ ΔΕ ΜΗ, ΜΗΔΕ ΑΠΟΙΝΑιΝ, Η ΔΙΠΛΟΥΝ ΟΦΕΙΛΕΙΝ, ΟΣΟΝ ΑΝ ΚΑΤΑΒΛΑΨΗι. ΕΙΣΦΕΡΕΙΝ ΔΕ ΤΟΥΣ ΑΡΧΟΝΤΑΣ ΩΝ ΕΚΑΣΤΟΙ ΔΙΚΑΣΤΑΙ ΕΙΣΙ ΤΩι ΒΟΥΛΟΜΕΝΩι, ΤΗΝ Δ' ΗΛΙΑΙΑΝ ΔΙΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ.	*cunto, ut Lege cautum est: in eos ne saeviunto, neve pecuniam exigunto. Qui secus faxit, noxae datae damni duplionem praestato: nomenque deferto cui libuerit, apud Magistratus, quorum est cognitio, de eo vero Heliastae jus dicunto.*

Legem descripsit Demosthenes *ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους* [*p.* 407.] Solonis autem haec est Lex, ut & illa, quam primam descripsimus, non autem Draconis: meminit enim prior Areopagitarum, quorum nulla in Draconis Legibus mentio: altera vero laudat *Axonas* quorum auctor unus Solo. Licet, inquit, caedis jam convictos ab Areopagitis & damnatos, in patria occisi terra ad Thesmothetas rapere, ut ab illis animadverterentur. [1] Demosthenes *ibidem*: *πρῶτον μὲν δὴ τοῦτον ἀνδροφόνον λέγει, τὸν ἑαλωκότα ἤδη τῇ ψήφῳ. οὐ γὰρ ἔστ' οὐδεὶς ὑπὸ ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ, πρὶν ἂν ἐξελεγχθεὶς ἁλῷ, ποῦ τοῦτο δηλοῖ; ἔν τε τῷ προτέρῳ νόμῳ, καὶ ἐν τούτῳ. ἐν μὲν γὰρ ἐκείνῳ γράψας, ἐάν τις ἀποκτείνῃ, βουλὴν δικάζειν εἶπεν. ἐν δὲ τούτῳ τὸν ἀνδροφόνον προσειπών, ἃ χρὴ πάσχειν, εἴρηκεν. οὗ μὲν γὰρ ἦν ἡ αἰτία τὸ πρᾶγμα, τὴν κρίσιν εἴρηκεν· οὗ δ' ὁ ἁλοὺς ἔνοχος τῷ προσρήματι τούτῳ καθέστηκε, τὴν τιμωρίαν ἔγραψε.* Per hanc itaque Legem oportebat homicidam caedis ab Areopagitis damnatum ad Thesmothetas abducere, ut in illum animadverterent. Demosthenes *ibidem*: *οἱ Θεσμοθέται τοὺς ἐπὶ φόνῳ φεύγοντας κύριοι θανάτῳ ζημιῶσαί εἰσι, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἐκκλησίας πέρυσι πάντες ἑωρᾶτε ὑπ' ἐκείνων ἀπαχθέντα. ὡς τούτους οὖν ἀπάγειν λέγει.* Plecti autem debebat homicida in patria occisi terra, ΕΝ ΤΗι ΗΜΕΔΑΠΗι. ita interpretatur Demosthenes *ibidem*: *ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, τὴν τοῦ πεπονθότος εἰπὼν πατρίδα, μηδ' ἄλλοθι πλὴν ἐνταῦθα.* Sequitur in Lege: ΛΥΜΑΙΝΕΣΘΑΙ ΔΕ ΜΗ. quibus verbis significatur, non licere flagris caedere homicidam, vincire, laniare, lacerare ora manusque, populari tempora raptis auribus; nam *οἱ λυμαινόμενοί τινας*, inquit Harpocratio, *εἰώθασι περικόπτειν αὐτῶν τὰ ἄκρα.* Additur, ΜΗΔ' ΑΠΟΙΝΑιΝ. id est, pecuniam ab eo exigere in spem vitae. Demosthenes *ibidem*: *ταῦτα δέ ἐστι τί; τὸ μὲν δὴ μὴ λυμαίνεσθαι, γνώριμον οἶδ' ὅτι πᾶσι. μὴ μαστιγοῦν, μὴ δεῖν, μὴ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν λέγει. τὸ δὲ, μηδ' ἀποινᾶν, μὴ χρήματα πράττεσθαι. τὰ γὰρ ἄποινα, χρήματα ὠνόμαζον οἱ παλαιοί.* quod intelligendum puto, ubi semel judicatum fuerat, non potuisse Thesmothetas, non item accusatores homicidae gratiam facere & poenam remittere; at vero ante judicium redditum licebat illis, quorum jus erat 510.
caedem

1 Obstat *Demosthenes*, qui disertissime legem Draconi contribuit Adv. Aristocrat. p. 410. *ὁ μὲν νόμος ἐστὶν οὗτος Δράκοντος, καὶ οἱ ἄλλοι, ὅσους ἐκ τῶν φονικῶν νόμων παραγέγραμμαι.* & *Theo* Progymnasm. p. 46. *ὡς λέγει Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους περὶ τοῦ Δράκοντος νόμου τόδε, μηδ' ἀποινᾶν*, &c., quae hinc deprompta esse, quisque videt. Habent tamen haud exiguam difficultatem verba *ὡς ἐν τῷ Ἄξονι ἀπαγορεύει.* Si enim lex sit Draconis, Axones vero Solonis, qui potest Axonis hic esse mentio? *Cl. Salmasius* ut hinc sese expediret, observabat, ad leges Draconis de caede multas actionum criminalium formulas addidisse Solonem, easque in Axonibus proscripsisse, ut & ceteras, quas tulerat, leges. Legisse praeterea *Demosthenem* *ὡς ἐν Ἄξονι ἡγόρευται*, idque velle; omnes scire, quid per verbum *ἀπάγειν* in lege Draconis significetur, quoniam in Axone Solonis id explicitum omnium oculis obvium & expositum patebat de Mod. Usur. C. 17. p. 768. Neutrum *Des. Heraldo* placet. Pugnat is & pertendit, Draconis de caede leges a Solone in Axonas esse relatas. Integram vero legem hic non exhiberi: verba *ὡς ἐν τῷ Ἄξονι ἀγορεύει* lectorem ad Axonas, ubi leges integrae, remittere. Quae omnia latius firmat Animadv. ad J. A. & R. L. IV, 5. p. 297. *Ἠγόρευται* nollem improbasset, quod *Demosthenes* ratum esse jubet, cum p. 407. legis verba declarans *ὡς ἐν τῷ Ἄξονι εἴρηται* inquit.

caedem persequi, pacisci cum homicida, & veniam illi dare admissi sceleris, atque ita non animadvertebatur homicida. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Παντaίνετον [*p.* 571.] ἀλλ᾽ οὓς ἐκπίπτειν καὶ φεύγειν, ἂν ἁλίσκωνται, καὶ τεθνάναι (τοὺς ἀνδροφόνους ἐκ προνοίας intelligit) προστάττουσι οἱ νόμοι, τούτους, ἂν ἀφέσωσιν ἅπαξ, ἁπάντων ἐκλύει τῶν δεινῶν τοῦτο τὸ ῥῆμα. Pollux *Libro VIII.* [*Segm.* 118.] de iis, qui homicidii postulant: προσήκων ἐπισκήπτει καὶ συγκεχώρηται. Si quis autem adversus hanc Legem ausus esset λυμαίνεσθαι homicidam, ἢ ἀποινᾶν, noxae, dative damni duplionem praestabat, ejusque nomen ab Atheniensium quolibet poterat deferri apud Magistratus, quorum erat cognitio, qui ex Heliastis judices sortiebantur, ut judicium ea de lite redderent. Nemini igitur licebat homicidam indicta causa, καὶ ἀκρίτως occidere, ac ne servum quidem in ipsa caede domini sui deprehensum: sed oportebat in jus rapere. Antipho περὶ τοῦ Ηρώδου φόνου [*p.* 135.] νυνὶ δὲ αὐτοὶ καταγνόντες τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρὸς ἀπεκτείνατε· ὃ οὐδὲ πόλει ἔξεστιν ἄνευ ψήφου, ita suppleo locum mutilum, Αθηναίων οὐδένα θανάτῳ ζημιῶσαι. καίτοι οὐδὲ οἱ τοὺς δεσπότας ἀποκτείναντες, ἐὰν ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ ληφθῶσιν, οὐδ᾽ οὗτοι θνήσκουσιν ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν προσηκόντων, ἀλλὰ παραδιδόασιν αὐτοὺς τῇ ἀρχῇ, κατὰ νόμους ὑμετέρους πατρίους.

VI. Cavebatur praeterea homicidarum vitae hac Draconis Lege:

ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΤΟΝ ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΝ ΚΤΕΙΝΗι, Η ΑΙΤΙΟΣ Ηι ΦΟΝΟΥ Α-ΠΕΧΟΜΕΝΟΝ ΑΓΟΡΑΣ ΕΦΟΡΙΑΣ, ΚΑΙ ΑΘΛΩΝ, ΚΑΙ ΙΕΡΩΝ ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΙΚΩΝ, ΩΣΠΕΡ ΤΟΝ ΑΘΗΝΑΙΟΝ ΚΤΕΙΝΑΝΤΑ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. ΔΙΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ ΔΕ ΤΟΥΣ ΕΦΕΤΑΣ.

Si quis homicidam, foro, urbis territorio, publicis certaminibus, & sacris Amphictyonicis abstinentem occiderit, aut mortis causam praebuerit, perinde ac si Atheniensem civem necasset, capital ei esto: & Ephetae jus dicunto.

Legem habet Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Αριστοκράτους [*p.* 408.] qua consulitur vitae eorum, qui sive cum primam apud Areopagitas judices habuerant orationem, sive sua sponte, conscii sibi caedis humanae, ultroneum amplectebantur exilium, relicta patria, & Laribus. Hos igitur occidi vetat Legislator, aut mortis eorum causam praebere: quippe *nihil interest*, inquit Ulpianus Libro VIII. ad Legem Juliam & Papiam, *occidat quis, an causam mortis praebeat. l.* 15. *D. ad Legem Corneliam de sicariis:* Hos igitur occidi non vult Draco, dummodo, foro, urbis territorio, sacris, certaminibusque publicis abstineant. Excidere certe occisi patria jus est & aequum: at quae, malum, invidia est aliena consistere terra? Demosthenes *ibidem*: ἐκεῖνος ᾤετο, τὸν πεφευγότα ἐπ᾽ αἰτίᾳ φόνου, καὶ ἑαλωκότα, ἐάνπερ ἅπαξ ἐκφύγῃ, καὶ σωθῇ, εἴργειν μὲν τῆς τοῦ παθόντος πατρίδος δίκαιον εἶναι, κτείνειν δ᾽ οὐχ ὅσιον ἁπανταχοῦ. εἰ δὲ τοῦτ᾽ ἔσται, ἡ μόνη καὶ λοιπὴ τοῖς ἀτυχοῦσιν ἅπασι σωτηρία διαφθαρήσεται. ἔστι δ᾽ αὕτη τίς; ἐκ τῆς τῶν πεπονθότων μεταστάντα, εἰς τὴν τῶν μηδὲν ἠδικημένων ἀδεῶς μετοικεῖν. Excidebant autem homicidae omnibus civitatis juribus, sacris pariter & publicis. Demosthenes: εἴργει τὸν ἀνδροφόνον τῶν ἐν τῇ πατρίδι πάντων καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν. quod intelligit voce ΑΓΟΡΑΣ, ἧς εἴργεσθαι φησίν. Ulpianus *ad Timocrateam*: οἱ ἀνδροφόνοι, οἷς οὐκ ἐξῆν εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερά. unde in sacris dici solebat; τίς τῇδε; οἱ σπένδοντες ἔλεγον, inquit Suidas, τίς τῇδε; ἀντὶ τοῦ, τίς πάρεστιν, εἶτα οἱ παρόντες εὐφημιζόμενοι ἔλεγον, πολλοὶ κἀγαθοί.

τοῦτο

τοῦτο δὲ ἐποίουν οἱ σπένδοντες, ἵνα οἱ συνειδότες τί ἑαυτοῖς ἄτοπον, ἐκχωροῖεν τῶν σπονδῶν. Aristophanes *Vespis* [*vs.* 652.] 511.

> οὐκ ἔστιν ὅπως οὐχὶ τεθνήξει, κἂν χρὴ σπλάγχνων μ' ἀπέχεσθαι.

Scholia: κατὰ τὸ ἔθος δὲ, ὅτι οἱ ἀνδροφόνοι οὐ μεταλαμβάνουσι θυσιῶν. Sophocles *Oedipo* [*Tyranno vs.* 245.]

> ἀπαυδῶ τοῦτον τὸν ἄνδρα τὸν αὐτόχειρα
> μήτ' εἰσδέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα
> μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι, μήτε θύμασι
> κοινὸν ποιεῖσθαι. μήτε χέρνιβας νέμειν,
> ὠθεῖν δ' ἀπὸ οἴκων πάντας ὡς μιάσματος,
> τοῦ δ' ἡμῖν ὄντος.

Demosthenes *in Leptinea* de Dracone [*p.* 312.] γράφων χερνίβων εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς, πάντα τἄλλα διελθὼν, οἷς μάλιστα ἄν τινας ᾤετο ἐπισχεῖν τοῦ τοιοῦτόν τι ποιεῖν. [1] Ne alloquio quidem dignabantur. Lysias *contra Agoratum* [C. 21.] οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ διελέγετο ὡς ἀνδροφόνῳ ὄντι.

VII. Quinetiam jam ab illo ipso die, quo apud Regem delati erant caedis, excidebant omnibus his civitatis juribus ex hac Lege.

Ἐπειδάν τις ἀπογραφῇ φόνου δίκην, [2] εἴργεσθαι τῶν νομίμων.	*Accusatus caedis, ab illo die omnibus civitatis juribus abstineto.*

Legem laudat Antipho ἐν τῷ περὶ τοῦ χορευτοῦ [*p.* 145.] ὁ γὰρ νόμος οὕτως ἔχει, ἐπειδάν τις ἀπογραφῇ φόνου δίκην, εἴργεσθαι τῶν νομίμων. Pollux *Libro VIII.* [*Segm.* 66.] εἴργοντο δὲ ἱερῶν, καὶ ἀγορᾶς οἱ ἐν κατηγορίᾳ φόνου, ἄχρι κρίσεως, καὶ τοῦτο προαγόρευσις ἐκαλεῖτο. quod fiebat a Rege, apud quem caedis postulabatur: unde idem Pollux rursum: καὶ τὰς τοῦ φόνου δίκας εἰς Ἄρειον πάγον εἰσάγει ὁ Βασιλεὺς. καὶ τὸν στέφανον ἀποθέμενος, σὺν αὐτοῖς δικάζει. προαγορεύει δὲ τοῖς ἐναντίοις, ἀπέχεσθαι μυστηρίων, καὶ τῶν ἄλλων νομίμων. Sed ad priorem Legem redeamus, in qua sequitur ἀπέχεσθαι ΕΦΟΡΙΑΣ, quibus verbis significatur, homicidae omnino interdictum esse patria terra, intra cujus fines tuto illi esse non licebat. Demosthenes: ΑΠΕΧΟΜΕΝΟΝ, φησὶν, [3] ΕΦΟΡΙΑΣ. τί τοῦτο λέγων, τῶν ὁρίων

1 Conf. *Aeschyl.* Eumenid. vs. 451. & Choëphor. vs. 289. & quae illi adscripsit Doctissimus *Stanleius.*

2 Explicat *Plato* L. IX. de LL. p. 871. πάντων μὲν τῶν νομίμων εἴργεσθαι, μήτε ἱερῶν, μήτε ἀγορᾶς, μήτε λιμένων, μήτε ἄλλου κοινοῦ ξυλλόγου μηδένα μιαίνων. & copiosissime *Des. Heraldus* Animadv. in Jus Att. & Rom. L. VII, 23. Statim autem atque reus quis caedis erat, arcebatur omnibus his juribus civitatis. Hinc illa πρόρρησις apud *Antiphontem* de Caed. Herod. p. 139., quam *Plato* πρόρρησιν περὶ τῶν νομίμων εἴργεσθαι vocat L. IX. de LL. p. 873., quaeque non alia ac *Pollucis* προαγόρευσις. qua de mox Petitus, a Rege sacrorum pronuntiari solita, docente etiam *Suida* in Ἡγεμονία, sed verbis corruptis, optime tamen constitutis a *Stanleio* ad *Aeschyli* Eumenid. vs. 586., quod Doctissimum *Kusterum* fugisse animadverto. Quod si vero reus damnaretur, & undecimviris ad mortem addiceretur, mos erat, ut prius ejus nomen ex civium albo eraderetur. Vid. *Dion. Chrysostom.* Or. XXXI. p. 336.

3 Deesse videtur ἀγορᾶς, ut in lege ἀπεχόμενον ἀγορᾶς ἐφορίας. Pulchre id monuit *Cl. Salmasius* de Usur. Modo. C. 17. p. 770., contra quem nollem venisset *Des. Heraldus* Animadv. ad Jus Att. & Rom. L. IV, 5. p. 300. nam tametsi *Harpocration* distinxerit, *Etymologus* planissime ad *Salmasii* mentem. Ἀγορὰ ἐφορία, ἡ σύνοδος, ἡ περὶ τοῖς κοινοῖς ὅροις γενομένη τῶν ἀστυγειτόνων, ὅτι οἱ ὅμοροι συνιόντες περὶ τῶν κοινῶν ἐβουλεύοντο. Est ergo ἀγορὰ ἐφορία forum in collimitio.

ὁρίων τῆς χώρας. ἐνταῦθα γὰρ, ὥς γε μοι δοκεῖ, τἀρχαῖα συνῄεσαν οἱ πρόσχωροι παρά τε ἡμῶν καὶ τῶν ἀστυγειτόνων. Sequitur, ΚΑΙ ΑΘΛΩΝ ΚΑΙ ΙΕΡΩΝ ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΙΚΩΝ. Ratio horum eſt, quia cum ille, qui occiſus eſt, horum omnium, civitatis, publicorum certaminum, & ſacrorum Amphictyonicorum eſſet particeps, juſtum non fuit, ut homicida, qui prudens & ſciens de medio ſuſtulerat, ea participaret. Demoſthenes: καὶ τούτων ἀπέκλεισε τὸν ἀνδροφόνον· ὅσων τῷ παθόντι ζῶντι μετῆν, τούτων εἴργει τὸν δεδρακότα· πρῶτον μὲν τῆς πατρίδος, καὶ τῶν ἐν ταύτῃ πάντων, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν, τὴν ἐφορείαν, ἀγορὰν ὅρων προσγράψας, ἧς εἴργεσθαι φησίν. εἶτα ἱερῶν τῶν ἐν Ἀμφικτυόσι. καὶ γὰρ τούτων, εἴπερ ἦν Ἕλλην ὁ παθὼν, μετῆν αὐτῷ καὶ ἄθλων. διὰ τί; ὅτι κοινοὶ πᾶσίν εἰσι οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀγῶνες. κατὰ δὲ πάντων μετουσίαν, μετῆν καὶ τούτων τῷ παθόντι. καὶ τούτων οὖν ἀπέχεσθαι. Si quis igitur homicidam, qui vitae ſuae ultroneo exilio conſuluerat, neque inveniretur intra terrae patriae fines, neque eſſet particeps ſacrorum Amphictyonicorum, aut certaminum publicorum, ſi quis, inquam, hunc homicidam occidiſſet, reus erat caedis, perinde ac ſi Athenienſem civem ſciens morti dediſſet: nam, ut inquit Demoſthenes, ὁ νόμος δέδωκε τοῖς ἀνδροφόνοις, ἐὰν ὧν εἶπεν εἴργωνται, μετ' ἀσφαλείας ζῆν φυγοῦσι. Atque hujus rei cognitio *Ephetis* demandatur, de quorum inſtituto, atque numero multa alii dicere occuparunt, & nos nonnulla *in ſuperioribus*: e Draconis autem Le-
512. gibus ἐδίκαζον τοῖς ἐφ' αἵματι διωκομένοις, ἐν τοῖς πέντε δικαστηρίοις, jus dicebant, caedis reis, ſcientibus, imprudentibus, & ubique. Atque hactenus de ſicariis ἐκ προνοίας maxime egimus.

VIII. De imprudentibus agamus, de quibus haec Lex legitur:

ἀποκτεῖναι. εἰ δὲ ἐκεῖνος ἀσθενέστερος ἦν τὸν ὑπὲρ τῆς νίκης ἐνεγκεῖν πόνον, αὐτὸν ἑαυτῷ τοῦ πάθους αἴτιον ἡγήσατο. διὸ τιμωρίαν οὐκ ἔδωκεν ὑπὲρ αὐτοῦ. Si quis quoque alium, qui in insidiis esset, occidisset, impune illi erat: Verba Legis sunt, Η ΕΝ ΟΔΩι ΚΑΘΕΛΩΝ. ita e veteribus exponit Eustathius *ad Iliad. A.* [*p.* 69.] ἔστι δὲ ὁδὸν μὲν ἐλθεῖν, τὸ τοῖς ἀριστεῦσιν εἰς λόχον ἀπελθεῖν, ὡς δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς. οἱ καὶ ἀπὸ Δημοσθένους φέρουσι χρῆσιν. εἰπόντος ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, τὸ, ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἀντὶ τοῦ, ἐν λόχῳ. Grammatici: ὁδός. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους φησὶν, ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἀντὶ τοῦ, ἐν λόχῳ καὶ ἐνέδρᾳ. Statuit praeterea Legislator impune ei debere esse, qui dum hostem petit civi imprudens mortem dedit, quem in hostibus habuit. Demosth. πάλιν, ἂν ἐν πολέμῳ, φησὶν, ἀγνοήσας, καὶ τοῦτον εἶναι καθαρόν. καλῶς· εἰ γὰρ ἐγώ τινα τῶν ἐναντίων οἰηθεὶς εἶναι, διέφθειρα, οὐ δίκην ὑπέχειν, ἀλλὰ συγγνώμης τυχεῖν δίκαιός εἰμι. Denique cavet impune licere occidere moechum, si quis in uxore, vel in matre, vel in sorore, vel in filia, vel in pellice, vel in nuru, & si quas in liberis suis habet, deprehenderit ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντα, jure enim hostis censetur. Demosth. ἢ ἐπὶ δάμαρτι, φησὶν, ἢ ἐπὶ μητρὶ, ἢ ἐπὶ ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ, ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ· καὶ τὸν ἐπὶ τούτων τινὰ κτείναντα ἀθῷον ποιεῖ, πάντων γε ὀρθότατα, [1] ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ἀφιείς. τί δήποτε; ὅτι ὑπὲρ ὧν μαχόμεθα τοῖς πολεμίοις, ἵνα μὴ πάσχωσιν ὑβριστικὸν, μηδὲ ἀσελγὲς μηδὲν, ὑπὲρ τούτων καὶ τοὺς φίλους, ἐὰν παρὰ τὸν νόμον εἰς αὐτοὺς ὑβρίζωσι, καὶ διαφθείρωσιν, ἔδωκεν ἀποκτεῖναι. ἐπειδὴ γὰρ οὐ γένος ἐστὶ 516
φίλων καὶ πολεμίων, ἀλλὰ τὰ πραττόμενα ἐξεργάζεται τούτων ἑκάτερον, τοὺς ἐχθρὰ ποιοῦντας ἐν ἐχθροῦ μέρει κολάζειν ἀπέδωκεν ὁ νόμος.

XIII. Si praeterea vis illata vi repelleretur, impune erat ex hac Lege:

ΚΑΙ ΕΑΝ ΦΕΡΟΝΤΑ Η ΑΓΟΝΤΑ ΒΙΑι ΑΔΙΚΩΣ ΕΥΘΥΣ ΑΜΥΝΟΜΕΝΟΣ ΚΤΕΙΝΗι ΝΗΠΟΙΝΕΙ ΤΕΘΝΑΝΑΙ.	*Si quis alium injuste vim inferentem in continenti necassit, jure caesus esto.*

Habes apud Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους [*p.* 411.] estque naturae ipsius Lex, cujus caussas M. Tullii *in Miloniana* verbis aperiemus [*Cap.* 4.] *Est igitur, judices, haec non scripta, sed nata Lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus: ut, si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendae salutis. Silent enim Leges inter arma, nec se expectari jubent, cum ei, qui expectare velit, ante injusta poena luenda sit, quam justa repetenda.* Non enim injuria refertur, sed repellitur, & vi vis illata vindicatur. Quare prima hac de re sancita Lex & scripta Rhadamanthum habet auctorem. Apollodorus *Bibliothecae Libro II.* [C. 4, 9.] ubi de Hercule, qui Linum occiderat: δίκην δὲ ἐπαγόντων τινῶν αὐτῷ φόνου, παρανέγνω νόμον Ῥαδαμάνθυος, λέγοντος. ὃς ἂν ἀμύνηται [2] τῶν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντι, ἀθῷον εἶναι. & optime vetus scriptor apud Suidam: καθάπερ ἐπὶ τῶν κατ' ἰδίαν ἀδικημάτων οἱ νομοθέται καὶ δικασταὶ πάσας τῶν συμβαινόντων βλάβας οὐκ ἐπὶ

1 Ad hanc rem pertinent *Demosthenis* verba Orat. in Leptin. p. 312. & *Lysiae* de Caed. Eratosth. C. 10., quae vide, si tanti est.

2 Lege τὸν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντα, ut sermonis genius requirit. Vidit quoque *Galeus*.

ἐπὶ τὸν ἀλεξόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἄρξαντα χειρῶν ἀδίκων ἀναφέρουσι. Cautiones tamen adhibet Draco: primum enim cavetur, ut statim ac illata fuerit vis & injuria, vindicetur, tempusque negat struendis insidiis, quibus opprimat eum, qui injuriam intulerat. Demosthenes: θεάσασθε, πρὸς Διὸς, ὡς εὖ. τῷ μὲν ὑπειπὼν ἐφ' οἷς ἐξεῖναι κτείνειν, προσγράψαι εὐθὺς, ἀφεῖλε τὸν τοῦ βουλεύσασθαί τινα κακὸν χρόνον. Deinde illi soli licet, cui vis sit illata, non alteri. Demosthenes: τῷ δὲ, ἀμυνόμενος, γράψαι, δηλοῖ, τῷ πάσχοντι διδοὺς τὴν ἐξουσίαν, οὐκ ἄλλῳ τινί. ὁ μὲν δὴ νόμος, διὰ ταῦτα εὐθὺς ἀμυνομένῳ δέδωκεν ἀποκτεῖναι. Atque, qui jure se occidisse fatebantur, causam in foro, τῷ ἐπὶ Δελφινίῳ, dicebant. Demosthenes *ibidem* [p. 414.] τρίτον δ' ἕτερον πρὸς τούτοις δικαστήριον, ὃ πάντων ἁγιώτατα τούτων ἔχει καὶ φρικωδέστατα, ἄν τις ὁμολογῇ μὲν κτεῖναι, ἐννόμως δὲ φῇ δεδρακέναι. τοῦτο δ' ἐστὶ, τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ. δοκοῦσι γάρ μοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ζητῆσαι τοῦτο πρῶτον ἁπάντων οἱ περὶ τούτων ἐν ἀρχῇ τὰ δίκαια ὁρίσαντες, πότερ' οὐδένα χρὴ φόνον ὅσιον εἶναι νομίζειν, ἤ τινά γ' ἐστὶν ὅσιον νομιστέον. λογιζόμενοι δ' ὅτι μητέρα Ὀρέστης ἀποκτονὼς, ὁμολογῶν, θεῶν δικαστῶν τυχὼν ἀποφεύγει, νομίσαι δίκαιόν τινα εἶναι φόνον. οὐ γὰρ ἂν τά γε μὴ δίκαια θεοὺς ψηφίσασθαι, ὡς δὲ τοῦτο ἐνόμισαν, γράφουσιν ἤδη καὶ διορίζουσι σαφῶς ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι. Ut autem significarent jure se occidisse, Soli gladium ostendebant; liquet Orestis exemplo apud Euripidem, & adnotant Scholia: εἰώθασιν οἱ ἀνελόντες τινὰ δικαίως, ὡς οἴονται, τῷ ἡλίῳ τὸ ξίφος δεικνύναι, σύμβολον τοῦ δικαίως πεφονευκέναι.

XIV. Erat quoque tribunal φονικὸν, quod ἐν Φρεαττοῖ dicebatur, in quo jus dicebatur illis, qui cum imprudentes aliquem morti dedissent, solum vertebant: si igitur nondum placatis & exoratis occisi cognatis, quibus in jus vocantibus damnati fuerant, accusarentur scientes etiam alium occidisse, de navi causam dicebant, judicibus in terra sedentibus, quorum sententia si damnarentur, poenas dabant voluntariae caedis, at si secundis absolverentur suffragiorum calculis, solum nihilominus vertebant ob imprudentem caedem: ita Lege sanctum est.

517. Ἐάν τις ἐπ' [1] ἀκουσίῳ φόνῳ πεφευγὼς, μήπω τῶν ἐκβαλλόντων αὐτὸν ᾐδεσμένων, αἰτίαν ἔχῃ ἑτέρου φόνου ἑκουσίου, τοῦτον ἐν πλοίῳ προσπλεύσαντα, ἐν Φρεαττοῖ λέγειν τῆς γῆς οὐχ ἁπτόμενον· τοὺς δὲ δικαστὰς δικάζειν ἐν τῇ γῇ: κἂν μὲν ἁλῷ, τὴν ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις φόνοις δίκην διδόναι· ἐὰν δὲ ἀποφύγῃ, ταύτης μὲν

Si quis exulans ob imprudentem caedem, nondum exoratis iis, quibus accusantibus damnatus est, postuletur alterius caedis voluntariae, navigio impositus, Phreatte terram non tangens, causam orato: judices in terra judicia reddunto: damnatus in poenam volun-

1 Hac ex lege & ea, quae Tituli hujus principio sedem habet, verba mutuatus est *Philostratus* L. VI. Vit. Apollon. C. 5., cum de Memphitis κελεύουσι δ' οἱ τῆς Μέμφιδος νόμοι τὸν φεύγοντα ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ δεῖν φεύγειν καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνοῖς εἶναι, κἂν ἐκνίψηται τοῦ φόνου, χωρεῖν ἐς ἦθος, καθαρῷ ἤδη, βαδίσαντα πρότερον ἐπὶ τὸ τοῦ πεφονευμένου σῆμα, καὶ σφάξαντά τι ἐκεῖ οὐ μέγα. & post pauca ἀλᾶσθαι χρὴ περὶ ταυτὶ τὰ ὄρη, ἕως ἂν αἰδέσωνται αὐτὸν, ὥσπερ ἱκέτην. Sunt enim Atticis ex Athenis sumpta: nam quod ait καὶ σφάξαντά τι ἐκεῖ οὐ μέγα, idem Athenis valebat: si quis enim involuntaria caede se maculaverat, pecudibus immolandis expiari oportebat. Hoc *Festus* docet, *subici aries dicitur, qui agitur, ut caedatur, quod fit ut ait Cincius in libro de officio Jurisconsulti, exemplo Atheniensium, apud quos expiandi gratia aries inigitur ab eo, qui scelus admisit poenae pendendae loco.* ubi *Scaligerum* vide & *A. Schottum* Nodor. Ciceronian. L. 1, 24.

μὲν ἀθῷον ἀφιέναι, τὴν δὲ ἐπὶ τῷ προτέρῳ φόνῳ φυγὴν ὑπέχειν.

voluntariae caedis incurrito, & dato: absolutus dimittitor, ob priorem tamen caedem exulato.

Legem habes apud Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους [*p.* 415.] ἔστι τοίνυν, πέμπτον δικαστήριον ἄλλο θεάσασθε, οἷον ὑπερβέβηκε, τὸ ἐν Φρεαττοῖ. ἐνταῦθα γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κελεύει δίκας ὑπέχειν ὁ νόμος, ἐάν τις ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ πεφευγώς, μήπω τῶν ἐκβαλλόντων αὐτὸν ᾐδεσμένων, αἰτίαν ἔχῃ ἑτέρου φόνου ἑκουσίου. καὶ οὐχ ὅτι δεῦρο οὐχ οἷόν τε ἐλθεῖν αὐτῷ, παρεῖδεν αὐτὸν ὁ ταῦτα ἕκαστα διατάξας· οὐδ' ὅτι καὶ πρότερόν τι τοιοῦτον ἐποίησε, καὶ δὴ τὴν ὁμοίαν ἐποιήσατο πιστὴν αἰτίαν κατ' αὐτοῦ· ἀλλὰ τότε εὐσεβὲς εὗρεν ὅπως ἔσται, κἀκεῖνον οὐκ ἀπεστέρησε λόγου καὶ κρίσεως, τί ἂν ἐποίησεν; ἤγαγε τοὺς δικάζοντας ἐκεῖσε, οἷ προσελθεῖν οἷόν τε ἐκείνῳ ἦν, τῆς χώρας ἀποδείξας τόπον τινὰ ἐν Φρεαττοῖ καλούμενον ἐπιθαλάττιον. εἶθ' ὁ μὲν, ἐν πλοίῳ προσπλεύσας, λέγει τῆς γῆς οὐχ ἁπτόμενος. οἱ δ' ἀκροῶνται καὶ δικάζουσιν ἐν τῇ γῇ. κἂν μὲν ἁλῷ, τὴν ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις φόνοις δίκην ἔδωκε δικαίως. ἐὰν δ' ἀποφύγῃ, ταύτης μὲν ἀθῷος ἀφίεται. τὴν δ' ἐπὶ τῷ προτέρῳ φόνῳ φυγὴν ὑπέχει. De hoc tribunali Aristoteles *Polit. Lib. IV. Cap.* 16. τέταρτον δέ, ὅσα τοῖς φεύγουσι φόνου, ἐπὶ καθόδῳ ἐπιφέρεται, οἷον Ἀθήνησι λέγεται τὸ ἐν Φρεαττοῖ δικαστήριον. Pollux *Lib. VIII.* τὸ ἐν Φρεαττοῖ, ἐν τούτῳ ἐκρίνετο, εἴ τις τῶν φυγόντων ἐπ' ἀκουσίου φόνου αἰτίᾳ, δευτέραν αἰτίαν ἑκουσίου προσλάβοι, ἦν δὲ ἐν θαλάττῃ τὸ δικαστήριον. καὶ τὸν ἐν αἰτίᾳ προσπλεύσαντα, τῆς γῆς οὐ προσαπτόμενον, ἀπὸ τῆς νεὼς ἔχρην ἀπολογεῖσθαι, μήτε ἀποβάθραν, μήτε ἄγκυραν εἰς τὴν γῆν βαλλόμενον. Locus hic erat in Piraeeo. Pausanias *Atticis:* ἔστι δὲ τοῦ Πειραιῶς πρὸς θαλάττῃ Φρεαττύς. ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες, ἢν ἀπελθόντας ἕτερον ἐπιλάβῃ σφᾶς ἔγκλημα, πρὸς ἀκροωμένους ἐκ τῆς γῆς ἀπὸ νεὼς ἀπολογοῦνται. Helladius [in Photii *Bibliothec. Cod. CCLXXIX.* p. 1593.] καὶ τέταρτον, τὸ ἐν Φρεαττοῖ, ὃ δικάζει τὸν χρόνον μέν τινα φεύγοντα ῥητὸν, αἰτίαν γε πρότερον ἔχοντα φόνου· ὃς καὶ κρινόμενος ἐπὶ νηὸς, ἔξωθεν τοῦ Πειραιῶς ἀπολογούμενος ἄγκυραν καθίει, διότι ὁ νόμος αὐτὸν οὐκ ἐδίδου τῆς γῆς ἐπιβῆναι. male reddidit CL. Schottus: [1] *Quartam Phreaticum, quod judicat vadimonia deferentes, prius caedis accusatos:* nam sensus est: Tribunal hoc de homicidis judicare, qui jam ante imprudentis caedis damnati deportati fuerant. Judicabant Ephetae. Harpocratio; Ἐφέται, οἱ δικάζοντες τὰς ἐφ' αἵματι κρίσεις ἐπὶ Παλλαδίῳ, καὶ ἐπὶ Πρυτανείῳ, καὶ ἐπὶ Δελφινίῳ, καὶ ἐν Φρεαττοῖ, Ἐφέται ἐκαλοῦντο. Quod si is, qui caedem fecerat, sive sciens, sive imprudens, protinus se fugae daret, pedemque strueret, aut omnino ignotus esset, ita ut judicio se non vadaret, judicabatur tamen in tribunali, quod ἐπὶ Πρυτανείῳ dicebatur. Pollux *Lib. VIII.* τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ, δικάζει δὲ περὶ τῶν ἀποθανόντων, κἂν ὦσιν ἀφανεῖς. In genere haec observari cautum est in quinque illis tribunalibus: primum in jus vocatio, deinde audiebantur testes, sequebatur contendentium διωμοσία, demum jus dicebant judices.

1 Confer ipsum *Schottum* Observat. Human. L. v, 1. & praeter ceteros *Jo. Meursium* Areopagi C. 11.

judices. Demosthenes ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους [p. 412.] ἀλλ' ἐν κεφαλαίῳ
518. λέγω, ὁπόσοι νόμοι περὶ τῶν φονικῶν δικαστηρίων εἰσὶ, καλεῖν ἀξιοῦντες, ἢ μαρτυρεῖν, ἢ διόμνυσθαι τοὺς ἀγωνιζομένους, ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν προστάσσοντες, πάντας ὑπερβέβηκε τούτους, καὶ πᾶσιν ἐναντίον εἴρηκε τὸ ψήφισμα τουτί. οὐ γὰρ οὐ κλῆσις, οὐ κρίσις, οὐ μαρτυρία συνειδότος, οὐ διωμοσία.

XV. Ne quid autem mutaretur in his, provisum est, hac Lege lata:

ΟΣ ΑΝ ΑΡΧΩΝ Η ΙΔΙΩΤΗΣ ΑΙΤΙΟΣ ΗΙ ΤΟΥΤΟΝ ΘΕΣΜΟΝ ΣΥΓΧΥΘΗΝΑΙ ΤΟΝΔΕ, Η ΜΕΤΑΠΟΙΗΣΗΙ ΑΥΤΟΝ ΑΤΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ, ΚΑΙ ΠΑΙΔΑΣ ΑΤΙΜΟΥΣ, ΚΑΙ ΤΑ ΕΚΕΙΝΟΥ.

Si quis de Magistratibus, aut populo auctor sit has Leges corrumpendi, aut abrogandi, ille, ejusque liberi impune occiduntor, bona publicanto.

Habetur haec Lex apud Demosthenem ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους [p. 412.] qua ceteras τῶν φονικῶν ratas esse voluit Legislator, cavet itaque, Ne quis sive privatus sive Magistratus τοὺς φονικοὺς νόμους corrumpat, antiquetve, illis quicquam deroget, vel abroget: qui secus faxit, ille ejusque liberi impune occidebantur, & bona publicabantur.

XVI. Oportebat igitur eo ordine, quo Leges praescribebant, homicidii postulare, & jus dici, in iisque foris, non alibi, de quibus his Legibus cautum est. Si quis jura haec non observaret, vel quia sibi non essent nata, vel quia ignoraret, vel quia praescriptum esset tempus, vel aliam ob causam, Lege cautum erat, ut homicidam, quem videret in foro, aut locis sacris versantem in carcerem abduceret, si homicidii reus peragebatur, capite luebat; sin minus, accusator, qui quintam punctorum partem non tulisset, mille multabatur drachmis:

Τὸν ἀνδροφόνον περιιόντα ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν, ἀπάγειν ἐξεῖναι εἰς τὸ δεσμωτήριον· κἂν μὲν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦσθαι. ἐὰν δὲ μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων ὁ ἀπαγαγὼν, χιλίας προσοφείλειν.

Homicidam in locis sacris, & in foro versantem in carcerem abducito: convictum morti dato. si vero is qui in carcerem abduxit, quintam suffragiorum partem non tulit, mille drachmis multator.

Habes apud Demosthenem ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους [p. 415.] εἰ πάντα ταῦτά τις ἠγνόηκεν, ἢ παρεληλύθασιν οἱ χρόνοι, ἐν οἷς ἔδει τούτων ἕκαστα ποιεῖν, ἢ διὰ ἄλλο τι οὐχὶ βούλεται τούτοις τοὺς τρόποις ἐπεξιέναι, τὸν ἀνδροφόνον δ' ὁρᾷ περιιόντα ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν, ἀπάγειν ἔξεστιν εἰς τὸ δεσμωτήριον, οὐκ οἴκαδε, οὐδ' ὅποι βούλεταί τις, ὥσπερ σὺ δέδωκας. κἀνταῦθ' ἀπαχθεὶς, οὐδ' ὁτιοῦν, πρὶν ἂν κριθῇ, πείσεται· ἀλλ' ἐὰν μὲν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιωθήσεται. ἐὰν δὲ μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων ὁ ἀπαγαγὼν, χιλίας προσοφλήσει.

XVII. Sed quid fiet illis homicidis, qui caede perpetrata alio profugiunt? De his ita Lege cautum est:

ΕΑΝ ΤΙΣ ΒΙΑΙΩΙ ΘΑΝΑΤΩΙ ΑΠΟΘΑΝΗΙ, ΥΠΕΡ ΤΟΥΤΟΥ ΤΟΙΣ ΠΡΟΣΗΚΟΥΣΙΝ ΕΙΝΑΙ ΤΑΣ ΑΝΔΡΟΛΗΨΙΑΣ. ΕΩΣ ΑΝ Η ΔΙΚΑΣ ΤΟΥ ΦΟΝΟΥ ΥΠΟΣΧΩΣΙΝ, Η ΤΟΥΣ ΑΠΟΚΤΕΙΝΑΝΤΑΣ ΕΚΔΩΣΙ: ΤΗΝ ΔΕ ΑΝΔΡΟΛΗΨΙΑΝ ΕΙΝΑΙ ΜΕΧΡΙ ΤΡΙΩΝ, ΠΛΕΟΝ ΔΕ, ΜΗ.

Si quis violenta morte obierit, cognatis pignerandi homines jus esto, quo ad judicium caedis subierint, vel necis auctores dediderint: jus vero in pignus capiendi homines ad tres usque, nec eo amplius, esto.

Legem αὐτολεξεὶ, ut & praecedentium plerasque, descripsit Demosthenes Oratio-

Oratione saepius jam laudata κατὰ Ἀριστοκράτους [*p.* 415.] Cavetur autem hac 519
Lege primo, si quis violenta morte obierit, id est, injuste caesus sit: secus enim non licebat. Demosthenes: πρῶτον μὲν δὴ τούτῳ προσγράψας τὸ, ΒΙΑΙΩι, σύμβολον πεποίηκεν, ᾧ γιγνώσκομεν ὅτι ἂν ἀδίκως λέγῃ. Qui hanc caedem perpetraverant, si in externam urbem profugissent, exposcebantur ad poenam: si sicarii nollent aleam judicii subire, poscebantur a civibus urbis illius, in quam profugerant, ut dederentur iis, ad quos facinus admissum pertinebat: si non dederentur, dabatur injuriam passis capiendi in pignus ad tres usque homines potestas. Demosthenes: σκοπεῖσθε ὡς καλῶς. πρότερον μὲν ὑποσχεῖν δίκας ἀξιοῖ, μετὰ ταῦτα δὲ, ἂν τοῦτο μὴ βούλωνται, προσέταξεν ἐκδοῦναι. ἐὰν δὲ μηδέτερον τούτων ἐθέλωσι, τὸ ἀνδρολήψιον φησὶν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή. Scribit autem Demosthenes forte causae inserviens, *Androlepsiam* Lege esse permissam, non contra profugum suscipientes, sed contra eos, apud quos caedes facta fuisset: ὁ μὲν νόμος, ἂν μήτε δίκας ὑπόσχωσι παρ' οἷς ἂν τὸ πάθος γένηται, μήτε τοὺς δεδρακότας ἐκδιδῶσι, κελεύει κατὰ τούτων εἶναι τὸ ἀνδρολήψιον μέχρι τριῶν. [1] Sed revera haec pigneratio erat adversus eos, qui profugum suscepissent, aut, si extra fines Atticae civis Atheniensis morte violenta obiisset, adversus eos, in quorum urbe injuria fuisset caesus. Harpocratio: ἀνδροληψία, τὸ ἁρπάζειν ἄνδρας ἔκ τινος πόλεως· ἠνεχύραζον γὰρ τὴν ἔχουσαν πόλιν τὸν ἀνδροφόνον, καὶ περιεμένον αὐτὸν εἰς τιμωρίαν. Auctor *Etymologici*: ἀνδροληψία, ἐγκλήματος εἶδος. ἐὰν ἔξω τῆς Ἀττικῆς ἀνὴρ Ἀθηναῖος τελευτήσῃ, καὶ μὴ ἐκδιδῶσιν οἱ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ὄντες τὸν δοκοῦντα ἐν τῇ αἰτίᾳ εἶναι, ἐφεῖτο ἐκ τοῦ νόμου τρεῖς τῶν ἐκείνου πολιτῶν ἄγειν εἰς Ἀθήνας, δίκην ὑφέξοντες τοῦ φόνου. Utraque habet Suidas: Pollux addit, multam irrogari injuria *androlepsiam* postulanti, vel potius ea utenti: licebat enim privato consilio *androlepsia* uti: Pollucis verba sunt *Lib. VIII.* [*Segm.* 51.] ἀνδρολήψιον δὲ, ὅταν τις τοὺς ἀνδροφόνους καταφυγόντας ὥς τινας ἀπαιτῶν μὴ λαμβάνῃ, ἔξεστιν ἐκ τῶν οὐκ ἐκδιδόντων ἄχρι τῶν τριῶν ἀπαγαγεῖν. ὁ δὲ ἀδίκως ἀνδροληψίᾳ κεχρημένος, οὐκ ἀνεύθυνος ἦν.

XVIII. Sed Legibus statutum est, quorum jus sit homicidas in jus vocare.

ΠΡΟΣΕΙΠΕΙΝ ΤΩι ΚΤΕΙΝΑΝΤΙ ΕΝ ΑΓΟΡΑι ΕΝΤΟΣ ΑΝΕΨΙΟΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΑΝΕΨΙΟΥ, ΣΥΝΔΙΩΚΕΙΝ ΔΕ ΚΑΙ ΑΝΕΨΙΩΝ ΠΑΙΔΑΣ, ΚΑΙ ΓΑΜΒΡΟΥΣ, ΚΑΙ ΑΝΕΨΙΟΥΣ, ΚΑΙ ΠΕΝΘΕΡΟΥΣ, ΚΑΙ ΑΝΕΨΙΑΔΟΥΣ, ΚΑΙ ΦΡΑΤΟΡΑΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΑΙΔΕΣΑΣΘΑΙ ΔΕΗι, ΕΑΝ ΜΕΝ ΠΑΤΗΡ Ηι, Η ΑΔΕΛΦΟΣ, Η ΥΙΕΙΣ ΠΑΝΤΑΣ, Η ΤΟΝ ΚΩΛΥΟΝΤΑ ΚΡΑΤΕΙΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΟΥΤΩΝ ΜΗΔΕΙΣ Ηι, ΚΤΕΙΝΗι Δ' ΑΚΩΝ, ΓΝΩΣΙ Δ' ΟΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΚΑΙ ΕΙΣ ΩΣΙΝ ΟΙ ΕΦΕΤΑΙ ΑΚΟΝΤΑ ΚΤΕΙΝΑΙ ΕΣΕΣΘΩΝ ΟΙ ΦΡΑΤΟΡΕΣ, ΕΑΝ ΘΕΛΩΣΙ ΔΕΚΑ. ΤΟΥΤΟΙΣ ΔΕ ΟΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΚΑΙ ΕΙΣ ΑΡΙΣΤΙΝΔΗΝ ΑΙΡΕΙΣΘΩΝ ΚΑΙ ΟΙ

Homicidam in foro postulanto intra sobrinitatem sobrini: adsunto etiam sobrinorum liberi & generi, itemque sobrinorum soceri, & consobrini, & Phratores. Exorantor autem occisi pater, si superstit, aut frater, aut liberi, simul omnes: nam si unus nolit, exorati ne sunto. Si vero nullus horum superstit, caedes autem sit fortuita, & pronuntiarint Ephetae quinquaginta & unus impru-

1 Vide *G. Budaeum* Annot. Poster. in Pandect. p. 114. Ego vero a *Demosthene* sto, pignerationem contra illos, apud quos caedes erat patrata dante: neque enim credibile fit, Oratorem, nulla urgente caussa, legis sententiam pervertere voluisse. Grammatici aberrarunt, non Orator, pulchre docente *Des. Heraldo* Animadv. in Jus Att. & Rom. L. IV, 6. p. 307. Adde Ill. *Grotium* de Jur. B. & P. L. III. C. 2, 5.

ΟΙ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΚΤΕΙΝΑΝΤΕΣ ΕΝ
520. ΤΩιΔΕ ΤΩι ΘΕΣΜΩι ΕΝΕΧΕΣΘΩΝ, ΤΟΥΣ Δ' ΑΠΟΓΙΝΟΜΕΝΟΥΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΔΗΜΟΙΣ, ΟΥΣ ΑΝ ΜΗΔΕΙΣ ΑΝΑΙΡΗΤΑΙ ΕΠΑΓΓΕΛΛΕΤΩ Ο ΔΗΜΑΡΧΟΣ ΤΟΙΣ ΠΡΟΣΗΚΟΥΣΙΝ ΑΝΑΙΡΕΙΝ, ΚΑΙ ΘΑΠΤΕΙΝ ΚΑΙ ΚΑΘΑΙΡΕΙΝ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΗι ΗΜΕΡΑι Ηι ΑΝ ΑΠΟΓΕΝΗΤΑΙ ΕΚΑΣΤΟΣ ΑΥΤΩΝ. ΕΠΑΓΓΕΛΛΕΙΝ ΔΕ ΠΕΡΙ ΜΕΝ ΤΩΝ ΔΟΥΛΩΝ ΤΩι ΔΕΣΠΟΤΗι, ΠΕΡΙ ΔΕ ΤΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΩΝ ΤΟΙΣ ΤΑ ΧΡΗΜΑΤ' ΕΧΟΥΣΙΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ Ηι ΧΡΗΜΑΤΑ ΤΩι ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΙ ΤΟΙΣ ΠΡΟΣΗΚΟΥΣΙ ΤΟΥ ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΟΣ ΕΠΑΓΓΕΛΛΕΙΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΟΥ ΔΗΜΑΡΧΟΥ ΕΠΑΓΓΕΙΛΑΝΤΟΣ ΜΗ ΑΝΑΙΡΩΝΤΑΙ ΟΙ ΠΡΟΣΗΚΟΝΤΕΣ, Ο ΜΕΝ ΔΗΜΑΡΧΟΣ ΑΠΟΜΙΣΘΩΣΑΤΟ ΑΝΕΛΕΙΝ ΚΑΙ ΚΑΤΑΘΑΨΑΙ, ΚΑΙ ΚΑΘΑΡΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΑΥΘΗΜΕΡΟΝ ΟΠΩΣ ΑΝ ΔΥΝΩΝΤΑΙ ΟΛΙΓΙΣΤΟΥ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΑΠΟΜΙΣΘΩΣΗι ΟΦΕΙΛΕΤΩ ΧΙΛΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ ΤΩι ΔΗΜΟΣΙΩι Ο, ΤΙ Δ' ΑΝ ΑΝΑΛΩΣΗι ΔΙΠΛΑΣΙΟΝ ΠΡΑΞΑΣΘΩ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΟΦΕΙΛΟΝΤΩΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΠΡΑΞΗι ΑΥΤΟΣ ΟΦΕΙΛΕΤΩ ΤΟΙΣ ΔΗΜΟΤΑΙΣ.

prudentem occidisse, *adsunto Phratores, si velint, decem, bis quinquaginta & unus ex optimatibus eliguntor* * * *Qui ante hanc Legem scriptam caedes perpetrarunt, ea tenentor. Si quis autem in aliquo populo caesus sit, quem nemo tollat: Demarchus ejus cognatis denunciato tollere, & sepelire, & lustrare populum, ea ipsa die, qua is caesus est: de servis autem domino eorum denunciato; de ingenuis vero iis, qui in eorum bona succedunt: Si vero is, qui caesus est, nihil in bonis habeat, ejus cognatis denunciato. Si Demarcho denunciante, cognati non tollant, Demarchus ipse tollendum & sepeliendum cadaver, eaque ipsa die lustrandum populum, locato, quam minimo poterit: ni locarit, mille drachmas aerario publico pendito: Duplum autem ejus, quod impenderit, a debentibus exigito: ni exegerit, ipse popularibus suis praestato.*

Legem descripsit Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον [*p.* 607.] eaque cavetur, quis jure debeat alium caedis postulare & accusare, nempe intra sobrinitatem, sive intra sobrinos: meminit hujus Legis idem ἐν τῷ κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν [*p.* 647.] κελεύει γὰρ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοὺς προσήκοντας ἐπεξιέναι μέχρις ἀνεψιαδῶν. καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ διορίζεται, ὅτι προσῆκόν ἐστι, κἂν οἰκέτης ᾖ, τούτων τὰς ἐπισκήψεις εἶναι. Corruptus est locus, itaque fraudi fuit eruditissimo Interpreti, qui vertit: *jubet enim Lex, judices, ut cognati caedes persequantur, usque ad sobrinos: & in jurejurando cavetur, debere, si vel servus sit interfectus, hos eosdem caedem persequi.* Sed facile in integritatem restituetur unius literulae mutatione, ὅτι προσήκων ἐστὶ, κἂν οἰκέτης ᾖ, &c. & ita erit vertendum: *& jurejurando affirmatur, quod sit cognatus: quod si sit e servis, eorum est caedem persequi.* Hujus nostrae emendationis vadem damus Julium Pollucem *Lib. VIII. Cap.* 10. differentem de jure caedem persequendi: φόνου δὲ ἔξεστιν ἐπεξιέναι, μέχρις ἀνεψιῶν, (legendum potius e Demosthene, μέχρις ἀνεψιαδῶν.) καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ προσεπερωτᾶν, τίς προσήκων ἐστὶ τῷ τεθνεῶτι, κἂν οἰκέτης ᾖ, ἐπισκήπτει καὶ συγκεχώρηται. Postrema ista Pollucis verba in mendo sunt: nam ex iis videtur posse colligi, oportuisse cognatos servorum caedem eorum persequi. Sed in contrariam sententiam eundum est:
521. Servorum quippe nulla erat cognatio. Pollucis locus deformatus est e Demosthenis illo, quem jam descripsimus, paullo fusius enarrato. Demosthenis autem haec est mens, sibi fas non esse, caedem nutricis suae contra Euergum persequi: cognatus enim non est, ut Leges jubent, & jurejurando affirmandum est: atque cum servorum caedem persequantur domini, ancilla non est, sed manumissa, temperare itaque mihi nequeo, [1] quin apud Demosthenem rescri-

[1] Vide quae pro *Demosthene* & *Polluce* contra Petitum disputavit *Kuhnius* ad *Polluc.* L. VIII. Segm. 118.

reſcribendum cenſeam. κἂν οἰκέτης ᾖ, δεσπότην τὰς ἐπισκήψεις εἶναι. & in Pollucis codicibus reponendum: κἂν οἰκέτης ᾖ δεσπότης, ἐπισκῆψαι καὶ συγκεχώρηται. Corrumpendo Demoſthenis loco fuit, quod ſupra dixit [p. 647.] οὐδὲ γάρ ἐν τῷ νόμῳ ἐστί σοι. οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῷ γένει σοι ἡ ἄνθρωπος, οὐδὲ θεράπαινα. οἱ δὲ νόμοι τούτων κελεύουσιν τὴν δίωξιν εἶναι. Repetitur enim ex hoc loco vox τούτων. Atque hinc poteſt colligi, cum οἱ Ἐξηγηταὶ dicant, Lege licere cognatorum aut ſervorum caedes perſequi, & ſervi ſint ἐκ τῆς οἰκίας τι, & ad dominum referantur, (ut ſenſus ſit, Lege cognatos cognatorum, ſervorum dominos caedes debere perſequi.) retrahendam eſſe fugitivam vocem δεσπότην, & reponendam vicem τούτων. Hanc quoque Legem laudat Demoſthenis Scholiaſtes *ad Androtianam* [p. 382.] οὐκ ἠδυνάτο Ἀνδροτίων φόνου κατηγορίαν κατὰ τοῦ Διοδώρου ποιήσασθαι μὴ ὢν τοῦ πεφονευμένου συγγενής· αὐτοῖς γάρ μόνοις ἐπιτρέπουσι οἱ νόμοι. Itaque in occiſi funere publicabatur ad ſepulcrum, an quis cognatus ſit occiſo. Demoſthenes ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου [p. 647.] πρῶτον μὲν ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, εἴ τις προσήκων ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου. ἔπειτα τὸ μνῆμα φυλάττειν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. Proclamabatur igitur ad ſepulcrum, ſi quis caeſo eſſet cognatus, ut & nomine ciebantur ſontes & interfectores, ut ſequitur *ibidem.* ὀνόματι μὲν οὐδενὶ μὴ προαγορεύειν, τοῖς δεδρακόσι δὲ καὶ κτείνασι. Sepulcrum obſervabatur triduum, & haſta, cum efferretur caeſus, praeferebatur: atque hinc collocarentur ut mortui factum eſt. Pollux *Lib. VIII.* δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, ἐπὶ τῶν βιαίως ἀποθανόντων ἐπεφέρετο. καὶ αἱ προθέσεις δὲ διὰ τοῦτο ἐγίγνοντο, ὡς ὁρᾶτο ὁ νεκρὸς, μή τι βιαίως πέπονθε. Meminit hujus proclamationis ad ſepulcrum, & haſtae praelatae Harpocratio: ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῆς ἐκφορᾶς, καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, Δημοσθένης κατ᾽ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου, ταῦτά φησιν, ἐπὶ τοῦ βιαίως ἀποθανόντος. Ἴστρος δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων, περὶ Προκρίδος καὶ Κεφάλου εἰπὼν γράφει ταυτί. τινὲς δὲ ἐπὶ τοῦ τάφου δόρυ καταπεπηγότα τὸν Ἐρεχθέα φασι, πεποιῆσθαι δὲ παρακαταθήκην τε καὶ τὸ πάθος σημαίνοντα, διὰ τὸ νόμιμον εἶναι τοῖς προσήκουσι, τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας. Auctor *Etymologici*: ἐπενεγκεῖν δόρυ, ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι. εἰς τοὺς βιαίως ἀποθάνοντας ταῦτα ἐπράττετο. καὶ Ἴστρος ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων φησὶν, ὅτι τινὲς δόρυ ἐπὶ τοῦ τάφου φασὶ καταπεπηγότα τὸν Ἐρεχθέα, τὸ πάθος σημαίνοντα, διὰ τὸ νόμον εἶναι τοῖς προσήκουσι, τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας, Ῥητορική. Ex Harpocratione hauſit Auctor *Etymologici*, quem laudat *hoc titulo*, Ῥητορική, ut & alibi ſexcenties. Sed ad rem. Partes accuſandi dabantur intra ſobrinitatem: aderant tamen ſobrinorum liberi, & generi, & ſoceri, (in Lege enim reſcribo: ΚΑΙ ΑΝΕΨΙΩΝ ΚΑΙ ΠΕΝΘΕΡΟΥΣ.) itemque ἀνεψιαδαῖ, itemque Phratores occiſi: [1] Quare commode intelligendus eſt Pollux *Lib. VIII.* in his, γραφὰς

[1] Imo intelligenda ſunt *Pollucis* verba plane, ut ſonant: nam ſi intelligamus τοῖς προσήκουσι μέχρις ἀνεψιαδῶν, quid fiet legi, quam Soloni tribuit p. 525. ὅταν λαβεῖν δίκας ὑπὲρ τοῦ κακῶς πεπονθότος ἐξῆναι, ſuper qua citat *Plutarchum* in Solone dicentem καὶ γὰρ πληγέντος ἑτέρου καὶ βλαβέντος καὶ βιασθέντος ἐξῆν τῷ βουλομένῳ καὶ δυναμένῳ γράφεσθαι καὶ διώκειν τὸν ἀδικοῦντα. Sed quid igitur ſibi vult lex ſupra laudata? nihil aliud, meo quidem judicio, niſi actionem caedis

γραφὰς φόνου ἐξῆν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι, nimirum τοῖς προσήκουσι μέχρις ἀνεψιαδῶν. Sequitur in Lege, quorum jus sit gratiam facere, &
522. de caede pacisci: Pretium autem, quo homicidae propinquos occisi placabant, ne eos caedis accusarent, [1] ὑποφόνια dicebatur, ut e Dinarcho & Theophrasto docet Harpocratio. ὑποφόνια, τὰ ἐπὶ φόνῳ διδόμενα χρήματα τοῖς οἰκείοις τοῦ φονευθέντος, ὑπὸ τοῦ τὴν αἰτίαν ἔχοντος ὅτι ἀνῄρηκεν, ἵνα μὴ ἐπεξίωσιν ἐπὶ τῷ μὴ ἐπεξέρχεσθαι μηδὲ γράφεσθαι τὴν τοῦ φόνου δίκην. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Καλλισθένους, καὶ ἐν τῷ κατὰ Φορμισίου. Θεόφραστος νόμων ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ. Graeci simpliciter ποινὴ dixerunt. Hesychius: ποινὴ ἀντέκτισις ἡ ὑπὲρ φόνου διδομένη. καὶ ἡ δωρεά. καὶ τὰ διδόμενα χρήματα ὑπὲρ τινὸς ἀνῃρημένου τοῖς αὐτοῦ οἰκείοις. In suis Axonibus Solo dixerat ΑΠΟΙΝΑ. Suidas: ΑΠΟΙΝΑ, λύτρα, ἃ δίδωσί τις ὑπὲρ φόνου, ἢ σώματος. οὕτω Σόλων ἐν νόμοις, quod etiam videre est in his Legibus. Quod si quis ob imprudentem caedem exulans ἀπενιαυτισμὸν, interea placare non posset, & exorare eos, qui homicidii illum postulaverant, ut in gratiam cum illis & cum patria rediret, cavet Legislator hac Lege, ut si quis e cognatis, quorum jus & fas erat αἰδέσασθαι, nollet tamen, Ephetae hac de re cognoscerent, & homicidae gratiam facerent, si ita videretur: quorum cognitioni & judicio interesse poterant, si vellent, illius, qui caesus fuerat, Phratores ad decem usque: Hic est sensus horum Legis verborum, quae ita rescribo: [2] ΓΝΩCI Δ' ΟΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΚΑΙ ΕΙC ΟΙ ΕΦΕΤΑΙ. nam addita illa ΩCIN ad vocem ΕΙC irrepserunt e margine in contextum. Studiosus enim aliquis adnotaverat, quot essent, qui huic cognitioni interessent, ὡς ιʹ. *circiter*, inquit, *decem*, *&* *quinquaginta*: nempe quinquaginta & unus Ephetae, & Phratores, ut maxime, decem. Ex optimatibus autem eligi debere Ephetas cavit hac Lege Draco, in qua rescribo: ΟΥΤΟΙ Δ' ΟΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΚΑΙ ΕΙC ΑΡΙCΤΙΝΔΗΝ ΑΙΡΕΙCΘΩΝ. Eam intelligit Pollux *Lib. VIII.* [*Segm.* 125.] Ἐφέται, τὸν μὲν ἀριθμὸν εἷς καὶ πεντήκοντα. Δράκων δ' αὐτοὺς κατέστησεν, ἀριστίνδην αἱρεθέντας. Addit Legislator hac sanctione teneri etiam eos, qui prius caedem fecissent. Sequitur alterum Legis Kaput, quo praescribitur, quid faciundum sit Demarcho, quando e popularibus suis aliquis occisus est, quem nemo tollit: jubet itaque Draco, ut Demarchus cognatis occisi denunciet, tollant illud cadaver, & sepeliant, populus vero eo ipso die, quo popularis occisus est, lustretur. Denunciet autem de servis domino: nam domini est, ut *supra* diximus, servorum caedes persequi: de ingenuis vero denunciet iis, qui in bona succedunt; aequum enim est, ut eos etiam incommoda, si qua sunt, sequantur. Sin occiso nihil est in bonis, ejus cognatis denuncietur. Quod si post Demarchi denunciationem cognati aut domini non sustulerint, Demarchus tollendum cadaver locet, & sepeliendum, & lustrandum eo die populum, quam minimo poterit: Nisi locarit, mille drachmas aerario pendat. Quicquid autem impenderit, duplum a debentibus exigat: nisi exegerit, ipse debeto popularibus: Nam e popularium suorum publica pecunia tollendum sepeliendumque cadaver, atque lustrandum populum, locabat: Quare aequum est, ut qui Demarchus non exegerit, duplionem eorum, quae de publica pecunia impenderat, ipse praestet, ne quid de jure popularium decedat.

XIX. Athe-

dis proprie ad eos pertinere, quos designat, & reo damnato ad eosdem τὸ τίμημα pertinere: illis vero cessantibus procul dubio ὁ βουλόμενος accusare poterat: caedis enim δημόσιον erat ἀδίκημα, quoniam privabatur respublica suo cive: unde & quando alienus accusabat de caede, multa, quae irrogabatur, cedebat aerario, non accusatori, sicuti probatur infra Tit. de Accusationibus, quem vide. JAC. PALMERIUS.

1 Bene Schol. in Il. Σ. vs. 497. ποινὴν ἣν λέγει τὴν καλουμένην παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ΥΠΟΦΟΝΙΑ, ἃ ἐδίδοσαν τοῖς οἰκείοις τῶν ἀνῃρημένων εἰ ἀπελύοντο. IDEM.

2 Non aliter *Jo. Meursius* Them. Attic. L. 1, 20.

XIX. *Atheniensium Lege, qui sibi manus intulisset, manus ei praecideretur eodem tumulo non condenda:

Ἐάν τις αὑτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν ἀποκόπτειν, καὶ χωρὶς τοῦ σώματος θάπτειν.	*Qui sibi manus intulit, ei manus praeciditor, nec eodem tumulo conditor.* 523.

Laudat Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 88.] Καὶ ἐάν τις αὑτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν χωρὶς τοῦ σώματος θάπτομεν. Ratio est apud Josephum, qui de hac Lege intelligendus est, ἁλώσ. *Lib. III.* [C. 8, 5.] παρ' ἑτέροις δὲ καὶ τὰς δεξιὰς τούτων τῶν νεκρῶν ἀποκόπτειν ἐκέλευσαν, αἷς ἐστρατεύσαντο καθ' ἑαυτῶν, ἡγούμενοι, καθάπερ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀλλότριον, οὕτω καὶ τὴν χεῖρα τοῦ σώματος. & certe tantum abest, ut viri fortis & magnanimi talis exitio sit, ut contra timidi & ignavi. Aristoteles *Lib. III. Nicomach. Cap.* 7. τὸ δὲ ἀποθνήσκειν φεύγοντα πενίαν ἢ ἔρωτα, ἤ τι λυπηρὸν, οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ· μαλακία γὰρ, τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα. καὶ οὐχ ὅτι καλὸν ὑπομένει, ἀλλὰ φεύγων κακόν. Nam *sapiens corpus non relinquet invito Deo:* [1] Hinc factum est, ut Lege Thebanorum αὐτόχειρες notarentur infamia. refert ex Aristotele Zenobius *Cent. VI. Proverb.* 17. φασὶ δὲ, ὅτι ἐν Θήβαις οἱ ἑαυτοὺς ἀναιροῦντες οὐδεμιᾶς τιμῆς μετεῖχον. καὶ Ἀριστοτέλης δέ φησι περὶ Θηβαίων τὸ αὐτὸ τοῦτο, ὅτι τοὺς αὐτόχειρας ἑαυτῶν γινομένους οὐκ ἐτίμων.

XX. Diximus *in superioribus*, quibus arcerentur locis homicidae, sed paene nos fugerat monere, Lege cautum fuisse, ut eo loco, in quo excubiae collocantur, abessent:

Ἐκτὸς ἰώρου εἶναι τοὺς ἀνδροφόνους.	*Homicidae intra excubiarum locum ne sunto.*

Legem habet Suidas: ἴωρος. ὁ θυρωρὸς, ὁ φύλαξ. καὶ παροιμία, οὐδ' ἐντὸς ἰώρου. καὶ ὁ νόμος ὁ παρ' Ἀθηναίοις, ἐκτὸς ἰώρου ἐκέλευεν εἶναι τοὺς ἀνδροφόνους. E Suida emendanda est Vaticana Proverbiorum Appendix, *Cent. III. Proverb.* 25. οὐδὲν τοὶ ἰώρου. [2] scribo, οὐδ' ἐντὸς ἰώρου. οὕτω τοὺς φύλακας ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι. καὶ ὁ νόμος ὁ παρ' αὐτοῖς, ἐκ τοῦ ἰώρου, scribe, ἐκτὸς ἰώρου ἐκέλευσεν εἶναι τοὺς ἀνδροφόνους.

XXI. Draco Legem quoque Atheniensibus scripsit, qua sanxit inanimata, quorum casu caedes erat perpetrata, finibus ejici.

Τὰ ἄψυχα, ἐάν τινα ἐμπεσόντα ἀποκτείνῃ, ὑπερορίζειν.	*Inanimata, quorum casu caedes alicujus sit facta, finibus ejiciunto.*

Legem

1 *Libanium* si audis, αὐτοχειρία Athenis certis conditionibus fuit permissa, modo mori paratus Senatui probasset aut mutilatum corpus, aut morbum medicina majorem, aut orbitatem, aut omnium facultatum jacturam. Vid. Declamat. VIII. p. 332. D. XII. p. 390. C. X. p. 369. Tom. I. & *Jo. Meursium* Them. Attic. L. I, 19. Quae tamen ego Sophistarum commenta esse, ut in ludo declamandi facultas foret, opinor: Id a me impetrant *Aeschinis* verba, notam quandam mortem sibi consciscentibus inurentia, & haec *Aristotelis* L. III. Nicomach. C. II. ὃ κελεύει ἑαυτὸν ἀποκτιννύναι ὁ νόμος· ἃ δὲ μὴ κελεύει, ἀπαγορεύει. cum ὁ δὲ δι' ὀργὴν ἑαυτὸν σφάττων, ἑκὼν τοῦτο δρᾷ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ὃ οὐκ ἐᾷ ὁ νόμος. ἀδικεῖ ἄρα, ἀλλὰ τίνα; ἢ τὴν πόλιν, αὑτὸν δ' οὔ. ἑκὼν γὰρ πάσχει, ἀδικεῖται δ' οὐδεὶς ἑκών. διὸ καὶ ἡ πόλις ζημιοῖ, καί τις ἀτιμία πρόσεστι τῷ ἑαυτὸν διαφθείραντι, ὡς τὴν πόλιν ἀδικοῦντι. Quae quidem Philosophi admodum hic opportuna sunt, ignominiamque illis a civitate impositam fuisse, qui caedis suae auctores fuerant, declarant, neque αὐτοχειρίαν legibus fuisse permissam. Id enim justa inde conclusione conficitur.

2 Ita quoque *A. Schottus* & *Jo. Meursius* Them. Attic. L. I, 15.

Legem laudat Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος [p. 88.] καὶ γὰρ ἂν εἴη δεινὸν, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ τὰ μὲν ξύλα, καὶ τοὺς λίθους, καὶ τὸν σίδηρον, τὰ ἄφωνα, καὶ ἀγνώμονα, ἐάν τινα ἐμπεσόντα ἀποκτείνῃ, ὑπερορίζομεν.[1] Meminit Pausanias *Eliac. Lib. II.* [C. 11.] in rebus Theagenis Thasii: καὶ οἱ Θάσιοι καταποντοῦσι τὴν εἰκόνα, ἐπακολουθήσαντες γνώμῃ τῇ Δράκοντος, ὃς Ἀθηναίοις θεσμοὺς γράψας φονικοὺς, ὑπερώρισε καὶ τὰ ἄψυχα, εἴ γε ἐμπεσόν τι ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνειεν ἄνθρωπον. Eandem narrationem habet Suidas, mutato tantum nomine Theagenis in Niconis: καὶ οἱ Θάσιοι καταποντοῦσιν αὐτὴν, κατὰ νόμον Δράκοντος Ἀθηναίου, ὑπερορίζοντος φονεύοντα καὶ τὰ ἄψυχα. Atque hae caedes judicabantur in foro τῷ ἐπὶ Πρυτανείῳ. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους [p. 414.] τέταρτον τοίνυν ἄλλο πρὸς τούτοις, τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ, τοῦτο δ' ἐστὶ τί; ἐὰν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σίδηρος, ἤ τι τοιοῦτον ἐμπεσὸν πατάξῃ, καὶ τὸν μὲν βαλόντα ἀγνοῇ τις, αὐτὸ δ' εἰδῇ, καὶ ἔχῃ, τὸ τὸν φόνον εἰργασμένον, τούτοις ἐνταῦθα λαγχάνεται. Pausanias *Atticis* [C. 28.] τὸ δ' ἐν Πρυτανείῳ καλούμενον, ἔνθα τῷ σιδήρῳ καὶ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ἀψύχοις δικάζουσιν. λέγεται μὲν δὴ καὶ ἄλλα τῶν ἀψύχων αὐτόματα ἐπιθεῖναι σὺν τῷ δικαίῳ
524. τιμωρίαν ἀνθρώποις. Praeerat huic judicio Rex: Pollux *Lib. VIII.* δικάζει δ' ὁ Βασιλεὺς καὶ τὰς τῶν ἀψύχων δίκας. Ei adsidebant οἱ Φυλοβασιλεῖς. Pollux *Lib. VIII. Cap.* 10. τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ δικάζει περὶ τῶν ἀψύχων τῶν ἐμπεσόντων καὶ ἀποκτεινάντων. προειστήκεσαν δὲ τούτου τοῦ δικαστηρίου Φυλοβασιλεῖς, οὓς ἔδει τὸ ἐμπεσὸν ἄψυχον ὑπερορίσαι.

XXII. Erat quoque αἰκίας Lex, qua injuriarum dabatur actio ob verbera:

ΑΝ ΤΙϹ ΤΥΠΤΗι ΤΙΝΑ ΑΡΧΩΝ ΧΕΙΡΩΝ ΑΔΙΚΩΝ αἰκίας δίκην εἶναι. *Si quis alterum prior pulsarit, injuriarum postulator.*

Priora Legis verba descripsit Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους [p. 410.] ὁρᾶτε γὰρ ὡς ἐπὶ πάντων, οὐκ ἐπὶ τῶν φονικῶν μόνον, οὕτω τοῦτ' ἔχει, ΑΝ ΤΙϹ ΤΥΠΤΗι ΤΙΝΑ ΑΡΧΩΝ ΧΕΙΡΩΝ ΑΔΙΚΩΝ. enim nisi ipse prior pulsasset, αἰκία non erat: sequitur *ibidem*: ὡς εἴ γε ἠμύνατο, οὐκ ἀδικεῖ, quippe cum injuriam prior non intulisset, sed vim vi, arma armis repulisset: expresse ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου idem Demosthenes [p. 638.] φεύγειν δέ με τὸν ἔλεγχον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου περὶ τῆς αἰκίας, ὁπότερος ἡμῶν ἦρξε χειρῶν ἀδίκων. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ αἰκία. & *ibidem* paullo post [p. 643.] ἡ δ' αἰκία, τοῦτ' ἔστιν, ὃς ἂν ἄρξῃ πρότερος χειρῶν ἀδίκων. Legis meminit Demosthenes *in Midiana* [p. 327.] εἶτ' ὁ τῆς βλάβης ὑμῖν νόμος πάλαι, ἦν ὁ τῆς αἰκίας. Harpocratio: αἰκίας, εἶδος δίκης ἐστὶν ἰδιωτικῆς ἐπὶ πληγαῖς λαγχανομένης, ἧς τὸ τίμημα ἐν τοῖς νόμοις οὐκ ἔστιν ὡρισμένον, ἀλλ' ὁ μὲν κατήγορος τίμημα ἐπιγράφεται, ὁπόσου δοκεῖ ἄξιον εἶναι τὸ ἀδίκημα, οἱ δὲ δικασταὶ ἐπικρίνουσιν.

1 Meminit etiam Schol. *Aeschyli* VII. cont. Theb. vs. 203. cum de Dracone ἐκεῖνος γὰρ ὑπὲρ τῶν μεγάλων ἁμαρτημάτων φησὶ, κἂν ἔχοντες ἢ τὸ ἀποκτεῖναι, κἂν ξύλον, κἂν σίδηρος, κἂν χαλκὸς, [illegible]. Atque ea adhiberi debuerant ad legem hanc constituendam: videntur enim verba esse legitima. De Theagene Thasio consule *Eusebium* Praep. Evangel. L. V, [illegible]

νουσιν. [1] Dicit Harpocratio *αἰκίας* esse *εἶδος δίκης ἰδιωτικῆς*, quasi Legislator *τῆς αἰκίας τὰς γραφὰς οὐ δῶ ἅπαντι τῷ βουλομένῳ.* Sed fides sit penes auctorem: nam multo major apud me auctoritas est, prout debet, gravissimi scriptoris Plutarchi [*in Solon. p.* 88. C.] qui per Solonem scribit, *ἐξεῖναι τοῦ πληγέντος ἑτέρου, τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι τὸν ἀδικοῦντα καὶ διώκειν.* & ipse sibi it adversatum Harpocratio, qui, *τῆς αἰκίας τὸ τίμημα ἐν τοῖς νόμοις οὐκ εἶναι ὡρισμένον*, scribit: atqui, ut notat *ad Midianam* Ulpianus [*p.* 325.] *ἐπὶ μὲν τοῖς ἰδιωτικοῖς ἐκ τῶν νόμων ὥριστο τὸ τίμημα· ἐπὶ δὲ τοῖς δημοσίοις, ὁ κατήγορος ἐτιμᾶτο.* Quod autem scribit Harpocratio, multam non esse Legibus definitam, recte atque ordine factum est: quippe cum non idem omnibus, qui pulsati essent, datum esset damnum. neque eadem quoque debebat esse multa, quare eam irrogabat, & litem aestimabat actor: Multa erat pecuniaria. Lysias *ἐν τῷ περὶ αἰκίας πρὸς Ἰσοκράτην* [apud Suidam in *Ὕβρις*) *καίτοι τίς οὐκ οἶδεν ὑμῶν ὅτι ἡ μὲν αἰκία, χρημάτων ἐστὶ μόνον ζημιῶσαι.* Scribebatur haec dica apud *Quadraginta:* Demosthenes *ἐν τῷ πρὸς Πανταίνετον* [*p.* 568.] *ἀλλ' ἡ μὲν αἰκία, καὶ τὰ τῶν βιαίων, πρὸς τοὺς Τετταράκοντα.* Totum autem ordinem, quem observabant in sanando eo, qui fuerat pulsatus, describit paucis Demosthenes *ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου* [*p.* 646.] *προσελθὼν τῷ Θεοφήμῳ τῇ ὑστεραίᾳ ἕωθεν ἐν τῇ πόλει μάρτυρας ἔχων ἐκέλευον αὐτὸν τὴν ἄνθρωπον θεραπεύειν, ἣν συνέκοψαν, καὶ ἰατρὸν εἰσάγειν, ὃν αὐτοὶ βούλοιντο.* & paullo post [*p.* 647.] *ἐπειδὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐπαγγείλαντός μου αὐτοῖς θεραπεύειν τὴν ἄνθρωπον, ἣν συνέκοψαν, καὶ ἰατρὸν εἰσάγειν, οὐκ ἐφρόντιζον, ἐγὼ αὐτὸς εἰσήγαγον ἰατρὸν, ᾧ πολλὰ ἔτη ἐχρώμην· ὃς ἐθεράπευεν αὐτὴν ἀρρωστοῦσαν. καὶ ἐπέδειξα ὡς εἶχεν, ἀγαγὼν μάρτυρας. ἀκούσας δὲ τοῦ ἰατροῦ, ὅτι ἀσθενοίη, καὶ οὐδὲν οὐκέτι εἴη ἡ ἄνθρωπος, πάλιν ἑτέρους μάρτυρας παραλαβὼν, τήν τε ἄνθρωπον ἐπέδειξα, ὡς εἶχεν, καὶ ἐπήγγελλα τούτοις θεραπεύειν.*

XXIII. Quod si quis alium verberasset, vulnusque inflixisset consulto, & ex destinatione mortem dandi, non scribebatur illi *αἰκίας δίκη πρὸς τοὺς Τετταράκοντα*, sed *τραύματος ἐκ προνοίας πρὸς τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ.* ut constat e Solonis Lege, quam *in superioribus* descripsimus: Quin 525. etiam longe gravior erat multa: *αἰκίας* enim pecuniaria tantum erat, neque Legibus definita: At *τραύματος ἐκ προνοίας* multa definita erat Legibus: nempe exilium, bonorumque publicatio: quod si in patriam rediret, delatus morte multabatur:

1 Eadem, quae *Harpocration*, in Scholiis ad *Aristophanis* Ecclesiaz. vs. 659., cujus utriusque fidem non recte a Petito elevari, admonuit *Cl. Salmasius* de Usur. Modo C. 17. p. 792. ex *Polluce*, paria docente: nec *Plutarchum* obstare: loqui enim *περὶ τραύματος ἐκ προνοίας* deque inflicto vulnere, quod publicum crimen: cum *αἰκίας δίκη* sit privata & pulsationem ac verberationem tantum sine vulnere persequatur. Quae quidem, si ex Attici fori usu confirmari possent, haud absurda forent. At contra venit *Des. Heraldus* Observ. & Emend. C. 46., vehementer pugnans ex *Demosthenes* adv. Conon. p. 688. & p. 692. omnes injurias, quae re fiebant, duabus actionibus Athenienses potuisse vindicare *ὕβρεως καὶ αἰκίας*· nec ullam fuisse differentiam inter utramque, nisi ad agendi rationem quod attinet: actionem *ὕβρεως* fuisse publicam & a quovis potuisse institui, *αἰκίας* vero privatam: de illa *Plutarchum* agere. Hactenus bene. Quae tamen adprobare non potuit *Cl. Salmasio*, animose repugnanti Observat. ad Jus Att. & Rom. C. 7. & C. 8. sed non inulte: sua enim studiosissime pariter & copiosissime defendit atque illustravit Animadv. ad Jus Attic. & Rom. L. II, 9. & L. III, 3., insuper addens ex publicis judiciis actionem *αἰκίας* id sibi retinuisse, quod *τίμημα ἐγράφετο* ab actore, quae, si ea plenius cognoscere aveas, vide.

Ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ ἐκ προνοίας, κεφαλὴν, ἢ πρόσωπον, ἢ χεῖρας, ἢ πόδας, αὐτὸν μὲν φεύγειν τὴν τοῦ ἀδικηθέντος πόλιν, τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημεύεσθαι. καὶ ἐὰν μὲν κατίῃ, ἐνδειχθέντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

Si quis alterius corpus, aut caput, aut vultum, aut manus, aut pedes, destinato laeserit vulnere, exulato a vulnerati patria, & bona ejus publicantor: quod si in patriam redieris, delatus morte luito.

Legem [1] hanc descripsimus e variis Lysiae locis: en tibi ἐν τῇ ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας ἀπολογίᾳ [C. 5.] ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ, κεφαλὴν, ἢ πρόσωπον, ἢ χεῖρας, ἢ πόδας, αὐτὸς μὲν κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἐξ Ἀρείου φεύξεται τὴν τοῦ ἀδικηθέντος πόλιν, ἢ τραύματος ἐκ προνοίας. καὶ ἐὰν μὲν κατίῃ, ἐνδειχθεὶς θανάτῳ ζημιωθήσεται. Hinc ille, cui scripsit Lysias *Apologiam* τραύματος ἐκ προνοίας πρὸς Σίμωνα ad Senatum Areopagiticum; dicebat [C. 10.] ἐγὼ εἰς τοιοῦτον ἀγῶνα καθέστηκα, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς οὐσίας τῆς ἐμαυτοῦ ἁπάσης κινδυνεύω. Rursum *eadem Apologia extrema:* ἀλλὰ δῆλον ὅτι καὶ οἱ τοὺς νόμους ἐνθάδε θέντες, οὐκ εἴ τινες μαχεσάμενοι ἔτυχον ἀλλήλων κατεάξαντες τὰς κεφαλὰς, ἐπὶ τούτοις ἠξίωσαν τῆς πατρίδος φυγὴν ποιήσασθαι (ἢ πολλοὺς γ' ἂν ἐξήλασαν) ἀλλ' ὅσοι ἐπιβουλεύσαντες ἀποκτεῖναί τινας ἔτρωσαν, ἀποκτεῖναι δὲ οὐκ ἠδυνήθησαν, περὶ τῶν τοιούτων τὰς τιμωρίας οὕτω μεγάλας κατεστήσαντο· ἡγούμενοι, ὑπὲρ ὧν ἐβουλεύσαντο καὶ προενοήθησαν, ὑπὲρ τούτων προσήκειν αὐτοῖς δίκην δοῦναι· εἰ δὲ μὴ κατέσχον, οὐδὲν ἧττον τό γε ἐπ' ἐκείνων πεποιῆσθαι. Quare & altera *Apologia* περὶ τραύματος ἐκ προνοίας [C. 6.] scripsit, ὅτι περὶ τῆς πατρίδος μοι καὶ τοῦ βίου ὁ ἀγών. Non in vitae discrimen veniebat ille qui accusabatur apud Areopagitas τραύματος ἐκ προνοίας, verum fortunarum suarum, quibus exuebatur. Quomodo enim, qui Lege jubebatur e patria exulare, τῆς πατρίδος φυγὴν ποιήσασθαι, cui est περὶ τῆς πατρίδος ὁ ἀγὼν, in discrimen vitae veniet? Est igitur hic περὶ τοῦ βίου ὁ ἀγὼν idem, quod *superiori* dixerat *Apologia:* περὶ τῆς οὐσίας τῆς ἐμαυτοῦ ἁπάσης.

TITULUS SECUNDUS.

De Accusationibus.

LEge permisit Solo cuivis ἐντίμῳ accusare & dicam impingere ei, qui alterum injuria affecisset:

Παντὶ

1 Pars legis est primae hujus Tituli. Vid. Clariss. *Taylor* Lect. Lysiac. p. 713. Id miror, nullam toto hoc Titulo a Petito mentionem esse factam περὶ τῆς ἐξαμβλώσεως sive de abortu procurato: quod tamen scelus & Lycurgum & Solonem gravi poena prohibuisse testis *Galenus* eo libro est, quo εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρὸς disquirit, εἰ γὰρ μὴ ζῶον ἦν, inquiens, οὐκ ἂν ἐκόλαζον τοῖς νόμοις φανερῶς τιμωρούμενοι τὰς αἰτίας τῆς ἐξαμβλώσεως. Eosdem, credo, in animo atque oculis habuit *Musonius* in Florileg. *Jo. Stob.* Tit. LXXIII. p. 450., ubi legum latores civium frequentiae & augendae familiarum proli prospexisse, arcessitum medicamentis abortum & procuratam sterilitatem severe interdicentes: τὸ μὲν γὰρ ἀμβλίσκειν ἀπεῖπον ταῖς γυναιξὶ, καὶ ταῖς ἀπειθούσαις ζημίαν ἐπέθεσαν· τὸ δὲ ἀτοκίῳ προσφέρεσθαι, καὶ τὸ κύειν εἴργειν ἀπηγόρευσαν δοῦναι. Atque hinc inter Orationes *Lysiae* fuisse & una fertur περὶ τῆς ἀμβλώσεως, qua disputabatur, εἰ τὸ ἐν γαστρὶ κυούμενον ἄνθρωπός ἐστι· καὶ εἰ ἀνεύθυνα τὰ τῶν ἀμβλώσεων ταῖς γυναιξὶ, indice *Theone* Progymnasm. p. 20.

Παντὶ [1] λαβεῖν δίκην ὑπὲρ τοῦ κακῶς πεπονθότος ἐξεῖναι.

Cuivis eum, qui alteri injuriam intulerit, accusare permissum esto.

Legis meminit Plutarchus *in Solone* [*p.* 88.] παντὶ λαβεῖν δίκην ὑπὲρ τοῦ 520
κακῶς πεπονθότος ἔδωκε, & species aliquot enumerat: καὶ γὰρ πληγέντος ἑτέρου καὶ βλαβέντος καὶ βιασθέντος ἐξῆν τῷ δυναμένῳ καὶ βουλομένῳ γράφεσθαι τὸν ἀδικοῦντα καὶ διώκειν. plures recenset Pollux, & in universum id pronunciat περὶ τῶν γραφῶν. Ratio autem hujus Legis *eodem* legitur *loco* apud Plutarchum: ὀρθῶς ἐθίζοντος τοῦ νομοθέτου τοὺς πολίτας, ὥσπερ ἑνὸς μέρους συναισθάνεσθαι καὶ συναλγεῖν ἀλλήλοις. Praeterea δημόσια ἀδικήματα censentur, quae τὴν πόλιν ἡγεῖτο ἀδικεῖν, οὐχὶ τὸν παθόντα μόνον. & optime Demosthenes [*in Midian. p.* 330.] πάνθ᾽ ὅσα τις βιαζόμενος πράττει, κοινὰ ἀδικήματα, καὶ κατὰ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος ὄντων ἡγεῖτο ὁ νομοθέτης, καὶ τὸν βιασθέντα δημοσίας δεῖσθαι βοηθείας. Quare cuivis Atheniensium licet dicam scribere: ita argumentatur Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 330.] εἰ γὰρ πᾶσιν ἔξεστι κατηγορεῖν τοῦ ἀδικοῦντος, πρόδηλον ὅτι κοινὸν ἁπάντων ἔγκλημα καὶ δημόσιον ἀδίκημα. Atque in hujusmodi actionibus, si actor alienus esset, multa, quae injuria affecto pendi debebat, pendebatur aerario publico: At si ipse, qui accusabat, injuriam esset passus, pendebat illi multam reus. Ulpianus *ad Midianam* [*p.* 330.] ῥητέον οὖν ὅτι, εἰ μὲν αὐτὸς ὁ παθὼν κατηγόρει, αὐτὸς ἐλάμβανε καὶ τὸ τίμημα τὸ ἐκ τῶν νόμων. εἰ δὲ ἕτερος ἦν ὁ κατηγορήσας, δημόσιον ἐγίγνετο τὸ τῆς καταδίκης. Neque tenebatur accusator sponsione, quod in aliis tamen judiciis erat solenne. Isocrates ἐν τῷ κατὰ Λοχίτου. καὶ οἱ θέντες ἡμῖν τοὺς νόμους περὶ τῆς αἰκίας καὶ δίκας καὶ γραφὰς ἄνευ παρακαταβολῆς ἐποίησαν, ἵν᾽ ὅπως ἂν ἡμῶν ἕκαστος τυγχάνῃ καὶ δυνάμενος καὶ βουλόμενος, οὕτως ἔχῃ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀδικοῦντας.

TITULUS TERTIUS.

De Damnis.

I. LEge cavetur, ut qui sciens damnum duit, in duplum teneatur, qui imprudens, in simplum:

Ἂν μέν τις ἑκὼν βλάψῃ, διπλοῦν· ἂν δὲ ἄκων, ἁπλοῦν τὸ βλάβος ἐκτίνειν.

Si quis prudens sciens damnum duit, in duplum, si imprudens, in simplum tenetor.

Legem laudat [2] Demosthenes *in Midiana* [*p.* 329.] πρῶτον μὲν τοίνυν οἱ περὶ

1 Rectum est λαχεῖν. Sic enim solent Jurisconsulti Graeci. Vide *Cl. Salmasium* de Usur. Mod. & Observat. ad Jus Att. & Rom. C. 7. p. 233.

2 Nimis anguste de actione βλάβης Petitus. Erat ea valde generalis Jure Attico, & dabatur omnibus, qui damnum aliquod acceperant: neque ea solum complectebatur, quae lege Aquilia, aut Edictis de his, qui ejecerint, vel offenderint, de servo corrupto, aut similibus continebantur Romae, sed omne omnino damnum, quod quis alterius culpa passus esset. Dabatur propterea & adversus dominum, cujus servus aut ancilla damnum dederat, ut in Epist. 3. *Aeliani.* Quorsum fortasse pertinet fragmentum legis apud *Lysiam* adv. Theomnest. C. 6. Fuse de hac βλάβης actione *Des. Heraldus* Animadv. ad Jus Att. & Rom. L. III, 4. & seqq., quem vide sis.

περὶ τῆς βλάβης οὗτοι νόμοι πάντες, ἵν' ἐκ τούτων ἄρξωμαι, ἂν μὲν ἑκὼν βλάψῃ, διπλοῦν· ἂν δ' ἄκων, ἁπλοῦν τὸ βλάβος κελεύουσιν ἐκτίνειν. Legis ratio est *ibidem*, quia jus & aequum est, ut noxia sarciatur: neque tamen eadem esse debet poena illius, qui noxiam fecerit, & damnum dederit, sciens, aut imprudens: ὁ μὲν γὰρ παθὼν πανταχοῦ βοηθείας δίκαιός ἐστι τυγχάνειν. τῷ δρᾶσαντι δ' οὐχ ἴσην τὴν ὀργὴν ἄν θ' ἑκὼν, ἄν τ' ἄκων, ἔταξεν ὁ νόμος.

II. Legem autem tulit Solo, de eo, qui monoculo oculum, quem unicum habuit, effoderit, ut uterque ei effodiatur.

527. Ἐὰν μὲν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχοντος ἐκκόψῃ τις, ἀντεκκόπτειν τοὺς δύο. — *Si quis monoculo oculum effoderit, uterque ei effoditor.*

Legem [1] descripsit Diogenes Laërtius *in Solone* [*Segm.* 57.] ad quam alludit Aristoteles *Libro I. Rhetor. Cap.* 7. καὶ τὸ ἀγαπητὸν τοῖς μὲν μόνον, τοῖς δὲ μετ' ἄλλων· διὸ καὶ οὐκ ἴση ζημία, ἄν τις τὸν ἑτερόφθαλμον τυφλώσῃ, καὶ τὸν δύο ἔχοντα· ἀγαπητὸν γὰρ ἀφῄρηται. Talionis enim Lex est, uterque caecus: hanc *talionis* Legem ab his Solonis Axonibus acceperunt Romani Decemviri, SI MEMBRVM NI CVM EO PACIT TALIO ESTO.

III. De quadrupede vero pauperiem faciente, noxae dari proculdubio caverat Solo; nam de cane haec est ejus Lex:

Κύνα δακόντα παραδοῦναι κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον. — *Canem, qui momorderit, catena quatuor cubitorum revinctum noxae dato.*

Refert Plutarchus *in Solone* [*p.* 91. *E.*] ἔγραψε δὲ βλάβης τετραπόδων νόμον, ἐν ᾧ καὶ κύνα δακόντα παραδοῦναι κελεύει κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον. Quod commentum scitum certe est ad securitatem: τὸ μὲν ἐνθύμημα χαρίεν πρὸς ἀσφάλειαν, inquit Plutarchus. Meminit autem Canum praecipue, quia ad fores habebant canes catenarios, idque cum ruri, tum in urbe: ruri, ut docet Columella *Libro VII. Cap.* 12. *Nunc, ut exordio priore sum pollicitus, de mutis custodibus loquar: quanquam canis falso dicitur mutus custos.* in urbe: Eustathius *ad Iliad. X.* ἔθος ἦν τὰς αὐλείους θύρας τηρεῖσθαι ὑπὸ κυνῶν. Apollodorus Comicus [ex Athenaeo apud Grotium *Excerptor. p.* 807.]

εἰς οἰκίαν ὅταν τις εἰσίῃ φίλου,
ἔστιν θεωρεῖν, Νικοφῶν, τὴν τοῦ φίλου
εὔνοιαν εὐθὺς εἰσιόντα τὰς θύρας.
ὁ θυρωρὸς ἱλαρὸς πρῶτον ἐστίν. ἡ κύων
ἔσηνε.

Quare ut canem caveant praecipitur apud Comicum *Lysistrata* [*vs.* 1215.]

—— πρός γε μέντοι τὴν θύραν
προαγορεύω μὴ βαδίζειν τὴν ἐμήν.

[1] Contende *Charondae* legem, paullo quidem diversam, sed dein justa caussa mutatam, apud *Diodorum Siculum* L. XII. p. 298. & *Demosthen.* Or. in Timocrat. p. 468.

gitized by Google

TITULUS QUARTUS.

De Vi Bonorum raptorum.

LEge, qui per vim aliquid abstulerat, in duplum tenebatur, non tantum ei, a quo per vim abstulerat, sed etiam publico aerario:

Τὸν βίᾳ ὁτιοῦν ἀφελόντα, διπλοῦν ἐκτίνειν τῷ ἰδιώτῃ, καὶ τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ προστιμᾶν.

Qui per vim aliquid abstulerit, in duplum tenetor ei, a quo per vim abstulit, in duplum quoque aerario publico tenetor.

Legem laudat Demosthenes *in Midiana* [p. 330.] καὶ πάλιν, τί δήποτε, 518
ἂν μὲν ἑκὼν παρ' ἑκόντος τις λάβῃ τάλαντον ἓν, ἢ δύο, ἢ καὶ δέκα, καὶ ταῦτα ἀποστερήσῃ, οὐδὲν αὐτῷ πρὸς τὴν πόλιν ἐστίν. ἂν δὲ μικροῦ πάνυ τιμήματος ἄξιόν τις λάβῃ, βίᾳ δὲ τοῦτο ἀφέληται, τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ προστιμᾶν οἱ νόμοι κελεύουσιν, ὅσονπερ τῷ ἰδιώτῃ. Ulpianus ad haec: ὅτι εἰ μὲν παρ' ἑκόντος ἔλαβεν, ἀκίνδυνον, εἰ δὲ βίᾳ παρ' ἄκοντος, τοῖς διπλασίοις ὑπεύθυνος καθέστηκας. Dixit Ulpianus, τοῖς διπλασίοις ὑπευθύνους εἶναι, quia, ut jam diximus, duplum reddebat ei, a quo per vim abstulerat, tantumdemque publico pendebat: Pendebat autem publico, quia quae per vim gesta sunt, tyrannica sunt, & Rempublicam, non privatos tantum eum eversum. Demosthenes *ibidem*: ὅτι πάνθ' ὅσα τις βιαζόμενος πράττει, κοινὰ ἀδικήματα, καὶ κατὰ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος ὄντων ἡγεῖτο ὁ Νομοθέτης. τὴν μὲν γὰρ ἰσχὺν, ὀλίγων. τοὺς δὲ νόμους, ἁπάντων εἶναι· καὶ τὸν μὲν πεισθέντα, ἰδίας, τὸν δὲ βιασθέντα, δημοσίας δεῖσθαι βοηθείας. Atque haec actio, [1] Βιαίων dicebatur, competens adversus eos, qui vi aliquid moliebantur: Veteres Magistri: Βιαίων, ὄνομα δίκης. κατὰ τῶν βίᾳ πραχθέντων ὁτιοῦν· ὁ δὲ ἁλοὺς ἀποτίνει εἰς τὸ δημόσιον ἴσον τῷ ἑλόντι. Scribebantur autem hae dicae apud *Quadraginta*. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Πανταίνετον [p. 568.] καὶ γὰρ αἰκίας, καὶ ὕβρεως, καὶ Βιαίων, καὶ πρὸς ἐπικλήρους ἀδικήματα. τούτων δ' εἰσὶν ἑκάστου χωρὶς αἱ δίκαι· καὶ οὔτε πρὸς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν, οὔθ' ὑπὲρ τιμημάτων τῶν αὐτῶν· ἀλλ' ἡ μὲν αἰκία, καὶ τὰ τῶν Βιαίων πρὸς τοὺς Τετταράκοντα. Qui sint hi *Quadraginta*, unus, quod ego quidem sciam, docet Pollux *Libro VIII. Cap.* 9. οἱ δὲ Τετταράκοντα, πρότερον μὲν ἦσαν τριάκοντα. οἱ περιιόντες κατὰ δήμους, τὰ μέχρι δραχμῶν δέκα ἐδίκαζον. τὰ δὲ ὑπὲρ ταῦτα, Διαιτηταῖς παρεδίδοσαν.

1 Hoc de genere fuerunt *Lysiae* Orationes βιαίων, docente *Harpocratione*, veluti κατὰ Φιλωνίδου βιαίων apud *Athenaeum* L. XIII. p. 586. F. Alia est δίκη βιαίων in *Luciani* Hermotim. C. 81. de virgine per vim abducta & stuprata.

TITULUS QUINTUS.

De Furtis.

I. SEvera admodum & acria de furtis habuerunt veteres Athenienses judicia. Draconis enim Lege fures cujuscumque modi furti supplicio capitis puniebantur:

FVREM CVJVSCVMQVE MODI FVRTI SVPPLICIO CAPITIS PVNITO.

Draconis ista Lex est, de qua A. Gellius *Libro XI. Cap.* 18. *Draco Atheniensis vir bonus multaque esse prudentia existimatus est, jurisque divini & humani peritus fuit. Is Draco Leges, quibus Athenienses uterentur, primus omnium tulit. In illis Legibus* furem cujuscumque modi furti supplicio capitis puniendum esse, *& alia pleraque, nimis severe censuit sanxitque.* Plutarchus *in Solone* de Draconis Legibus [*p.* 87. *F.*] μία γὰρ ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ὥριστο τοῖς ἁμαρτάνουσι ζημία, θάνατος. ὥστε καὶ τοὺς λάχανα κλέψαντας ἢ ὀπώραν, ὁμοίως
529. κολάζεσθαι τοῖς ἱεροσύλοις καὶ ἀνδροφόνοις. Id sane e Stoicorum mente, qui ἴσα τὰ ἁμαρτήματα εἶναι dixerunt: Nec enim honesto quicquam honestius esse putarunt, nec turpi turpius: peccata, quia discrepant, aeque discrepant: καὶ ὁ πλεῖον καὶ ἔλαττον ἁμαρτάνων, ἐπίσης οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ κατορθοῦν, ut est apud Diogenem Laërtium *in Zenone* [*Segm.* 120.] Quare Demosthenes scribebat alicubi, τὸ δὲ ἀσεβὲς καὶ τὸ δίκαιον, ἄν τ' ἐπὶ μικροῦ τις, ἄν τ' ἐπὶ μείζονος παραβαίνῃ, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν. Causam, cur omnia poene delicta capitis persecutus esset supplicio, interrogatus Draco respondebat, τὰ μὲν μικρὰ ἀδικήματα θανάτου ἄξια νομίζειν. τοῖς δὲ μεγάλοις οὐκ ἔχειν μείζονα ζημίαν.

II. Mutavit postea haec Draconis de furibus Lex, & Solonis illa lata est, qua dupli poena vindicandum furtum sanxit.

Ο, τι ἐάν τις ἀπολέσῃ, ἐὰν μὲν αὐτὸ λάβῃ, τὴν διπλασίαν καταδικάζειν. ἐὰν δὲ μὴ, τὴν δεκαπλασίαν πρὸς τοῖς ἐπαιτίοις. δεδέσθαι δ' ἐν τῇ ποδοκάκκῃ τὸν πόδα πένθ' ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας, ἐὰν προστιμήσῃ ἡ Ηλιαία. προστιμᾶσθαι δὲ τὸν βουλόμενον, ὅταν περὶ τοῦ τιμήματος ᾖ.

Si furtum factum sit, & quod furto perierat, receperit Dominus, duplione luito furtum qui fecit, & quorum ope consilioque fecit: decuplione vindicator ni Dominus rem furtivam receperit: in nervo quoque habetor dies ipsos quinque, totidemque noctes, si Heliastae pronunciarint: pronunciato autem cum de poena illius agitur.

Legem laudat Demosthenes *in Timocratea* [*p.* 461.] ὅ, τι ἐάν τις ἀπολέσῃ, ἐὰν μὲν αὐτὸ λάβῃ τὴν διπλασίαν καταδικάζειν. ἐὰν δὲ μὴ, τὴν δεκαπλασίαν πρὸς τοῖς ἐπαιτίοις. δεδέσθαι δ' ἐν τῇ ποδοκάκκῃ τὸν πόδα πένθ' ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας, ἐὰν προστιμήσῃ ἡ Ηλιαία. προστιμᾶσθαι δὲ τὸν βουλόμενον, ὅταν περὶ τοῦ τιμήματος ᾖ. Meminit rursum *in eadem Oratione* [*p.* 463.] εἰ δέ τις ἰδίαν δίκην κλοπῆς ἁλῷ, ὑπάρχειν μὲν αὐτῷ διπλάσιον ἀποτίσαι τὸ τιμηθέν· προστιμῆσαι δ' ἐξεῖναι τῷ δικαστηρίῳ πρὸς τῷ ἀργυρίῳ δεσμὸν τῷ κλέπτῃ, πένθ' ἡμέρας, καὶ νύκτας ἴσας, ὅπως

ὁρῷεν

ὁρῶσιν ἅπαντες αὐτὸν δεδεμένον. Gellius verbis ad superiorem Legem descriptis subjicit: *Ejus igitur Leges, quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto jussoque, sed tacito illiteratoque Atheniensium consensu obliteratae sunt. Postea Legibus aliis mitioribus a Solone compositis, usi sunt. Is Solon ex septem illis inclytis sapientibus fuit. Is sua Lege* in fures, *non (ut Draco antea) mortis, sed* dupli poena *vindicandum existimavit.* Ergo si quis interdiu furtum faxit, resque furtiva intra drachmarum quinquaginta pretium sit (istae duae conditiones quanquam in hac Lege non exprimantur, e sequentibus Legibus liquido colliguntur) duplione luebat, si quod furto perierat recepisset Dominus: [1] sin minus decupli poena vindicandum est furtum, tum in eum qui fecerit, cum in illos, quorum ope & consilio factum est. Praeterea habebatur quoque in nervo quinque ipsos dies, & totidem noctes, si de ea re ita pronunciassent Heliastae: Cavet autem Legislator, ut non iterato judicio hac de re viderent judices, sed cum in eo essent, ut sua sententia multarent. Atque id sanxit Solo, si *furti* tantum, non alterius etiam criminis reus perageretur, *ἰδίαν δίκην κλοπῆς* vocat Demosthenes, quemadmodum alibi *ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος αἰκίας* [*p.* 688.] dixit Aristo scripsisse se Cononi *ἰδίαν δίκην αἰκίας*, quia non impegerat *τὰς τῆς ὕβρεως γραφὰς*, neque suo jure *τῇ τῶν λωποδυτῶν ἀπαγωγῇ* usus fuerat; quanquam omnibus his teneretur. Duplici vero poena, dupli scilicet, & vinculorum, vindicandum furtum sanxit Solo, quia nulla aliis esset religio furtum facere, si modo rem tantum, quam furto subripuerant, restituerent; sed poena dupli coërcebantur, aliis & insuper haec irrogata, qui ignominia vinculorum in officio continebantur. Demosthenes: *ᾤετο δεῖν τόνδε τὰ αἰσχρὰ ἐργαζόμενον, μὴ ἃ ὑφείλετο μόνον ἀποδιδόντα ἀπηλλάχθαι. πολλοὶ γὰρ ἂν αὐτῷ ἐδόκουν οὕτω γ᾽ οἱ κλέπται ἔσεσθαι, εἰ μέλλοιεν λαθόντες μὲν ἔχειν, μὴ λαθόντες δὲ αὐτὰ μόνα καταθήσειν ἃ ὑφείλοντο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν διπλάσια καταθεῖναι, δεθέντα δὲ πρὸς τούτῳ τῷ τιμήματι ἐν αἰσχύνῃ ἤδη ζῆν τὸν ἄλλον βίον.* 530

III. Si rei furtivae aestimatio esset supra drachmas quinquaginta, aut nox furtum factum esset, aut etiam interdiu in balineis, vel aliis publicis locis, capitis supplicio vindicabatur furtum ex hac Solonis Lege:

Εἰ μὲν τις μεθ᾽ ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς Ἕνδεκα εἶναι. εἰ δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ τρῶσαι διώκοντα, καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς Ἕνδεκα, εἰ βούλοιτο, τῷ δὲ ἁλόντι ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν, οὐκ ἐγγυητὰς καταστήσαντι ἔκτισιν εἶναι τῶν κλεμμάτων, ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν. καὶ εἴ τις γ᾽ ἐκ Λυκείου, ἢ ἐξ Ἀκαδημίας, ἢ ἐκ Κυνοσάργους, ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλο τι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι, τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων ὑφείλετο, ἢ ἐκ τῶν βαλανείων, ἢ ἐκ τῶν λιμένων, ὑπὲρ δέκα δραχμὰς, καὶ τούτοις θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.

Si luci furtum, cujus aestimatio sit supra quinquaginta drachmas, faxit, ad Undecimviros rapitor: si nox furtum faxit, si im aliquis occisit, jure caesus esto, aut vulnerarit fugientem, se fraude esto: aut rapitor ad Undecimviros: Manifestum hujusmodi furtum qui faxit, etiamsi vades dederit, non noxae factae sarcitione, sed morte luito. Si quis item ex aliquo Gymnasio, vestis, aut lecythi, aut alicujus vel minimae rei, aut supellectilis e gymnasio, aut ex balineo, aut e portubus, quod excedat decem drachmarum aestimationem, furtum faxit, morte luito.

Legem

1 Secus erat in peculatu. Delatus enim ἐπὶ κλοπῇ δημοσίων χρημάτων bonorum omnium publicatione multabatur, docentibus *Ulpiano* ad Androtianae princip. & Schol. ad *Aristophan.* Plut. vs. 174., quamquam subinde & capitalis poena irrogabatur, cujus exemplum in Epilog. *Lysiae* adv. Philocrat. C. 1.

Legem ita repraesentat Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [*p.* 463.] sed non αὐτοῖς ὀνόμασι descripsit, puto: argumento est, [1] quod κλέμμα dixit, ubi Solo κλέπος scripserat, teste Polluce *Libro VIII. Cap.* 7. Σόλων μέντοι τὸ κλέμμα ἐν τοῖς νόμοις ὀνόμασε κλέπος. Solonis autem Lex est, ut ex eodem Demosthenis loco constat: cujus tria sunt Kapita: primo autem cavet, ut si quis luci furtum faxit, reique furtivae aestimatio sit supra drachmas quinquaginta, rapiatur ad Undecimviros capitales: nam si intra quinquaginta drachmarum pretium esset, ad Undecimviros non rapiebatur. Ulpianus ita haec Legis verba, ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν, interpretatur; ἀντὶ τοῦ, καθ' ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν, ἵνα δηλώσῃ τὸν ὑπὲρ τὰς πεντήκοντα δραχμάς· οἱ γὰρ κλέπτοντες ἥττονα τῶν πεντήκοντα δραχμῶν, ἥττονα ἔπασχον. non enim supplicio capitis puniebantur, sed duplione, atque vinculorum nexu. Alterum caput est de fure, qui nox furtum faxit, cujuscumque aestimationis res furtiva fuerit: *si im aliquis occisit, jure caesus esto*, ut vertebant olim Decemviri in suis Tabulis: jus quoque erat ad Undecimviros rapere, si vellent. Severius autem nocturni fures puniuntur, quia noctu facilius furantur: unde Homerus, citante Varrone *Libro Rerum Divinarum XIV*.

κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.

531. Praeterea non ita facile est noctu sese adversus fures tutari, quam interdiu. Ulpianus [*p.* 463.] ἐν νυκτὶ δὲ μείζονα τὴν τιμωρίαν ἔδοξεν, ἐπειδὴ καὶ μεῖζόν ἐστι τὸ ἔγκλημα τοῦ νυκτός· ἐν γὰρ ἡμέρᾳ, δύναταί τις καὶ βοηθοὺς καλέσαι ἑαυτῷ· ἐν δὲ νυκτὶ, οὐκέτι. Abducti ad Undecimviros cum nocturni fures, tum diurni, qui rem pretio drachmarum quinquaginta majorem subripuissent, capitis supplicio in eos vindicabatur, etiamsi vades dedissent, non autem sarcita noxa quam fecerant: ita interpretor Legis verba, τῷ δὲ ἁλόντι, ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν, οὐκ ἐγγυητὰς καταστήσαντι ἔκτισιν εἶναι τῶν κλεμμάτων, ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν. Poterant quidem vades dare, ut habes apud Antiphontem περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου [*p.* 131.] ἐθέλοντος γάρ μου ἐγγυητὰς τρεῖς καθιστάναι κατὰ τὸν νόμον, οὕτως οὗτοι διεπράξαντο τοῦτο, ὥστε μὴ ἐγγενέσθαι ποιῆσαι. τῶν δὲ ἄλλων ξένων ὅστις πώποτε ἠθέλησε καταστῆσαι ἐγγυητὰς, οὐδεὶς πώποτε ἐδέθη. καίτοι οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν κακούργων τῷ αὐτῷ χρῶνται νόμῳ τούτῳ. Proprie κακοῦργοι dicuntur, ut est *ibidem*: περὶ γὰρ τῶν κλεπτῶν καὶ λωποδυτῶν ὁ τῶν κακούργων νόμος κεῖται. Adversus vades dabatur actio [2] *ad exhibendum*, quae εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν dicitur, ὑπὲρ τοῦ τὰ ἀμφισβητήσιμα εἶναι ἐν φανερῷ. Pollux *Lib. VIII. Cap.* 6. ἦν δὲ δίκη καὶ εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν καλουμένη, ὁπότε τις ἐγγυήσαιτο, ἢ αὐτόν τινα, ἢ τὰ χρήματα, οἷον τὰ κλοπαῖα. Tenebantur enim vades rem furto subreptam repraesentare. Tertio Legis Kapite sanctum est, ut si quis in balineis, aut gymnasiis furatus sit, vel tantillum, aut in portubus id, cujus aestimatio sit supra drachmas decem, ad Undecimviros raptus capite luat, quod constat etiam e Lysia ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου α'. [C. 4] ubi hujus Legis verba ista

1 Hoc monere non neglexit *Th. Marcilius* Interpret. Leg. XII. Tab. C. 57., cui junge *Jungerman.* ad *Pollucis* L. VIII, 31., & de diurni nocturnique furis discrimine *H. Grotium* de Jur. B. & P. L. II, 1, 12.

2 Pertinet sine dubio *Pollucis* interpretatio ad actionem εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν, sed multo illa latius patet: nam si quis rem aliquam exhibere tenebatur, id nisi faciebat, denunciabatur illi, ut exhiberet, πέμπεται δίκη εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν, atque in mora si esset, ambulare in jus ad exhibendum jubebatur, atque ad damnum, quod ex ea tergiversatione erat natum, sarciendum. Liquet ex *Isaeo* de Philoctemon. Hered. p. 59., Grammatico in Biblioth. Coislin. p. 490, *Harpocratione*, & illis, quae disputavit *Des. Heraldus* Animadv. L. II, 6. p. 10.

Digitized by Google

ista a [1] Solone perscripta, ΘΟΙΜΑΤΙΟΝ ΑΠΟΔΕΔΥΣΘΑΙ, Η ΤΟΝ ΧΙΤΩΝΙΣΚΟΝ ΕΚΔΕΔΥΣΘΑΙ interpretatur. *ἀλλ' οὐδ' ἂν τῶν Ἕνδεκα γενόμενος, ἀποδέξαιο εἴ τις ἀπάγοι τινὰ, φάσκων* ΘΟΙΜΑΤΙΟΝ ΑΠΟΔΕΔΥΣΘΑΙ, Η ΤΟΝ ΧΙΤΩΝΙΣΚΟΝ ΕΚΔΕΔΥΣΘΑΙ. *ἀλλ' ἀφείης τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅτι οὐ λωποδύτης ὀνομάζεται.* *λωποδύται* sunt balnearii fures. Hesychius: *λωποδύται, κλέπται ἀποδύοντας ἐν λουτροῖς κλέπτοντες.* Meminit hujus Legis de manifestis & balineariis furibus Xenophon *Libro I.* *Ἀπομνημονευμάτων* [*p.* 570.] *κατὰ γὰρ τοὺς νόμους, ἐὰν τις φανερὸς γένηται κλέπτων, ἢ λωποδυτῶν, τούτοις θάνατός ἐστιν ἡ ζημία.* Rationes autem peti possunt ex Aristotele *in Problematis* [*Sect. XXIX*, 14.] cur in istos adeo severe animadvertatur: *διὰ τί ποτε, ἐὰν μέν τις ἐκ βαλανείου κλέψῃ, ἢ ἐκ παλαίστρας, ἢ ἐξ ἀγορᾶς, ἢ τῶν τοιούτων τινὸς, θανάτῳ ζημιοῦται· ἐὰν δέ τις ἐξ οἰκίας, διπλοῦν τῆς ἀξίας τοῦ κλέμματος ἀποτίνει;* Nam primo facillimum est in balineis, & aliis locis publicis furari, & a furibus ne tum quidem recte caveri poterat, cum maxime cavebatur, tam multi erant, tam improbi: *ἐν τῷ βαλανείῳ, καὶ ἐν τοῖς οὕτω κοινοῖς οὖσι, ὥσπερ τὸ βαλανεῖον, ῥᾴδιον τῷ βουλομένῳ κακουργεῖν. οὐδὲν γὰρ ἰσχυρὸν ἔχουσι περὶ τὴν φυλακὴν οἱ θέντες, ἀλλ' ἢ τὸ αὐτῶν ὄμμα, ὥστε ἂν μόνον τις παραβλέψῃ, ἐπὶ τῷ κλέπτοντι ἤδη γίνεται. διὸ ὁ νομοθέτης οὐχ ἱκανοὺς ὄντας ἡγησάμενος εἶναι φύλακας, τὸν νόμον αὐτοῖς ἐπέστησεν ἀπειλοῦντα σφοδρῶς, ὡς οὐ βιωσομένοις ἐάν τι σφετερίζωνται τῶν ἀλλοτρίων.* Praeterea, non licebat quenquam a balineis, gymnasiis, & locis publicis arcere: quare saltem hac severitate Legis fures erant coërcendi: *τῷ ἐν βαλανείῳ θεμένῳ τί, οὐκ ἔξεστιν οὐδένα κωλῦσαι, οὔτε εἰσιέναι, οὔτε εἰσελθόντα, μὴ παρὰ κλέπτειν τὸ αὐτοῦ ἱμάτιον θέαν, ἀποδύντα ἄν. ἀλλ' ὡς οὐ βούλεται ἐν τῷ αὐτῷ οὔτε τοῦ κλέπτειν εὐθὺς, καὶ ἡ τοῦ μέλλοντος ἀπολλύναι, ἀναμεμιγμένα κεῖνται). διὸ ὁ νομοθέτης τοῖς ἐξ ἀνάγκης κοινωνοῦσι τῆς εἰς τὸ βαλανεῖον εἰσόδου καὶ τῆς ἀναμίξεως, μεγάλας τιμωρίας φανερὸς ἐστι καθιστὰς τοῖς κλέπτουσι.* Denique fures hi balinearii non tam in privatos, quam in ipsam Rempublicam committunt: *τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸν ἐν τῷ λιμένι κλέπτοντα, οὐ μόνον τὸν ἰδιώτην βλάπτειν. ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν αἰσχύνειν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, οὗ κοινῇ που συνερχόμεθα.* 532.

IV. Neque tantum in fures, sed etiam in eos, quorum ope & consilio furtum factum fuisset, Lege animadversum est: *ἐπαιτίοις* dixit Lex superior dupli: De his intelligendum puto fragmentum istud Legis:

ΩΣΤΙΣ ΔΕ [2] ΑΠΙΛΛΗΙ ΤΗ ΘΥΡΑΙ, ΕΝΔΟΝ ΤΟΥ ΚΛΕΠΤΟΥ ΟΝΤΟΣ. *Quicumque a janua probibuerit, cum fur intus esset.*

Refert Lysias *ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου α'.* [C. 6.] ΟΣΤΙΣ ΔΕ ΑΠΙΛΛΗΙ ΤΗΙ ΘΥΡΑΙ, ΕΝΔΟΝ ΤΟΥ ΚΛΕΠΤΟΥ ΟΝΤΟΣ. *τὸ ἀπίλλειν, τὸ ἀποκλείειν*

1 Oratoris sunt verba, illis exempli caussa usi, ut adversarium artius premeret. In lege *λωποδύτης* erat, lexque ipsa *κακούργων νόμος* dicebatur. *Antiphon* de Caed. Herod. p. 130. *καὶ ὡς μὲν ὁ κακούργος εἶμι, ἀλλ' ἔνοχος τῷ τῶν κακούργων νόμῳ, αὐτοὶ οὗτοι τούτου μάρτυρες γεγόνασι. ἐπὶ γὰρ τοῖς κλέπταις καὶ λωποδύταις ὁ νόμος κεῖται.*

2 Rectius est ΑΠΕΙΛΛΗΙ, sicuti ad *Harpocrat.* p. 93. *H. Valesius* docuit. Hic vero addi debuerat ex *Lysiae* Epilogo in Philocrat. C. 3. ΤΟΥΣ ΤΑ ΑΠΟΛΩΛΟΤΑ ΤΟΙΣ ΚΛΕΠΤΑΙΣ ΣΥΝΕΙΔΟΤΑΣ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. Jubentur eadem poena plecti, qui furti fuerunt conscii, resque furtivas occultarint. *Plato* hoc respicit de LL. L. XII. p. 955. B. *Ἐάν τις κλέμματι ὁτιοῦν ὑποδέχηται γιγνώσκων, τὴν αὐτὴν ὑπεχέτω δίκην τῷ κλέψαντι.* Atque hanc Juris Attici particulam a Petito neglectam videri, recte animadvertit Clarissimus *Taylor* Lect. Lysiac. p. 718.

κλείειν νομίζεται, καὶ μηδὲ διὰ τοῦτο διαφέρειν. Lege hac ἐπαίτιοι τῆς κλοπῆς definiuntur illi, qui, cum fures sint in aedibus, arcent a janua, & ingressu prohibent illos, qui suppetias veniebant: videtur enim furtum factum esse illorum ope, & consilio.

V. Veteri autem Lege, qui furem abducebat in carcerem, mille drachmis multabatur, si causa caderet:

Τοὺς ἀπάγοντας εἰς τὸ δεσμωτήριον τινὰς ἐπὶ δίκῃ κλοπῆς, χιλίας διδόναι δραχμὰς τοὺς ἁλόντας.	*Qui alterum tanquam furem in carcerem abduxerit, ni eum reum peragat, mille multator drachmis.*

Habes apud Suidam: ἔθεντο Ἀθηναῖοι νόμον κατὰ τῶν ἀπαγόντων εἰς τὸ δεσμωτήριον τινὰς ἐπὶ δίκῃ κλοπῆς, χιλίας διδόναι δραχμὰς τοὺς ἁλόντας. Itaque varii instituti sunt modi a Legislatore accusandi fures, ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν. Poterat enim is, cui furto res periisset, ad Undecimviros rapere in jus: Quod si viribus minus valeret, poterat indicare Undecimviris, ut ipsi in jus raperent: Vel apud Undecimviros dicam scribebat, si nollet furem duci, aut ipse ducere: Sed quoniam is qui accusabat furti, si causa cecidisset, nec tulisset quintam suffragiorum partem, mille drachmis multabatur: si metueret sibi, poterat apud Arbitrum provocare. Demosthenes *in Androtiana* [p. 389.] ἐὰν δὲ πολλὰς ὁδοὺς δῷ διὰ τῶν νόμων ἐπὶ τοὺς ἠδικηκότας, οἷον τῆς κλοπῆς, ἔρρωσαι καὶ σαυτῷ πιστεύεις; ἄπαγε. ἐν χιλίαις δὲ ὁ κίνδυνος, ἀσθενέστερος εἶ; τοῖς ἄρχουσιν ἐφηγοῦ. τοῦτο ποιήσουσιν ἐκεῖνοι. φοβῇ καὶ τοῦτο; γράφου. καταμέμφῃ σεαυτὸν, καὶ πένης ὢν οὐκ ἂν ἔχοις χιλίας ἐκτῖσαι; δικάζου κλοπῆς πρὸς Διαιτητὴν, καὶ οὐ κινδυνεύσεις. Ulpianus: τοῦτο δὲ τὸ ἔρρωσαι καὶ τὸ ἑξῆς λέγει περὶ τῆς ῥώμης καὶ τῆς τοῦ σώματος ἰσχύος. ἄπαγε δὲ, δηλονότι πρὸς τοὺς Ενδεκα, καὶ τοὺς ἐπὶ τῷ δεσμωτηρίῳ. Quod si accusatori nihil horum placeret, poterat dicam scribere apud Thesmothetas: vel, si adhuc sibi metueret, indicare Archontibus. Demosthenes *ibidem:* οὐδέτερον βούλει τούτων; γράφου. καταοκνεῖς καὶ τοῦτο; ἐφηγοῦ. τούτων οὐδέν ἐστι τὸ αὐτό. Ulpianus: τὸ δὲ οὐδέτερον βούλει τούτων; τουτέστιν, οὔτε τὸν Διαιτητὴν, οὔτε τὴν πρὸς τοὺς Ενδεκα ἄρχοντας ἀπαγωγήν; γράφου πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας, παρ' ὧν εἰς τὸ δικαστήριον εἰσάγονται αἱ γραφαί. κατοκνεῖς καὶ τοῦτο; ἐφηγοῦ, τουτέστιν, ὑπόδειξον τοῖς ἄρχουσιν.

VI. Legibus quoque morte multabantur manifesti cingulorum incisores βαλαντιοτόμοι, & saccularii, qui ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendebantur.

Ἐάν τις φανερὸς γένηται βαλαντιοτομῶν, τούτῳ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.	*Manifesti saccularii morte luunto.*

533. Legem laudat Xenophon ἀπομνημονευμάτων *Lib. I.* [p. 570.] κατὰ γὰρ τοὺς νόμους, ἐάν τις φανερὸς γένηται βαλαντιοτομῶν, τούτῳ θάνατός ἐστιν ἡ ζημία. Horum meminit Aristophanes *Ranis*, Plato *Lib. VIII. de Republ.* & Aeschines ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. Optime describit Plautus *Trinummo* [*Act. IV*, 2, 20.]

— — — Mira sunt,
Ni illic homo 'st aut dormitator, aut sector zonarius.
Loca contemplat, circumspectat sese, atque aedis noscitat:
Credo edepol, quo mox furatum veniat, speculatur loca.

Sectores zonarios dixit Plautus, quia τὰ βαλάντια, ut optime notant veteres ad Comici *Ranas* [*vs.* 784.] ἐν ταῖς ζώναις ἀπηωρημένα φέρουσιν ἄνθρωποι.

θρωποι.. *Saccularii* quoque dicuntur, οἱ ἀπὸ σάκκων κλέπτοντες, iique ſunt, teſte Ulpiano Lib. IX. de Officio Proconſulis, qui *vetitas in ſacculo artes exercentes, partem ſubducunt, partem ſubtrahunt:* id eſt, [1] aut magicis artibus & carminibus ex alienis ſacculis pecunias ſubducunt & eliciunt, aut ſubtrahunt, & manu auferunt: Atque cum hi tum illi manifeſti & ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenſi capite plectebantur.

VII. Capite quoque ſanctum eſt Athenienſium Legibus in *vecticularios.*

Ἐάν τις φανερὸς γένηται τοιχωρυχῶν, τούτῳ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.	*Vecticularii manifeſti morte luunto.*

Habes apud Xenophontem *loco laudato.* κατὰ γὰρ τοὺς νόμους, ἐάν τις φανερὸς γένηται τοιχωρυχῶν, τούτῳ θάνατός ἐστιν ἡ ζημία. Manifeſti effractores & perfoſſores parietum, ut in alienas aedes irruant, ſupplicio capitis puniebantur.

VIII. Sirempſe quoque Lege *plagiarii* tenebantur manifeſti.

Ἐάν τις φανερὸς γένηται ἀνδραποδιζόμενος, τούτῳ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.	*Plagiarii manifeſti morte luunto.*

Refert Xenophon *loco laudato.* κατὰ γὰρ τοὺς νόμους, ἐάν τις φανερὸς γένηται ἀνδραποδιζόμενος, τούτῳ θάνατός ἐστιν ἡ ζημία. Lycurgus ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος. θαυμάζω δ' ἐγὼ, εἰ τοὺς ἀνδραποδιστὰς, τὴν οἰκετῶν ἡμᾶς ἀποστεροῦντας μόνον, θανάτῳ ζημιοῦν. *Plagiarius* is eſt, qui ſine vi, dolo malo, ſciens abducit homines liberos & ingenuos, venditque pro ſervis, aut ſupprimit: vel is eſt, qui alienos ſervos abducit ſine vi, & plerumque ſine furto, & fugam perſuadet, aut fugitivos celat. Grammatici: ἀνδραποδιστὴς, οὐ μόνον ὁ τοὺς ἐλευθέρους ἀπάγων εἰς δουλείαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοὺς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀπάγων εἰς ἑαυτόν. Adverſus illum ſcribebatur ἐλευθεραγωγίας δίκη. Pollux *Lib. III. Cap.* 7. ἀνδραποδιστὴς δέ ἐστιν, ὁ τὸν ἐλεύθερον καταδουλωσάμενος, ἢ τὸν ἀλλότριον οἰκέτην ὑπαγόμενος. καὶ δίκη ἡ κατὰ τῶν ἀνδραποδιστῶν ἐλευθεραγωγίας.

IX. Attica quoque Lege vindicabatur furtum per licium conceptum.

Φωράσοντα γυμνὸν χιτωνίσκον ἔχοντα ἄζωστον εἰσιέναι εἰς τὴν οἰκίαν, ἐπὶ τῷ ἐρευνῆσαι.	*Qui furtum it quaerere in domo aliena, cincticulo amictus intrato.*

Si concipiebant in aliquo domo aut res amotas, aut furtum, nudi cincticulo amicti aedes ſuſpectas intrabant, cum prius Deos eſſent teſtati, ſe inveniendi ſpe quaerere; ſi inveniſſent, is, apud quem quaerebant, multabatur. Ariſtophanes *Nubibus* [*vſ.* 497.]

ΣΩ. Κατάθου θοἰμάτιον. ΣΤΡ. ἠδίκηκά τι;
ΣΩ. οὔκ. ἀλλὰ γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται.
ΣΤΡ. ἀλλ' οὐχὶ φωράσων ἔγωγ' εἰσέρχομαι.

Scholia. ἔθος ἦν τοὺς εἰσιόντας εἰς οἰκίαν τινὸς ἐπὶ τῷ ἐρευνῆσαι, γυμ- 334.
νοὺς εἰσιέναι, ἵνα μή τι ὑπὸ τὰ ἱμάτια κρύψαντες λάθωσιν, ἢ ἵνα μή τι ὑπὸ ἔχθρας λάθωσιν ὑποβαλόντες τὸ ζητούμενον, καὶ ζημίας αἴτιοι τούτῳ γένωνται. Plato *Lib. XII.* [*p.* 954. *A.*] *de Legibus.* φωρᾶν δ' ἂν ἐθέλῃ

1 Sequitur *Cujacium* Obſerv. L. x, 27., cui accedit etiam *Menagius* Amoenit. Jur. C. 29. Putes alioqui ψεφοπαῖκτας deſignari, de quibus praeclare *If. Caſaubonus* ad *Athen.* L. 1, 15. & *Theophraſti* Charact. C. 6. & *Gisb. Voetius* Diſput. Select. Volumine tertio p. 543.

λῃ τις τι παρ' ὁτῳοῦν γυμνὸς, ἢ χιτωνίσκον ἔχων ἄζωστος προσομόσας τοὺς νομίμους θεοὺς, ἢ μὴν ἐλπίζειν εὑρήσειν, οὕτως φωρᾶν. Isaeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου [p. 60.] λεγόντων δὲ ἐκείνων ὅτι οὗτοι ἐξεληλυθότες εἶεν εἰς τὴν πλησίαν οἰκίαν, καὶ ἀξιούντων παραχρῆμα τὴν δ' ἐφωρᾶν κατὰ τὸν νόμον. Sed uterque locus corruptus est; apud Platonem lego: φωρᾶν δ' ἂν ἐθέλῃ τίς τι παρ' ὁτῳοῦν γυμνὸς ᾖ, χιτωνίσκον ἔχων ἄζωστος. apud Isaeum: καὶ ἀξιούντων παραχρῆμα τῶν δὲ φωρᾶν κατὰ τὸν νόμον. De furto per lancem & licium concepto e Decemvirorum Tabulis A. Gellius & Festus.

X. Tam infesto autem prosecuti sunt odio furtum, ut Lege capital sit ei qui rem sustulerit, quam non posuerit.

Ὃ μὴ κατέθηκέ τις, μὴ ἀναιρείσθω. εἰ δὲ μὴ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.	*Si quis tollat, quod non posuerit, capital ei esto.*

Meminit Diogenes Laërtius *in Solone* [*Segm.* 57.] eumque auctorem facit: ἃ μὴ ἔθου, μὴ ἀνέλου· εἰ δὲ μὴ, θάνατος ἡ ζημία. [1] Videtur accepisse Solo Legem hanc a Judaeis sive Aegyptiis potius, qui ab illis acceperunt. Josephus totidem pene verbis inter Judaïcas recenset: ὃ μὴ κατέθηκέ τις οὐκ ἀναιρήσεται, κἂν ὃ μὴ κατέθηκεν ἀνέληται, εἰσὶ κολάσεις οὐχ οἷαι παρ' ἑτέροις, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μεῖζον. Non enim revera inventum est, sed furtum, ut scribit Aelianus, qui *Variae Lib. IV. Cap.* 1. hunc Bibliis esse morem memoriae prodidit. Βιβλιος ἀνὴρ ἐν ὁδῷ περιτυχὼν οὐδὲν ὧν μὴ κατέθετο ἀναιρεῖται· οὐ γὰρ ἡγεῖται τὸ τοιοῦτον εὕρημα, ἀλλὰ ἀδίκημα.

XI. Capital quoque fuit ei, qui ficus surripuisset, ex hac Lege:

IN HORTOS IRRUMPERE FICOSQUE DELIGERE CAPITAL ESTO.

Meminit hujus Legis Festus: [2] *Atticos quondam juvenes solitos ajunt* in hortos irrumpere, ficosque deligere, *quam ob causam Legem factam, qui id fecisset*, capital esset *ei*.

XII. Sed facile mutavit, itaque multati sunt tantum, qui ficus clepserant.

Κλέψοντα σῦκα κολάζεσθαι.	*Qui ficus clepserit, multator.*

Habes apud Suidam: τὸ γὰρ παλαιὸν τίμια παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἦν τὰ σῦκα, καὶ εἴ τις διεβλήθη κλέπτων σῦκα, ἐκολάζετο. Atque hinc τῶν Συκοφαντῶν nomen.

XIII. Solonis Lege in fimi fures animadvertebatur.

Τοὺς βόλιτον ὑφελομένους κολάζεσθαι.	*Fimi fures animadvertuntor.*

Lex haec proverbio, βολίτου δίκη, locum dedit: laudat Scholiastes Aristophanis *ad Equites* [*vs.* 655.] καὶ παροιμία βολίτου δίκην πρὸς τοὺς ἐπὶ μικροῖς δίκας ὑπέχοντας. ὁ γὰρ Σόλωνος νόμος καὶ τοὺς βόλιτον ὑφελομένους κολάζει. Suidas totidem verbis. Vaticana Appendix *I. Centuria*, *Proverbio* 24. βολίτου δίκη. πρὸς τοὺς ἀξίους, καὶ ἐπὶ μικροῖς τιμωρίαν

1 Debentur haec *Casaubono* in *Laert.* L. 1, 57., qui si *Josephi* locum ex L. II. adv. Apion. C. 27. p. 487. citarit, in memoria fidam non expertus est administram. Refer huc *Isocratis* verba ex Orat. in Lochit. p. 585.

2 Non ficos solum, sed & uvas furto auferentibus ea statuta erat poena. Testis *Alciphron* L. III. Ep. 40. μέμφομαι τῷ Σόλωνι καὶ τῷ Δράκοντι, οἳ τοὺς μὲν κλέπτοντας σταφυλὰς θανάτῳ ζημιοῦν ἐδικαίωσαν, τὰς δὲ, &c.

εἶναι ὑπέχειν. ἐν γὰρ τοῖς Ἄξοσι νόμος καὶ τοὺς βόλιτον ὑφελομένους κολάζει. hinc illa Ariſtophanis

κἄγωγ', ὅτε δὴ 'γνων τοῖς βολίτοις ἠπημένος.

βολίτου voce ſtercus bubulcum praecipue ſignificatur, quanquam & omne fimi genus in Lege intelligitur: *cujus plures quidem differentiae*, verba ſunt Plinii *Lib. XVII. Cap. 9. ipſa res antiqua. Jam apud Homerum regius ſenex agrum ita ſuis manibus laetificans reperitur. Augeas Rex in Graecia excogitaſſe traditur.* Maximus autem in Attica fimi erat uſus, quia illius τὰ πλεῖστα erant ἄγονα καὶ 535 φαῦλα. itaque ſtercorabant ſuos agros: Quare a Solone hac vetitum eſt Lege fimum ſubripere.

T I T U L U S   S E X T U S.

De Conviciis.

I. LEGE ſanxit Solo, ne quis de alio detraheret, in locis ſacris, in judiciis, in Magiſtratuum conſeſſibus, & in ſpectaculis: Qui ſecus faxit, ei, de quo detraxit, multam pendat drachmas tres, & aerario publico duas.

Ζῶντα μὴ κακῶς λέγειν πρὸς ἱεροῖς, καὶ δικαστηρίοις, καὶ ἀρχείοις, καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων· ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δ' ἄλλας ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον.

De nemine, qui in vivis ſuperſit, detrahito inter ſacra, in judicum aut Magiſtratuum ſeſſimoniis, aut in ſpectaculis: qui ſecus faxit, multator tribus drachmis, quae convicium paſſo cedant, & duabus, quae aerario publico inferantor.

Legis meminit Plutarchus *in Solone* [*p.* 89. *F.*] ζῶντα δὲ κακῶς λέγειν ἐκώλυσε πρὸς ἱεροῖς, καὶ δικαστηρίοις, καὶ ἀρχείοις, καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων· ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δὲ ἄλλας ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον ἔταξε. Non enim tam bene cum hominibus agitur, ut poſſint temperare ſibi, ne omnino iraſcantur, hic tamen modus eſſe debet, ut ſuus ſacris, judiciis, Magiſtratuum conſeſſibus, & ſpectaculis, conſtet honos. τὸ γὰρ μηδαμοῦ, inquit Plutarchus, κρατεῖν ὀργῆς, ἀπαίδευτον καὶ ἀκόλαστον· τὸ δὲ πανταχοῦ, χαλεπὸν, ἐνίοις δὲ ἀδύνατον. δεῖ δὲ πρὸς τὸ δυνατὸν γράφεσθαι τὸν νόμον, εἰ βούλεται χρησίμως ὀλίγους, ἀλλὰ μὴ πολλοὺς ἀχρήστως κολάζειν.

II. An vero alibi licet alteri convicium facere? Non certe: dat enim Lex actionem adverſus eum, qui alium conviciis inceſſerit, nec valeat demonſtrare manifeſte quicquam eorum, quae dixerit.

Τὸν λέγοντα κακῶς, ἐὰν μὴ ἀποφαίνῃ ὡς ἔστιν ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, ζημιοῦσθαι.

Qui de alio detraxerit, ni probarit verum eſſe quod objecit probrum, multator.

Legem laudat Lyſias ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου β. [C. 4.] ὅτι ὁ νομοθέτης οὐδεμιᾷ ὀργῇ συγγνώμην δίδωσιν, ἀλλὰ ζημιοῖ τὸν λέγοντα, ἐὰν μὴ ἀποφαίνῃ ὡς ἔστιν ἀληθῆ τὰ εἰρημένα. Dio Chryſoſtomus *Orat. XV.* [*p.* 237.]

οὐκ οἶδα, ἔφη, ὅτι [1] κατηγορίας δίδωσιν ὁ νόμος γράψασθαι τοῦτον, ὃς ἂν βλασφημῇ τινα, οὐκ ἔχων ἀποδεῖξαι περὶ ὧν λέγει σαφὲς οὐδέν; Atque haec actio Polluci *Lib. VIII. Cap.* 6. δίκη κακηγορίας dicitur. Quanta autem fuerit multa irrogata, non dicunt: Ego vero existimo [2] duabus multatos fuisse drachmis: nam *bove*, quod numisma *didrachmum* est, multari auctores sunt Grammatici. Zenobius: βοῦς ἐπὶ γλώττης. παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παῤῥησιάζεσθαι, διὰ τὸ τῶν Ἀθηναίων νόμισμα ἔχειν βοῦν ἐγκεχαραγμένον· ὅπερ ἐκτίνειν δεῖ τοὺς πέρα τοῦ δέοντος παῤῥησιαζομένους. Hesychius: βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ. παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παῤῥη-
536. σιάζεσθαι, διὰ τὸ τῶν Ἀθηναίων νόμισμα ἔχειν βοῦν ἐγκεχαραγμένον, ὅπερ ἐκτίνειν τοὺς περὰ τοῦ δέοντος παῤῥησιαζομένους ἦν ἔθος, eadem habet Suidas.

III. Atque id multae fuisse conjicimus, si leve admodum, & non magni momenti esset convicium: Nam in gravioribus, quando aliquid, quod Legibus damnaretur, alteri, tanquam ab eo factum, objiciebatur, multa longe gravior, quingentae nimirum drachmae.

Τοὺς λέγοντάς τι ΤΩΝ ΑΠΟΡΡΗΤΩΝ πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν.	*Qui exprobrarit alteri quicquam Legibus damnatum, quingentis drachmis multator.*

Legem habes apud Isocratem ἐν τῷ κατὰ Λοχίτου [*p.* 586.] ὥστε περὶ τῆς κακηγορίας νόμον ἔθεσαν, ὃς κελεύει τοὺς λέγοντάς τι ΤΩΝ ΑΠΟΡΡΗΤΩΝ Πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν. Non licebat igitur alteri exprobrare ea, quae si quis patrasset, in eum insurgebant Leges, & animadvertebant, nisi ἀποφαίνειν ὡς ἐστιν ἀληθῆ posset apud judices.

IV. Itaque non licebat Lege quanquam homicidam dicere.

ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΝ μὴ λέγειν. *Homicidam alterum ne dicito.*

Meminit Legis Lysias ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου α. [C. 3.] ὡς οὐκ ἔστι ΤΩΝ ΑΠΟΡΡΗΤΩΝ, ἐάν τις εἴπῃ τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι. τὸν γὰρ νόμον οὐ ταῦτ᾽ ἀπαγορεύειν, ἀλλ᾽ ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΝ οὐκ ἐᾶν λέγειν. Nam homicidae omnibus civitatis juribus, sacris pariter & publicis excidebant, ita ut ne illos quidem alii alloquio dignarentur. Lysias: οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ διελέγετο ὡς ἀνδροφόνῳ ὄντι.

V. Vetitum quoque Lege erat, alteri objicere, quod clypeum abjecisset, qui hoc convicium fecerat, quingentis drachmis multabatur.

[3] ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΦΑΣΚΗι ΑΠΟΒΕΒΛΗΚΕΝΑΙ ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ ΥΠΟΔΙΚΟΝ ΕΙΝΑΙ.	*Si quis exprobrarit clypeum abjecisse, multator.*

Lau-

1 Verum est κακηγορίας, cujusmodi mendum ex *Isocratis* Busiride p. 335. eluit *Wolfius*. Ceterum Attici fori consuetudine diversum esse κακηγορίας & κακολογίας delictum *Cl. Salmasius* asseverat Observat. ad Jus Att. & Rom. C. 9. p. 262., & κακολογίαν quidem, quae male de aliquo loquitur, κακηγορίαν, quae male dicit & conviciatur: hujus quingentarum drachmarum, illius duarum fuisse multam: quae tamen & sermonis & Attici juris praeceptis contraria redarguit *Des. Heraldus* Animadv. L. II, 13.

2 Atqui ex *Plutarcho* apertissimum, trium drachmarum actori, duarum aerario solvendarum multam irrogatam reo fuisse. Non ergo ad κακηγορίας poenam id proverbium pertinet. Poena ni post Solonem sit aucta, in gravioribus verborum contumeliis quingentis drachmis aestimata fuit, uti *Isocrates* in Lochit. p. 586. indicat. Iterum vide *Heraldum* Animadv. L. II, 13. & *Jo. Taylor* ad *Lysiam* in Theomnest. p. 171. *Edit. Londin.*, optime insuper monentem, & hic locum esse debuisse constitutioni ΜΗ ΤΟΥΣ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΠΑΤΕΡΑΣ ΚΑΚΩΣ ΛΕΓΕΙΝ ΤΕΘΝΕΟΤΑΣ ex *Demosthene* adv. Boeot. II. Conf. Lib. VI. Tit. ult.

3 Hanc legem in Atticarum corpore fuisse negat *Des. Heraldus* Animadv. in Jus Att. & Rom. L. II, 13, 4. *Lysiam* enim adversarium duntaxat

Laudat Lysias *eadem Oratione* [C. 3.] εἴ τίς σε εἴποι ῥῖψαι τὴν ἀσπίδα, ἐν δὲ τῷ νόμῳ εἴρητο, ΕΑΝ ΤΙΣ ΦΑΣΚΗ ΑΠΟΒΕΒΛΗΚΕΝΑΙ ΥΠΟΔΙΚΟΝ ΕΙΝΑΙ. οὐκ ἂν ἐδικάζου αὐτῷ. & paullo post [C. 5.] εἰπέ τις σε ἐρριφέναι τὴν ἀσπίδα. καίτοι περὶ μὲν τοῦ ῥῖψαι οὐδὲν τῷ νόμῳ εἴρηται, ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ. εἴπῃ ΑΠΟΒΕΒΛΗΚΕΝΑΙ ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ κελεύει ΟΦΕΙΛΕΙΝ. Caussae est, quia non illi qui hastam aut gladium, sed qui clypeum abjecerant, Legibus Graecorum multabantur. Plutarchus *in Pelopida* [*p.* 278. *B.*] οἱ δὲ τῶν Ἑλλήνων νομοθέται τὸν ῥίψαντα κολάζουσιν, οὐ τὸν ξίφος οὐδὲ λόγχην προέμενον. Unde civitate Lacedaemoniorum pulsum Archilochum Poëtam narrat Plutarchus [*Laconic. p.* 239. *B.*] cum in carmine, quod etiam legitur apud Strabonem *Lib. XII.* [*p.* 827.] quasi re bene gesta gloriaretur de abjecto clypeo.

ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.

ubi male Strabonis Interpres ἀγάλλεται reddidit, *eripuit*, & Plutarchi alter, *jactet*: debuerant potius, *ornat*: alludit enim dubio procul Archilochus ad morem veterum, cujus meminerunt Plutarchus *in Pyrrho*, Aeschylus, Vergilius *III. Aeneid.* alii, qui in aedibus privatis, in Templis, in locis publicis, arma, quibus hostes exuerant, figebant & appendebant.

TITULUS SEPTIMUS. 537.

De Negotiis Gestis.

I. CErtissimum illud est, quod scripsit Paulus *Lib. I. Sententiarum Tit.* 4. §. 1. eum, *qui negotia aliena gerit, & bonam fidem, & exactam diligentiam rebus ejus, pro quo intervenit, praestare debere*: idemque Lege Attica sanctum est: Nam si quis praevaricando de jure bonisque alterius, pro quo intervenit, cesserat, aut mala fide ejus negotia gesserat, bonaque administraverat, perinde ac si ipse haberet, restituere tenebatur.

Περὶ ὧν καθυφῆκέ τις, αὐτὸν ὁμοίως ὀφλισκάνειν, ὥσπερ ἂν αὐτὸς ἔχῃ.	*Qui mala fide bona alterius administraris, ea ipse praestato.*

Legem habes apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν [*p.* 517.] περὶ μὲν γὰρ ὧν καθυφῆκας, νόμος ἐστὶ διαρρήδην κελεύων, σε ὁμοίως ὀφλισκάνειν, ὥσπερ ἂν αὐτὸς ἔχῃς. Qua Lege obviam itum est nequi-

dumtaxat premere, verbi gratia: finge legem esse, quae vetet exprobrari cuiquam contumeliae caussa ἀποβεβληκέναι τὴν ἀσπίδα, alicui autem in rixa exprobratum, cum ἀσπίδα ῥῖψαι, quod idem est ac ἀποβεβληκέναι. Num ei denegabitur actio κακηγορίας, quia τὴν ἀσπίδα ῥῖψαι dictus est, non ἀποβεβληκέναι? At errat manifesto. *Lysias* eadem Orat. C. 5. καὶ αὐτὸς μὲν Θέωνι κακηγορίας (sic recte corrigunt viri doctissimi) ἐδικάσω εἰπόντι σε ἐρριφέναι τὴν ἀσπίδα. καίτοι περὶ μὲν τοῦ ῥῖψαι οὐδὲν τῷ νόμῳ εἴρηται· ἐὰν δέ τις εἴπῃ ΑΠΟΒΕΒΛΗΚΕΝΑΙ ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν κελεύει. Quae & verba legis & poenam clarissime signant. Porro negligitur hic particula legis Atticae, quae quaestum & artem, in foro exercitam, civi exprobrari prohibebat. *Demosthenes* in Eubulid. p. 710. ἀλλὰ καὶ παρὰ τοὺς νόμους, οἳ κελεύουσιν ἐνόχους εἶναι τῇ κακηγορίᾳ (sic scripsit) τὸν τὴν ἐργασίαν, τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἢ τῶν πολιτῶν, ἢ τῶν πολιτίδων ὀνειδίζοντά τινι.

nequitiae tutorum, procuratorum, aliorumque, qui res sibi creditas mala fide administrant. Quare etiam apud Romanos, *si pecuniae quis negotium gerat*, verba sunt Pauli *Sententiarum Lib. I. Tit.* 4. §. 3. *usuras quoque totius temporis praestare cogitur, & periculum eorum nominum quibus collocavit, agnoscere, si litis tempore solvendo non sint.* Retulit ista Tribonianus *in l.* 37. §. 1. *D. de negotiis gestis*: sed non bona fide: *Si pecuniae quis negotium gerat, usuras quoque praestare cogitur, & periculum eorum nominum, quae ipse contraxit: nisi fortuitis casibus debitores ita suas fortunas amiserunt, ut tempore litis ex ea actione contestatae solvendo non essent.* Expunxit Tribonianus ista verba *totius temporis*, & de suo addidit, *nisi fortuitis casibus debitores ita suas fortunas amiserunt*, quae causa sunt, cur priora illa expunxerit: nam *usuras totius temporis* praestare non cogitur, si quidem periculum eorum nominum, quibus collocavit negotiorum gestor, agnoscere non tenetur, si debitores fortuitis casibus fortunas suas amiserint, & litis tempore solvendo non sint. At vero Triboniani aevo e Constitutione Diocletiani & Maximiani casum fortuitum praestare non compelluntur negotiorum gestores. *Impp. Diocletianus & Maximianus. AA. & CC. Eulogio. Negotium gerentes alienum non interveniente speciali pacto, casum fortuitum praestare non compelluntur. Dat. II. Kal. Decemb. CC. Conss. l.* 22. *C. eod.* Ex hac igitur Constitutione negotiorum gestores casum fortuitum non praestabant: itaque Tribonianus addidit, cum Pauli aevo etiam praestaretur casus fortuitus: Nam quod viri praestantissimi putant, Gajum Lib. III. ad Edictum Provinciale, docere casum fortuitum non praestari a negotiorum gestoribus, non sunt audiendi: nam longe aliud est quod scribit Gajus, ab eo, quod Paulus: nam agit Paulus de actione quae competit ei, cujus negotia geruntur, adversus eum, qui negotia gerit: Gajus vero scribit de actione, quae competit negotiorum gestori adversus eum, cujus negotium gessit: Gaji verba sunt. *Sive hereditaria negotia sive ea, quae alicujus essent, gerens aliquis, necessario rem emerit, licet ea interierit, poterit quod impenderit, judicio negotiorum gestorum consequi: veluti si*
538. *frumentum, aut vinum familiae paraverit, idque casu quodam interierit, forte incendio, ruina. Sed ita scilicet hoc dici potest, si ipsa ruina, vel incendium, sine vitio ejus acciderit: nam cum propter ipsam ruinam, aut incendium damnandus sit, absurdum est, eum istarum rerum nomine, quae ita consumptae sunt, quicquam consequi. l.* 22. *D. eod.* & uno verbo *is, qui negotiorum gestorum agit*, inquit Ulpianus Lib. X. ad Edictum, *non solum si effectum habuit negotium, quod gessit, actione ista utetur, sed sufficit, si utiliter gessit, etsi effectum non habuit negotium: & ideo, si insulam fulsit, vel servum aegrum curavit, etiamsi insula exusta est, vel servus obiit, aget negotiorum gestorum, idque & Labeo probat. l.* 10. §. 1. *D. eod.* Quando autem casum non praestet is, qui negotium gerit, e sententia veterum Jurisconsultorum habes e Labeone apud Ulpianum Lib. X. ad Edictum: nempe *si affectione coactus, ne bona mea distrahantur, negotiis te meis obtuleris, aequissimum esse, dolum dumtaxat te praestare. l.* 3. §. 9. *D. eod.* & de hujusmodi negotiorum gestore, qui sponte & nulla necessitate cogente immiscuit se negotiis alienis, intelligenda est *l.* 11. *D. eod.*

II. Attica Lege feminae non licebat de re contrahere quae majoris esset pretii, quam octodecim drachmarum, sive medimni hordei.

Τὴν γυναῖκα μὴ συναλλάσσειν, πλὴν ἄχρι μεδίμνου κριθῶν.	*Femina plusquam de medimno hordei ne contrahito.*

[1] Legem laudat Dio Chrysostomus Oratione περὶ ἀπιστίας [*p.* 638. *D.*] & rationem reddit, cur feminis non permittatur gerenda negotia, scilicet propter judicii imbecillitatem. τοῖς νεωτέροις, τοσούτων ἐτῶν, νόμος οὐκ ἐᾷ συμβάλλειν εἰς ἀπίστοις οὖσιν, οὐδὲ γυναικὶ παρ' Ἀθηναίοις συναλλάσσειν, πλὴν ἄχρι μεδίμνου κριθῶν, διὰ τὸ τῆς γνώμης ἀσθενές. Erat autem, ut *in superioribus* diximus, hordei medimnus, idem ac drachmae octodecim, totidem enim vaenibat: eratque annuum minimae trium sesquiminarum dotis fenus.

1 Vide superius ad L. VI. Tit. VI, 2.

T I-

Digitized by Google

TITULUS OCTAVUS.

De Ingratis.

INgrati actio Legibus dabatur adversus eos, qui bene meritis gratiam non referrent.

Ἐξεῖναι ἀχαριστίας δικάζεσθαι κατὰ τοὺς εὐεργέτας μὴ ἀντευποιούντων.	*Ingrati actio dator adversus eos, qui bene meritis gratiam non rependunt.*

Habes Legem apud Lucianum *Abdicato* [C. 19.] καὶ μὴν οἵ γε νόμοι καὶ ἀχαριστίας δικάζεσθαι διδόασιν κατὰ τοὺς εὐεργέτας μὴ ἀντευποιούντων. Hujus Legis meminit Valerius Maximus *Lib. V. Cap.* 3. *de Ingratis. Lege itaque Legem*, Athenas alloquitur, *quae te jurejurando obstrictam tenet, & quia benemeri-* 539 *tis debita reddere praemia noluisti, laesis justa piacula exsolve.* Id autem est institutum, quia ἥπερ δοκεῖ μάλιστα, verba sunt Xenophontis, τῇ ἀχαριστίᾳ ἀναισχυντία. καὶ γὰρ αὕτη δοκεῖ εἶναι μεγίστη ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών. [1] Quanquam idem Xenophon ἀπομνημονευμάτων *Lib. II.* [*p.* 587.] suorum Atheniensium Legibus Ingrati actionem dari negat: οὐκ οἶσθα ὅτι καὶ ἡ πόλις ἄλλης μὲν ἀχαριστίας (excipit si qui liberi adversus parentes sint ingrati.) οὐδεμιᾶς ἐπιμελεῖται, οὐδὲ δικάζει, ἀλλὰ περιορᾷ τοὺς εὖ πεπονθότας χάριν οὐκ ἀποδιδόντας.

TITULUS NONUS.

De Designandis Atheniensibus.

NE qua oriretur controversia, neve qua fraus fieret, Lege sanctum est, ut in tabulis publicis, privatis, in omni negotio, patris & paterni nomen populi adscriberetur.

Προσπαραγράφειν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ δήμου τοὔνομα.	*Patris & paterni populi nomen adscribunto.*

Legem laudat Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος [*p.* 577.] προσπαραγράψαι νὴ Δία τὸν ἐκ Πλαγγόνος, ἐὰν σὲ ἐγγράφωσιν· ἐὰν δ' ἐμὲ, τὸ ἐμῆς μητρὸς τοὔνομα. καὶ τίς ἤκουσε πώποτε, ἢ κατὰ ποῖον νόμον προσπαραγρά-

1 Audacter *Seneca* de Benef. L. III, 3. *Excepta Macedonum gente, non est in ulla data adversus ingratum actio.* Sed vide *Lipsium* & *Brisson.* Regn. Persar. L. II, 96. Potest ad hanc rem referri ea Atheniensium lex, quae ex hostibus redemptum liberatori addicebat, ni redemptionis pretium expendisset. *Demosthenes* adv. Nicostrat. p. 685. εἶθα δ', ὅτι καὶ οἱ νόμοι κελεύουσι, ΤΟΥ ΛΥΣΑΜΕΝΟΥ ΕΚ ΤΩΝ ΠΟΛΕΜΙΩΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟΝ ΛΥΘΕΝΤΑ, ΕΑΝ ΜΗ ΑΠΟΔΙΔΩ ΛΥΤΡΑ.

γράφοιτο ἂν τοῦτο τὸ πρόγραμμα, ἢ ἄλλό τι, πλὴν ὁ πατὴρ καὶ ὁ δῆμος. nempe ita adscribebant, exempli gratia, ΜΑΝΤΙΘΕΟΣ ΜΑΝΤΙΟΥ ΘΟΡΙΚΙΟΣ. Idque institutum jam a Cecropis temporibus, ut e Varrone B. Augustinus *Lib. XVIII. de Civitate Dei*, *Cap.* 9. ubi de contentione, quae, Cecrope regnante, inter Neptunum & Minervam fuit, ob imponendum Atheniensium urbi nomen, agit. *Cujus ut iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem auctor ab Atheniensibus affectas esse mulieres: ut nulla ulterius ferrent suffragia: ut* nullus nascentium maternum nomen acciperet: [1] *ut ne quis eas* Ἀθηναίας *vocaret.*

TITULUS DECIMUS.

De Indicibus.

INdici vera indicanti impunitas Lege erat concessa: in eum vero, qui falsa retulisset, & indicasset, capitis poena sancta erat.

Εἰ μὲν τἀληθῆ μηνύσειέ τις εἶναι τὴν ἄδειαν· εἰ δὲ τὰ ψευδῆ, τεθνάναι.	*Indici vera indicanti, impune; sin falsa, capital esto.*

540. Legem habet Andocides, ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων [*p.* 4.] ὁ γὰρ νόμος οὕτως εἶχεν. εἰ μὲν τἀληθῆ μηνύσειέ τις, εἶναι τὴν ἄδειαν· εἰ δὲ τὰ ψευδῆ, τεθνάναι. [2] Atque hanc impunitatem dabat Senatus, penes quem dandi summa erat potestas. Andocides *ibidem* [*p.* 3.] Τεῦκρος ἦν ἐνθάδε μέτοικος. ὃς ᾤχετο Μεγαράδε ὑπεξελθών. ἐκεῖθεν δὲ ἐπηγγέλλετο τῇ βουλῇ, εἰ οἱ ἄδειαν δοῖεν, μηνύσειν περὶ τῶν μυστηρίων, συνεργὸς ὤν, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ποιοῦντας μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ περὶ τῶν Ἑρμῶν τῆς περικοπῆς ἃ ᾔδει. ψηφισαμένης δὲ τῆς βουλῆς (ἦν γὰρ αὐτοκράτωρ) ᾤχοντο ἐπ' αὐτὸν Μεγαράδε· καὶ κομισθεὶς ἄδειαν εὑράμενος, ἀπογράφει τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ.

TITULUS UNDECIMUS.

De Conviviis.

I. ATheniensium Lege de convivarum numero cautum est, ut in convivis triginta consisteret:

Τοὺς κεκλημένους μὴ εἶναι ἐπὶ τοῖς τριάκοντα.	*Convivae plures triginta ne sunto.*

Memi-

1 Caussas ex Grammaticis alias *Eustathius* adfert ad Il. A. p. 84., cur Ἀθηναῖαι potius, quam Ἀθηναῖαι dicerentur.

2 Addi potuerat ex *Lysia* ΔΟΥΛΟΝ ΜΗΝΥΣΑΝΤΑ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΓΕΝΕΣΘΑΙ, qua constitutione servo indici libertas decernebatur. Vide doctissimum *Taylor* Lect. Lysiac. p. 714.

Digitized by Google

Meminit Legis Lynceus Samius in Apophthegmatis [in Athen. *Lib. VI*, 11.] Χαιρεφῶν ὁ παράσιτος εἰς γάμον ἄκλητος εἰσελθὼν, καὶ κατακλιθεὶς ἔσχατος, καὶ τῶν Γυναικονόμων ἀριθμούντων τοὺς κεκλημένους, καὶ κελευόντων αὐτὸν ἀποτρέχειν ὡς παρὰ τὸν νόμον ἐπὶ τοῖς τριάκοντα ἐπόντος, ἀριθμεῖτε δὴ, ἔφη, πάλιν ἀπ' ἐμοῦ ἀρξάμενοι. Atque ut haec Lex fidelius & ſeverius obſervaretur, providebant *Gynaeconomi*, quorum curae erat & muneris, adire convivantium domos, & convivarum numerum inire: qui ſi major eſſet, quam per Legem licebat, poterant *Gynaeconomi* illos, qui ſupereſſent, & legitimum modum ſive numerum, is erat triginta convivarum, excederent, e triclinio deturbare: ut ex hac narratione conſtat: plures igitur quam triginta convivae non poterant intereſſe convivio, ſive id nuptiarum, ſive alia de cauſſa condiceretur. Philochorus τῆς Ἀτθίδος Lib. VII. [apud Athen. *Lib. VI*, 11.] οἱ Γυναικονόμοι μετὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἐσκόπουν τὰς ἐν ταῖς οἰκίαις συνόδους, ἔν τε τοῖς γάμοις, καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις. Athenaeus *Lib. VI.* [C. 11.] id probat auctoritate Timoclis Comici in Philodicaſte. ὅτι δ' ἦν ἔθος τοὺς Γυναικονόμους ἐφορᾶν τὰ συμπόσια, καὶ ἐξετάζειν τῶν κεκλημένων τὸν ἀριθμὸν, εἰ ὁ κατὰ νόμον ἐστὶ, Τιμοκλῆς ἐν Φιλοδικαστῇ φησὶν οὕτως.

> ἀνοίγετ' ἤδη τὰς θύρας, ἵνα πρὸς τὸ φῶς
> ὦμεν καταφανεῖς μᾶλλον, ἐφοδεύων ἐὰν
> βούλητ' ἀριθμὸν ὅγε Γυναικονόμος λαβεῖν
> κατὰ τὸν νόμον τὸν καινὸν, ὅπερ εἴωθε δρᾶν
> τῶν ἑστιωμένων.

Quibus e Timoclis verbis colligimus aliquid immutatum fuiſſe ejus aetate in hac Lege, circa convivarum, puto, numerum: nam, ut videtur, olim tot non fuerunt, ſed infra triginta.

II. Ne autem hinc Legi aliqua fraus fieret, altera providerunt Athenienſes: Cum enim coqui inter privata ſervitia raro haberentur, ſed ad nuptias, aut alias 541.
ſolennes epulas conducerentur, Lege cautum eſt, ut coqui omnes, cum ad aliquas epulas conducerentur, ad *Gynaeconomos* ſua nomina deferrent, quo haberent *Gynaeconomi* huic curae praefecti, quos poſſent percontari de numero convivarum.

Πάντας μαγείρους τοὺς ἐν τοῖς συνόδοις διακονοῦντας παρὰ τοῖς Γυναικονόμοις ἀπογράφεσθαι.	*Omnes coqui ad aliquas epulas conducti ſua ad Gynaeconomos nomina deferunto.*

Menandro Comico, hanc Legem quod novimus, imputamus, meminit enim illius in *Cecryphalo* dramate [apud Athen. *Lib. VI*, 11.]

> παρὰ τοῖς Γυναικονόμοις δὲ τοὺς ἐν τοῖς γάμοις
> διακονοῦντας ἀπογεγράφθαι πυθόμενος
> πάντας μαγείρους κατὰ νόμον καινόν τινα,
> ἵνα πυνθάνωνται τοὺς κεκλημένους ἐὰν
> πλείους τις ὧν ἔξεστιν ἑστιῶν τύχῃ
> ἐλθών.

Priores verſus tres optime vertes cum Viro Incomparabili *Animadverſionum Libro VI. Cap.* 11. Is, de quo ſcilicet loquebatur hoc πρόσωπον Comicum, cum audiviſſet omnes coquos, qui ad nuptiales epulas condicebantur, e Lege ſua nomina ad *Gynaeconomos* detuliſſe. Sequentia ita vertit Dalecampius, *ut ab invitatis petant, num quiſpiam praeter eos quibus licet, ad convivium acceſſerit.* male. Non enim in delectu convivarum in Legem committebatur, ſed in numero;

mero, de quo Lege cautum, ut in triginta convivis consisteret: praeterea convivae non interrogabantur a *Gynaeconomis*, sed coqui, de convivarum numero. Interpungendus itaque locus hoc modo:

> *ἵνα πυνθάνωνται, τοὺς κεκλημένους ἐὰν*
> *πλείους τις ὢν ἔξεστιν ἑστιῶν τύχῃ,*
> *ἐλθών.*

id est, ut interrogarentur, an ab eo qui epulum praebet plures definito ex Lege numero essent invitati. Atque hic est interpungendum. Vox *ἐλθὼν* sequentis orationis est principium: is, inquit, qui haec audiverat, abiit, ad *Gynaeconomos* scilicet. E verbis autem Menandri colliges Legem hanc ea tempestate latam fuisse.

III. Meracam autem potionem in conviviis non bibebant, sed dilutum vinum; [1] idque Lege cautum:

Ἐν τοῖς συμποσίοις μὴ πίνειν ἄκρατον. *In conviviis merum vinum ne bibunto.*

Meminit hujus Legis Alexis Comicus in dramate, cui titulus est *Aesopo* [in Athen. *Lib. IX*, 8. *p.* 431.] in eo inter se colloquuntur Aesopus & Solo, quorum verba vulgo male concepta ita a nobis rescribuntur, & personis distinguuntur:

> A I. *κομψόν γε τοῦτ' ἐστὶ παρ' ὑμῖν, ὦ Σόλων*
> *ἐν ταῖς Ἀθήναις δεξιῶς θ' εὑρημένον.*
> ΣΟ. *τὸ ποῖον;* A I. *ἐν τοῖς συμποσίοις ἵν' οὐ πίνετο*
> *ἄκρατον.* ΣΟ. *οὐ γὰρ ῥᾴδιον. πωλοῦσι γὰρ*
> *ἐν ταῖς ἁμάξαις εὐθέως κεκραμένον.*

IV. Auctor hujus Legis Amphictyon Atheniensium Rex, qui diluendi & temperandi vini modum a Baccho edoctus est, ut refert Philochorus apud Athenaeum *Libro II.* [C. 2.] voluit tamen confecto jam epulo, mensis secundis, de-
542. libari merum vinum, quod *ἀγαθοῦ Δαίμονος* dicebatur, eaque de re hanc Legem scripsit:

Προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σῖτα ἄκρατον μόνον ὅσον γεύσασθαι, τὸ ἀγαθοῦ Δαίμονος.

Confecto jam epulo degustanto merum vinum in honorem Boni Daemonis.

Habes apud Athenaeum *Libro II*, 2. *p.* 38. *καὶ θεσμὸν ἔθετο Ἀμφικτύων προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σῖτα ἄκρατον μόνον ὅσον γεύσασθαι, δεῖγμα τῆς δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ· τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη κεκραμένον ὁπόσον ἕκαστος βούλεται. προσεπιλέγειν δὲ τούτῳ, τὸ τοῦ Διὸς Σωτῆρος ὄνομα. διὰ .... καὶ μνήμης ἕνεκα τῶν πινόντων, ὅτι οὕτω πίνοντες ἀσφαλῶς σωθήσονται.* Confecto [2] jam epulo, inter mensas secundas, libabant leviter poculum vini meri, quod *ἀγαθοῦ Δαίμονος*. Post delibatum hoc poculum, poculum iterum impleri solebat: *τὸ ποτήριον μεστὸν πάλιν ἀνεπλήρουν*, ut loquitur Apollodorus *περὶ Σώφρονος* *Libro IV.* sed infundebatur vinum dilutum: atque hoc poculum non degustabant tantum, sed quantum vellent bibebant, ut ex his Philochori apud Athenaeum constat, dicebatur *Jovis Servatoris* poculum.

V. In asotos autem Lege animadvertebant Areopagitae.

Τοὺς

1 Huic rei praefuisse videntur *οἰνόπται*, de quibus *Athenaeus* L. x. p. 425. B. & *Hesychius* in *Οἰνόπται*. xv, 5. p. 675. & C. 14. p. 693. & *Diodoro Siculo* L. iv. p. 148., quem a *Palmerio* sine caussa fuisse sollicitatum, dicam fortasse alias.

2 Uberius haec exponuntur ab *Athenaeo* L.

Τοὺς Ἀρεοπαγίτας κολάζειν τοὺς ἀσώτους.	*Areopagitae asotos animadvertunto.*

Referunt Phanodemus & Philochorus apud Athenaeum *Libro. IV.* [C. 19. *p.* 168.] ὅτι δὲ τοὺς ἀσώτους τὸ παλαιὸν ἀνεκαλοῦντο οἱ Ἀρεοπαγῖται, καὶ ἐκόλαζον, ἱστόρησαι Φανόδημος καὶ Φιλόχορος, ἄλλα τε πλείους. Vitam certe parce atque duriter instituerunt omnes in universum Graeci, Comico Antiphani in Oenomao sive Pelope hinc dicti μικροτράπεζοι καὶ φυλλοτρῶγες, tenuis mensae, & oleribus foliisque victitantes, sed inter ceteros Athenienses praecipue: unde Lynceus Comicus in *Centauro* [apud Athen. *Lib. IV*, 3. *p.* 131.]

> μάγειρ' ὁ θύων ἐστὶν ὁ δειπνίζων τ' ἐμὲ
> Ῥόδιος· ἐγὼ δ' ὁ κεκλημένος Περίνθιος·
> οὐδέτερος ἡμῶν ἥδεται τοῖς Ἀττικοῖς
> δείπνοις. ἀηδία γάρ ἐστιν Ἀττικὴ
> ὡς παρ' ξένοις γε παρέθηκε. πίνακα γὰρ μέγαν
> ἔχοντα μικροὺς πέντε πινακίσκους, ἐν ὧ
> τούτων ὁ μὲν ἔχει σκόροδον, ὁ δ' ἐχίνους δύο,
> ὁ δὲ θρυμματίδα γλυκεῖαν, ὁ δὲ κόγχας δέκα,
> ὁ δ' ἀντακαίου μικρόν. ἐν ὅσῳ δ' ἐσθίω,
> ἕτερος ἐκεῖν'· ἐν ὅσῳ δ' ἐκεῖνος, τοῦτ' ἐγὼ
> ἠφάνισα.

Quare in asotos animadversum Lege voluerunt Athenienses, sanctissime si ad naturam provoces,

> ἐπεί τι δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνοιν,
> Δήμητρος ἀκτῆς, πώματός θ' ὑδρηχόου;
> ἅπερ πάρεστι, καὶ πέφυχ' ὑμᾶς τρέφειν.

TITULUS DUODECIMUS. 543.

De Metallicis actionibus.

LEgibus actiones dabantur *metallicae* inter eos qui metalla tractant:

ΕΑΝ ΤΙΣ ΕΞΕΙΛΛΗι ΤΙΝΑ ΤΗΣ ΕΡΓΑΣΙΑΣ τῶν μετάλλων, ΑΝ ΤΦΑΨΗι ΤΙΣ, ΑΝ ΟΠΛΑ ΕΠΙΦΕΡΗι, ΑΝ ΕΠΙΚΑΤΑΤΕΜΝΗι ΤΩΝ ΜΕΤΡΩΝ ΕΚΤΟΣ, μεταλλικὰς δίκας εἶναι.	*Si quis alterum probibuerit opus facere metallicum: si quis ignem importarit, & succenderit: si vasa instrumentaque exportarit: si effoderit extra fines suos: metallicae actiones adversus eos dantor.*

Legem habes apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸς Πανταίνετον [*p.* 568.] ἀλλὰ τὰς μεταλλικὰς δίκας εἶναι τοῖς κοινωνοῦσι μετάλλου, καὶ ὅλως τοῖς ἐργαζομένοις τὰ μέταλλα. Scribebantur hae dicae apud Thesmothetas. Pollux *Libro VIII. Cap.* 9. εἰσάγουσιν οἱ Θεσμοθέται δίκας μεταλλικάς. Atque

his de caufis dabantur. Si quis alterum expulerit quaeftu, & opus prohibuerit facere. Demofthenes *ibidem:* οὐκ ἂν σαφῶς ὁ νόμος διείρηκεν ὧν εἶναι δίκας προσήκει μεταλλικάς. ἀκούω ὁ μὲν νόμος, ΕΑΝ ΤΙΣ ΕΞΕΙΛΛΗι ΤΙΝΑ ΤΗΣ ΕΡΓΑΣΙΑΣ, ὑπόδικον ποιεῖ. Praeterea, fi quis damnum in metallis dederit: quod quid fit, *ibidem* explicat Demofthenes: ἀλλὰ κἂν ἄλλος τις ἀδικῇ τι περὶ τὰ μέταλλα, καὶ τούτων εἰσὶ δίκαι. ὀρθῶς γ', ὦ Πανταίνετε, ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν; ΑΝ ΤΦΑΨΗι ΤΙΣ, ΑΝ ΟΠΛΑ ΕΠΙΦΕΡΗι, ΑΝ ΕΠΙΚΑΤΑΤΕΜΝΗι ΤΩΝ ΜΕΤΡΩΝ ΕΚΤΟΣ. Primum dicit, Si quis ignem importarit, atque fuccenderit; quod refero tum ad ipfa metalla, cum ad columnas, quibus metallorum fodinae fuftentantur, & fulciuntur, de quibus Pollux *Libro VII. Cap.* 23. μεσοκρινεῖς κίονες, οἱ ἐν τοῖς μετάλλοις ἐφεστηκότες ἀνέχειν τὰ ὀρύγματα. Magnum enim dabatur five metalli redemptoribus, five operae mancipibus damnum, in flando metallo, & in ambuftis columnis, quibus fodinae fuftinebantur. Sequitur: ΑΝ ΟΠΛΑ ΕΠΙΦΕΡΗι vertit Wolfius. *Si quis arma intulerit.* male, quod viri magni pace dictum velim. Corruptum locum lego, [1] ΑΝ ΟΠΛΑ ΕΚΦΕΡΗι, & verto: *Si vafa inftrumentaque exportarit;* five illa fint τῶν μεταλλέων, five ad metalla, aut metalli fodinas pertineant, ut funt quae recenfet Pollux *Libro X. Cap.* 31. θύλακες, πρίονος, σάλαξ. Addit demum, ΑΝ ΕΠΙΚΑΤΑΤΕΜΝΗι ΤΩΝ ΜΕΤΡΩΝ ΕΚΤΟΣ. *Si effoderit,* μεταλλεύσῃ, *extra fines fuos,* intra alienos: de quo paullo poft [*p.* 569.] ἀλλὰ τὰς μεταλλικὰς δίκας εἶναι τοῖς ἑτέροις συντετρήσασιν εἰς τὰ τῶν πλησίον. Metallorum fodinae redimebantur παρὰ τῆς πόλεως, ut docet *hac ipfa Oratione* Demofthenes, idque magni; quare non licebat ἐπικατατέμνειν τῶν μέτρων ἐκτὸς, ne alteri damnum daretur. Soli autem cives metallo-
544. rum fodinas non redimebant, fed etiam pari jure hofpites & inquilini. Xenophon πόροις [*p.* 730.] δοκεῖ δέ μοι καὶ ἡ πόλις προτέρα ἐμοῦ ταῦτα ἐγνωκέναι· παρέχει γοῦν ἐπὶ ἰσοτελείᾳ καὶ τῶν ξένων τῷ βουλομένῳ ἐργάζεσθαι ἐν τοῖς μετάλλοις. Atque fi quis καινοτομίαν μετάλλων aggredi vellet, tenebatur id indicare praefectis huic rei a populo, ut ab illo acciperent quartam vicefimam metalli, quod novo hoc opere effoditur: qui fecus faxit, poftulatur ἀγράφου μετάλλου. Suidas: ἀγράφου μετάλλου δίκη. οἱ τὰ ἀργύρεια μέταλλα ἐργαζόμενοι, ὅπου βούλοιντο καινοῦ ἔργου ἄρξασθαι, φανερὸν ἐποιοῦντο τοῖς ἐπ' ἐκείνοις τεταγμένοις ὑπὸ τοῦ δήμου, καὶ ἀπεγράφοντο τοῦ τελεῖν ἕνεκα τῷ δήμῳ εἰκοστὴν τετάρτην τοῦ καινοῦ μετάλλου. εἴ τις οὖν ἐδόκει λάθρα ἐργάζεσθαι μέταλλον, τὸν μὴ ἀπογραψάμενον ἐξῆν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι καὶ ἐλέγχειν. Non licebat enim novum opus aggredi. Xenophon πόροις [*p.* 732.] καὶ μὴν καινοτομεῖν γε οὐδὲν ἧττον ἔξεστι νῦν ἢ πρότερον. Atque haec dica, quae proprie φάσις dicebatur, apud Praetorem fcribebatur. Pollux *Libro VIII. Cap.* 6. φάσις δὲ ἦν, τὸ φαίνειν τοὺς περὶ τὰ μέταλλα ἀδικοῦντας. ἐφαίνοντο δὲ πρὸς τὸν Ἄρχοντα.

1 Dubito de conjecturae veritate. Ipfemet Orator arma intelligenda effe, declarat: recitatis enim quibusdam ex lege, fubdit continuo ταῦτα, ὧν ἰδεῖν δίκας πάρεστιν περὶ ὑμᾶς ἐμοί. πλὴν εἴ τις τὰς κομιζομένας ἃ προσῆκεν αὐτῷ, μεθ' ὅπλων ἄγων κομίζει. quorum ultima de armis effe accipienda, utique dubitari non poteft.

TITU-

TITULUS TERTIUS DECIMUS.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΣΑΓΓΕΛΙΑΣ.

Legibus instituta erat ΕΙΣΑΓΓΕΛΙΑΣ ΔΙΚΗ,[1] sive postulatio criminum illorum, de quibus Leges non sunt scriptae, adversus illos praecipue, qui Rempublicam irent immutatum aut eversum: Qui actionem hanc instituebat, nisi quintam suffragiorum partem tulisset, mille multabatur drachmis. Ulpianus ad *Timocrateam* [p. 453.] εἰσαγγελία δὲ ἐστιν ὄνομα δίκης κατὰ τῶν καταλυόντων μετὰ τὴν δημοκρατίαν, καθ᾽ οἱονδήποτε τρόπον. Harpocratio: εἰσαγγελία δημοσίας τινὸς δίκης ὄνομά ἐστι. ἐπὶ μὲν γὰρ δημοσίοις ἀδικήμασι μεγίστοις, καὶ ἀναβολὴν μὴ ἐπιδεχομένοις, καὶ ἐφ᾽ οἷς μήτε ἀρχὴ καθέστηκε, μήτε νόμοι κεῖνται τοῖς ἄρχουσι, καθ᾽ οὓς εἰσάξουσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν βουλὴν, ἢ τὸν δῆμον ἡ πρώτη κατάστασις ἐστι, καὶ ἐφ᾽ οἷς τῷ μὲν φεύγοντι ἐὰν ἁλῷ, μέγισται ζημίαι ἐπίκεινται. ὁ δὲ διώκων ἐὰν μὴ ἕλῃ, οὐδὲν ζημιοῦται, πλὴν ἐὰν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων μὴ μεταλάβῃ, τότε χιλίας ἐκτίνει· τὸ δὲ παλαιὸν, καὶ οὗτοι μειζόνως ἐκολάζοντο. Suidas; εἰσαγγελία κυρίως, ἡ περὶ κοινῶν καὶ δημοσίων ἀδικημάτων εἰσαγομένη δίκη ὑπὸ τῶν Πρυτανέων, περὶ ὧν διαῤῥήδην μὲν οὐδὲν λέγουσιν οἱ νόμοι, συγχωροῦσι δὲ κρίσεις γίνεσθαι. Pollux *Libro VIII. Cap.* 6. ἡ δὲ εἰσαγγελία, τέτακται ἐπὶ τῶν ἀγράφων δημοσίων ἀδικημάτων, κατὰ τὸν νόμον τὸν εἰσαγγελτικόν. ἀμφοτέρως γὰρ λέγουσιν ὡς περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι. ἀδικῶν δέ τις ἁλίσκεται, ἢ Ἄρχων, ἢ Ῥήτωρ, εἰς τὴν βουλὴν εἰσαγγελία δίδοται κατ᾽ αὐτοῦ, κἂν μέτρια μὲν ἀδικεῖν δοκῇ, ἡ βουλὴ ποιεῖται ζημίας ἐπιβολήν. ἂν δὲ μείζω, παραδίδωσι δικαστηρίῳ. τὸ δὲ τίμημα, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι. ἐγίγνοντο δὲ καὶ εἰσαγγελίαι κατὰ τῶν καταλυόντων τὸν δῆμον Ῥητόρων, ἢ μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ λεγόντων, ἢ πρὸς τοὺς πολεμίους ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι ἀπελθόντων, ἢ προδόντων φρούρια, ἢ στρατιὰν, ἢ ναῦς, ὡς Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ νόμων. ὅτι δὲ ὁ εἰσαγγείλας καὶ οὐχ ἑλὼν ἀζήμιος ἦν, Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ Λυκόφρονος φησί. καίτοι γε ὁ Θεόφραστος, τοὺς μὲν ἄλλας γραφὰς γραψαμένους, χιλίας τ᾽ ὀφλισκάνειν, εἰ τὸ πέμπτον τῶν ψήφων μὴ καταλάβοιεν, καὶ προσατι- 545.
μοῦσθαι.

[1] Non male Schol. ad *Demosthenis* Or. de Cherson. p. 58. Εἰσαγγελία, ἐμφανισμὸς, μήνυσις. ἔστι δὲ ἡ εἰσαγγελία δημοσίας δίκης ὄνομα. εἰσαγγελία δὲ καὶ γραφὴ διαφέρει. εἰσαγγελία μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ δημοσίων ἀδικημάτων γίνεται, γραφὴ δὲ, καὶ ἐπὶ τῶν μικρῶν. Itaque εἰσαγγελία proprie non est criminis postulatio, nec criminis nomen, sed accusationis & delationis. Senserat cum Petito *Cl. Salmasius* de Usurar. Mod. C. 14. p. 589., id praeterea arbitratus, *stellionatus* crimini respondisse Atticorum εἰσαγγελίαν. Quae cum *Des. Heraldus* legisset, reposuerat Observ. & Emend. C. 42. εἰσαγγελίαν nec *stellionatum*, nec stellionatus persecutionem esse, neque stellionatum crimen fuisse publicum, cujusmodi Athenis εἰσαγγελία. Hinc irae ingentes. *Salmasius* sua partim defendere, partim mollire conatus est Observat. ad Jus Att. & Rom. C. 10. p. 292. Rescripsit *Heraldus* diligentissime & uberrime, &, quae Atticorum εἰσαγγελίαν spectant, in clara luce posuit Animadv. in Jus Att. & Rom. L. III, 7. & seq. Petitum refellens, *Pollucem*, aliaque hoc de genere erudite explicans. De *Polluce* tamen operae pretium fuerit, *Jungerman.* & *Kuhnium* videre.

μεῖσθαι. τοὺς δὲ εἰσαγγέλλοντας, μὴ ἀπομεῖσθαι μὲν, ὀφλεῖν δὲ τὰς χιλίας. ἔοικε δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ῥαδίως εἰσαγγέλλοντας ὕστερον προσγεγράφθαι. χίλιοι δὲ κατὰ μὲν τὸν Σόλωνα τὰς εἰσαγγελίας ἔκρινον. κατὰ δὲ τὸν Φαληρέα, καὶ πρὸς πεντακόσιοι. Posteriora ista Pollucis *in superioribus* excussimus. Εἰσαγγελία scribebatur, vel apud populum, referentibus Thesmothetis. Pollux: οἱ Θεσμοθέται τὰς εἰσαγγέλλουσιν εἰς τὸν δῆμον. idque prima uniuscujusque Prytaneias legitima concione. Pollux: τῶν δ' ἐκκλησιῶν, ἡ μὲν πρώτη κυρία, ἐν ᾗ τὰς εἰσαγγελίας ὁ βουλόμενος εἰσαγγέλλει. vel scribebatur apud Senatum: atque Prytaneis diem reo indicebant. Cum autem Quingentorum Senatus multam tantum irrogare posset quingentarum drachmarum, fiebat aliquando, ut reum priori judicio criminis, cujus postulabatur, damnatum Heliastarum judicio committerent de poena vel multa irroganda. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου [p. 643.] ἐκέλευσεν εἰσαγγέλλειν με, καὶ τοὺς Πρυτάνεις προγράφειν αὐτῷ τὴν κρίσιν ἐπὶ δύο ἡμέρας, ὡς ἀδικοῦντι. γιγνομένης τοίνυν τῆς κρίσεως τῷ Θεοφήμῳ ἐν τῇ βουλῇ, κατὰ τὴν εἰσαγγελίαν, ἣν ἐγὼ εἰσήγγειλα, καὶ ἀποδοθέντος λόγου ἑκατέρῳ, καὶ κρύβδην ἰδίᾳ ψηφισαμένων τῶν βουλευτῶν, ἑάλω ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, καὶ ἔδοξεν ἀδικεῖν. καὶ ἐπειδὴ ἐν τῷ διαχειροτονεῖν ἦν ἡ βουλὴ, πότερα δικαστηρίῳ παραδοίη, ἢ ζημιώσειε ταῖς πεντακοσίαις, ὅσου ἦν κυρία κατὰ τὸν νόμον. Atque hinc fit, ut Timocrates, Demosthenis aequalis, judicium reddi ab Heliastis, quorum arbitrii & sententiae Senatus faciebat, intra triginta ab hoc Senatus priore judicio dies, ista caverit Lege:

ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ ΕΙΠΕΝ ΟΠΟΣΟΙ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΤ' ΕΙΣΑΓΓΕΛΙΑΝ ΕΚ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ, Η ΝΥΝ ΕΙΣΙΝ ΕΝ ΤΩι ΔΕΣΜΩΤΗΡΙΩι, Η ΤΟ ΛΟΙΠΟΝ ΚΑΤΑΤΕΘΩΣΙ, ΚΑΙ ΜΗ ΠΑΡΑΔΟΘΗι, Η ΚΑΤΑΓΝΩΣΙΣ ΑΥΤΩΝ ΤΟΙΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣ ΥΠΟ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΝ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΕΙΣΑΓΓΕΛΤΙΚΟΝ ΝΟΜΟΝ ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΤΟΙΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣ ΕΙΣΑΓΕΙΝ ΤΟΙΣ ΕΝΔΕΚΑ ΕΙΣ ΤΟ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΝ ΕΝΤΟΣ ΤΡΙΑΚΟΝΘ' ΗΜΕΡΩΝ, ΑΦ' ΗΣ ΑΝ ΠΑΡΑΛΑΒΩΣΙΝ, ΕΑΝ ΜΗ ΤΙ ΤΗι ΔΗΜΟΣΙΑι ΚΩΛΥΣΗι. ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΟΤΑΝ ΠΡΩΤΟΝ ΟΙΟΝ Τ' Ηι. ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΝ ΔΕ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΟΝ ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΝ ΟΙΣ ΕΞΕΣΤΙΝ. ΕΑΝ Δ' ΑΛΩι ΤΙΜΑΤΩ Η ΗΛΙΑΙΑ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ Ο, ΤΙ ΑΝ ΔΟΚΗι ΑΞΙΟΣ ΕΙΝΑΙ ΠΑΘΕΙΝ, Η ΑΠΟΤΙΣΑΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΤΙΜΗΘΗι, ΔΕΔΕΣΘΩ ΤΕΩΣ ΕΩΣ ΑΝ ΕΚΤΙΣΗι Ο, ΤΙ ΑΝ ΑΥΤΟΥ ΚΑΤΑΓΝΩΣΘΗι.

Timocrates rogavit. [1] *Quicumque Atheniensium* εἰσαγγελίας *damnati a Senatu, aut in praesentiarum, aut in posterum habentur in custodia, neque damnatoria tabella Thesmothetis, a Scriba illius Prytaneiae, prout Leges jubent, sit in manus tradita: Thesmothetae ad judicium admittunto Undecimviros intra tricesimum diem, a quo acceperint tabellam damnatoriam, nisi quid publice obstet. Atheniensium quivis, cui lubet, & licet, accusato. Convictos Heliaea vel multato, vel poenas ab illis exigito. Multati in vinculis habentor, dum multam expunxerint.*

Legem habes apud Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους [p. 453.] ἵν' οὖν τοῦτ' εἰδῆτε γιγνόμενον, ἀναγνώσεται τὸν νόμον ὑμῖν αὐτὸν, ὃν ἐπιτέθηκεν. ἐγὼ δὲ σιωπήσομαι, λέγε ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ ΕΙΠΕΝ ΟΠΟΣΟΙ ΑΘΗΝΑΙΩΝ, &c.

1 Rectius verteris, *Quicunque Atheniensium ob denuntiationem, curiae jussu aut nunc, aut in posterum*, &c. cum *Des. Heraldo*, plura in Timocratis hac lege emendante Animadv. L. II, 10, 5.

LIBER

LIBER OCTAVUS.

TITULUS PRIMUS.

De Militia.

I. INTER praecipuas Legislatoris curas fuit & illa de *re militari*, neque hac in parte sibi defuerunt Athenienses, itaque Leges scripserunt hac de re, quarum nonnullae supersunt hodie, & a nobis, cum bono Deo, referentur: primaque in hunc censum veniet illa, qua tempus militiae definitur.

Τοὺς Ἀθηναίους μέχρι τετταράκοντα ἐτῶν στρατεύεσθαι, ἀρξαμένους ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα, καὶ μέχρι μὲν τοῖ εἴκοσι παῖδας ὄντας τέως περιπολεῖν τὰ περὶ τὴν πόλιν φρούρια. εἰς ὑπερορίους δὲ πολέμους ἀπὸ εἴκοσιν.

Athenienses ad annum usque quadragesimum militanto ab anno decimo octavo: & quidem ad annum vicesimum intra Atticae fines: ab anno vero vicesimo extra Atticam militanto.

Meminit Legis Ulpianus *ad Olynthiacam III.* [*p.* 21.] νόμος κελεύει παρ' Ἀθηναίοις. μέχρι τετταράκοντα ἐτῶν στρατεύεσθαι, ἀρξαμένους ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα, καὶ μέχρι μὲν τοῖ εἴκοσι παῖδας ὄντας τέως περιπολεῖν τὰ περὶ τὴν πόλιν φρούρια. εἰς ὑπερορίους δὲ πολέμους ἀπὸ εἴκοσιν. Lex haec jubet ad quadragesimum usque annum militare, quemlibet apud Athenienses, a decimo octavo auspicatum anno ad vicesimum usque urbana & suburbana castella custodire; & vicesimo demum anno ad externa bella proficisci: atque hinc factum, ut in Magistratuum ἀνακρίσει καὶ δοκιμασίᾳ interrogarentur, an stipendia sua legitime meruissent, & confecissent: εἰ ἐστρατεύετο ὑπὲρ τῆς πατρίδος, alibi: εἰ τὰς στρατείας ἐστρατευμένοι ὅσαι ἂν αὐτοῖς προσταχθῶσιν. Solos excipio proletarios, & capite censos, qui non militabant: ὅτι δὲ οὐκ ἐστρατεύοντο θῆτες, εἴρηκε καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν, inquit Harpocratio, Auctorque *Etymologici*. Hinc lucem accipiet Aristotelis locus *Polit. Lib. V. Cap.* 3. καὶ ἐν Ἀθήναις ἀτυχούντων πεζῇ, οἱ γνώριμοι ἐλάττους ἐγένοντο, διὰ τὸ ἐκ καταλόγου στρατεύεσθαι ὑπὸ τὸν Λακωνικὸν πόλεμον. Nam his verbis ostendit solos divites, quibus erat census, militasse ἐκ καταλόγου sacramento rogatos, quibus opponit plebem, cui non erat census, quae non militabat ἐκ καταλόγου. Quare cum terrestri praelio omnes peno qui militabant divites a Lacedaemoniis essent occisi, facile ivit in contraria plebs, quae non militaverat, & immutatus est Reipublicae status. Etsi aliquando accidit, ut militaverint: nam Antipho κατὰ Φιλίνου auctor est, aliquando τοὺς τε θῆτας ἅπαντας ὁπλίτας ποιῆσαι, sed existimo evocatos fuisse sive pro milite,

aut tumultuarios, non sacramento rogatos. *Inquilini* tamen militabant, ut li-
quet ex his Xenophontis πόροις [*p.* 727.] ubi docet, non debere, quod ta-
547. men fiebat, *inquilinos* cum civibus inter gravis armaturae milites stipendia fa-
cere: ἀφελοίμεθα δὲ καὶ τὸ συστρατεύεσθαι ὁπλίτας μετοίκους τοῖς ἀστοῖς. μέγας μὲν γὰρ ὁ κίνδυνος ἀπών, μέγα δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῶν τέκνων καὶ τῶν οἰκιῶν ἀπιέναι. Corruptus est locus. Vir Cl. Joachimus Camerarius emen-
dabat μέγας μὲν γὰρ ὁ κίνδυνος ἀγών. An vero legendum est? μέγας μὲν γὰρ ὁ κίνδυνος ἀφ' ὧν, &c. [1] Pronomen ὅς Xenophonti saepe usurpatum ἀντὶ τοῦ οὗτος ἢ ἐκεῖνος. Sensus autem est: Si cum civibus inter gravis arma-
turae milites mereant *inquilini*, ingens imminere ab illis periculum, metumque
esse, cum in illa verba non jurarint, ΟΥ ΚΑΤΑΙΣΧΥΝΩ ΤΑ ΟΠΛΑ,
ne ordinem deserant, & fugiant, unde exercitui exitium creetur, cujus spes
praecipua & unicum praesidium in gravis armaturae militibus: praeterea grave
inquilinis esse a liberis & rerum suarum cura divelli. Quin etiam *Servi* afflictis
Reipublicae temporibus evocabantur, ut exemplis constat, quae in his Libris
retulimus: sed id non fiebat, nisi cogente necessitate: nam *ab omni militia*,
quemadmodum de suis Romanis pronunciat Marcianus Libro II. Regularum,
servi probibentur, *alioquin capite puniuntur. l.* 11. *D. de re militari.* Verum ad
rem. Primum profitebantur nomina sua inter Ephebos, cujus professionis legiti-
mus annus, ut *in superioribus* diximus, erat aetatis decimus octavus, καὶ εἰς μὲν τοὺς Ἐφήβους εἰσῄεσαν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γενόμενοι, aetatisque argumen-
tum capiebant, inspectis & denudatis illis, qua viri sunt, partibus, ab erupta
jam aetatis necessitate:

παίδων τοίνυν δοκιμαζομένων αἰδοῖα πάρεστι θεᾶσθαι:

inquit Aristophanes *Vespis* [*vs.* 576.] hinc apud veteres Magistros legitur,
ἀνάγκη τοὺς μέλλοντας ὁπλίζεσθαι, γυμνοῦσθαι πρότερον, ut scilicet vide-
rent, an possent hi Ephebi χρησιμεύειν ἐν ταῖς λειτουργίαις, καὶ περιπολεῖν τὰ περὶ πόλιν φρούρια. Ab anno decimo octavo ad vicesimum usque quilibet
Ephebus περιπολεῖν cogebatur hac Lege; accipiebatque a populo pro concione
scutum atque hastam. Aristoteles de Atheniensium Republica περὶ τῶν Ἐφή-
βων τὸν δεύτερον ἐνιαυτὸν ἐκκλησίας ἐν τῷ θεάτρῳ γενομένης, ἀποδεξά-
μενοι τῷ δήμῳ περὶ τὰς τάξεις, καὶ λαβόντες ἀσπίδα καὶ δόρυ παρὰ τοῦ δήμου περιπολοῦσι τὴν χώραν, καὶ διατρίβουσιν ἐν τοῖς φυλακτηρίοις.
E quibus verbis colligebat Harpocratio, ἕνα ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς περιπόλοις γίγνε-
σθαι τοὺς Ἐφήβους. [2] At contra affirmare ausim, aliam plane fuisse Philoso-
pho mentem, si commodus accedat interpres: Nam docuerat paullo ante Ari-
stoteles Ephebos primo anno, quo erant ἐν τοῖς περιπόλοις, publice custodes
fuisse in urbe: unde legitur in laudatis ab Harpocratione verbis de Ephebis:
ἀποδεξάμενοι τῷ δήμῳ περὶ τὰς τάξεις, id est, approbata populo sua custo-
dia, illa videlicet anni praecedentis: dicuntur enim haec de anno ineunte alte-
ro hujus quasi militiae, quo, kalato populo, his Ephebis, qui anni praecedentis
custodiam in urbe populo approbaverant, dabantur pro concione clypeus & ha-
sta, mittebanturque in suburbana castella: certe biennii unius tota haec res est.
Pollux *Libro VIII. Cap.* 9. περίπολοι Ἔφηβοι περιιόντες τὴν χώραν περι-
φυλάττοντες, ὥσπερ ἤδη μελετῶντες τὰ στρατιωτικά, καὶ εἰς μὲν τοὺς
Ἐφή-

1 Sic ita. At quis unquam dixit μέγας μὲν ὁ κίνδυνος ἀφ' ὧν, μέγα δὲ, &c. loco ἀπ' ἰοῖεν. Longe utique minoris foret moliminis, si ἀπὼν mutaretur in αὐτῶν.
2 Conf. etiam *Mauſſac.* ad *Harpocrat.* in Περίπολος.

Ἐφήβους εἰσῆχθαι ὀκτωκαίδεκα ἔτη γενόμενοι, δύο δὲ εἰς περιπόλους ἠριθμοῦντο. meminit Aeschines ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας [p. 50.] ἐκ παίδων μὲν γὰρ ἀπαλλαγεὶς, περίπολος τῆς χώρας ταύτης ἐγενόμην δύο ἔτη. καὶ τούτων ὑμῖν τοὺς συνεφήβους καὶ τοὺς συνάρχοντας ἡμῶν μάρτυρας παρέξομαι. & alludit Terentius *in Eunucho* [*Act. II*, 2, 58.] de Chaerea adolescentulo:

> *Sed video herilem filium minorem huc advenire.*
> *Miror quid ex Piraeeo abierit: nam ibi custos publice est nunc.* 548.

Donatus: *Adversus praedonum incursus in Piraeeo excubabat juventus Attica.* Atque hinc lucem mutuabuntur Artemidorus & Suidas, hic voce ἔφηβος, ille *Libro I. Oneirocrit. Cap.* 56. (quanquam & ad ea referendus est etiam locus, de quibus *in superioribus* disputavimus) ἐφηβεύειν δοῦλος ἐὰν δόξῃ, ἐλεύθερος ἔσται, ἐπειδὴ μόνοις ἐλευθέροις ἐφίησιν ὁ νόμος. Solis liberis Lege licebat ἐφηβεύειν, quia soli illi militabant: unde chlamys militaris vestis illis e Lege datur: νόμῳ δὲ ἡ χλαμὺς τῷ Ἐφήβῳ περιτίθεται. Neque illis peregre extra fines Atticae ad bellum ire licebat, καὶ γὰρ ὑπερόριοι οἱ Ἔφηβοι ἀγωνίζονται. Dicit in unum annum durare hanc ἐφηβείαν. πρὸς ἐνιαυτὸν δὲ εἶπον, διὰ τὸν τῆς Ἐφηβείας χρόνον. non quod unius tantum anni esset, biennii enim erat, ut jam diximus, sed quia primo illo anno, quo erant ἐν περιπόλοις, ἐχρῆν, inquit idem Artemidorus, ἐν δήμῳ εἶναι τοὺς Ἐφήβους, in urbe praesidia sua habebant: anno vero secundo mittebantur in suburbana castella, quae non essent extra fines terrae Atticae. Quae autem studia illic essent juvenum, docet Plato *Libro VI. de Legibus* [*p.* 778. *D.*] τὸ δὲ ἡμέτερον ἔτι πρὸς τούτοις γέλωτ' ἂν δικαίως πάμπολυν ὄφλοι, τὸ κατ' ἐνιαυτὸν μὲν ἐκπέμπειν εἰς τὴν χώραν τοὺς νέους, τὰ μὲν σκάψοντας, τὰ δὲ, ταφρεύσοντας, τὰ δὲ, καὶ διά τινων οἰκοδομήσεων εἴρξοντας τοὺς πολεμίους, ὡς δὴ τῶν ὅρων τῆς χώρας οὐκ ἐάσοντας ἐπιβαίνειν. Inscribebantur albo, (sed id postea mutavit, καὶ νῦν εἰς τὴν βουλὴν ἀναγράφονται οἱ Ἔφηβοι, inquit Aristoteles de Republica Atheniensium) Epheborum horum nomina, (meminit hujus inscriptionis Auctor Axiochi [C. 8.] ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς Ἐφήβους ἐγγραφῇ. & Aristippus apud Heliodorum *Libro I. de Cnemone* [*p.* 23.] ἐπειδὴ τάχιστά μοι ἐγένετο, ἐλευθερίου τε τροφῆς μεταδοὺς, καὶ τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων διδαξάμενος, εἰς τοὺς Φράτορας καὶ γεννήτορας εἰσαγαγὼν, εἰς Ἐφήβους ἐγγράψας.) annotato anno per Archontis, qui Fastos signabat adscriptum nomen: adscripto quoque Eponymi illius nomine, quo primum custodes erant publice. Aristoteles de Republica Atheniensium: εἰσὶ γὰρ Ἐπώνυμοι δέκα μὲν, τῶν φυλῶν, δύο δὲ καὶ τεσσαράκοντα οἱ τῶν ἡλικιῶν, οἱ δὲ ἐγγραφόμενοι Ἔφηβοι, πρότερον μὲν εἰς λελευκωμένα γραμματεῖα ἐνεγράφοντο, καὶ ἐπεγράφοντο αὐτοῖς ὅτε Ἄρχων ἐφ' οὗ ἐπεγράφησαν, καὶ ὁ Ἐπώνυμος ὁ τῷ προτέρῳ ἔτει ἀποδεδημηκώς. postrema verba ita corrigo: καὶ ὁ Ἐπώνυμος,[1] ἀφ' οὗ τῷ προτέρῳ ἔτει ἀποδεδημηκώς. Oportebat enim Atheniensium unumquemque militare ab anno decimo octavo usque ad quadragesimum: Quare tum annum designabant, cum etiam Eponymum adscribebant, ut posset iniri stipendiorum numerus, quae unumquemque merere oportebat: idem Aristoteles: χρῶνται δὲ τοῖς Ἐπωνύμοις καὶ πρὸς τὰς στρατείας, καὶ ὅταν ἡλικίαν ἐκπέμπω-

1 Alii ὁ τῷ προτέρῳ ἔτει δεδημηκώς ex vestigiis manuscriptorum & priscarum editionum legunt. Vid. *Jac. Gronovium* in *Harpocrat.* in Στρατεία.

πέμπωσι προσγράφουσι ἀπὸ τινος Ἄρχοντος Ἐπωνύμου μέχρι τινὸς δεῖ στρατεύεσθαι. Solebant, cum milites conſcribebant, adſcribere a quo Eponymo ad quem usque merere deberent: Erant quippe quadraginta duo hi Eponymi, qui ἡλικιῶν dicebantur. Quotannis autem in conſcribendo milite, adſcribebant, prima, vel ſecunda, vel tertia, (& ita deinceps, donec omnia legitime confeciſſent) ſtipendia meruit ὁ δεῖνα ἀπὸ τούτου Ἐπωνύμου, idque ab anno aetatis decimo octavo ad quadrageſimum: itaque fiebat, ut qui ἀπὸ πρώτου Ἐπωνύμου prima meruerat ſtipendia, μέχρι δευτέρου καὶ εἰκοστοῦ Ἐπωνύμου debebat στρατεύεσθαι, qui hoc anno ἀπὸ δευτέρου Ἐπωνύμου albo τῶν ἐν περιπόλοις inſcribebatur, μέχρι εἰκοστοῦ τρίτου Ἐπωνύμου στρατεύεσθαι debebat, & ita deinceps: unde legitur in *Etymologico Magno:* διττοί εἰσιν Ἐπώνυμοι· οἱ μὲν λε-
549. γόμενοι τῶν ἡλικιῶν. καὶ εἰσὶ δύο καὶ τεσσαράκοντα, οἱ καλοῦνται καὶ λήξεως Ἐπώνυμοι. Ἐπώνυμοι λήξεως dicuntur, quia non tantum ἀπ᾽ αὐτῶν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν περιπόλων, ſed etiam eorum, qui ἀνεγράφοντο τῷ ληξιαρχικῷ γραμματείῳ, in quorum delectu adſcriptum, prima, ſecunda, tertia, quarta, &c. ſtipendia confecit ἀπὸ τούτου ἢ τούτου Ἐπωνύμου. Sed corruptus eſt inſignis Harpocrationis locus: διττοί εἰσιν οἱ Ἐπώνυμοι· οἱ μὲν δέκα τὸν ἀριθμὸν ἀφ᾽ ὧν αἱ φυλαί. ἕτεροι δὲ δύο καὶ τεσσαράκοντα, ἀφ᾽ ὧν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν πολιτῶν καθ᾽ ἕκαστον ἔτος, ἀπὸ ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτῶν μέχρις ἑξήκοντα. [1] Mendo non vacat hic locus: nam quadragenariis militiae erat vacatio, ut ſcriptum eſt in Lege: Quare, quotquot erant natu grandiores, detrectant Phocionis imperium, qui ἐκέλευσε τὸν κήρυκα ἀνειπεῖν, inquit Plutarchus [*in Phocion. p. 752. D.*] Ἀθηναίων τοὺς ἄχρι ἑξήκοντα ἐτῶν ἀφ᾽ ἥβης, πέντε ἡμερῶν σιτία λαβόντας εὐθὺς ἀκολουθεῖν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. Praeter Legem enim eſt, quod incipientem pubertatem, & a quadrageſimo anno milites cogeret: ita plane extra ordinem factum eſt, ut aliquando, quod adnotat Demoſthenes *III. Olynthiaca* [*p. 21.*] τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν πολεμεῖν ἐψηφίσαντο διὰ τὴν πολλὴν σπουδήν. Reponendum itaque eſt in laudatis Harpocrationis verbis, ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν μέχρι τετταράκοντα, eadem quoque fidelia Suidae parietem dealbabis. Poſt exacta toto hoc biennio militiae rudimenta ἐν τῷ περιπολεῖν, anno viceſimo in Lexiarchicum librum referebantur, & in aede Agrauli ſe jurejurando obſtringebant, de quo *in ſuperioribus* diximus, atque ad externa bella mittebantur, ut habes extremis Legis verbis, & in Philochori narratione: καὶ ἐκεῖσε ὤμνυον οἱ Ἔφηβοι μέλλοντες ἐξιέναι εἰς πόλεμον. Collocabantur autem in partibus illis exercitus, in quibus nullum periculum imminebat:

1 Imo non eſt mendum: nam bene conſtat numerus. Sed ut verum fatear, non intellexit haec ſatis Petitus, nec ego intelligo. Alicunde expiſcandum eſt, qui fuerint hi XLII. ἐπώνυμοι, & qui fuerit eorum uſus. Jac. Palmerius.

Ibid. Harpocrationem & Suidam ſine cauſſa ſollicitari recte vidit *Jac. Palmerius.* Si enim annus aetatis XL. ſtipendiorum fuerit finis, cui uſui ἐπώνυμοι ΔΥΟ ΚΑΙ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ Athenis? Et his tamen utebantur, ut cognoſceretur, μέχρι ποίας δεῖ στρατεύεσθαι, teſte *Ariſtotele.* Legitima ſtipendia erant XLII., terminabanturque aetatis anno LX. Quare ὥσπερ τὸ ΕΞΗΚΟΝΤΑ γεγονὼς ἔτη *Polluci* L. II, 11. idem eſt atque ὁ ὑπὲρ τὸν κατάλογον. Nec eſt, cur *Plutarchus* & *Ulpianus* obmoveantur. Ille enim τοὺς ἄχρι ΕΞΗΚΟΝΤΑ ΕΤΩΝ ΑΦ ΗΒΗΣ, ad quae poſtrema Petitus animum non advertit, memorans, non ſexageſimum aetatis annum, ſed ſexageſimum a pubertate intelligit. Phocion id clariſſime adfirmat, quum tumultuantibus ſenibus ἐγὼ γὰρ ὁ στρατηγὸς, inquit, ΟΓΔΟΗΚΟΣΤΟΝ ἔχων ἔτος ἔσομαι μεθ᾽ ὑμῶν. *Ulpianus*, niſi ſi dormitaverit, verbis μέχρι τετταράκοντα ἐτῶν indicavit annos XL., τοὺς ἀφ᾽ ἥβης, quadraginta duo ſcilicet, ſeu numero rotundo XL. Plura de hoc genere Cel. *Jo. Taylor* ad *Lyſiae* Or. in Andocid. p. 127. *Ed. Londin.*

bat: non enim cum veteranis militibus pugnabant, sed ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς ἀκινδύνοις, unde pugna illa τερθρεία proprie vocata fuit. Suidas: ἄλλοι δὲ τὴν ἐν τοῖς μέρεσι καλουμένην μάχην τερθρείαν φασὶ, ὅτι ἔθος ἦν τοῖς Ἐφήβοις μετὰ τὸ γενέσθαι περιπόλοις τῆς χώρας, στρατεύεσθαι μὲν, εἰ συμβαίη πόλεμος, μὴ μέντοι μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἰδίᾳ ἐν μέρεσι τοῖς ἀκινδύνοις τῆς μάχης. διὸ τὴν στρατείαν καλεῖσθαι τὴν ἐν τοῖς μέρεσι, eadem refert Auctor *Etymologici*: meminit quoque hujus militiae, ut & illius, quae ἐν τοῖς Ἐπωνύμοις dicebatur Aeschines ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας [p. 50.] ἐκ παίδων μὲν γὰρ ἀπαλλαγεὶς, περίπολος τῆς χώρας ταύτης ἐγενόμην δύο ἔτη. πρώτην δὲ ἐξελθὼν στρατείαν τὴν ἐν τοῖς μέρεσι καλουμένην, οὕτως ἠγωνισάμην ὥστε ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων ἐπαινεῖσθαι· καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐκ διαδοχῆς ἐξόδους τὰς ἐν τοῖς Ἐπωνύμοις καὶ τοῖς μέρεσιν ἐξῆλθον. Conscribebat autem Imperator milites, qui sua ei dabant nomina, unde etiam apud Pollucem οἱ ἐκ καταλόγου dicebantur, & *in Argumento Orationis* κατὰ Ὀλυμπιοδώρου. στρατευομένων δὲ Ἀθηναίων εἰς Ἀκαρνανίαν, ᾤχετο καὶ Ὀλυμπιόδωρος. ἦν γὰρ τῶν ἐκ τοῦ καταλόγου. de Aristogitone & Phocione Imperatore Plutarchus [*in Phocion. p. 746. B.*] Ἀριστογείτονος δὲ τοῦ συκοφάντου πολεμικοῦ μὲν ὄντος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ παροξύνοντος ἐπὶ τὰς πράξεις τὸν δῆμον, ἐν δὲ τῷ καταλόγῳ προσελθόντος ἐπὶ βακτηρίᾳ τὼ σκέλη καταδεδεμένου, πόρρωθεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος ἰδὼν ὁ Φωκίων, ἀνέκραγεν, γράφε καὶ Ἀριστογείτονα χωλὸν καὶ πονηρόν. In conscribendo quippe milite eligebant Imperatores quos vellent, ex iis quibus nondum erat vocatio militiae. Referebantur lecti milites in tabulas & codices. Suidas: κατάλογος, ἡ ἀπογραφὴ τῶν ὀφειλόντων στρατεύεσθαι, καὶ ἡ ἐξαρίθμησις, ὁ πίναξ ἐφ' οὗ ἐνέγραφον τῶν ἐκστρατευομένων τὰ ὀνόματα. eadem habet Aristophanis Interpres *ad Equites*, ut ita nominum & stipendiorum memoria publice 550
extaret. Quod in conscribendis peditibus fiebat a Taxiarchis. Pollux *Lib. VIII. Cap.* 9. οἱ μὲν Ταξίαρχοι γεγραμμένους ἔχοντες τοὺς ἐκ τοῦ καταλόγου, παρεσημαίνοντο τὰ τῶν [1] ὑφ' ἑτέρου τῶν ὀνομάτων. καὶ τοῦτο παρασίζειν ἐκαλεῖτο. Unde Lysias ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου ἀστρατείας [C. 2.] κελεύειν δὲ τὸν Ταξίαρχον ἐξαλεῖφειν αὐτὸν ἐκ τοῦ τῶν ὁπλιτῶν καταλόγου. Idem quoque observatum in legendis Equitibus a Phylarchis existimo: nam οἱ Φύλαρχοι τῶν Ἱππέων προΐσανται, καθάπερ οἱ Ταξίαρχοι τῶν ὁπλιτῶν.

II. Prima autem perfectae militiae rudimenta erant inter *pedites*, neque quisquam inter *Equites* conscribi poterat, nisi δεδοκιμασμένος, idque, Lege, cujus quaedam leguntur fragmenta.

Ἐάν τις ἀδόκιμαστος ἱππεύῃ, ἄτιμον εἶναι.	*Si quis inter Equites mereat sine examine, ignominiosus esto.*

Legem laudat Lysias ἐν τῷ [1] κατὰ Ἀλκιβιάδου λιποταξίου [C. 2.] ὅτι τοῦ νόμου κελεύοντος, ἐάν τις ἀδόκιμαστος ἱππεύῃ, ἄτιμον εἶναι, ἐτόλμησεν ἀδόκιμαστος ἱππεύειν, meminerat Lycurgus Orator ἐν τῷ περὶ τῆς διοικήσεως apud Harpocrationem: λέγει μέν τοι ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, καὶ Ἱππέων δοκιμασίαν.

1 Vere τὰ τῶν ἀστρατεύτων ὀνόματα corrigunt in *Polluce* viri docti. Vid. *Jungerman.* ad *Pollux.* L. VIII, 115.

μασίαν. Lysias ἐν τῇ ἀπολογίᾳ Μαντιθέῳ [C. 4.] ἑτέρων ἀναβάντων ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀδοκιμάστων παρὰ τὸν νόμον. Hanc *Equitum* δοκιμασίαν a Senatu Quingentorum factam puto: iidem enim *equos* ad bellum probabant, quae pars est τῆς δοκιμασίας ipsorum *Equitum* certe eorum delectus fiebat & ab Hipparcho, & Phylarchis, atque etiam a Quingentorum Senatu. Xenophon Ἱππαρχικῷ [p. 753.] ἐπεὶ δὲ ἡ πόλις, χαλεπὸν ἡγησαμένη ταῦτα πάντα τὸν Ἵππαρχον μόνον ὄντα ἀπεργάζεσθαι, προσαιρεῖται μὲν αὐτῷ συνέργους Φυλάρχους, προσέταξε δὲ τῇ βουλῇ συνεπιμελεῖσθαι τοῦ ἱππικοῦ. Neque hic Leges sinebant ullum esse gratiae Imperatori locum, ut docet idem Lysias ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου ἀστρατείας [C. 3.] de Alcibiade, qui ἀδόκιμος inter *Equites* meruerat. ἀποδέδεικται δὲ τῶν νόμων κωλυόντων ἀδόκιμος ἱππεύσας· καὶ περὶ ὧν οἱ νόμοι διαρρήδην οὔτε Στρατηγὸν, οὔτε Ἵππαρχον, οὔτε ἄλλον οὐδένα κυριώτερον ἐκείνων ἀποδεικνύουσι, περὶ τούτων ἰδιώτης ὢν τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ δέδωκε. Quod semper observatum, ita ut illi ipsi, qui inter *Equites* stipendia aliquot confecerant, inter eosdem legi ἀδόκιμοι non possent. Lysias [*Orat. in Alcibiad.* 1. C. 2.] καὶ ἕτεροι μὲν οὐδεπώποτε ὁπλιτεύσαντες, ἱππεύσαντες δὲ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον, καὶ πολλὰ κακὰ τοὺς πολεμίους πεποιηκότες, οὐκ ἐτόλμησαν ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβῆναι, δεδιότες ὑμᾶς καὶ τὸν νόμον. At qui inter *Equites* conscriptus fuerat, a Strategis eadem militia in τῶν ὁπλιτῶν tabulas non poterat referri. Lysias: τῶν μὲν δεδοκιμασμένων Ἱππέων οὐκ ἐπὶ Στρατηγοῖς ἐστὶν ὅν τινα βούλονται αὐτοὶ εἰς τοὺς ὁπλίτας καταλέξαι. In his autem *Equitum* δοκιμασίαις, non illi solum, sed & *equi* probabantur: atque hi a Magistratu nota inuri solebant, quos olim labore exhaustos, aut defectos viribus, aut senes deprehendissent, ne scilicet in bello peccarent ad extremum ridendi, & ilia ducerent. Hesychius: τρυσίππιον, τὸν χαρακτῆρα τὸν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἐν ταῖς δοκιμασίαις τοῖς ἀδυνάτοις καὶ τετρυμένοις τῶν ἵππων ἐπιβαλλόμενον, ἵνα μηκέτι στρατεύωνται. τὸ παλαιὸν ἐκάλουν τρυσίππιον. τροχὸς δὲ ἦν ὁ ἐπιβαλλόμενος χαρακτὴρ τῇ γνάθῳ τῶν ἵππων. Pollux [*Lib. VII. Segm.* 186.] τὸ μέντοι τοῖς ἀπηγορευκόσι τῶν ἵππων [1] βαλλόμενον σημεῖον, τρυσίππιον ἐκαλεῖτο. hinc Eupolis.

εἶθ' ὥσπερ ἵππῳ μοι 'πιβαλεῖς τρυσίππιον.

Quo allusit proverbium, cujus meminit Crates Comicus Σαμίοις.

ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε.

551. εἴρηται δὲ, inquit Zenobius *Centuriae IV. Proverbio* 41. ἀπὸ στρατιωτικῶν ἵππων, οἷς γηράσκουσιν ἐπέβαλλον τὸ καλούμενον τρυσίππιον. Ita autem inter ceteras δοκιμασίας videntur *equos* probasse, ut refert Graecus Aristophanis Interpres *ad Ranas*: καὶ τοὺς ἵππους ἐδοκίμαζον τῷ τοῦ κώδωνος ψόφῳ, εἰ ψοφώδεις εἶεν, ἢ εἰ θόρυβον ἀκούοντες διώκονται, μή πως ἐν πολέμῳ εἰς κίνδυνον ὑπ' αὐτῶν ἐμβληθεῖεν. Calcitrosos quoque a militia removet Xenophon *Hipparchico* [p. 753.] καὶ οἱ λακτίζοντες δὲ ἀναβεβαμμένοι ἵπποι ἐκ ποδῶν ποιητέοι. οἱ γὰρ τοιοῦτοι πολλάκις πλείω κακὰ ἢ οἱ πολέμιοι

[1] Ἐπιβαλλόμενον Pollucis scripti libri. ubi confer de κεντρωνίῳ eruditos Interpretes.

πολέμιοι ποιοῦσιν. paullo post *ἀγαθὸν δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἱππασίαις λακτίζοντας ἵπποις προῤῥηθῆναι ὅτι ἀποδοκιμασθήσονται. οὐδὲ γὰρ συντάττειν τοὺς τοιούτους δυνατὸν, ἀλλ' ἀνάγκη, κἄν ποι ἐπὶ πολεμίους δέῃ ἐλαύνειν, ὑστάτους ἂν αὐτοὺς ἕπεσθαι. ὥστε καὶ διὰ τὴν τοῦ ἵππου κακουργίαν ἄχρηστος καὶ ὁ ἱππεὺς καθίσταται.* Non autem idem semper *Equitum* numerus Athenis. Philochorus *Lib. IV.* διάφορα γὰρ τῶν Ἱππέων πλήθη κατὰ χρόνον Ἀθηναίοις. Primum itaque singulae ναυκραρίαι aliquot *Equites* in bellum mittebant: ναυκραρία unius Tribus pars est duodecima. [1] Pollux *Lib. VIII. Cap.* 9. τέσσαρες ἦσαν αἱ φυλαί. εἰς τρία μέρη ἑκάστη διῄρητο, καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐκαλεῖτο τριττὺς, καὶ ἔθνος, καὶ φρατρία, ἑκάστου δὲ μέρους γένη τριάκοντα, ἐξ ἀνδρῶν τοσούτων, ἃ ἐκαλεῖτο τριακάδες, ναυκραρία δ' ἦν τέως φυλῆς δυοκαιδέκατον μέρος, καὶ δυόδεκα ναυκραρίαι ἦσαν, τέσσαρες κατὰ τριττὺν ἑκάστην. Hinc factum, ut singulae Tribus haberent γένη XC. hominum capita MMDCC. Ergo in universum IV. Tribuum sunt γένη CCCLX. capita XMDCCC. ναυκραρίαι XLVIII. singulis ναυκραρίαις attribuuntur homines CCXXV. de ναυκραρίαις igitur Pollux: ναυκραρία δὲ ἑκάστη δύο Ἱππέας παρεῖχε. Sed numerus iste, non pro civium numero, vix quippe XCVI. *Equites* ad bellum mitterentur: quare temperare mihi nequeo, quin rescribam: ναυκραρία δὲ ἑκάστη ιγ. Ἱππέας παρεῖχε, qui sunt *Equites* DCXIV. Ratio & fundus emendationis hic est, quia ἦσαν τὸ μὲν πρῶτον ἱππεῖς ἑξακόσιοι τὸν ἀριθμὸν, inquit Suidas, & vetus Comici Interpres *ad Equites*: Ergo ναυκραρίαι singulae, quae omnes erant XLVIII. praebebant XIII. *Equites*, qui sunt ἑξακόσιοι τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ. Atque hic status rerum Athenis ante Cecropem: nam ab ipso Cecrope civium numerus longe auctior, quorum XXM. fuisse narrat Philochorus *in Scholiis* Pindari *ad IX. Olympion.* [*vs.* 66.] qui numerus etiam Demosthenis tempestate, ut testatur ipse ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος. Ctesicles Lib. III. Chronicῶν [apud Athen. *Lib. VII. p.* 272.] refert Olympiade CX. cum urbi praeesset Demetrius Phalereus, ἐξετασθῆναι Ἀθηναίους δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις. Aucto igitur civium numero, major quoque ille *Equitum* fuit. Grammatici ad Aristophanem & Suidas. οὗτοι δὲ μετὰ ταῦτα τῆς πόλεως πληθυνθείσης ἐγένοντο διακόσιοι πρὸς τοῖς χιλίοις. Quod factum est inita cum Lacedaemoniis triginta annorum pace post Aegineticum bellum. Andocides ἐν τῷ περὶ μυστηρίων, [2] de hac pace, ὥστε πρῶτον μὲν, ἐν τούτοις ἔτεσιν εἰρήνην λαβόντες, χιλίους τε καὶ διακοσίους Ἱππέας κατεστησάμεθα. Pax haec inita est anno tertio Olympiadis octogesimae quartae, Archonte Athenis Diphilo, [3] ut auctor est Diodorus Siculus [*Lib. XII. p.* 301.] Aristophanes tamen in cognomine fabula *Equitibus* [*vs.* 225.] scripsit.

ἀλλ'

1 Ex duobus *Pollucis* locis L. VIII, III. & 108. haec, quae in editis correctiora, concinnavit Auctor. Vide *P. Leopardum* L. VII. Emend. C. 19. Ceterum vehementer vereor, ne *Pollucem* injuria mutet: quod enim persuadere nobis conatur, Athenienses DC. equites in bellum misisse a Cecropis usque aetate, id difficulter obtinebit; contra veniunt *Andocides* & *Aeschines*, de pace, quam Cimon inter Spartanos & Athenienses conciliaverat, inter alia memorantes καὶ τότε τριακοσίους ἱππεῖς κατεστήσαμεν, καὶ πρῶτον τριακοσίους Σκύθας ἐπριάμεθα. Sic *Andocides* Or. de Pac. p. 24. Nec multo aliter *Aeschines* περὶ παραπρ. p. 51. Quod si enim tum demum CCC. equites armarint Athenienses, ruit utique fundamentum, cui Petitus sua superstruxit.

2 Immo Or. de Pace, p. 24.

3 Diodori Siculi calculus non est probus. Potior est *Thucydidis* auctoritas, qui distincte ait L. II, 2. foedera tricennalia durasse annos XIV., & XV. demum anno Pythodoro Archon-

te

ἀλλ' εἰσὶν Ἱππῆς ἄνδρες ἀγαθοὶ χίλιοι.

Philochorus Ατθίδος *Lib. IV.* de *Equitibus*, πότε κατεςάθησαν χίλιοι. Sed cum Aristophanes tum Philochorus utuntur τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ, quod solenne est, revera enim *Equites* erant *mille ducenti*: Nam si cum
552. XMDCCC. civium essent, *Equites* numerabantur *sexcenti*, par est, ut aucto civium numero ad XXM, *Equitum* numerus auctior quoque sit, ratione dupla ad priorem numerum. At *mille* tantum cum Aristophane & Philochoro meminit Xenophon *Hipparchico* [*p.* 766.] φημὶ δ' ἐγὼ ταῦτα σὺν θεοῖς καὶ τὸ πᾶν ἱππικὸν ὧδε δ' ἂν πολὺ θᾶσσον ἐκπληρωθῆναι εἰς τοὺς χιλίους Ἱππέας, καὶ πολὺ ῥᾷον τοῖς πολίταις, εἰ διακοσίους Ἱππεῖς ξένους καταςήσαιντο. Atque cum hic esset *Equitum* numerus Athenis, male editur *eodem Libro*, de annuo in *Equites* sumptu [*p.* 754.] ἐπιτήδειον δὲ ὑπομιμνήσκειν ὅτι καὶ ἡ πόλις ἀνέχεται δαπανῶσα εἰς τὸ ἱππικὸν ἐγγὺς τετταράκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ. Nam major longe erat sumptus: singuli quippe *Equites* drachmam unam in diem accipiebant: quare rescribendum ἑξήκοντα τάλαντα, tot enim talentorum erat annuus sumptus Atheniensium in *mille Equites*: verum forte nihil mutandum est: ita ut haec Xenophontis verba referantur non ad stipendium *Equitum* cum militarent, sed ad aes illud, quod accipiebant de publico *Equites* nullo etiam bello, ut equos alerent, cujus aeris meminit Ulpianus *in Timocrateam* [*p.* 460.] [1] καὶ γὰρ καὶ οἱ Ἱππεῖς μισθὸν ἐλάμβανον ἐν εἰρήνῃ ὑπὲρ τοῦ τρέφειν τοὺς ἵππους. Atque *aes* istud *Equestre* menstruum ex hoc Xenophontis loco videtur fuisse *drachmae viginti*: nam *Equites*, quibus erat equus publicus, fuerunt *mille* Xenophonti: sumptus vero annuus *talenta quadraginta*: Quare singulis *Equitibus* dabantur *menstruae drachmae viginti*, ut haberent, unde possent equum alere. Praebebat autem unaquaeque Tribus, quemadmodum olim & singulae ναυκραρίαι singulos *Equites*: singulae scilicet Tribus *centum Equites*, si essent *mille* tantum, aut *centum viginti*, siquidem *mille ducenti* numerabantur. Quare singulis Tribubus suam τάξιν adscribit Xenophon [*p.* 765.] etsi velit in duas minores distribui: ἐγὼ μὲν οἶμαι οὐκ ἂν χεῖρον εἶναι εἴ τις δύο τάξεις ἐκ τῆς φυλῆς ποιήσειεν. Quae verba satis indicant, ex usu veteri militiae Atheniensium singularum Tribuum singulas fuisse τάξεις. τάξις autem est ex Orbicii sententia, ὁ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν ἀριθμός, vel ut alii volunt, ἀνδρῶν ρκη. [2] Quare his praeerant Φύλαρχοι decem pro Tribuum numero, sub Hipparchorum imperio. Pollux *Lib. VIII. Cap.* 9. οἱ δὲ Φύλαρχοι, δέκα, εἷς ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης, τῶν Ἱππέων προΐσανται. Praescribebatur vero *Equitibus* sua τάξις ἐν ταῖς δοκιμασίαις. Xenophon [*p.* 757.] ἔν γε μὴν ταῖς δοκιμασίαις ἡ μὲν τάξις εἴρηται μεθ' ἧς ἂν κάλλιστα ἱππάζοιντο.

III. In

te bellum Peloponnesiacum coepisse. At si Diphilo Archonte facta fuissent tricennalia foedera, x. tantum annos durassent. Tot enim sunt tantummodo anni a Diphilo ad Pythodorum. Non ergo sub Diphilo Praetore inita sunt, sed quatuor annis antea, Callimacho Archonte, ad cujus annum ea quoque retulit *Eusebius*, vel quicunque Olympiadum ἀναγραφὴν collegit. JAC. PALMER.

Ibid. Culpae adfinis *Diodorus* non est, sed Petitus. Neque enim ille auctor est, Archonte Diphilo σπονδὰς τεσσαρακονταετεῖς Spartanos inter & Athenienses fuisse sociatas: verum sub ejus praetura pacem tota valuisse Graecia, quod durarent atque observarentur σπονδαὶ illae τεσσαρακονταετεῖς. Sanctas diserte ait Archonte Callimacho L. XII. p. 293.

1 Aes, quod equites accipiebant κατάστασις vocabatur, sicuti *Lysias* Or. pro Mantith. C. 2., &. qui Oratorem explicat, *Harpocration* in κατάστασις docent.

2 Non praeerat tantum, sed & equitandi artem monstrabat: quo pertinet *Mnesimachi* locus in *Athen.* L. IX. p. 402. F., quem *Xenophon* in Hipparch. p. 753. & p. 756. illustrare poterit.

III. In Equitum autem delectu vocati illi, qui & divitiis, & corporis robore antistabant, idque Lege cautum.

Τοὺς Ἱππέας καθιστάναι τοὺς δυνατωτάτους καὶ χρήμασι καὶ σώμασιν.

Equites leguntor ex opulentissimis & fortissimis.

Legem habes apud Xenophontem *Hipparchico* [*p.* 753.] τοὺς μὲν τοίνυν Ἱππέας δῆλον ὅτι καθιστάναι δεῖ κατὰ τὸν νόμον, τοὺς δυνατωτάτους καὶ χρήμασι καὶ σώμασιν. Quare existimo huic nomen militiae illos dedisse tantum, qui erant e *Pentacosiomedimnis*, vel *Equestri censu:* unde de Phaenippo juvene, [1] cui census erat Senatorius. Demosthenes [*p.* 598.] ἓν μόνον ἄν τις ἔχοι δεῖξαι τουτονὶ Φαίνιππον πεφιλοτιμημένον εἰς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἱπποτρόφος ἀγαθός ἐστι, καὶ φιλότιμος, ἅτε νέος, καὶ πλούσιος, καὶ ἰσχυρὸς ὤν. Dicit Phaenippum, qui e *Pentacosiomedimnis* erat, equum nutrire ad bellum, ut inter *Equites* mereat, quia *juvenis* est, *dives* est, *fortis* est: ita enim Lege cavebatur. Quod ad illos *Equestris ordinis*, hinc nomen invenerunt. οἱ δὲ τὴν ἱππάδα τελοῦντες ἐκ μὲν τοῦ δύνασθαι τρέφειν ἵππους κεκλῆσθαι δοκοῦσιν. itaque ad hanc *equestrem* militiam praecipue vocati sunt *juvenes:* quare sic *Equites* nominat Cleo apud Comicum in cognomine dramate [*vs.* 728.] 553.

— διὰ σὲ τύπτομαι
ὑπὸ τουτουὶ καὶ τῶν νεανίσκων.

vapulaverat enim Agoracrito & *Equitibus*. Inviti autem cogebantur, & qui hanc militiam detrectabant, sistebantur in judicium. Xenophon *loco laudato*. τοὺς μὲν τοίνυν Ἱππέας δῆλον ὅτι καθιστάναι δεῖ κατὰ τὸν νόμον, τοὺς δυνατωτάτους καὶ χρήμασι, καὶ σώμασιν, ἢ εἰσάγοντα εἰς δικαστήριον, ἢ πείθοντα.

IV. Lege praeterea cautum erat, de armis, quibus instructi esse deberent.

[2] Η ΤΩΝ ΙΠΠΕΩΝ ΟΠΛΙΣΙΣ. EQUITUM ARMATURA.

Legis meminit Xenophon *loco laudato* [*p.* 755.] δυνατοὶ δέ εἰσι καὶ ΤΑ ΕΝ ΤΩι ΝΟΜΩι ΟΠΛΙΣΑΙ. καὶ ἄνευ τοῦ αὐτοὶ δαπανᾶν τῷ μισθῷ ἐπαναγκάζοντες κατὰ τὸν νόμον ΟΠΛΙΖΕΣΘΑΙ. Quibus vero armis instructi fuerint, describit Josephus ἁλώσ. *Lib. III. Cap.* 3. τοῖς Ἱππεῦσι μάχαιρα μὲν ἐκ δεξιοῦ μακρὰ καὶ κοντὸς ἐπιμήκης ἐν χερί. θυρεὸς δὲ παρὰ πλευρὸν ἵππου πλάγιος· καὶ κατὰ γωρυτοῦ παρήρτηνται τρεῖς ἢ πλείους ἄκοντες, πλατεῖς μὲν αἰχμάς, οὐκ ἀποδέοντες δὲ δοράτων μέγεθος. κράνη δὲ καὶ θώρακες, ὁμοίως τοῖς πεζοῖς, ἅπασι.

V. Cum autem in cute curanda plus aequo operarentur, & comam alerent *Equites*, Legem tulerunt Cineas & Phrinus, ne id in posterum facerent.

Τοὺς νέους μηκέτι ἀβροδιαίτους εἶναι, μηδὲ κομᾶν.

Equites postbac plus aequo cutem ne curanto, neve comam alunto.

Legem laudat Aristophanis Interpres *ad Equites* [*vs.* 577.] Κινέας καὶ Φρῦνος εἰσηγήσαντο μεταστῆναι τοὺς νέους, νόμον γράψαντες, μηκέτι ἀβροδιαίτους

1 Vide & ea, quae *Aristophanis* Nub. vs. 13. adscripsit *Ezech. Spanhemius.*

2 Noluit, credo, doctissimus Auctor haec legis esse verba: sed id monere, lege descripta fuisse arma, quibus equites uterentur. Nam eadem prorsus fuisse, quibus Romanos *Josephus* L. III, 5, 5. de Bell. Jud. instruxit, non tum apparuit. Ex *Xenophonte* quidem certe ea non erueris omnia.

τὺς εἶναι, ὃν τρόπον τὸ πάλαι, μηδὲ κομᾶν. *Equites* intelliguntur τῶν Νέων nomine in hac Lege: nam *Equitum* proprium fuit τὸ κομᾶν. Aristophanis Scholiastes *ad Equites*, & ex eo Suidas: ἔξεστι δὲ τοῖς Ἱππεῦσι καὶ τὸ κομᾶν. hinc Aristophanes *Nubibus* [*vs.* 15.]

—— ὁ δὲ, κόμην ἔχων,
ἱππάζεταί τε καὶ ξυνωρικεύεται.

& *Equitibus* ipsis in cognomine fabula apud eundem dicebat populus [*vs.* 1118.]

τοὺς οὐκ ἔνι τοῖς κόμαις
ὑμῶν.

Interpretes. ὅτι ἐκόμων οἱ Ἱππεῖς. idque exemplo, ut puto, Thesei, a quo etiam τῆς κουρᾶς τὸ γένος Θησηῒς dicebatur: ἐκείρατο τῆς κεφαλῆς τὰ πρόσθεν μόνον, quod de Abantibus memoriae prodidit Homerus, at ὄπιθεν ἐκόμων. illud fiebat, ne cum ξιφέων πολύστονον ἔσσεται ἔργον, ut cum Archilocho dicam, παρέχοιεν ἐκ τῶν τριχῶν ἀντίληψιν τοῖς πολεμίοις, inquit Plutarchus *in Theseo* [*p.* 2. *E.*] hoc vero, quia τὺς καλοὺς, dicebat olim Lycurgus, εὐπρεπεστέρους ποιεῖ τὺς δὲ αἰσχροὺς φοβερωτέρους. Sed hac Lege, (quanquam non videtur diu obtinuisse.) Cineas & Phrinus, cum immutatam vellent Atheniensium *Equitum* disciplinam, noluerunt illos amplius κομᾶν, καὶ ἀβροδιαίτους εἶναι. Paullo enim laxior erat horum disciplina, & vita solutior: atque haec illis ob crebra pericula & improbos labores sunt data quasi diludia, neque sine exemplo: nam viri omni memoria fortissimi & austeri, Lacedaemonii idem quoque observarunt. Plutarchus *in Lycurgo* [*p.* 53. *D.*] ποτὲ δὲ καὶ τοῖς νέοις τὰ σκληρότατα τῆς ἀγωγῆς ἐπανιέντες, οὐκ ἐκώλυον καλλωπίζεσθαι περὶ κόμην, καὶ κόσμον ὅπλων καὶ ἱματίων. διὸ κομῶντες εὐθὺς ἐκ τῆς τῶν ἐφήβων ἡλικίας, μάλιστα περὶ τοὺς κινδύνους ἐθεράπευον
554. τὴν κόμην, λιπαράν τε φαίνεσθαι καὶ διακεκριμένην. Quod ad stipendium militum attinet, initio duo oboli erant eorum diurnum, qui efficiebant in mensem drachmas decem. Demosthenes *Philippica I.* [*p.* 35.] ἵνα δέκα ἕκαστος τοῦ μηνὸς ὁ στρατιώτης δραχμὰς σιτηρέσιον λαμβάνῃ, quod mutatum postea: [1] nam quatuor obolis meruerunt. Eustathius Ὀδυσσ. Α. τετρωβόλου βίος παρὰ Παυσανίᾳ, ἀντὶ τοῦ, στρατιώτου μισθός. Etiam factum, ut illis oboli sex, id est, drachma in stipendium diurnum procederet. Thucydides: δραχμὴν γὰρ τῆς ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανεν. Atque menstruum stipendium erat triginta drachmarum: unde in palliata Plauti *Mostellaria* [*Act. II*, 1, 9.] quae est argumenti Attici.

Ubi sunt isti plagipatidae, ferritribaces viri,
Isti, qui trium nummorum causa subeunt sub falas.

Tres hi Plautini nummi, [2] totidem sunt drachmae auri, sive ἡμίχρυσοι, id est, triginta drachmae argenti, quas menstruum fuisse militum terrae Atticae stipendium diximus: habet ille a Graeco Comico, cui apud Pollucem *Lib. IV. Cap.* 22. quidam milites dicuntur Comica vernilitate τριακονταδραχμόπυργοι, a triginta drachmis argenti menstrui stipendii, & *falis*, sub quas, ut Plautus indicat, subibant. Praeterea extra ordinem, bello Peloponnesiaco, militibus Potidaeae

1 Refer huc *Theopompi* fragmentum apud *Pollucem* L. IX. 64, a *Jo. Meursio* Lect. Attic. II, 9., ubi de stipendio, haud neglectum.

2 Sequitur *Ill. Scaligerum* Diss. de Re Nummar. p. 15. At vide quae ejus sententiae rescripserunt viri longe doctissimi *Cl. Salmasius* de Usur. Mod. C. 2. p. 64. & *Jo. Fr. Gronovius* Pecun. Veter. L. III, 3.

tidaeae praesidiariis duae drachmae pendebantur, ut idem Thucydides narrat *Lib. III.* [C. 17.] *τήν τε γὰρ Ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν*, & Polluci sunt *δίδραχμοι ὁπλῖται*. Atque haec de pedestri militia. *Equites* vero drachmam unam accipiebant in dies singulos. Demosthenes *loco laudato.* *τοῖς δὲ ἱππεῦσι, διακοσίοις οὖσιν, ἐὰν τριάκοντα δραχμὰς ἕκαστος λαμβάνῃ τοῦ μηνός.* Neque est mirandum, tam exiguum illis procedere stipendium: nam etiam nullo, ut diximus ex Ulpiano, bello illis e publico data est pecunia. Militibus navalibus stipendium erat oboli diurni tres. Thucydides *Lib. VIII.* [C. 45.] *λέγειν κελεύων τὸν Τισσαφέρνην πρὸς αὐτοὺς, ὡς Ἀθηναῖοι ἐκ πλείονος χρόνου ἐπιστήμονες ὄντες τοῦ ναυτικοῦ τριώβολον τοῖς ἑαυτῶν διδόασιν.* Excipio vectores triremis *Parali*, quorum stipendium erat oboli quatuor in dies singulos. Grammatici: *οἱ δὲ ἐπιβεβηκότες αὐτῆς, Πάραλοι ἐκαλοῦντο, οἳ διὰ ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν τέτταρας τε ὀβολοὺς ἐλάμβανον, καὶ τὸ πλεῖον μέρος ἐνιαυτοῦ οἴκοι ἔμενον.*

VI. Cavebatur autem Lege, ne quis miles arma pignori opponeret.

Μὴ θεῖναι τὰ ὅπλα ἐνέχυρα. — *Arma pignori ne opponunto.*

Legis meminerunt veteres Magistri *ad Plutum.* *φαίνεται δὲ καὶ ἀπηγορευόμενον εἶναι, μὴ θεῖναι τὰ ὅπλα ἐνέχυρα. λέγει οὖν ὅτι αὐτὴ (πενία) τῇ ἑαυτῆς βίᾳ ἀναγκάζει καὶ τοὺς νόμους παραβαίνειν τοὺς θεσπίσαντας, ὅπλα ἐνέχυρα μὴ τιθέναι.* Ad hanc Legem adludit Aristophanes *Pluto* [*vs.* 451.]

ΒΛΕΨ. *ποίοισιν ὅπλοις ἢ δυνάμει πεποιθότε;*
ποῖον γὰρ οὐ θώρακα, ποίαν ἀσπίδα,
οὐκ ἐνέχυρον τίθησιν ἡ μιαρωτάτη;

Apud Romanos, *arma alienasse*, inquit Paulus Lib. singulari de poenis militum, *grave crimen est, & ea culpa desertioni exaequatur, utique si tota alienavit: sed & si partem eorum, nisi quod interest: nam si tibiale, vel umerale alienavit, castigari verberibus debet: si vero loricam, scutum, galeam, gladium, desertori similis est. Tironi in hoc crimine facilius parcetur: armorumque custodi plerumque ea culpa imputatur, si arma militi commisit non suo tempore. l. 14. §. 1. D. de re militari.* & apud Modestinum Lib. IV. de poenis. *Miles, qui in bello arma amisit, vel alienavit, capite punitur: humane militiam mutat. l. 3. §. 13. D. eod.* 555.

VII. Legibus non licebat nisi post septimum mensis diem copias educere.

Στρατιὰν μὴ ἐξάγειν πρὸ τῆς τοῦ μηνὸς ἑβδόμης. — *Copias ne educunto ante septimum mensis diem.*

Legis meminit Hesychius: *ἀπείρητο Ἀθήνησι στρατείαν ἐξάγειν πρὸ τῆς τοῦ μηνὸς ἑβδόμης.* Zenobius *Centuria III. Proverbio* 79. *ἐντὸς ἑβδόμης. ἀπείρητο Ἀθήνησι στρατιὰν ἐξάγειν πρὸ τῆς τοῦ μηνὸς ἑβδόμης.* Suidas: *Ἀθήνησιν ἀπείρητο, ἐντὸς ἑβδόμης στρατιὰν ἐξάγειν.* At vero Lacedaemonii *τὸν τῆς πανσελήνου νόμον* observabant.

VIII. Bellum autem indicturi Athenienses in clarigationis signum agnum immittebant in hostium fines ex hac Lege.

Ἄρνα προβάλλειν, τοὺς πόλεμον αἴρειν βουλομένους. — *Agnum immittunto in hostium fines bellum indicturi.*

Legis meminit Diogenianus *Centuria II. Proverbio* 96. *ἄρνα προβάλλει. ἐπὶ τῶν πολεμεῖν αἱρουμένων. οἱ γὰρ πόλεμον αἴρειν βουλόμενοι, κήρυκα ἔπεμπον ἄρνα ἐπιφερόμενον, ὃν ἠφίει ἔνδον, ἐνδεικνύμενος, μηλόβοτον αὐτῶν*

τὴν ὡσίαν ὅσιαδζ καὶ τὴν πόλιν. Hesychius, non in clarigationis, sed pugnae signum, immissum fuisse hunc agnum scribit: ἄρνα προβάλλειν. νόμος ἦν Ἀθήνησι μὴ πρότερον συμβάλλειν, πρὶν ἢ τὸν ἄρνα προσιμένων τις λάβῃ τῶν πολεμίων.

IX. Polemarchus olim veteri Lege in bello, dextro aciei cornu praeerat.

Τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν.	*Polemarchus dextrum aciei cornu ducito.*

Legem habes apud Herodotum *Erato* [C. 111.] τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρεος ἡγέετο ὁ Πολέμαρχος Καλλίμαχος. ὁ γὰρ νόμος εἶχε οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸν Πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν. Atque etiam inter Strategos sententiam aequo jure ferebat de rebus belli. Herodotus *ibidem.* τὸ παλαιὸν γὰρ Ἀθηναῖοι ὁμόψηφον τὸν Πολέμαρχον ἐποιεῦντο τοῖσι Στρατηγοῖσι.

TITULUS SECUNDUS.

De Vacatione Militiae.

I. ΑΤελείαν εἶναι τῆς στρατείας τοῖς τέλος πριαμένοις.	*Redemptores vectigalium militia vacanto.*

Legis meminit Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας [p. 730.] ubi agit de Xenoclide Poëta, [1] docetque militiae vacationem ex Lege dari redemptoribus vectigalium, toto sui muneris tempore: nam illos in urbe adesse erat necesse. ἐωνημένος τὴν πεντηκοστὴν τοῦ σίτου ἐν εἰρήνῃ, καὶ δέον αὐτὸν καταβάλλειν τὰς καταβολὰς εἰς τὸ βουλευτήριον κατὰ πρυτανείαν, καὶ οὔσης αὐτῷ ἀτελείας ἐκ τῶν νόμων, οὐκ ἐξελθὼν ἐκείνην στρατείαν.

II. Militia quoque vacabant *choreutae* veteri Lege.

Τοὺς τῷ Διονύσῳ χορεύοντας, μὴ στρατεύεσθαι.	*Choreutae militia vacanto.*

Hac de Lege locus est Demosthenis *in Midiana* [p. 322.] ὅσα μὲν οὖν ἢ τοὺς χορευτὰς, ἐναντιούμενος ἡμῖν, μὴ ἀφεθῆναι τῆς στρατείας ἠνώχλησεν. Ulpia-
556. nus *ad hunc locum.* ἔθος ἦν τοὺς τῷ Διονύσῳ χορεύοντας, μὴ στρατεύεσθαι τοῦτον τὸν χρόνον. Quanquam intercedebant nonnunquam Hipparchi, ut ex hoc Demosthenis loco colligit Ulpianus. Midias namque Hipparchus. τί γὰρ μέγα ἔγκλημα, εἰ τοὺς χορευτὰς ἐκώλυσεν ἀφεθῆναι, καὶ ταῦτα Ἵππαρχος ὤν. Nam etiam saepe Choragi consulto in choreutas capiebant juvenes aptos bello, quo possent militia vacare. Ulpianus ad haec Demosthenis verba *ex Olynthiaca III.* [p. 22.] οἱ δὲ νόμοι τοὺς ἀτακτοῦντας ἀθῴους καθιστᾶσιν. Ulpianus: τίνι διαφέρουσιν οἱ ἀτακτοῦντες τῶν λιποτακτούντων, καὶ τῶν ἀστρα-

[1] Clarissime Ulpianus ad Midian. p. 365. ΟΙ ΤΕΛΩΝΑΙ ΤΟΥ ΠΟΛΕΜΕΙΝ ΕΙΧΟΝ ΑΤΕΛΕΙΑΝ.

ἀστρατεύτων. ἀστράτευτος μὲν ἐστιν ὁ μηδέποτε ἐγγραφεὶς εἰς κατάλογον τῶν στρατιωτῶν· ἄτακτος δὲ, ὁ ἐγγραφεὶς μὲν, μὴ ἀξιῶν δὲ εἰς τὰς ἐπιβαλλούσας αὐτῷ στρατείας· λειποτάκτης δὲ, ὁ παρὰ τὴν μάχην καὶ τὸ στρατόπεδον τὴν τάξιν καὶ τοὺς συνασπιστὰς ἀπολιπών. νόμοι δὲ ἦσαν κελεύοντες ἀφίεσθαι τινας τῆς στρατείας, ὥστε πομπεύειν εἰς τὰ Διονύσια. κατὰ χάριν οὖν τὴν ἑαυτῶν, οἱ Χορηγοὶ τοὺς νεωτάτους καὶ τοὺς ἐκ τοῦ καταλόγου μάλιστα ἐπελέγοντο. ὁ δὲ Δημοσθένης, τοὺς μὲν ἐκ καταλόγου στρατεύεσθαι ἔφη, ἐκ δὲ τῆς ἀρχούσης ἡλικίας γίνεσθαι τοὺς χορευτάς. Quare Ulpianus *ad Midianam* dicit Choragos jus habuisse dandi vacationem militiae choreutis. ἔχει γὰρ τινα καὶ ὁ Χορηγὸς ἄδειαν. οἷον ἀφιέναι τῆς στρατείας τὸν χορὸν, ἐπὶ τῶν χορηγιῶν καὶ τῆς πανηγύρεως. quia scilicet ii, quos Choragi choreutas legebant, militia vacabant.

T I T U L U S T E R T I U S.

De Praemiis & Poenis militum.

I. QUI egregiam bello operam fortemque navabant, seque Hipparchis probabant, ad majora eveliebantur, & illorum ratio habebatur in donandis praemiis, conferendisque honoribus, ut puta δεκαδαρχίαις, & hujusmodi: at contra ἀτακτοῦντες notabantur ex hac Lege:

Πλεονεκτεῖν μὲν ποιεῖν τοὺς εὐτάκτους, μειονεκτεῖν δὲ ἐν πᾶσι τοὺς ἀτακτοῦντας.	*Qui egregiam in bello operam praestant, ad majora provehuntor; qui secus fecerint, in minorem militiae gradum dejiciuntor.*

Hujus Legis meminit *Hipparchico* Xenophon [p. 755.] εἴς γε μὴν τὸ εὐπειθεῖς εἶναι τοὺς ἀρχομένους, μέγα μὲν καὶ τῷ λόγῳ διδάσκειν ὅσα ἀγαθὰ ἔνι ἐν τῷ πειθαρχεῖν, μέγα δὲ καὶ τῷ ἔργῳ κατὰ τὸν νόμον πλεονεκτεῖν μὲν ποιεῖν τοὺς εὐτάκτους, μειονεκτεῖν δὲ ἐν πᾶσι τοὺς ἀτακτοῦντας: Referebant autem Hipparchi in tabulas illorum nomina, qui nolebant πειθαρχεῖν. Hesychius: Ἵππαρχοι ἐν πίναξι τὰ ὀνόματα τῶν ἀτακτούντων γράφοντες παρεσημειοῦντο.

II. Qui militiam detrectabant, aut in pugna ignavi erant, aut ordinem deserebant suum, infamia notabantur, ex hac Lege:

Τὸν ἀστράτευτον, καὶ τὸν δειλὸν, καὶ τὸν λιπόντα τὴν τάξιν, ἀπέχεσθαι ἀγορᾶς, μήτε στεφανοῦσθαι, μήτ' εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ· ἐὰν δέ τις ταῦτα ποιῇ, εἰσιὼν ὅπη μὴ χρὴ, δησάντων αὐτὸν τῶν Ἐνδεκα, καὶ εἰσαγόντων αὐτὸν εἰς τὴν Ἡλιαίαν. κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεστιν. ἐὰν δὲ ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία, ὅ, τι χρὴ παθεῖν αὐτὸν, ἢ ἀποτῖσαι.	*Qui militiam detrectat, aut ignavus est, aut ordinem deserit, a foro arcetor, neque coronator, neque in publica intrato Templa: si quis secus faxit, Undecimviri eum vinciunto, & ad Heliastarum tribunal rapiunto: quicumque voluerit, & ei fas est, accusato. Eo convicto, Heliastae pronuncianto, quam meruerit poenam, aut multam: si multa irrogata sit,* 557.

ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως, ἕως ἂν ἐκτίσῃ. — *in vinculis habetor, donec eam solverit.*

